# COMMENTARIVS
## IN SECVNDVM LIBRVM SENTENTIARVM

*MAGISTRI GABRIELIS BIEL*

THEOLOGI LICENTIATI PROFVNDISSIMI.

*CVM SVO INDICE.*



*BRIXIAE APVD THOMAM BOZOLAM.*

*M. D. LXXIIII.*

# COMMENTARIVS
## IN SECVNDVM LIBRVM SENTENTIARVM

*MAGISTRI GABRIELIS BIEL*

THEOLOGI LICENTIATI PROFVNDISSIMI.

*CVM SVO INDICE.*



*BRIXIAE APVD THOMAM BOZOLAM.*
*M. D. LXXIIII.*

# INDEX LIBRI SECVNDI.

¶DISTINCTIO. I.

Quæſtio. j.

VTRVM creatio actio, qua deus formaliter dicitur creãs, differat a creatore ex natura rei. Similiter quæritur de creatione paſſiua reſpectu creaturæ. 1

Creatio actio, & creatio paſſio ſunt nomina abſtracta prædicamẽti actionis, & paſſionis. 1 A

Tres opiniones de quidditate relationũ, ſiue reſpectuum. 1 B

Triplex eſt modus dicendi de abſtractorum ſignificationibus. 1 C

De differentia inter relationem extrinſecam, & intrinſecam realem, & rationis. 2 D

Ibi quid relatio intrinſeca, & extrinſeca realis, & rationis. 2 D

Creatio actiua non eſt relatio realis, nec rationis. 3 F

Creatio actiua dicit eſſentiam diuinam, & creaturam ſimul. 2 E

Quòd certò modo accipiendo relationẽ realem creatio actio eſt relatio realis. 2 E

Item an ſit diſtincta a deo, uel non. 3 E

Similia prædictis deducũtur de paſſione, creatione: quid dicat creatio paſſiua, & totidẽ ponuntur cõcluſiones. 3 F

Relationẽ non diſtingui ab abſolutis nõ eſt cõtra primum principium, nec includit contradictionem. G. Et ſoluitur ratio Scot. ibidem.

Quomodo differũt creatio paſſiua, & creatio actiua. 3 H

Vtrũ quilibet effectus creatur a deo. 4 I

Educere de potentia materię quid eſt. 4 I

Multiplex acceptio huius termini creare. 4 I

Quòd quilibet effectus creatur a deo ſecundum certam acceptionem creare. Quodq; idẽ effectus creatur a deo, & generatur a creatura. 5 A

Quid eſt eſſe in potentia materiæ: & quid produci de materiæ potentia. 4 I

Forma ſimplex quæ generatur uerè producitur de nihilo. 4 I

Differẽtia inter creare, & generare. ibidẽ.

Quæſtio. ij.

Vtrum deus ſit prima, & immediata cauſa omnium effectuum. 5

Cauſare quid eſt. 6 E

Quare deus põt ſupplere cauſalitatẽ cauſæ extrinſecè, & non intrinſecè. 6 C

Creatio, & conſeruatio quomodo differunt. 6 F

Et quid eſt conſeruatio. ibidem.

Item producere, & conſeruare quid eſt. ibidem.

Item creare. 8 N

Cauſa mediata, & immediata qd eſt. 5 B

Cauſa immediata immediatione cauſæ, & effectus. 5 B

Cauſa multipliciter accipitur. 5

Quæ cauſa dicitur immediata. 5 B

Et ꝙ omnis cauſa eſt immediata. ibidem.

Non eſt idem cauſa immediata, & præciſa, & totalis. 5 B

Multiplex primitas illuminationis, perfectionis, durationis. 5 C

Deus eſt cauſa prima, & immediata omniū effectuum immediatione cauſæ: licet illud naturali ratione probari non poteſt, attamen poteſt rationi perſuaderi. 5 D

Et de alijs primitatibus cōſimiles ponuntur concluſiones. 6 EFG

Poſſibile eſt, ꝙ deus primò poſſit eſſe cā totalis alicui' effectus, & poſtea creatura producat eundem partialiter. 6 F

Deus eſt cauſa libera, & liberè agens. 6 H

Idem eſt cauſa plurium. 7 I

Deus eſt cauſa effectus noui ſine ſui mutatione. 7 K

Potentia dupliciter accipitur, & eius diuerſitas arguitur ex diuerſitate operationum. 7 I

An mala culpæ, figmenta impoſſibilia, entia rationis ſint a deo. 7 L

Cum deus producit effectum, quid producit cauſa ſecunda. Similiter ſi duæ cauſæ ad eundem effectum concurrūt, an producant totum effectum. 7 M

Idem effectus poteſt habere duos fines, ſi producitur a pluribus cauſis. 7 M

Qualis ſit ordo cauſarū eſſentialiter ordinatarum. 8 M

Produci capitur, uel ſimpliciter poſitiuè, uel includit negationem. Primo modo idem poteſt aliquoties produci nō ſecundo modo: ſic conſeruare, & conſeruari dupliciter accipiuntur. 8 N

An cauſa prima dupliciter agat eadem actione, uel diuerſis. 8 M

An idem bis producatur. 8 N

Quæſtio. iij.

Vtrum deus potuit mundum creaſſe ab æterno. declaratur intellectus ti. q. Et quid dicat creare in propoſito. 8 A

Duplex opinio de ipſa quæſtione. quarū utraq; poteſt catholicè defendi. 8 A

Pars quæſtionis affirmatiua uidetur probabilior. 9 BE

Diſtinctio nominis infiniti ſecundum ꝙ capitur cathegorematicè, & ſyncathegorematicè. Quòdq; cathegorimaticè eſt infinitum ſecundum extenſionem, multitudinem, uel intenſionem, ſiue perfectionem. 9 C

Multiplex expoſitio infiniti ſyncathegorematicè, & ꝙ ſic eſt mentaliter complexum, & confundit terminū ſequentem: non autem cathegorematicè. 9 C

Continuum non conſtituitur ex indiuiſibilibus. 9 D

Infinitæ ſunt partes proportionales continui, quarum nulla eſt pars alterius. 9 D

Item non datur ultima pars proportionalis: nec aliqua tangit terminum extrinſecū: nec mobile ſi moueretur per partes proportionales ſpatij perueniret ad terminum: nec ſi moueretur a partibus proportionalibus, primo modo attigeret partem proportionalem. 10 D

Infinitæ ſunt partes continui ſecūdū multitudinē ſyncathegorematicè. 10 D

De infinito cathegorimaticè, an ſit poſſibile, recitatī duplex opinio. Vna, ꝙ ſic tā ſecundū extenſionē, quā multitudinem, quā intenſionem. Et oſtenditur pars affirmatiua eſſe ꝓbabilior, & magis concordare theologiæ. 10 E

Soluuntur rationes contra æternitatem mundi, ſiue admittatur infinitum cathegorematicè, ſiue non. 10 F

Maius minus æqualia accipiuntur dupliciter. Et ſimiliter nomina proportionalia, duplum, triplum. Vno modo cōueniunt infinitis: alio modo non. 10 F

Infinitū addito finito infinities reddit totū infinitū, & quādo finitū additū finito facit ipſum infinitū. 11 F

Quō intelligendū eſt, ꝙ infiniti ſemper ē aliquid ultra, uel extra accipere. ibid.

Ad infinitatē intenſiuam non ſequitur perfectio ſimpliciter infinita: nec ad infinitatem ſecundum quantitatē continuam, aut diſcretam. 11 G

Perfectio infinita duplex eſt. 11 C


An




An unum infinitū poſsit eſſe maius alio infinito, & excedere aliud. 10 F

An infinitū habeat ꝑtes aliquotas. 10 F

An reuolutiones lunæ ſint duodecuplæ ad reuolutiones ſolis. 10 F

An unum infinitum poſsit dici triplum, uel duplū ad aliud infinitum. 10 F

An ſit dabile infinitum in multitudine extenſiuè, & intenſiuè. 11 G

An ſit de ratione infiniti, ꝙ ſit incōpletū: & aliquid eius in potentia. 10. F

Quomodo imaginā infinitum dicitur figere aſpectum. 10 F

Quod creatur, de nihilo producitur, ad quem ſenſum conceditur. 12 H

Deus non habet plures perfectiones formaliter: ſed eſt una perfectio, quę eminenter includit perfectionem omnium. 11 G

Non poteſt infinitū eſſe figuratū. 11 G

Vtrum creaturæ conueniat per ſe non eſſe. 12 H

Quomodo eſt potentia ad prętéritum. 12 I

Quomodo ꝓpoſitio de prętérito uera ſit neceſſaria, falſa, impoſsibilis. 13 I

Soluūtur rationes ponentiū poſsibilitatē infiniti ſecūdum opinionem oppoſitam. 13 K

Multa de partibus proportionalibus cōtinui arguuntur, & ſoluūtur ſecundū ambas opiniones. 13 K, L

Quæſtio. iiij.

Vtrū creaturę repugnet creare. 14

De duplici acceptione creare. Vna quæ cōcauſam excludit generaliter. Alia quę excludit cauſam ſubiectiuam nō agentem. 14 A

Neutro modo creatura pōt creare. 14 B

Vnde repugnet creaturæ non poſſe agere ſine ſubiecto preſuppoſito. Et ꝓbabantur diuerſæ rationes a diuerſis datæ. 14 C

A quo producūtur qualitates circa euchariſtiæ ſpecies. Item uermis &c. an a deo tantum. 15 F

Vnde cauſæ naturales determinātur pręciſè ad effectū quantū ad indiuiduū, & non ad aliū eiuſdem rationis. 14 D

An forma per corruptionem naturalē uerè annihiletur. 15 E

Vtrum creatura poſsit conſeruare effectum ſine ſuo ſubiecto. 15 E

An creatura poſsit annihilare formam aliquam. 15 E

A quo producantur qualitates in ſacramento altaris. 15 F

Annihilare capitur dupliciter. 15 E

Quæſtio. v.

Vtrum deus ſit cauſa finalis omniū. 15

Quod differentia eſt inter cauſam finalem, & finem 15

Dupliciter accipitur cauſa finalis largè, & ſtrictè. 16 A

Triplex eſt amor amicitiæ, & concupiſcētię, & amicitię, & concupiſcentiæ ſimul: cū notificatiōibus eorūdē. 16 A

Nulla operatio, aut effectus ꝑ operationē acquiſitus, eſt cauſa finalis. 16 B

In effectibus ordinatis cauſa finalis ultimē cauſa finalis omniū priorū. 16 B

Non quicquid reſpondetur ad propter quid, eſt cauſa finalis. 16 B

Cauſa finalis prȩexiſtit operationi, & nō eſt ignobilius eo, quod eſt ad finē, ſi ſecundum rectam rationem intendatur. 16 B

Quomodo intelligitur, ꝙ cauſa finalis eſt primum in intentione, & ultimū in executione. 16 B

Cauſa finalis non cauſat in ſuo genere cauſæ, niſi alię cauſæ efficiens ſcilicet & cętерę etiā in ſuo genere cauſent. unde nō eſt cauſa finalis, niſi quando aliquid actu producitur. 17 B. O

Quid eſt finalis cauſa largè 17 C

Eiuſdem effectus poſſunt eſſe plures cauſæ finales ſubordinatæ. 17 D

Quilibet finis a uoluntate præſtitutus amatur duplici amore. 17 D

Amor concupiſcentię aliquando cauſatur libere, & contingenter aliquando neceſſariò & naturaliter. 17 D

Et talis amor quomodo eſt in poteſtate uoluntatis. 17 D

Aliquando additum eſt cauſa finalis uolitionis alterius. 17 D

Finis nolitionis duplici actu ama-

tur, uel oditur. 18 E
Aliquis actus uolitionis eſt in poteſtate uoluntatis: aliquis non ita & de nolitione. 18 D.E
Cuilibet quatuor cauſarum eſt ſpecialis cauſandi modus: & quomodo cauſat cauſa finalis non ſicut obiectum: & an eius cauſatio ſit realis, aut metaphorica. 18 F
Duplex eſt cauſatio cauſæ finalis latè explicatur. 19 G
Ad hoc, ꝙ cauſa finalis cauſet mouēdo agētē, nō oportet, ꝙ habeat entitatē extra in re: ſed pōt nō eſſe & finaliter cauſare, ſicut poteſt nō exiſtens amari: tamen non mouet niſi ſecundum ſuam entitatem realem. 19 H
Licet cauſa finalis non ſit realiter, tamen realiter cauſat. 19 H
Primus amor amicitię quo diligitur finis eſt cauſa efficiens ſecundi actus, quo diligo eundem finem, & aliud propter finem. 19 I
Cauſalitas cauſę finalis mediātibus actibus uolēdi, & nolendi quomodo differunt. 18 E
An cauſæ poſſunt eſſe ſibiinuicem cauſæ. 19 K
An primus actus uoluntatis poteſt eſſe nolitio, ſeu amor cōcupiſcētię. 20 N
De cauſalitate cauſæ finalis qñ cauſet: an etiā quādo non eſt, & quomodo cauſet. 21 O
Depēdētia cauſati ad cauſā qd eſt. 21 O
Amor finis non eſt cauſa finalis; ſed eſt cauſa efficiens. 21 O
An poſsit ſufficienter probari ratione naturali, quòd omne agens agit propter finem. 21 O
Quomodo agens naturale determinaꝛ ex ſua natura ad certū effectū. 21 O
In effectibus, ſiue obiectis ad extra ordinatis ad eundē finē ſemper prior eſt cauſa efficiens poſterioris: poſterior cauſa finalis prioris, & ita oppoſito modo ſe habent in talibus cauſa efficiens, & finalis. 20 K
Non omnis effectus uoluntatis creatæ habet cauſam finalem a uoluntate creata præſtitutam. 20 L
Quod manifeſtum eſt de effectu naturali: ſed de liberè producto: patet de prima uolitione. 20 L
Cauſa finalis uel eſt præſtituta ab agente particulari, uel uniuerſali. Vno modo deus non eſt finis omniū, ſed ſecundo modo. 20 M
Vtrum omnis actus amoris cōcupiſcentiæ preſupponat amorē amicitię: & omnis uolitio nolitionem. 20 N

Quæſtio vj.

Vtrum angelus, & anima intellectiua ſpecie diſtinguantur. 21
Idem, & diuerſum ſunt paſsiones immediatę rei conueniētes. 21 A
Diſtingui ſpecie eſſentiali, uel accidētali quid eſt. 21 A
Diſtinctio non eſt niſi rerum ſingularium. 21 A
Quæ res diſtinguūtur ſpecie eſſentiali, uel accidentali. 21 A
Licet ultimum complementū & a re accidentali ſit idē ſpecie, non tñ eſſentiali: quare differunt ſpecie. 22 C
Inclinatio animę ad corpus qd ē. 22 C
Angelus, & anima differunt ſpecie eſſentiali & ſeipſis. 21 B
Quomodo pares natura, officio impares dicuntur anima, & angelus. 22 C
Qūo angelus, & aīa differūt differētijs, cū non habeāt differentias. 22 D
Et quomodo differunt per poſſe perficere materiam, cum hoc accidit animę. 22 D

Diſtinctio. ij. Quęſtio. j.

Vtrum tempus ſit menſura angelorum. 23
Quid ſit menſura. 23 A
Res tripliciter cognoſcitur: & ſecundū hoc triplex eſt rei menſura. 23 A
Menſura propriè eſt, qđ notificat quantitatem termini, quę quadruplex eſt: multitudinis, extēſionis, durationis, perfectionis. 23 A.B.
Tempore mēſuratur duratio motus rei permanentis, & quietis. 23 B
An oporteat menſuram eſſe diſtinctā ab oībus partibus menſurati. 23 C
Menſura quandoq; eſt in anima, quandoq́ in re extra. 23 B
Menſura quædam eſt perfectior menſurato, quædam non eſt perfectior menſurato: omnis autem menſura eſt notior menſurato, & ab eo diſtincta. 23 B.C
Res ſecundum ſubſtantiam menſurari non poteſt, ut talis eſt. 23 C
De quidditate motus & recitantur opiniones contrarię. 23 D.E
Res ſucceſsiua quid eſt. 23 D
Et quid uocatur ſucceſsiuum propriè loquendo. 23 D
Nulla res eſt ſucceſsiua in eſſe: ſed benè in fieri, quod latè oſtenditur. 24 D
Motui accidit deperditio partis, uel loci acquiſitæ, uel acquiſiti. 24 D
Motus non diſtinguitur a mobili, & loco. 24 D
Motiua huius opinionis ponuntur. ibidem. 24 E
Pro quo ſupponit motus. 24 D.E
De tēpore quod eſt mēſura durationis: & de triplici eius acceptione. 24 F.G
Item pro quo ſupponit tempus, & quid precisè dicit. 24 F.G
An ad durationē āgeli reqraꝛ ſucceſsio in actu, an ſufficiat in potētia. 25. H
Duratio connotat ſucceſsionem actu, uel potentia. 25 H
Quę menſurantur tempore. 25 G
Duratio quid importat; & an diſtinguitur a re durante. 25 G.H
Quomodo differunt duratio angeli, & æternitas dei. 25
Simpliciter eſſe fuiſſe, futurum eſſe in angelo, & deo. 25 I
Menſura multitudinis angelorū eſt unitas perfectionis deus nulla extenſionis. 25 K
Quid ſit mēſura durationis angeli. 25 K
Quid dicit æuiternitas. 25 L
Tempus eſt menſura angelorum 26 M
De Differentia inter æternum, æuum & temporale. 26 N
Vna eſt menſura durationis omnium menſurabilium. 27 N.O
Deus non menſuratur duratione: quia ſimpliciter infinitus. 27 O
Quomodo deus dicitur a ſanctis menſurari ęternitate. 27 O
Quomodo concordant loquentes de triplici menſura durationis. 27 O

Quæſtio. ij.

Vtrum angelus ſit in loco per ſubſtantiam ſuam. 27
Diffinitio loci declaratur, & explanatur. 27 A
An eiuſdem locati poſſunt eſſe multa loca. 27 A
An ultima ſphæra eſt locus terræ: an totum locus ſuæ partis. 27 A
Tres loci conditiones, continere, menſurare, conſeruare. 27 B
Aliquid eſt in loco cōmenſuratiuè, diffinitiuè, & repletiuè. Et declarantur membra. 27 B
Aliquid eſt in loco ſecundū ſubſtantiā, & ſecundum operationem. 28 B
An aliquis locus ſit angelo naturalis, uel uiolētus. C. Item diſt. iij q. j. 28
Angelus quomodo eſt in loco. 28 C.D
An corpus, & angelus habent eundem locum: & an locus angeli continet ſolum angelum. 28 D
Angelus non eſt in loco per ſubſtantiā circumſcriptiuè, nec repletiuè; ſed diffinitiuè. 28 C
Licet non dependet a loco in eſſe, nec conſeruari. 28 C
Quòd corpus, cui angelus coadſiſtit nō eſt eius locus: ſed locus illius corporis eſt locus angeli: ſicut ſubiectum nō eſt locus accidentis ſibi inhærentis: ſed locus ſubiecti eſt etiam locus ſui accidentis. 28 D
Quomodo aliter eſt angelus in loco, cui coadſiſtit: & aliter in loco. 28 D
Vtrum angelus determinat ſibi certum locum quantum ad magnitudinem, & paruitatem. 29 E
Vtrum poſsit coadſiſtere pluribus locis diſtinctis. 29 F
Vtrum duo angeli poſſunt ſimul eſſe in eodem loco. 29 G
Quomodo cælum empyreum dicitur angelis repletum, & quomodo ſemp dicitur repletum cum adhuc heripo

teſt additio ex ſaluandis. 29. H

Quæſtio. iij.

Vtrum angelus poſsit moueri localiter. 29.
Quid ſit motus localis. 29. A
Angelus moueri poteſt localiter per ſe & immediatè: & non ſolum ad motũ corporis, cui coaſiſtit. 30. B.C
Vtrum angelus poſsit localiter in inſtanti moueri. 30. D
Vtrũ poſsit moueri de termino ad terminum, & non per medium. 30. E

Diſtinctio. iij. Quęſtio. j.

Vtrum omnes angeli inter ſe perſonaliter diſcreti eſſentiali ſpecie ſint diſtincti. 31.
Diffinitio angeli ſecundum Damaſcenum. 31. A
Alia ſecundum Diony. ibidem cum declaratione particularum. 31
Diffinitio perſonæ repetitur, & declaratur. 31. B
Quæ dicantur differre ſpecie eſſentiali. 31. C
Omnes angeli ſunt perſonaliter diſcreti. 31 D
Poſsibile eſt eſſe plures angelos in eadem ſpecie. 31. D
An angelus ſit corruptibilis, & quomodo dicitur immortalis. 31 A
Item quomodo dicitur ſemper mobilis, & infatigabilis. ibidem.
Probabile eſt multos angelos de facto eſſe eiuſdem ſpeciei, & ſolum numero differre. 31. E

Quęſtio. ij.

Vtrum angelus cognoſcat ſe, & alia ꝑ eſſentiam, uel per ſpecies a rebus acceptas, uel a deo infuſas. 32
Ratio cognoſcendi accipitur multipliciter. 32 A
Intelligere per eſſentiam multipliciter accipitur. 32 A
De quadruplici acceptione ſpeciei. 32 B
Recitatur opinio tenentium ſpecies ſẽſibiles, & intelligibiles eſſe ponendas. 32 C
Recitatur opinio contraria negãs eas. 33 D.I.K
Reperitur diſtinctio inter notitiam intuitiuam, & abſtractiuam. 33 D
Non ſunt ponendæ ſpecies ſenſibiles in medio. 33 E.I.K
Non oportet mouens, & motum eſſe ſimul. 33 E
Non imprimitur ſpecies in ſenſu exteriori præuia ſenſatione. 33 F
Aliquid imprimitur in organo ſenſus exterioris, quod eſt obiectum alterius ſenſationis. 34 G
Item imprimitur aliqua qualitas, quæ nec eſt obiectum, nec principium actus, nec ſpecies. 34 G
In ſenſu interiori imprimitur habitus, uel ſpecies inclinans ad ſimilem ſenſationem. 34 H
Vnde cauſatur primus actus phantaſiæ. 34 H
Vtrum prima cognitio phantaſiæ ſit intuitiua, uel abſtractiua. 34 H
In una forma ſufficit una notitia unius obiecti intuitiua. 34 H
Epilogus dictorum cum lata declaratione. 35 I
Quæ ponantur in ſenſu interiori, uel exteriori breuiter explicatur. 35. I.K
Non oportet ponere ſpecies intelligibiles ad cauſandum primã intellectionem. 35 L
Ad eliciendum notitiam abſtractiuam intelligibilem, oportet præcedere notitiã intuitiuã, uel habitũ. 35 M
A notitia intuitiua intellectus formantur duę abſtractiuę 36 N
Notitię itellectuales intuitiuè, & abſtractiuè primę ſunt omnes ſingulares uagę. 37 O
Quomodo a uagis abſtrahuntur magis determinatę. 37 P
Quomodo abſtrahũtur notitię uniuerſales a pluribus ſingularibus. 37 P
De formatione notitiarum complexarum, & adhæſiuarum. 37 Q
Intellectus angelicus non intelligit ꝑ eſſentiam ſuam tanquã per rationẽ formalem cognoſcendi. 37 R
Intelligit tamen per eſſentiã, tanquã ꝑ



cauſam efficientem. 37 R
Quomodo intelligitur, ꝙ notitia abſtractiua præſupponit in eadem potentiam notitiam intuitiuam eiuſdẽ obiecti. 34 H
Fruſtra ponitur ſpecies diſtincta ab obiecto, & habitu tã in medio, quã potentia ſiue organo. 35 I.K
Item 33 E.F.G
Phantaſma q̃d eſt, ꝑ quo ſupponit. 35 K
Conceptus quid eſt, quot modis accipitur. 38 R
Intellectus angelicus intuitiuè cognoſcit per eſſentiã obiectorũ. 38 R
Angelus poteſt cognoſcere notitia uniuerſali abſtracta a ſingularibus. 38 S
Angelus poteſt accipere notitiam adhęſiuam propoſitionis contingentis per notitiam actualem non habitualem. 38 S
Angelus poteſt propoſitiones neceſſarias cognoſcere per notitias terminorũ, ſi ſunt ꝑ ſe notę: aut per diſcurſum, ſi non ſunt per ſe notę. 38 T
De cognitione angelorum, quam de facto habuerũt in pricipio ſuę cõditionis, & quã nunc habent poſt confirmationem bonorum. 39 V
Habere eẽ uirtuale in cã q̃d eſt. 42 HH
Quid cognouit angelus in principio creationis: 39 V
An autem cognitionem tunc accepit a rebus, uel per reuelationem, aut habitus infuſos, dubium eſt. 39 V
Angeli ante confirmationem non cognouerũt deum intuitiuè, nec abſtractiuè diſtinctè. 39 X
Habuerunt tamen clariorem notitiam dei, quàm homo naturaliter ex ſuis naturalibus. 39 X
De cognitione angelorum poſt confirmationem. 39 A.A
Arguitur, quòd ſpecies ſunt ponendæ: & ſoluuntur multæ experientiæ: auctoritates philoſophi, & commentatoris declarantur multipliciter. BB. & deinceps. 39
Item experientia de albo uiſo per uitrum rubeum, de colore uiridi oculorum: de baculo apparẽter racto in aqua, & aere partim poſito: apparentẽtia rei in minori quantitate in propinquo, quàm in diſtantia: de viſo per medium denſum, & rarum: & ſimilia multa & latè ſoluuntur. 40 CC. DD.EE.FF.GG
Ad rationes in oppoſitum reſpondetur. 42 HH. II
Ad auctoritatem philoſophi. & commẽtatoris. 42 KK.
Quomodo color dicitur mouere mediũ, & mediũ ſenſum pulchrè explicat̃ ad communem perſpectiuã. 43 LL
An cognitio angelorum ſit ueſpertina, aut matutina dicenda. 44 MM

Diſtinctio. iiij. Quęſtio unica.

Vtrũ angeli boni, & mali fuerunt in ſua creatione donis glorię, gratię, & naturę perfecti. 44
Deus potuit angelos creaſſe perfectos in natura, gratia, & gloria 44 A
Beatitudo dupliciter accipitur. Vno modo ut includit uiſionem, fruitionem, tẽtionẽ. Alio modo priuatiuè, ut dicit omnes defectus pęnæ & culpę excluſionem. 44 A
Nulli angelorum in principio creationis fuerunt perfectè beati primo modo. 44 B
Omnes angeli fuerunt in beatitudine creati ſecũdo modo priuatiuè. 44 B
Vtrũ omnes angeli ſunt in gratia creati. De hoc recitantur duæ opiniones cõtrarię ambę probabiles: neutra certa. 44 C.D.E
Triplex acceptio gratię: pro omni dono naturę ſuperaddito. ꝑ dono libero arbitrio addito, ut uirtutes: uel pro gratia gratũ faciente. 45 E
Soluuntur rationes hincinde ſecundũ ambas opiniones. 45 F
Qua congruentia gratia comparatur ſemini, & qua liberũ arbitriũ. 46 B
Vtrũ angeli mali in primo inſtanti creationis poterant eſſe miſeri. 46 H
De duplici miſeria culpæ, & pęnę. 46 H
Et ꝙ utroq; modo angelus potuit ſimpliciter loquẽdo eſſe miſer. 46 H
Vtrum angeli boni fuerunt ſuæ beatitu

dinis preſcij:& qualis fuit certitudo in angelis bonis. 47.I
De multiplici certitudine ex parte intellectus,& affectus. 47.I
Angeli mali an poterant eſſe preſcij ſui caſus; & an de facto fuerunt præſcij. 47.K

Diſtinctio v. Quæſtio unica.

Vtrum angelus meruit ſuam beatitudinem in inſtanti creationis:uel in mora temporis poſterioris. 48
An angeli meruerunt ſuam beatitudinem. 48.B
Angelus prius meruit, & poſt beatitudinem accepit. 48.B
Diuerſę opiniones quādo angelus meruit. 48.C.D
De mora angelorū in naturalibus,merito,& pręmiationis. 49.D.E.
Quod in nunc præmiationis, & inſtanti mortis, nullus poteſt demereri. 49.E
Angelorum meritum duratione præceſſit præmium. 49.E
Mora meriti in omnibus angelis fuit æqualis. 49.E
Angeli creati ſunt uniformes,& nullus in culpa. 49.E.H
Probabile eſt quemlibet angelum aliquando fuiſſe in gratia. 49.E
Quando boni meruerunt,& mali angeli demeruerunt. 49.F
Vtrum angelus potuit mereri in inſtanti. 49.G
Vtrum morę meriti,uel demeriti angelorum fuerunt inſtantaneæ,uel indiuiſibiles. 49.H

Diſtinctio.vj.Quæſtio unica.

Vtrum primum peccatum angeli pertinens ad ſuperbiam fuerit ſimpliciter irremidiabile. 50
Duplex eſt actus uolūtatis uelle, & nolle·& duplex uelle,amicitiæ,& concupiſcentię. 50.A
Primus actus uoluntatis ordinatus ;& uellę amicitiæ ordinatū,& primus inordinatus eſt uelle amicitiæ inordinatū. & ſi primus actus ordinatus eſt ēt ſequentes ordinati ſunt. 50.A
Duplex eſt affectio,iuſti, & commodi. 50.B
De triplici iuſtitia gratuita, morali,& innata. 50.B
Voluntas,quia libera habens in ſua poteſtate actus ſuos quātū ad ſubſtātiā, & intenſionē,tenetur ſe refrenare ſecundum regulā iuſtitię. 50.B
Primus actus inordinatus primi angeli fuit amor amicitię ſui. 51.C
Primus actus inordinatus concupiſcētiæ fuit uelle beatitudinis. 51.D
De diuerſis inclinationibus appetituū. 51.D
Appetitus beatitudinis poteſt tripliciter eſſe inordinatus. 51.D
Primum peccatum Luciferi reducitur ad ſuperbiam. 52.E
De quatuor ſpeciebus ſuperbiæ,& earū diffinitionibus, & ꝙ ſuperbia dupliciter accipitur. 52.E
Primum peccatum amoris concupiſcētiæ primi angeli reducitur ad luxuriam. 52.F
Multiplicia peccata ſecuta ſunt primos inordinatos amores amicitiæ,& cōcupiſcentiæ. 52.G
Vtrum diabolus odiuerit deum, uel utrum in ſe:uel in ordine ad effectū: & an deus aliquo modo poſsit odiri. 52.H
Peccatum dupliciter dicitur irremiſsibile,de potentia abſoluta, & ordinata. 52.I
Peccatū primi angeli non fuit irremiſſibile, quamdiū fuit uiator,ſed eius peccata continuata ad terminū uiæ facta ſunt irremiſsibilia ſecundū potentiam ordinatam dei. 53.I
Non ſemper uoluntas conformans ſe inclinationi naturali eſt recta: ſed frequenter diſtorta moraliter: ſed conformans ſe legi naturali ſemper eſt recta. 53.K
Angeli boni affectione commodi uolētes beatitudinē non peccauerūt: qa ille affectio regulata fuerat affectione iuſtitię. 53.K
Luxuria dupliciter accipitur. 52.F



In quibus conſiſtit. 52.F
Auaritia dupliciter accipitur. 52.F
Diſtinctio ſeptem uitiorum capitalium per numerum ſeptenarium non uidetur ſufficiens. 52.F
Cur dicuntur uitia capitalia. 52.F
Pręſumptio quid eſt. 52.G
Ambitio quid eſt. 52.G
Contingit loqui de peccato quantū ad eius inchoationem, cōſummationē, & confirmationem. 52.G
Appetitus beatitudinis eſt appetitus naturalis,quomodo, & ad quem ſenſū conceditur. 53.K
An omnis uolens,uel credens antecedēs,uelit,aut credat cōſequēs. 55.Q
Quomodo intelligendum eſt, ꝙ ſicut principium in ſpeculabilibus:ita finis in operabilibus. 53.K
Vtrum angelus potuit appetere ęqualitatem dei. 54.L.M.N.O
Aequalitas dei poteſt concupiſci, licet ſit impoſsibilis:& hoc uoluntate cōplacentiæ:non efficaci,uel imperatiua. 54.M
Electio dupliciter accipitur ſecundū duplex uelle complacentiæ, & imperatiuum. 54.N
Ibidem quomodo electio non eſt impoſsibilum.
Obiectū uoluntatis eſt ens,ſiue apprę henſum in ordine ad ſe, uel ad aliud. 54.N
An angelum eſſe ęqualem deo ſit aliquid. 54.O.
An impoſsibile comprehendatur ſub obiecto uoluntatis. 54.O
Aliquis poteſt uelle ſe non eſſe antecedenter,& efficaciter. 55.O
Aliquis,poteſt uelle antecedens,& nolle conſequēs:ſimiliter & credere antecedens,& non cōſequēs: dū ignorat,uel non aduertit ipſum eſſe conſequens:ſecus ſi aduerterit ipſum eſſe conſequens. 55.O
Quale fuerit peccatum inferiorum angelorum a Lucifero. 55.P
De potentia dei abſoluta nullum peccatum eſt irremiſsibile, ſecus ſecundū ordinatam. 53.I
Angelus apoſtata pluribus peccatis peccauit. 53.I
Quandiu angelus fuit in uia, peccata ſua fuerunt remiſsibilia. 53.I

Diſtinctio.vij. Quæſtio unica.

Vtrum obſtinatio diaboli in malo ſtare poſsit cum libero arbitrio. 55.
Diuerſę opiniones de cauſa, & effectu obſtinationis diaboli. 55.A.B
De quadruplici bonitate naturali ex genere morali, & meritoria.
Item diſt.xviij. 55.B
De quadruplici malitia orta. 56.B.C
Angelus damnatus neceſſariò eſt in aliquo actu uoluntatis. 56.D
Aliquis actus uoluntatis in angelo malo nō eſt in eius poteſtate, ſed immediatè a deo. 56.D
Aliquis actus repugnans omni peccato eſt in angelo bono. 57.E
Et ꝙ talem actum in illa creatura poteſt impedire. 57.E
Stante actu beatitudinis in uoluntate non poteſt ipſa uoluntas in peccati actum. 57.E
Angelus bonus eſt impeccabilis diuina uoluntate,non ſua propria natura. 57.E
Angelus malus non poteſt in actū bonū moraliter,uel meritoriè. 57.F
Angelus malus non poteſt carere actu malo, qui immediatè producitur a deo;& ꝙ deus cauſat odium ſui in uoluntate diaboli ſecundum opinionē aliquorum. 57.G.H
Attamē propter hoc deus non eſt auctor mali,neq; peccator. 57.H
Angelus in malo obſtinatus poteſt in actum bonum ex genere. 58.I
De triplici libertate, a coactione,a ſeruitute, a neceſsitate. 58.k
A ſeruitute culpæ, & pœnę angeli boni ſunt liberi. 58 L
Oppoſitum eſt de damnatis. 58.L
Tam boni, quàm mali angeli ſunt liberi a coactione. 58.L
Obſtinatio,& confirmatio tollit libertatem neceſsitatis in angelis. 58 M
Liberum arbitrium per confirmationē

eleuatur, per obſtinationem deprimitur. 58. M
Vtrum aliquis locus ſit dęmonibus diſconueniens,& pœnalis. 59. N.O
An dęmones uolentes tentare hominē inde gaudeant,& lętentur. 59. O
Quomodo ſe habent ꝑ uoluntatem ad loca, quibus detinentur dęmones. 59. O
Non omne uolitum conſecutum generat delectationem. 59. O
Quomodo aliquis locus eſt diſconueniens dęmoni. 59. O

Diſtinctio.viij.Queſtio.j.

Vtrum angeli naturaliter incorporei poſsint aſſumere corpora, & in eis exercere uitæ opera. 59
Exponitur queſtionis titulus antiqua opi.tangitur de queſtione. 59. A
Angeli naturaliter ſunt incorporei: & ſoluũtur auctoritates oppoſitę. 59.B
Quid ſit ſpiritum aſſumere corpus: & declarantur membra notificationis. 60. C
Omnes diuinæ apparitiones factę sũt per angelos in perſona dei loquentes. 60. C
Spiritus aſſumit corpora ſecundum ꝙ cõuenit ſuę operationi:& unde formãtur, illa corpora, & declarantur modus aſſumendi corpora. 60. D.E
Quas operationes operari pñt in corporibus aſſũptis angeli. 61. F
Angelus non poteſt in opera uitalia ꝑ corpus aſſumptum: nec potentię uegetatiuæ, nec ſenſitiuę. 61. G
De incubis, & ſuccubis quid tenendum. 61. G
Quòd omnis cognitio, quam habet angelus in corpore aſſumpto, eſt intelligibilis. 61. H
Quomodo apparentiæ operationum uitaliũ, quas oſtendunt angeli boni in corporibus aſſumptis, excuſantur a fictione,& quid ſit fictio. 62. I
Ad quid angeli aſſumunt membra corporis alicuius cũ non ſentiant. 62. K
De comeſtione angelorum, & Chriſti poſt reſurrectionem. 62. L
An cibus ſit cõuerſus in corpus Chriſti glorioſum, quem comedit poſt reſurrectionem. 62. L
Quare Abraam angelis cibum obtulit: cũ intelligeret eos non fore homines. 62. M
Quomodo angelus poſſet formare uoces:& an indigeat plectro linguæ ad hoc, ut formet uocem. 62. N

Quæſtio. ij.

Vtrum dęmones humana corpora poſsidentes illabantur animabus, & ſuis pſtigijs illudãt humanis ſenſibus. 62.
Dęmones non prohibiti poſſunt humana corpora intrare, realiter commouere, affligere, & turbare: nec poteſt corpus ſpiritui reſiſtere: & cur hoc deus permittat fieri. 62. A.B
Soluuntur auctoritates ſonantes in contrarium. 63. C
Illabi quid eſt, & quid dicit, cui conuenit reſpectu rationalis creaturę, an ſoli deo. 63. D
Dæmonem illabi animæ, cui poteſt eſſe præſens ſubſtantialiter: eſt impoſsibile: ſoli uero deo poſsibile. 63. D
Differentia inter errorem, deluſionem & præſtigium. 63. E
Illuſio contingit tripliciter: & illud latè per ſubdiuiſiones explicatur. 63. E
Dæmonem obſidere corpus, quid eſt. 62. A
Et qd dicit obſeſsio dęmonis. 63. B
Aliquid eſſe intrinſecum alicui intelligitur dupliciter. 63. C
Vtrum dęmones ſuis præſtigijs poſſunt illudere ſenſus humanos. 63. E
Latè, & pulchrè explicatur hoc dubiũ. 64. F
Vtrum dęmones poſſunt facere miracula. 64. G.K
Miraculum dicitur ſiue opus inſolitũ quantum ad factum, & quantum ad faciendi modum. 64. G
Miracula uera, & miracula falſa quæ ſunt. 65. H
Miraculum quid eſt. 64 G





Angeli ſiue boni, ſiue mali quid poſſunt producere ad extra: an formam aliquam ſubſtantialem, uel accidentalē 65 I
An carmina,& incantationes habent aliquam cauſalitatem reſpectu effectuũ eos conſequentium. 66 L
An licet tollere maleficium intentione curandi maleficiatum. 66 L
Vtrum dœmon poſſit malas cogitationes immittere:& quid eſt, & quotupliciter accipitur immittere cogitationes. 66 M
An dœmon poſſit compellere ad cogitationes malas. 66 N
Documenta moralia ad uitandum cogitationes malas,& turpes. 66 N
Vtrũ diabolus poſſit in nobis malas affectiones incendere. 66 O
Differẽtia inter incẽdere,& mittere cogitationes,& affectiones. 66 O

Diſtinctio. xiij. Quæſtio j.

Vtrum angelorũ ordines in hierarchia triplici ſecundum dona gratuita,& officia ſunt diſtincti. 67
Hierarchia, quid ſit,& unde dicat. 67 A
Hierarchia eſt triplex: diuina, & angelica,& humana: & deſcribuntur membra ſecundum Dionyſium,& alios. Et unde ſumatur eorum diſtinctio. 67 A.B.C
Ordo quid ſit diffinitiuè: & ꝙ probabiliter ſuſtineri poſſit, ꝙ omnes angeli eiusdem ſpeciei ſunt eiusdem ordinis. 68 D
In qualibet hierarchia ſunt tres ordines quos diuerſimodè diſtinguit Dionyſ. & Grego.& unde ſumatur eorum diſtinctio. 68 E
De nominibus ordinum, ꝙ a donis imponuntur eis: & a quibus donis ſunt impoſita. 68 F
Probatur angelorum multitudo innumera. Item tres hierarchiæ,& nouem ordines. 69 G
Ordinũ diſtinctio initiatiuè eſt a natura libꝰ donis, cõpletiuè a gratuitis. 69 G
Ad quē ſenſum de ſingulis ordinibus aliqui dicantur cecidiſſe. K
An numerus angelorum ſit magnus: ibi de angelorum numero, ꝙ maximus eſt. 69 H
Vtrum omnes angeli eiusdē ordinis ſint eiusdem ſpeciei.
Recitantur opi. ſancti Tho. & Bonauen. & eis recitatis, ac dimiſſis ponitur reſponſio. 69 I
Vtrum ad ſingulos ordines angelorum fiat aſſumptio hominum ſaluãdorum. 70 K
Vtrum omnes homines beatificandi ſint aſſumendi ad ordines angelorum: recitantur tres opiniones. 70 L
Vtrum prælatio ordinis ad ordinem in iudicio euacuabitur. 71 M
Tripliciter aliquid dicitur aliud excedere. 71 M
Vtrum omnes angeli eiusdem ordinis ſint æquales. 71 N
Vtrum in hominibus eſt ſtatuum diſtinctio ponenda ſiue in animabus, ſicut in angelis. 71 O

Quæſtio. ij.

Vtrum per actus hierarchicos ſuperiorũ ordinum angeli poſſunt inferiores illuminando mentaliter eis loqui. 71
De tribus actibus hierarchicis, purgare, illuminare, perficere, ꝙ non diſtinguũtur realiter: & ꝙ conſiſtunt in inductione ſcientiæ. 71 A
Vtrum angelus poſſit uidere actum interiorem creaturæ rationalis: recitatur opinio, ꝙ non, de hinc recitatur oppoſita, ꝙ ſic. 71 B
Angelus naturæ ſuæ derelictus, & cœteris paribus ſi permittitur, & eſt debita indiſtantia &c. poteſt cognoſcere intuitiuè cognitiones, & affectiones creaturæ. 71 B
Quod probatur multis rationibus. 71 B
Exponuntur ſcripturæ, ꝙ ſolus deus cognoſcit ſecreta cordis. 71 B
Vtrum angelus poſſit cauſare notitiam alicuius obiecti in intellectu alterius angeli, uel hominis. 72 C

Recitantur duæ opiniones. 72 C,D
Quid poteſt intelligere intellectus uiatoris. 72 C
Angelus nihil poteſt cauſare in alio angelo:niſi per modũ obiecti. 73 E
Habitus in proprio ſubiecto habet duplicem actionẽ in alio ſolũ unã. 73 E
Quid eſt loqui mentaliter. 73 F
Quid eſt audire mentaliter. 73 F
Quid intelligitur per actum hierarchichum:& ꝙ eſt unus in re ſcilicet ſcientiæ inductio:& triplex nominatione. 71 A
Purgare,illuminare,perficere, pro quo ſupponunt:& quid connotant. 71 A
De locutione angelorum plura habenſ:& de auditione eorundem. 72 F.G
Angelus poteſt angelo loqui,& ab eo audiri:tam ſuperior inferiori:quàm ecõuerſo. 73 G
Inferior loquendo ſuperiori eum non illuminat:& quæ differentia inter illuminare,& loqui. 73 G
Angeli ſuperiores poſſunt inferiores illuminare: & illuminando loqui eiſdem. 72 G
Vtrum angelus uidẽs cogitationes alterius uideat etiam obiecta,ad quod ponuntur propoſitiones. 74 H
Angelus uidens intuitiuẽ cognitionem alterius,non uidet intuitiuẽ obiectum. 74 H
Angelus uidens cognitionem uniuerſalem poteſt uidere intuitiuẽ obiectum ſi fuerit conceptus uniuerſales.habẽs tantum eſſe obiectum in intellectu. 74 I
Angelus uidens cognitionem ſingularẽ alterius poteſt cognoſcere eius obiectum abſtractiuẽ,confuſẽ, uel diſtinctẽ,ſingulariter, rememoratiuẽ, uel per diſcurſum. 74 I
Quam cognitionem unꝰ angelus in alio cauſare poſſit:late explicatur per plures diſtinctiones. 75 K
Non in poteſtate angeli loqui uni, & non alteri æquẽ approximato: poteſt tamen uirtute diuina concurrere reſpectu unius,& non alterius. 76 K
Quæ differentia inter audire, & uidere mentaliter. 75 M
Angeli inferiores aliquid ignorant, ꝙ nouerunt ſuperiores. 76 N
Quomodo uidens uerbum uidet omnia. 76 N
Vtrum omnes angeli boni nouerint myſterium incarnationis adhuc futurũ. 76 O
An dæmones nouerint Ieſum in carne ꝑdicantem fuiſſe filium dei. 76 O

Diſtinctio.x. Quæſtio.vnica.

Vtrum omnes ſpiritus intellectuales a ſolo deo mittantur ad homines uiatores. 77
Angelum mitti eſt ipſum miniſterium aliquod ſuperiorum auctoritate circa alium exercere. 77 A
Et poteſt fieri cum locali motu angeli, uel non 77 A
Angeli mittuntur ad uiatores: quod oſtenditur auctoritate ſcripturæ,& congruentia. 77 B
Omnes angeli mittuntur adintra, uel extra. 76 C
An angeli mittantur ad homines uiatores. 77 B
An omnes angeli boni mittantur. 77 C
An angeli mali mittantur a deo. 77 D
An ſolus deus:an etiam angelus mittat angelum. 77 E
An angelus dicatur miniſter angeli,cum ab eo mittitur. 77 E
Gabriel miſſus ad uirginem fuit de ſuperiori hierarchia. 77 C
Angeli mali etiam a deo mittuntur:licet in tali miſſione alia ſit intentio dei: alia diaboli.ut patet in Iob. 77 D
Miſſio malorum quid eſt. 77 D
Per auctoritatem a ſolo deo angeli mittuntur:tamen miniſterialiter unus angelus quandoq; mittitur ab alio angelo. 78 E

Diſtinctio.xj. Quæſtio.unica.

Vtrum cuilibet homini deputatur bonus angelus a natiuitatis ſuæ principio,uſq; ad uitæ terminum ſuæ cuſto-



diæ aſſignatus. 78
Homo indiget cuſtodia angelica:licet habeat liberum arbitrium, ut uiolentari non poſſit:quia mobilis eſt, & ad malum pronus. 78 A
Ad cuſtodiã hominis angelus bonus deputatur a principio natiuitatis,ad ꝗđ adducuntur congruitates ex parte dei. 78 B
Ex parte hominis. 79 C
Per cuſtodiam hominis non minuitur dignitas angeli. 78 B
Et quare hoc. ibidem.
Non ceſſat angelica cuſtodia,quãdiu homo eſt in uia. 79 D
Effectus angelicæ cuſtodiæ eſt reſpectu boni promouendi,& mali prohibendi corporis,& animę:& ideo non deeſt obſtinatiſſimo: nec nondum genito infanti:ſed nec antichriſto. 79 D
Soluuntur auctoritates, quæ uidentur ſonare in oppoſitum. 79 E
De duodecim effectibus angelicæ cuſtodiæ. 80 EF
De ſeptem effectibus ſecundum Cancel. Pariſien. 80 G
Animæ extra corpus non deputatur cuſtodia:nec embrioni inanimatæ ſaltẽ ſpecialis. 80 H
Ad quem ſenſum dicitur angelus quandoq; ab homine diſcedere, & eum derelinquere. 80 E
Chriſtus habuit angelos miniſtros non cuſtodes,& quomodo differunt cuſtodia angelica, & miniſterium angelicum in connotato termini. 80 I
Angelus confortans chriſtum in agonia non cuſtodiuit eum:& quomodo confortatio eſſe poſſit ſine cuſtodia, & ꝙ eſt confortatio duplex, poteſtatiua, & miniſterialis. 80 I
Licet Chriſtus paſſus eſt angelum tentatorem, non tamen habuit cuſtodem. 80 I
Angeli per cuſtodiam merentur augmẽtationem gaudij non eſſentialis, ſed accidentalis, intenſiuẽ, & extenſiuẽ. 81 K
Gaudium ſecundum intenſionem, & ſecundum extenſionem quid eſt. 81 K
Gaudium eſſentiale,& accidẽtale in beatitudine quid eſt. 81 K
Ex damnatione cuſtoditi non triſtatur cuſtodiens angelus. 81 K
Non ſolum cuilibet homini: ſed etiam cuilibet prouinciæ deputatur ſpecialis angelus ad cuſtodiam. 81 L
Angelus bonus reſiſtit angelo bono in cuſtodiæ officio,& quomodo ſine pacis perturbatione ſit talis reſiſtentia.. 81 L

Diſtinctio. xij. Quæſtio.j.

Vtrum materia prima ſit entitas poſitiua a forma realiter diſtincta: recitantur opi. contrariæ. 81 A
Iſta nomina actus,& potentia multipliciter æquiuocantũr:ſic ens in actu: ens in potentia. 82 B
Hoc aliquid eſt compoſitum ſubſtantiale,& quare hoc aliquid dicitur compoſitum. 82 C
Quæ ſolent attribui materiæ ſecundum philoſophum. 83 E
Materia prima eſt entitas poſitiua a forma ſubſtantiali,& accidentali realiter diſtincta. 83 D
Quomodo materia eſt ens in actu, & etiam in potentia. 83 F
Materia prima eſt terminus creationis. 83 F
Quomodo diſtinguitur generatio ab alteratione. 83 G
Quomodo intelligendum, ꝙ materia nec eſt quid: nec quale, nec quantum. 83 G
Quomodo materia poteſt ſtare nuda ab omni forma accidentali, & eſſentiali: ſoluuntur rationes ſancti Thomæ. 84 H
Vtrum materia in principio creationis ante omnem diem fuerit nuda. 84 K
Si materia ſepararetur ab omni forma: ubi eſſet, aut in loco, uel extra locum. 84 I

Quæſtio. ij.

Vtrum cælum habeat materiam eiuſdi

rationis cum materia elementorum & mixtorum. 85
De intellectu textus Geneſis : & triplici operatione, creationis, diſtinctionis, ornationis,ibi deſcripta: & quibus diebus ſingula deſcribuntur. 85 A
Materia accipitur hic pro altera parte compoſiti ſubſtantialis. 85 A
Recitantur opiniones:utrum in cęlo ſit materia,cum ſuis rõnibus. 85 B
Similiter de hoc poſito , ꝙ cœlũ habeat materiam:an ſit eiuſdem rationis cũ materia inferiorum:recitantur opiniones , & hincinde de ſoluuntur rationes: 85 B.C.D.E
Quid materiã appetere formam. 86 F
Vnde incorruptibilitatis cœli ſi habet materiam eiusdem rationis , quæ appetit aliam formam. 86 F
Corruptibilitas unde prouenit rei alicui. 86 F
Simul ſtant,quòd cœlum eſt incorruptibile:& ꝙ materia cœli appetit aliam formam. 86 F
Quomodo conceditur, quòd materia elementorum habet priuationem annexam. 86 F
Materia indifferenter omnem formam appetit:non plus perfectam,quàm imperfectam. 86 F
Res per quid differunt : an per aliquod extrinſecum. 86 G
Operatio,quę eſt a forma,arguit eſſe ſpeciem,ſed non dat ſpeciem. 86 G
Corruptio rerũ non eſt ex tali appetitu materiæ:ſed ex contrario. 86 F
An illa de rigore uerborũ uera ſit:materia habet priuationẽ annexã. 86 F
Nõ omnis diuerſitas ſpeciuoca eſt a forma:ſed aliqua a materia. 86 G
Quomodo materia eſt prope nihil cum accidentia ſunt imperfectiora. 86 G
Comparantur opiniones de eo , an cęlũ habeat materiam:& an eiusdem rationis, quæ magis naturalis , quæ magis theologica. 86 H
Materia informis creata eſt ante omnem diem ordine naturæ non temporis. 86 K
An fuerit aliqua mora inter creationem materiæ , & productionẽ lucis prima die:ponitur duplex opinio. 87 K
De cœlo empyreo quando fuerit creatum: & an ſignificatum per cœlum cũ dicitur.In principio creauit deus cœlum,& terram . 87 L

Diſtinct.xiij. Quæſtio.unica.

Vtrum lux a nocte primam diſtinguens diem cauſet lumen tanquam diſtinctã a ſe qualitatem. 88
Quid importat nomen lux principaliter quid tranſſumptiuè. 88 A
De quidditate lucis recitantur tres opiniones. 88 B
Circa modum diſtinctionis diei a nocte, recitantur opiniones græcorum,& latinorum. 87 C
Lux prima die creata ſuo motu circulari diſtinxit diem,& noctem. 89 E
Lux corporalis non eſt ſubſtantia. 89 E
Lux eſt qualitas accidentalis , inhærens luminoſo. 89 E
Lumen eſt qualitas eiusdem nominis cũ luce ſecundum negantes ſpecies ſenſibiles in medio. 89 F
Sed ſecundum alios ponentes ſpecies, ẽ ſpecies lucis. 89 F
Dupliciter põt intelligi lucẽ prima die creatã circulariter moueri. 89 G
Lux,& lumen quomodo differunt in cõnotato. 89 F
Lux creata fuit in oriente : & non fecit primo mane : ſed primo veſpere . 89 G.H
Lux ſolis eſt accidens ſolis inſeparabile per naturam:ſed ſeparabile per deum. 90 I
Sol illuminando aerem bene depuratur & producit in eo lucem remiſſam,quę non uidetur propter eius remiſſionem , ac aeris raritatem:terminat inde uiſũm condenſato aere in nubem. 90 K

Diſtinctio. xiiij. Quæſtio.unica.

Vtrum aquæ ſuperiores per firmamentũ ab inferioribus diuiſæ die ſecunda: ſint de cæleſti , uel elementari materia. 90
Recitãtur diuerſę opiniones de aquis, quæ ſuper cęlos ſunt an ſint aquę elementares. Concluditur, ꝙ ſint cælũ cryſtallinum ſiue primum mobile:ſic dictum aqueum propter conuenientiã cũ aqua in diaphaneitate.90 A.D
Nomẽ aqua in textu Geneſis ęquocatẽ ſecũdũ triplicẽ acceptionem. 90 B
Quòd ſupra firmamentũ ponitur aliud cęlum mobile, & motu proprio mouetur firmamenti. 91 C
Cęlum tripliciter accipitur,ꝓpriè,largè, & metaphoricè. Et capiẽdo ꝓpriè capit abſolutè,uel cõnotatiuè. 91 E.F
De numero cęlorum multiplex poſitio. Vna ponit tres.ſ.ſydereũ,cryſtallinũ, & empyreũ:& cur ſic noïnatẽ. 91 G
Alia poſitio,ꝙ ſint decem cæli ſ.ſeptem planetarum firmamentum, cryſtallinum,& empyreum. 91 H
Tertia poſitio ponit tres cælos:aereum, ſydereum,ſuperſydereum. 92 I
Quarta poſitio ponit ſeptem: aereum, ęthereum,olimpium, igneũ,ſtellatũ, cryſtallinum , empyreum. & ſecundũ aliquos ſubdiuiduntur. 92 I
De cęlo empyreo ſpecialiter agitur:an ſit ponendum. 92 K
Vtrum cęlum moueatur a propria forma,uel ab intelligentia:& ponitur duplex opinio probabilis. 92 L.M
Vtrum cęlum empyreum influat in iſta inferiora. 92 K
Cęlum empyreum cur ſic dicitur:& primum mobile aqueum: & quare dicitur locus beatorum. 92 K
Quõ inanimata,& irrationalia dicũtur deũ laudare,& benedicere. 92 L
Quomodo intelligitur : nihil mouetur a ſe,per ſe & primò. 92 L
Quõ ſapiens dominatur aſtris. 94 Q
An aſtra poſſunt inclinare hominis uoluntatem. 94 Q
An cælũ habeat aliquã actionẽ in animam ſenſitiuam , intellectiuam , uoluntatem &c. 93 P.Q
De ordinando intellectum: aut uoluntatem. 94 Q
An aſtrologhi poſſunt certè cognoſcere tempeſtates futuras. 94 Q
An in innouatione mundi cęlum quieſcet uiolẽter,uel naturaliter.92 M.N
Cur,& ad quid cęlum mouetur. 92 M
An intelligẽtia mouẽs cęlũ moueat cõtingẽter liberè uel neceſſariò. 93 N
Vtrum cælum mouetur naturaliter,& an ſecundum naturam propriam uel communem. 93 M.
Vtrum deus immediatè moueat primũ mobile,uel mediãte creatura. 93 O
Qualem actionem habeat cęlum in elementa mixta , animata bruta,homines &c. latè explicatur. 93 P
Vtrum cælum per aſtra agat in hæc inferiora. 93 P

Diſtinctio.xv. Quęſtio unica.

Vtrum elementa,ex quibus cõſtant animantium corpora, realiter maneant in eis ſubſtantialiter. 94
Recitantur opi. Auicen. & cõmen. cum opi. oppoſita. 94 A
Elemẽta nõ manẽt ſecũdũ ſubſtãtiã in mixtis : probatur multipliciter. 95 B
Ita ſimplex eſt forma mixti ſicut elementi. 95 C
In mixto manẽt qualitates ſimiles qualitatib⁹ elemẽtorũ ſecũdũ ſpeciẽ 95 C
Non ſecundum gradum. 95 D
Mixta componuntur ex elementis uirtualiter. 95 D
Et quõ elementa manẽt in mixto. 97 I
Ad quẽ ſenſum elementa dicuntur manere in mixtis:& quomodo elementa componuntur ex mixtis. 95 D
Quando elementa concurrunt ad generationẽ mixti nõ producitur mixtũ actione elementorum. 95 D
Quomodo differunt mixtio,& generatio ſimplex. 96 E
Exponiẽ diffinitio mixtionis. 95 C D.E
Quæ habent corruptionem intrinſecã, & quę extrinſecam. 96 E
Cineres ex combuſtione ligni nõ ſunt terra,nec aqua expreſſa,uel diſtillata ex elementorum aqua. 96 E
Propter formam mixti non ponitur forma corporeitatis. 96 E

Diuerſæ uirtutes accidentales non exigunt diuerſas naturas ſpecificas 97 I

Vtrum animæ ſenſitiuę brutorum ꝑducantꝰ de aliquo, uel de nihilo. Quodq; non transfunduntur a generante: ſed educuntur de materiæ potentia. 96 F

Quare aues, & uolatilia dicuntur produci de aqua: & non potius a terra, uel aere. 96 G

Quomodo omnia creata ſunt propter hominem tam pro ſtatu innocentię, quã pro ſtatu hominis lapſi: ſed tamẽ multum differenter: licet puniatur: & ultimatè propter deum. 97 H

Quomodo, & ad quem ſenſum dicuntur mixta produci nunc ex hoc elemento: nunc ex alio. 96 G

Diſtinctio. xvj. Quæſtio unica.

Vtrum ſicut anima uegetatiua, ſenſitiua, intellectiua in eodẽ homine: ita eiuſdem animæ potentię inter ſe, & ab ipſa anima realiter ſint diſtinctę. 97

Recitãtur opiniones de pluralitate formarum. 97 A

Declaratur opinio Ockã de diſtinctione animæ intellectiuæ, ſenſitiuę, & forma corporeitatis: adducuntur rationes pro eadem. 98 B

Præfertur opinio de unitate formę ſubſtantialis. 98 C

In homine eſt tantum una forma ſubſtantialis: quæ eſt intellectiua, ſenſitiua, & uegetatiua: & forma dans eſſe corporeũ: quod probatur auctoritatibus. 98 C

Solutio rationum de pluralitate formarum. 99 D

Quòd accidentia materialia immediatè inhęrent materiæ. 99 D

Corpus Chriſti in ſepulcro fuit materia prima qualificata accidentaliter ſine forma ſubſtantialitatis. 99 E

Reliquiæ ſanctorum honorantur propter materiam quę fuit eadem in ſanctis: non propter formam inexiſtentem nunc; quę nunquam fuit pars ſanctorum. 99 D

Homo non cõponitur ex anima, & corpore de ſubſtantia: ſed ex corpore de quantitate. 99 E

Actus appetendi in ſenſu, & nolendi idẽ in uoluntate non contrariantur etiã reſpectu eiuſdem obiecti. 99 F

Actus diuerſorum appetituum quomodo poſſunt dici contrarij. 99 E

Sicut diuerſi actus in intellectu: ita diuerſæ appetitiones in appetitu ſimul eſſe poſſunt. 99 E

Reſpectu eiuſdẽ obiecti põt haberi actus unus naturaliter, & alius liberè. 99 F

Senſationes inhęrent toti compoſito. 99 F

Diuiſibile poteſt inhærere indiuiſibili: dũ illud indiuiſibile per ſui replicationẽ inhæret diuiſibili ſubiecto. 99 F

Appræhẽſio intellectiua quid eſt. 99 F

Vtrũ anima ſeparata poſsit ſentire. 99. F

Potentię ſenſitiuæ eiuſdem formę non diſtinguuntur, niſi includant organum: tunc diſtinguuntur ratione organi. 100 I

Quomodo actus, & potentia diuidunt omne genus ſeu pertinent ad idem genus. 101 K

Principium immediatum non eſt ſemper in actu. 101 K

Quomodo eadem res poteſt eſſe in diuerſis prædicamentis. 101 K

Exponitur illud Diony. ſpiritus diuiditur in ſubſtantiam, uirtutem, & operationem. 101 K

Recitatur opinio, ꝙ potentiæ intellectiuæ diſtinguuntur ab anima intellectiua cum auctoritatibus, & rationibus. 101 L

Recitantur opiniones oppoſitę, & eligitur una, ꝙ nullo modo diſtinguãtur anima intellectiua, & eius potentiæ. 102 M

Quòd eiuſdem rei imponuntur nomina non ſynonyma propter connotationem diuerſarum rerum. Quodq; illa nomina intellectus, uoluntas ſignificant idẽ omnibus modis ſubſtractiuè, ſed diuerſa formaliter. 102 M

Nomen potentia in genere, & ſpecie dupliciter accipiuntur. 102 M

Potentiæ accipiendo ut ſupponunt pro aggregato ex principio, & actu diſtinguuntur inter ſe, & ab anima. 102 M. N.

Accipiendo autem ut ſupponunt pro principio non pro actu: ſic neq; ab anima, nec inter ſe diſtinguuntur: quod probatur auctoritate, & ratione: ſed neq; diſtinguuntur ratione. 102 N

Exponuntur auctoritates in contrariũ adductæ. 103 O

Et reſpondetur ad rationes. 104 P

Diſtinctę operationes non requirunt diſtincta principia ſemper. 104 P

Malè allegatur: potentiæ diſtinguuntur per actus. 104 P

Quando ex diſtinctione actuum arguitur diſtinctio potentiarum: & quando non, pulchrè oſtẽditur. 104 P. Q

Cõſequẽtia permutata qñ ualet. 104 Q

Quòd non quodlibet ex quolibet poteſt generari. 104 Q

Potentiæ animæ rationalis non diſtinguuntur formaliter. 104 R

Quomodo homo dicitur intelligere per intellectum. 105 S

Vtrum concedendum ſit, ꝙ intellectus ſit uoluntas: & ꝙ anima intelligit per uoluntatem: & uult per intellectum. 105 S

De differentia intellectus agentis a poſsibili. 105 T

Demonſtrari poteſt, ꝙ anima rationalis eſt forma corporis: nõ autẽ, ꝙ ſit immaterialis, & incorruptibilis. 105 V

Quòd anima intellectiua eſt tota in tota &c. 105 X

Quomodo idem põt moueri, & quieſcere, & a ſeipſo diſtare, & q. diſtare, & mouere accipiũtur dupliciter. 105 X

Vtrum anima poſsit informare materias diſcontinuas. 105 X

Vtrum intellectus actiuè ſe habeat reſpectu intellectionis. 105 X

Diſtinctio. xvij.

De cõſtitutione uiri quoad corpus, & animam: & paradiſo habitationis ſuæ loco. 106

Quæſtio. j.

Vtrũ aĩa rationalis ſit ex traduce. 106

Duplex intellectus eius quid eſt eſſe ex traduce. Recitantur opiniones, & errores quinq; de origine animæ. B.C.D.E.F.G. 106

Anima rationalis non eſt producta de ſubſtantia dei: nec producta ab intellectiua: nec ex traduce. 108 H

Aliqua dicũtur eſſe eiuſdem generis dupliciter. 107 D

Ad productionem animæ non cõcurrit aliqua uirtus naturalis. 108 H

Non omne cõueniens naturæ inferiori, conuenit ſuperiori. 108 I

Vis generatiua non eſt fruſtra in homine: licet nõ concurrat ad animę productionem. 108 I

Anima a ſolo deo creatur, & creando materiæ infunditur. 108 K

Opinio Platonis, ꝙ animæ ſimul creatę ſunt in cęlis, & eius rꝑbatio. 109 L

Opinio Manicheorũm de eodẽ. 109 L

Animæ non ſimul, ſed ſucceſsiuè a deo ꝑducunꝰ cũ corpori infũdunꝰ. 109 M

Quæſtio. ij.

Vtrum paradiſus ſit corporalis locus a deo a principio plantatus. 109

Opiniones tres de paradiſo, an ſit locus corporalis: an ſpiritualis. 109 A

Paradiſus eſt locus corporalis aptus humanæ habitationi: tam pro ſtatu naturæ integrę, quã lapſæ. 110 B

Paradiſus eſt locus temperatus in inferiori parte aeris in oriẽte collocatus. 110 C

Et ꝙ paradiſũ nõ attigit diluuiũ. 110 C

Paradiſus locus eſt nobis occultus. ſub qua zona cęli collocatus. 110 D

Quòd homo in paradiſo poſitus ut operaretur, & cuſtodiret illum. uerba operaretur, & cuſtodiret, poſſunt referri ad deum, uel hominem: & multipliciter intelligi. 110 E

Cur Adam fuit productus extra paradiſum: angelus in cęlo empyreo, Eua in paradiſo. 111 F

Qũo cũ paradiſo ꝑductus eſt homini locus extra paradiſum: & ad quid abſq; hoc, ꝙ alter ſuperfluat. 111 G

### Diſtinctio. xviii.

De Euæ formatione ex Adæ coſta. 111

Queſtio unica.

Vtrū in coſta Adæ fuit ratio ſeminalis, p q̄ de ea pductū ſit corpus Euę. 111
Quid intelligatur per ſeminalem rationē. ubi recitantur opiniones, ꝙ actus materiæ, quem uocat inchoationem formę cū ſua impugnatione. 111 A.B
Quòd nō ſunt ponendæ inchoationes formarū materiæ coęternæ. 111 B.
Aliud eſt ſemen, aliud ratio ſeminalis: & de utroq; latè dicitur & de proceſſu qui fit in generatione, & corruptione. 112 C
Nec ſemen: nec ſeminalis ratio fuit in coſta Adæ reſpectu formandi corporis Euæ. 112 D
Vbicumq; proceditur ad formam intrinſecam per formas medias: ibi ponitur ſemen. 112 D
Reſpectu elementi generandi nō oportet ponere ſemen. 112 E
Vtrum in generatione corporis Euę de coſta fuerit aliquid: tum ponitur opi. & cōcluditur, ꝙ utrūq; fuit deo poſsibile: factum autem nobis dubium eſt: & ſoluuntur rationes hincinde. 112 F.G.H.

### Diſtinctio. xix.

De conſeruatione hominis per nutrimentum quantum ad indiuiduū. 113

Queſtio unica.

Vtrum homo pro ſtatu innocentiæ habuit corpus immortale. 114
De duplici intellectu quæſtionis. 114 A
De triplici cauſa mortis. 114 B
Hominem eſſe mortalem dupliciter intelligitur: contradictoriè, ſubcontrariè. 114 C
Homo pro ſtatu innocentiæ non habuit corpus immortale contradictoriè. 114 D
Homo pro ſtatu innocentię habuit corpus potens non mori, non natura, ſed adiutorio exiſtentium in hoc loco paradiſi. 114 E
Si homo non peccaſſet, mortuus non fuiſſet. 114 E
An omne agens agendo repatiatur, & debilitetur. 114 F.G
Quomodo lignum habuit potentiam perpetuandi uitam hominis. 115 F.G
Quomodo lignum uitę potuit peccatorem a morte pręſeruare. 115 I
De differentia inter immortalitatem ſtatus innocentiæ, & fœlicitatis æternę. 115 I

### Diſtinctio. xx.

De hominis conſeruatione per propagationem quo ad ſpeciem. 115

Queſtio unica.

Vtrum tantum electi fuiſſent in ſtatu innocentię geniti: & hi ſtatim in gratia confirmati. 115
Quòd ad numeralem identitatem ſufficit, & requiritur numeralis identitas materię, & formę. 115 A
A plurium agentium quolibet poteſt idem numero produci. 116 B
Electio, & prædeſtinatio eſt æterna, & immutabilis: & quis ordo electionis ad media ducentia ad finem ſecundum Scotum. 116 C.F
Si Adam manſiſſet tantum omnes modo electi geniti fuiſſent. 116 D
In ſtatu innocentiæ nullus reprobus fuiſſet genitus. 116 D
De ordine uolitorum a deo ſecundum opinionem Sco. quid tenēdū. 116 F
Si ſtatus innocētiæ cuſtoditus fuiſſent, multi electorum ex alijs parentibus fuiſſent editi 116 D
Opinio probabilis contra iam poſitam opinionem Scoti. 116 E
Aliquid eſſe in iuſtitia confirmatum dupliciter intelligitur. 117 G
Confirmatio qualis eſt in beatitudine, nō fuiſſet in ſtatu innocentiæ. 117 G
Fuiſſet tñ talis confirmatio, qua nō peccaſſēt: licet peccare potuiſſēt. 117 H
De transfuſione originalis iuſtitiæ. 117 H
In ſtatu innocentię fuiſſet æqualis numerus uirorū, & mulierū. 117 I
Qui nūc eſt uir potuit idē numero fuiſſe mulier, & econuerſo in ſtatu innocentiæ. 117 I
In ſtatu innocentiæ fuiſſet multiplicatio hominum per ſexuum cōmixtionem ſine fęda delectatione, & partus ſine dolore. 117 K
Vtrum cum partu fuiſſet corporis integritas. 117 K.L

### Diſtinctio xxj.

De hominis primi tentatione. 118

Quæſtio unica.

Vtrum omne peccatū hominis oritur ex tentatione dæmonis. 118
Quid ſit tentare: & eius deſcriptio latè declaratur. 118 B
Tentat deus, diabolus, homo, caro, mundus. 118 A.B
Quis finis tentationis. 118 B
Aliquando tentare accipitur ſolum in malo. 118 B
Tentatio diuiditur in interiorē, & exteriorem. 119 C
Quę tentatio difficilius uincit. 119 C
De cauſa duplici propriè dicta, & occaſionali. 119 D
Non omne peccatū eſt a dęmone immediatè: aut tanquā a cauſa propriè: ſed omne peccatū eſt a dæmone mediatè, uel immediatè. 119 E.F
Vnde oritur tentatio dæmonis: an ex inuidia eius, an ex ſuperbia. 120 G
Inuidia, & ſuperbia ſunt pęnæ inſeparabiles. 120 G

### Diſtinctio. xxij. Quæſtio. j.

Vtrum peccatum Adæ fuerit omnium peccatorum grauiſſimum. 120
Quale fuerit primum peccatū Adę: an immoderatus amor uxoris. 120 A
Principale peccatum, propter qd̄ lapſus eſt homo, fuit inobediētia, quę orit̄ ex ſuperbia, gula, auaritia. 120 B
Qua aſtutia diabolus aggreſſus eſt primum hominem. 120 B
Breues deſcriptiones, ſuperbiæ, auaritię, gulæ. 120 B
Mulier diabolo credidit: & unde inchoatum eſt peccatum mulieris, & quo progreſſum. 120 B.C
De differentia peccati Adæ, & Euæ. 120 C
Peccati grauitas ex multis attenditur. 121 D
Peccatum Adę non fuit ſimpliciter grauiſſimum: ſed grauiſſimum ex quadam circumſtantia. 121 E
Peccatum Euæ ſimpliciter fuit grauius peccato Adæ: ſecus ex circumſtantia. 121 E
Vtrū primū p ꝰ ũm hominis potuit eſſe ueniale: duplex opinio. 121 F.G.H
De differētia peccati mortalis, & uenialis. 122 G
Peccatum ueniale non intuliſſet mortem, etiam ſi intuliſſet mortem, non ideo fuiſſet mortale. 122 H
Peccatū ueniale nō repugnat rectitudini originali, ſicut nec gratię. 122 H
Rectitudo ſumma quæ eſt: & quomodo ei repugnat peccatū, & quale. 122 H
Non omnis deordinatio in uiribus ſuperioribus eſt mortalis. 122 H
Si Adam non peccaſſet, peccatum Euę genus humanū non dānaſſet. 121 E
Peccato ueniali poteſt regula rectitudinis deſeri abſq; contemptu. 122 H
Licet proximum peccatum Adæ fuit mortale: potuit tamen eſſe ueniale. 122 I
De duplici genere peccati uenialis, quorum altero primum peccatum non potuit eſſe ueniale. 122 I

Queſtio. ij.

Vtrum peccatum Adæ per ignorantiā fuit excuſabile. de quadruplici diſtinctione ignorantię ſecundum oppoſitionem ad ſciētiam, obiectum, cauſam, & ſecundum actum. 122 A.B
Et ibi de uarijs ſpeciebus ignorantię. 122
Aliud eſt agere ex ignorantia, & agere ignoranter. 123 E
Aliquid excuſat a peccato in toto, aliquid in tanto. 123 F
Quicquid minuit rationem uoluntarij, minuit rationem peccati: eo ꝙ omne peccatum eſt uoluntarium, quomodo uerum eſt. 123 F.G
Quomodo ignorātia minuit rationem uoluntarij in actu uoluntatis peccati. 123 G

Alia declaratio planior qũo ignorãtia intelligitur excuſare a pc̃tõ. 124 H
Regula uoluntatis eſt ratio non culpabilis. 124 H
Dupliciter ratio eſt culpabilis. 124 H
De triplici contemptu, quo uoluntas contemnit regulam ſuam: unde ſumi poteſt peccati grauitas. 124 H
Ignorantia inuincibilis ſimpliciter excuſat. 124 I
Ignorantia uincibilis peccati præcedẽs actum, nõ excuſat ſimpliciter: ſed a tanto. 124 I
Ignorantia affectata præcedens aggrauat. 124 K
Ignorantia concomitans, & ſubſequẽs nihil uariat circa peccatum. 124 K
Ebrius, & furioſus, ignorans quid faciat non peccat: licet ex culpa ſua ignorantiã illam inciderit. 124 K
In primis parentibus nõ fuit error, uel ignorantia neceſſariorũ ad ſalutem ante peccatum. 124 L
Peccatum primorũ parentũ non proceſsit ex infirmitate, aut legis ignorantia, ſed ex electione. 125 M
Ignorantia culpã primorum parentum non excuſabat. 125 M
Ignorãtia diuiditur ſecundũ oppoſitionẽ ad ſcientiã: & ſic eſt ignorãtia negatiua, priuatiua, poſitiua. 122 A
Ignorantia diſtinguitur in ordine ad obiectum. 
Quid eſt ſcientia iuris facti. 122 B
Ignorantia diſtinguitur in ordine ad uoluntatem.
Quid eſt ignorãtia, affectata, craſſa, inuincibilis. 123 C
Ignorantia diſtinguitur in ordine ad actũ peccati: & ſic eſt ignorãtia p̃cedẽs, cõcomitãs, conſequens. 123 D
Facere quod in ſe eſt, quid eſt. 125 N
Item diſt. xxvii. 124 K.O
Quomodo facientem qđ in ſe eſt; deus non deſerit in neceſſarijs ad ſalutẽ, ſed illuminat. 125 N
Item diſt. xxvij. 137
Ignorantia in intellectu practico, & ſpeculatiuo quid eſt. 125 P
Vtrum ignorantia legis euãgelicæ excuſet eum, ad quem eius notitia non peruenit. 125 N
Omnis malus ignorans quomodo intelligitur. 125 P
Vtrum ignorantia plus excuſat, quàm infirmitas. 125 P
Vtrum ignorãtia comitetur quodlibet peccatum. 125 P

Diſtinctio. xxiij. Quæſtio unica.
Vtrum deus poſsit facere uoluntatem rationalis creaturæ impeccabilẽ per naturam. 126
De multiplici acceptione uoluntatis ſecundũ diſtinctionẽ appetitus. 126 A
Volũtas rationalis aliquando eſſentialiter includit libertatẽ, aliqñ nõ. 126 B
Concluſio duplex reſponſiua ad quæſtionem ſecundum duplicem uoluntatis acceptionem. 126 C.D
Cur deus optimus non produxit uoluntatem per naturã impeccabilem: cũ talis eſſet melior peccabili. 126 E
Quomodo optimi eſt optima producere: & qñ hoc habet ueritatẽ. 126 E
Quali cognitione Adam cognouit Deum. 127 F
De quadruplici dei cognitione: qũo differẽter p̃ſens eſt deus in eiſdẽ. 127 G
Homo ſi ſtetiſſet in dei cognitione p̱feciſſet, & quomodo. 127 H
Profectus ſcientię dupliciter poteſt cõſiderari. 127 H
Si homo ſtetiſſet, quomodo profeciſſet in rerum cognitione. 127 H

Diſtinctio. xxiiij. Quæſtio unica.
Vtrum portio inferior, & ſuperior ſint potẽtiæ aliquo modo diſtinctę. 128
Quod in ſola ratione ponitur portio ſuperior, & inferior. 128 A
De duplici acceptione portionis ſuperioris. 128 A
Quę pertinẽt ad portionem ſuperiorẽ, quæ ad inferiorem. 128 A.B
De duplici intellectu q̃ſtionis. 128 B
Vtraq; portio ſuperior, & inferior, complectitur memoriã, intelligentiam, & uoluntatem. 128 C
Ratio imaginis propriè eſt in portione



ſuperiori, conſequenter etiam in portione inferiori. 128 C
Reſpõſio ad q. p̱ duas cõcluſiones. 129 D
Quomodo differũt portio inferior. Itẽ homo exterior, & homo uetus: & de expoſitione terminorum. 129 E
Itẽ quomodo differunt homo interior, homo nouus, portio ſuperior. 129 E
Vtrum peccatum mortale poſsit eſſe in portione inferiori abſq; hoc, ꝙ ſit in portiõe ſuperiori, & ecõuerſo. 130 F
Iſtud dubium ſoluitur per diſtinctionẽ portionis ſuperioris. 130 F
In ſuperiori portione poteſt eſſe peccatum: dum nõ eſt in inferiori. 130 F

Diſtinctio. xxv. Quæſtio vnica.
Vtrum libe. arbi. ſit aliquid a ratione, & uoluntate diſtinctum. 130
De multiplici libertate a coactione, a ſeruitute culpæ, aut miſerię. 130
A determinatione ſiue immutabilitate: & qũo aliter loquunẽ de libertate philoſophi, aliter theologhi. 130 A.B.C
Potẽtia libera quid eſt, ut diſtinguitur contra potentiam naturalem, & quid potentia naturalis. 130 B
Libertas triplex, a coactione, a culpa, a miſeria. Et declarantur ſingula membra. 130 C
Libertas naturę, gr̃ę, & glorię. 131 D
Lib. arb. diffinitiones multę. 131 D.E.F
P̃tãs ſeruãdi rectitudinẽ qđ eſt. 131 D
Rectitudo uoluntatis in quo conſiſtit. 131 D
An poſſe peccare ſit pars libertatis 131 E
Libertas arbitrij an ſit ęqualis in omnibus. 132 H
Velle quid eſt. 132 K
Velle a eſſe, & uelle a non eſſe: an ſint contradictoria. 133 L
Vtrũ poſsit ſufficienter probari, ꝙ uoluntas ſit libera. 133 M
Libe. arbi. licet non ſit ſine ratione: eſt tamẽ eſſentialiter ipſa uolũtas. 130 B
Arbitrij libertas non eſt duæ: ſed una poteſtas. ſ. uoluntas: licet nomẽ libe. arbi. connotet intellectum. 132 G
Libertas arbitrij augeri nõ põt, nec minui quantum ad ſuã eſſentiam: nec quantum ad coactionem. Secus quãtum ad actuum productorum intenſionem. Secus etiam de libertate a ſeruitute. 132 H
Vtrũ uolũtas poſsit cogi a deo: de multiplici intellectu huius dubij. 132 I
Quid intereſt inter uolũtatem induci, uoluntatem mutari: & uoluntatem cogi. Item diſt. xxviij. 132 I
Volũtas quoad actus imp̱atos cogi põt: & quoad elicitos põt induci. 132 I
Voluntas poteſt a deo cogi ne uelit, ſimiliter ut uelit, non autem ut inuitè uelit. 132 k
Quid ſi reſpectu eiuſdẽ obiecti ſimul eſſet in uolũtate uolitio, & nolitio p̱ potentiam diuinam, per quã contraria poſſunt ſimul ſtare. 133 L
Volũtatẽ eſſe liberã eſt notũ p̱ experiẽtiã: nec põt euidẽti⁹ d̃mõſtrari. 133 M
Vtrũ uolũtas ſit cauſa immediata productiua ſuorum actuum. Reſponſio ſic: quoad actus elicitos. 133 N
An uoluntas ſit cauſa ſufficiens ſuorum actuum. 133 N
An obiectũ actiuè cõcurrat cũ uolũtate ad productionem uolitionis. 133 N
Ibidẽ de cognitione obiecti, an ſit cauſa partialis uolitionis. 133 N
An ſemp̱ notitia ſit cã uolitionis cũ tñ qñq; uolitio p̃cedat notitiã. 133 O
Agẽs liberũ ſeipſum reducit de potẽtia ad actũ: nõ aũt naturale agẽs. 133 N
Voluntas non eſt cauſa ſufficiens ſuorum actuum. 133 N
Eadem cauſa naturalis poteſt eſſe cauſa effectuum oppoſitorũ nulla uariatione facta in materia: & hoc cauſa partialis, non totalis. 134 O
Intentio actus eliciti non ſequitur cognitionem: ſed uoluntatẽ, quæ ſicut actum ita eius intentionem habet in ſua poteſtate. 134 O
Quid ſi uoluntas uelit noſcere incognitum: ibi uidetur, ꝙ uolitio pręcedat cognitionem. 134 O
Voluntas eſt cauſa contingens ad utrũlibet in inſtanti quo cauſat effectum: licet in illo inſtanti, quo cauſat non

poſsit nõ cauſare in ſenſu cõpoſito: & quare ſic. 134 P

Diſtinctio.xxvj. Quæſtio unica.

Vtrum operans, & cooperans gratia diſtinguantur a charitate infuſa. 134
De multiplici gratiæ acceptione latè explicatur. 134 A
De diſtinctione gratiæ gratis datæ, & gratũ facientis. 135 B
Item gratię creatæ, & increatę. 134 A
Quid intereſt inter gratiam operantẽ, & cooperãtem: prçuenientem, & ſubſequentem. 135 C
De duobus principalibus effectibus gratiæ, qui ſunt gratificare naturam, & ordinare operationẽ in finẽ. 135 C
De charitate quid ſit. 136 D
Quod eædem proprietates, & excellentię conueniũt charitati, & gratię: & quę ſint illę proprietates. 136 D
Gratia eſt aliquod poſitiuum a deo in anima creatum: & illud auctoritate oſtenditur: ratione oſtendi non poteſt euidenter. 136 E
Gratia non eſt ſubſtantia: ſed accidentalis forma animæ infuſa. 136 E
Gratia eſt habitus uirtuoſus non acquiſitus: ſed a deo infuſus. 136 E
Gratia a charitate realiter eſt indiſtincta. 136 F
Vbi gratia ſubiectetur, in animę eſſentia, uel potentia. 137 G
In eadem anima non ſunt diuerſæ gratiæ gratum facientes. 137 H
Eadẽ ẽ gr͞a ĩ infãtibus, & adultis. 137 H
Et ſi non eiuſdem efficaciæ. 137 H
Eadem etiam ante incarnationem, & poſt eius paſsionẽ eadem quoq; omnium ſacramentorum. 137 H
Gloria eſt gratia conſummata. 137 I

Diſtinctio.xxvii. Quæſtio unica.

Vtrum anima per actum elicitum a uolũtate, & gr͞a, qua informatur ꝑmiũ æternũ de cõdigno mereatur. 137
Determinatio huius quæſtionis procedit ſecũdũ potentiã ordinatã. 137 A
Gratia ponitur propter reddere naturam, & actũ mediante ea elicitum acceptos ad uitã ęternã: & ꝙ alio modo eſt ratio acceptandi naturam, & actum elicitum. 137 A
Ad rationẽ meriti duo reqrũtur, libera electio, & ad ꝑmiũ acceptatio. 138 B
Diffinitio actus meritorii. 138 B.
Item diſt. xxviii. 145 D
Duplex eſt meritum, condigni, & congrui. 138 E
In quo conſiſtat iuſtitia meriti condigni. 138 C
Latè, & pulchrè deducitur. 138 C
Quomodo deus ſemper præmiat ultra condignum. 138 C
Quid eſt meritum de congruo. 138 D
Anima gratia informata meretur præmium beatitudinis de condigno: & ſoluuntur rationes, & auctoritates in contrarium ſonantes. 138 E.F.G
Quomodo actus meritorius ꝓportionalis eſt ꝑmio beatifico, tã obiectiuo, q̃ formali, pulchrè explicatur. 139 F
Deus eſt debitor hominis ex ſua libera uoluntate, non ex natura rei. 139 G
Anima non poteſt mereri primam gratiã de cõdigno. H. Et ſoluitur ibidẽ inſtãtia de ęquo, & milite. 139 H
Anima habens gratiã poteſt mereri gratiæ augmentum de condigno. 140 I
Anima remouendo obicem, & bono motu in deo ex lib.arb. elicito mereri põt primã gr͞am de cõgruo. 140 K
Quid ſit facere, qđ in ſe eſt, quãtũ ad fidelem, & infidelem. 140 K
Item diſt. xxii.q.ii. 122
Signa, & coniecturæ inexiſtentis gratię quæ ſunt. 142 P
An homo poteſt euidenter ſcire ſe facere, quod in ſe eſt. 142 Q
Diſpoſitio proxima ad infuſionem gratiæ quæ eſt. 142 Q
Homo non poteſt alteri mereri beatitudinẽ, neq; eius partẽ directè, & hoc eſſentialem. 141 L
Vnus poteſt alteri mereri ĩ primã gratiã de congruo, nõ de cõdigno. 141 L
Vnus poteſt alteri mereri augmentum gratiæ. 141 L
In actu meritorio conſideratur ſubſtantia, actus, intentio, & moralis rectitu



do ex una: & ratio meriti ex altera: ſic in gratia, ꝙ eſt habitus: & ꝙ eſt decor complacens diuinæ uolũtati: actus quoad primũ eſt principaliter a uoluntate: quoad ſecundũ rationẽ ſ. meriti eſt principalius a gr͞a. 141 M
Nullus in gratia exiſtens meretur reparationẽ poſt lapſũ: tãgitur tñ etiã ꝓbabilitas opinionis cõtrarię. 141 N
Quòd deus neceſſariò dat gratiã faciẽti, qđ in ſe eſt: neceſsitate immutabilitatis, non neceſsitate ſimpliciter dicta. 141 O
Obex gratiæ ſumitur dupliciter. ſ. pro mortali quantum ad actum, & quantum ad reatum. 141 O
Cognitio multiplex fidei, euidens, & coniecturalis. 142 P
Aliquis poteſt ſcire ſibi ineſſe gratiam coniecturaliter, nõ euidenter. 142 P

Diſtinctio.xxviii. Quæſtio unica.

In hac diſtinctione reprobatur hæreſis Pelagiana, cuius ſententia tribus colligitur concluſionibus. 143
Vtrum hominis libe.arb. poſsit ſine gratia actũ moraliter bonũ elicere, peccata mortalia cauere: & diuina præcepta adimplere. 143
Tangitur error Pelagii. 143 A
Opinio Grego. de arim. 143 A
Opinio Thomę. 143 B
Opinio ſancti Bonauent. 144 C
Quæſtionis diuiſio. 145 D
De differẽtia iter actũ bonũ moraliter: & bonũ meritoriè: & bonũ in genere, & actũ uirtuoſũ ſiue ꝑfectè, & uirtuoſum imꝑfectè 145. Itẽ diſt. vii. 56 D
Non omnis defectus circumſtantiæ facit actũ non bonũ moraliter. 145 E
Circũſtantia finis ultimi nõ neceſſariò reqrit ad actũ moraliter bonũ. 145 E
Quid eſt diligere aliquid propter ſe: & ut finem ultimum. 145 E
Non omne, quod amatur, propter ſe amatur, tanquã finis ultimus. 145 E
Quid intelligi debet ꝑ naturalia pura, ſeu hoiem in puris naturalibus. 145 F
Mortale peccatũ nõ poteſt deleri niſi ꝑ gratiã: ſed hoc nõ eſt per naturalẽ, & immediatã oppoſitionem peccati, & gratiæ: ſed ex ordinatione dei. 146 G
Pręceptũ impleri poteſt dupliciter: uel quoad ſubſtantiã actus: uel quãtũ ad intentionem pręcipientis. 146 H
Lib.arb. ſine gr͞a ex naturalibus ſuis põt elicere actũ moraliter bonũ. 146 I
Lib. arb. poteſt etiam quodlibet nouũ mortale peccatum cauere. 146 K
Soluitur inſtantia, ꝙ nõ põt caueri mortale de omiſsione dilectionis finis ultimi ſine gratia. 146 L
Cur fiũt ꝑces ad deũ pro his, quę ſupplicãs põt ex naturalibus. 146 M.N
Deus multa operatur miraculoſè: quæ limites naturę non excedunt. 146 M
Voluntas, quę cogi non poteſt: multis modis poteſt ad uolendum, & nolendum inclinari. 147 N
Senſualitas cõtrariatur rationi. 147 N
De multiplicibus laqueis dęmonis, mundi, & carnis. 147 N
De triplici hois miſeria. ſ. fragilitate in diſcernẽdo, reſiſtẽdo, oꝑando. 147 N
Quantum neceſſaria eſt homini diuina aſsiſtentia, in his etiam, quæ ſuis naturalibus poſſet. 147 N
In omnibus noſtris agendis inuocãdus eſt deus. 147 N
Vnde oritur difficultas uolũtatis liberę ĩ actibus interioribus elicitis. 147 O
Voluntas non difficultatur quantũ ad liberè eliciendũ: ſed quãtũ ad prõptè & delectabiliter eliciendum, & expeditè. 148 O.P

Diſtinctio. xxix. Quæſtio unica.

Sumatur ſentẽtia huius diſtinctionis ꝑ aliquot cõcluſiões textuales &c. 148
Vtrũ in ſtatu naturæ integræ homo habuit gratiam, qua æquè efficaciter ſicut poſt lapſum mereri potuit. 148
Sine gr͞a gratũ faciẽte, nec hõ, nec angelus acceptat ad uitã ęternã. 149 H
Allegãtur cõgruitates quatuor, cur hõ ſine gratia mereri non põt. 148 A.B
Efficacia meriti ex tribus colligitur, ex difficultate operis, ex promptitudine uoluntatis, & ex magnitudine charitatis. 148 D

Primus homo habuit gratiã gratum facientem ante lapſum. 149 E
Gratia,& uirtus poſt lapſum efficaciores ſunt ad meritũ, quã ante ratione difficultatis non promptitudinis,ſed ratione magnitudinis gratiæ, uariatur reſponſio. 149 F.G
Homo in ſtatu innocentiæ non fuiſſet acceptus deo ad uitam æternã cuius ponitur ratio congruitatis ibi de duplici acceptione. 149 H
Cur deus dedit gratiam Adæ,quem ſciebat ſtatim caſurum. 150 I
Deus largendo gratiam non attendit futura, ſed ſuſcipientis pręſentem diſpoſitionem. I. Quòdq; gratia non neceſsitat liberum arbitrium: ſed inclinat. 150 I
Quas uirtutes non habuit in ſtatu innocentiæ,quas in ſtatu naturæ. 150 K

Diſtinctio.xxx. Queſtio.j.

Sũmatur hęc diſtinctio sũmariè tribus cõcluſionibus,in quibus agit de pctõ quoad eius quidditatem, 150
Vtrũ iuſtitia originalis in primo parente fuit donum ſupernaturale. 150
Quem effectũ habuiſſet iuſtitia originalis. 150 A
Vnde rebellio uirium inferiorum ad ſuperiores. Quodq; rebellio eſt naturalis. 150 A.B
Naturale eſt unicuiq; appetitui ferri in ſuum obiectum. 150 B.C
Similiter eſt naturale uoluntate condelectari uiribus inferioribus. 150 B.C
Ad ſaluandam tranquillitatẽ potentiarum in primo parẽte, neceſſe fuit ponere in eo donũ ſuperadditum:& nõ naturale,ſed ſupnaturale:& tale fuit iuſtitia originalis. 151 C.D
Iuſtitia originalis eſt qualitas infuſa de ſecunda ſpecie qualitatis. 151 E
Quomodo ſe habet iuſtitia originalis ad gratiam. 151 F
Quæ horũ dignior:& pręcelſior. 151 F
Vtrum iuſtitia originalis abſtulerit omnem rebellionem inferiorum potentiarum. 151 G
Quõ uoluntas in ſtatu innocẽtiæ fuerit recta ſine originali iuſtitia. 152 H
Originale peccatum quid eſt. 152 H
Qđq; rectitudo naturalis uolũtatis eſt eius naturalis libertas, cum qua ſtat rebellio potentiarum. 152 H

Queſtio. ij.

Vtrum peccatum originale ſit aliquid poſitiuũ in anima uel in carne. 152
Recitatur opinio magiſtri: ꝙ per peccatum primi hominis cauſata eſt qualitas morbida in carne: & de ſex nominibus eius.
Quodq; inclinat animã ad condelectãdum carni,quæ ſecundũ aliquos non intenditur,nec remittitur in eſſentia:ſecus in effectu. 152
Et ꝙ in coitu ex feruore libidinis efficit caro ſeminata: a qua ipſa anima in eius infuſione maculatur. 152
Sed illa carnis macula non eſt culpa,ſed culpæ cã. Et cõſequenti ponẽdę ſunt duæ qualitates morbidæ: una in anima:alia in carne. 152
Prima effectus peccati: pęna eſt a cauſa peccati:nõ tamen peccatum, ſecunda eſt peccatum. 152 A
Opinio Anſelmi ꝙ peccatũ originale eſt priuatio,& nihil poſitiuum. 152
Et quomodo contrahitur debitũ originalis iuſtitiæ in filijs Adę: & unde. Et ꝙ iuſtitia dupliciter põt eẽ debita, ponitur exemplum familiare. 153 B
Opinio Alexandri, Thomę, Bonauen. ponit duo in originali. materiale ſcilicet fomitem, & formale priuationem iuſtitiæ debitę. 153 D
Quomodo tertia opi. concordat priores:& ꝙ eſt maior diſcrepãtia in terminis,ſeu nomine,quam in re. 153 D
Peccatum originale quantum ad formale poſſet eſſe ſine fomite: licet de facto non ita. 154 E
Peccatũ originale eſt concupiſcentia, eſt prædicatio materialis. 154 E
Peccatum originale eſt macula ſeu difformitas ex origine primorum parẽtum contracta. eſt prędicatio formalis. 154 E
Omnis propagatus concupiſcibiliter trahit originale peccatum. 154 F
Quod ſi aliquis homo ꝑduceretur miraculosè:non contraheret originale peccatum. 154. F
Deus põt aliquẽ propagatum cõcupiſcibiliter pręſeruare ab originali. 154 F
Peccatum originale non eſt tantum pęna:ſed etiam culpa. 154 F
Peccatum originale quoad formale dicit priuationẽ iuſtitię debitæ. 153 B
Peccatum originale non eſt ſine fomite de facto. 154 G
Quęlibet opinionũ ſuppoſitarũ eſt probabilis:ſed Anſel. facilior. 155 I
Qualitas materialis in carne poteſt agere in animam. 154 H
Qualis qualitas ſit fomes in carne, an prima,uel ſecunda. 154
Et unde ſit in primis parẽtibus cauſata ſecundũ diuerſas opiniones. 155 K
Vnde cãtur illa qualitas in aĩa. 155 L
Vtrum fomes ſit augmentalis, & diminuibilis. opiniones duæ. 155 M

Diſtinctio.xxxj. Quęſtio unica.

In hac diſtinctione determinat de peccato quantum ad actum interiorẽ: & ſummatur ſententia textus tribus concluſionibus. 156
Vtrũ peccatum originale in anima prolis lege propagationis genitę cõtrahatur ab anima,uel a carne. 156
Repetitur ex priori quęſtionis de fomite,& carentia originalis iuſtitię,quę ſunt in originali. 156
Vnde contrahitur fomes: & unde carẽtia originalis iuſtitię. &c.
Vnde cõtrahitur debitũ habẽdi iuſtitiã originalẽ ꝑ totã quæſtionem. 156

Diſtinctio.xxxij. Quæſtio unica.

Vtrũ ꝑ ſacramentũ baptiſmatis tollatur reatus culpę originalis. 157
Peccatũ de potentia dei ordinata non tollitur:niſi id, ꝙ priuat in ſe,uel ſuo ęquiualenti reſtituatur. 157 A
Peccatum originale remittitur in baptiſmate. 157 B
In hac remiſsione originalis, debitum habendi iuſtitiam originalem commutatur in debitum habendi gratiam. 157 B
Peccatũ originale poteſt remitti ſine gratię infuſione:non tamen ſic, ut non ſit peccator. 157 B
Recitatur etiã opinio huic dicto oppoſita:aliter remittiẽ originale, aliter pctũm actuale:q.a id manẽte eius materiali.ſ.fomite: iſtud nõ manẽte actu præſertim interiori. 157 C
Quõ ficte accedenti ad baptiſmum dicitur remitti peccatum,& quõ ſit in eo commutatio debiti. 157 B
Quomodo peccatum originale contrahitur:& quomodo a parente in filios transfunditur. 157 D
Quõ baptizatus transfundat in poſteriores peccatum originale, quod remiſſum eſt in baptiſmate. 157 D

Diſtinctio.xxxiij. Quæſtio unica.

Vtrũ ſicut in prolẽ nõ tranſeũt proximorũ parentũ pctã: ita trãsfuſio pcti pęna in prole eſt leuiſsima. 158
Peccatũ tripliciter intelligitur trãſire in prolem:ſcilicet punitione, imitatione, transfuſione. 158 A
Peccata proximorum parentum tranſeunt in prolem: qñq; imitatione, quandoq; etiam punitione, nunquã transfuſione. 158 B.C.
De materia quæſiti.xiij.opi. recitantur ſ. de pęna paruulorum in originali defunctorũ. Ac deinde tres de eorũ cognitiõe,& iterno dolorẽ. 159 D.E.F
Damnati pro ſolo originali non habebunt pęnã ſenſus,nec pęnam uermis, neq; triſtitiam. 159 G
Et ꝙ pęna talium eſt priuatio beatitudinis,& detẽtio carceralis. 159 H
In una prole eſt tantum unum peccatũ originale:licet Adã pluribus peccatis peccauit. 160 I
Originale non eſt maius in uno, quam in alio. 160 I
Exponiẽ auctoritas Augu. quę dicit pueros ſupplicium ignem pati. 160 K
Licet corpora paruulorum nõ habeant dotes gloriæ:tñ non ſunt corruptibilia,nec etiam paſsibilia. 160 L

Et ꝙ neq; eſurient, neq; ſitient, nec ab igne infernali leduntur. 160 L
Vtrũ paruuli habeant cognitionẽ beatitudinis in uniuerſali, & particulari, qua priuati ſunt: & ſequatur de hoc dolor, uel triſtitia. 160 M

Diſtinctio.xxxiiij.Quęſtio unica.

Vtrum malũ, ꝙ nõ eſt ab aliquo efficiẽte, ſit a bono, tãq̃ a cã deficiẽte. 161
Recitatur hęreſis manicheorum de duabus animabus, & duobus eorum principijs: bonorũ.ſ.& malorum, cũ efficaci reprobatione. 161 A
Duplex eſt malum: pœnę, & culpæ: primũ a deo: malũ culpę duplex. 162 B
Malũ culpę peccatũ, & malitia hominũ aliquando capiuntur concretiuę, aliquando abſtractiuè. 162 B
Res qñq; denominantur ab aliquo poſitiuo: aliquando a rei carentia.
Et de abſtractis illorum denomitatiuorum. 162 C
De ueritate propoſitionum affirmatiuarum, in quibus ponitur abſtractũ priuatiuum. 162 C
Malum concretiuè eſt a cauſa poſitiua efficientę: & a cauſa bona. 162 D
Malum purũ abſtractiuè: quia nihil eſt: non habet cauſam. 162 D
Malũ concretiuè habet cãm deficientẽ impropriè quantũ ad formale. 162 E
Vtrum malum ſit a bono: ſecundũ uel præter intentionem. 163 F
Vtrũ malũ ſit in bono ſibi oppoſito. 163 G
Vtrum malum ſit in bono, ut habitus, uel priuatio. 163 H

Diſtinctio. xxxv. Quæſtio unica.

Vtrũ pc̃tm̃ ab Aug.& Amb. diffinitũ ſufficiẽter ſit entitas poſitiua: uel tantũ boni priuatio formaliter. 163
Quid peccatum, & de eius diffinitionibus. 163 A.B.F
Lex dei quid importat, ꝙq; ſe extẽdat uniuerſaliter ad rectã rõnem. 165 E
Quomodo ſe habet lex ęterna ad rectã rationem. 164 C
Lex indicatiua eſt, quę tãtum indicat, quid bonum, aut malum. 164
Et eſt lex imperatiua, quę præcipit, uel prohibet formaliter, & expreſsè: & declarantur membra. 164 D
Pc̃tm̃ formaliter nõ ẽ entitas poſitiua: ſed formaliter ẽ priuatio: ut eſt, dicit actum ſignatum. 165 H
Peccatũ nõ eſt corruptio boni in quo eſt, id eſt uoluntatis: nec gratię, nec habitus acquiſiti: nec alicuius inexiſtentis uolũtati: ſed rectitudinis, quæ ineſſe deberet actui. Et qũo hoc intelligendum eſt. 165 H.I.K
Quõ peccatum ſe habet ad auerſionẽ a deo: & conuerſionem ad bonum commutabile. 166 L
An agens contra ſolã legẽ naturalem ſiue iudiciũ rationis peccet. 165 E
Peccati breuis diffinitio. 165 E
Peccatum quõ, & ad quem ſenſum dicitur carentia rectitudinis. 166 K
Vtrum auerſio a deo ſit eſſentialius in peccato, quâm conuerſio ad bonum commutabile. 166 L
Quomodo, & per quid peccata diſtinguuntur ſpecie. 166 M
Auerſio a deo formalis poſitiuè, uel priuatiuè, & uirtualis quid eſt. 166 L
An in oĩ pc̃tõ ſit auerſio a deo. 166 L
Vnde attẽditur grauitas in peccato, & quõ uulnerat naturam. 167 N

Diſtinctio.xxxvj. Quæſtio unica.

Vtrum omne peccatũ, & omnis culpa ſit alicuius peccati pęna. 167
Pœna dupliciter accipitur. 167 A
Eſt affectio iuſti, & affectio commodi. 167 A
Duplex eſt pęna, poſitiua, & priuatiua. 176 B
Pęna quõ eſt culpæ ordinatiua. 167 C
Omne peccatum eſt pęna, nec eſſe poteſt dedecus culpę ſine decore iuſtitiæ. 167 D
Nõ omne pc̃tm̃ eſt pęna alterius peccati: ſed omne pecatũ poſterius eſt pœna prioris peccati: & cauſa poſterioris, ſi non fuerit ultimum. 168 E
Quõ peccatũ idem põt eſſe formaliter culpa, & pęna: & quæ eſt ratio culpæ, quæ pœnæ. 168 F
Quomodo peccatum poſterius eſt pęna prioris. 168 G
Alia reſponſio. 168 H
Quomodo peccatum primum eſt cauſa poſteriorum. 168 H
Quomodo peccatũ eſt pœna, cum id iniuſtum ſit: illa iuſta, & a deo. 169 I
Quomodo pc̃tũm, qđ eſt pęna ordinat pc̃tũm: cũ omnis pęna ordinat peccatum. 169 K
Peccatũ ordinat, pęna deordinat quomodo ſunt uerę. 169 k
Vtrũ omnis pœna pręſupponat culpã, & quomodo quicquid patimur noſtra peccata meruerunt. 169 L

Diſtinctio. xxxvii. Quęſtio unica.

Vtrum deus ſit cauſa immediata efficiens actualis culpæ: quantum ad actũ importatum per peccatum ſubſtractiuè. Tractatur opi. latè ꝙ deus non ſit cauſa efficiẽs cuiuslibet entitatis poſitiuæ. 170 B.C.D.E
Ad libertatem uoluntatis non requiritur, ꝙ habeat actum ſuum in ſua poteſtate ſimpliciter. 171 F
Tam uoluntas diuina, quã creata libera ſeipſã determinat ad agẽdũ. 171 F
Voluntas diuina noſtram non determinat licet ſit certa. 171 F
Voluntas diuina æternaliter determinata eſt contingenter determinata: & poteſt non determinari. 171 G
Simul cauſat cauſa ſuperior cum inferiori. 171 G
Nulla creatura eſt cauſa totalis ſui effectus. 171 G
Et quare eſſe cauſam totalem repugnat creaturæ. 172 G
Deus eſt cauſa immediata omnium effectuum poſitiuorum. 172 H
Actus malus, qui eſt mat[illegible]riale in peccato, eſt effectiuè [illegible] deo. Actus malus uoluntatis e[illegible] pfectior ſecundũ naturã quoc[illegible]q; accidente materiali. 172 I
Nullo [illegible] modo concedendum eſt, ꝙ deus peccat: ſeu ꝙ eſt peccator. Sed de illa đus facit pc̃tũm reſpõſio uariat 173 k
Impoſsibile eſt deum peccare. 173 k
Aſsignantur rationes. 173 k
Deus facit peccatum; duplicem habet ſenſum. 173 L
Quomodo differunt deus facit peccatum, & peccatũ facit. 173 L
Cum deus actũ peccati cauſat: quomodo deo auctore non ſit homo deterior. 174 M
Nulli actui eſſentialiter annexa eſt malitia: & quoniam quædã mox nominata inuoluta ſunt nequitia. 174 N

Diſtinctio. xxxviij. Quæſtio unica.

Vtrum uoluntatis finis, & intentionis ſit diſtinctio realis: aut tantum rationis. 174
De multiplici acceptione uoluntatis p potentia actu, uel obiecto. 174 A
Finis accipitur tripliciter. 175 C
Potentia dupliciter fertur in aliquid. 175 C
De differentia inter finem & cauſam finalem. 174 B
Et ꝙ ſępe finis pro cauſa finali accipitur. 174 B
De multiplici acceptione intentionis. Quodq; aliqua eſt uſus aliqua fruitio. 175 C
Concluſiones de diſtinctione uoluntatis, intentionis, & finis. 175 D
Vtrum intentio ſit actus [illegible] unius potẽtiæ, uel plurium. 175 E
Vtrum intẽ[illegible]io unius ſit actus unus, uel du[illegible] eiuſdem potentiæ. 175 F
Quomodo intentio dicitur oculus, & lumen: cũ ſit uoluntatis actus. 176 B

Diſtinctio. xxxix. Quæſtio unica.

Vtrũ ſynterecis, quæ rationis ſcintilla, dicitur, ſit intellectiua, uel effectiua potentia. 176
Exponitur titulus quęſtionis. 176 A
In anima ſunt tria: potentię, habitus, & paſsiones. 176 B
Quid ſit ſynterecis, recitantur opi. 176 B.C
Quæ attribuũtur ſynterecſi: & quæ conſcientię. 176 D
Diffinitio ſynterecſis: & declarãtur clauſulę. 177 D.E

Quis pceſſus noſter in opando. 177 D
Diffinitio conſcientię. 177 E
Synteresis nō ē actus, nec habitus uolũtatis, nec intellectus: ſed ipſa potētia intellectiua nata aſſentire principijs practicis naturaliter. 177 F
Conſcientia quomodo dictat aliquid faciendum, uel omittendum. 178 I
Remurmurare malo, & inſtigare ad bonum, quid eſt. 178 H
Conſcientia eſt actus, uel habitus aſſenſiuus. 178 G
Synteresis an per peccatũ poſsit impediri, uel extingui. 178 H
Conſcientia quō, & ad quid liget: tam recta, quā erronea, errore uincibili, aut inuincibili. 179 I.K

Diſtinctio.xl.Queſtio unica.

Vtrum ex ſola intentione finis attenditur bonitas operis. Qđ eſt opus bonũ morale: & ꝙ bonitas eius ex multis dependet. 179 A
Intentio dupliciter accipitur. 179 B
Ad bonitatem operis non ſufficit bonitas intentionis: quamuis ad malitiā operis ſufficiat malitia intentionis. Verũ ſi intentio includit media in finem ordinata: bonitas intentionis ſufficit ad bonitatē opis. 180 C.D
Bonitas finis non excuſat malè eligentem. 180 C
Vtrum quantitas bonitatis operis menſuretur ſecundum quantitatem bonitatis intentionis. 180 E
Vtrũ intentio bona ſine opere ſufficiat ad merendũ uitam ęternā. 180 F

Diſtinctio. xlj. Quæſtio unica.

Vtrum inter humanos actus aliquis indifferens ſit dicendus. 181
Actus humanus quis ſit. 181 A
Actus indifferens dupliciter accipitur. 181 A
Actus bonus intrinſecè, & extrinſecè. 181 B
Vtrum ſi aliquis ex ſua culpa incidit impoſsibilitatem faciendi, quod præceptũ eſt fieri, peccet. 186 R
An oē pctm̄ ueniale ſit uolũtariũ. 186 S
An ſufficiat ad peccatum aliquid eſſe uirtualiter ſolũ cognitum. 186 S
Aliquis actus uoluntatis eſt indifferēs, ita ꝙ nec bonus, nec malus. 181 C
Quis actus dicitur intrinſecè, uel extrinſecè bonus. 181 B.D
An actus humanus a uolũtate elicitus: & a ſolo deo conſeruatus, ſit adhuc actus uirtuoſus intrinſecè. 182 F
Quō oia faciēda sũt ad gloriā dei. 183 L
Verbum otioſum quid eſt. 183 L
Et quomodo de omni uerbo otioſo reddenda eſt ratio. 183 L
De actibus relatis, ſic, uel ſic in finē ultimũ, quando ſunt meritorij nota pulchrè. 184 M
Ibi: quomodo tripliciter contingit actum non referri 184 M
Omnis actus imperatus poteſt eſſe indifferens. 181 D
Aliquis actus elicitus eſt intrinſecè, & neceſſariò uirtuoſus. 181 E
Actus extrinſecè uirtuoſus non poteſt eſſe uirtuoſus niſi per actũ intrinſecè uirtuoſum: & non ſufficit ſola coexiſtentia rectæ rationis. 181 E
Circũſtantiæ actus interioris ſunt eius obiecta partialia. 182 F
Actus elicitus indifferens non pōt fieri uirtuoſus, aut uitioſus. 182 G
Vtrum ſit aliquis actus indifferens comparando eum ad meritum, uel demeritum. De hoc recitantur opiniones 183 H.I.K.L.M
Vtrum aliquis actus relatus ad ultimũ finem ſit indifferens. 184 N
Actus tripliciter refertur uel non refertur in finem actualiter, uirtualiter, & habitualiter. Quod nota, & ꝑ hoc quis actus ſit meritorius. 184 M
Vtrũ oē pctm̄ ſit uolũtariũ. 184 N.O
Dupliciter pctm̄ dr̄ omiſsionis, & an peccatum omiſsionis poſsit eſſe ſine peccato commiſsionis: hoc eſt ſine actu poſitiuo uolũtatis: recitatur duplex opinio: & approbatur pars affirmatiua: & ꝙ omne peccatum ueniale eſt uoluntarium: & ſingulum caueri poteſt, licet non omnia. O. uſq; in finem. q. 185

Diſtinctio. xlij. Quæſtio unica.

Vtrũ actus exterior habet ꝓpriā bonitatē, uel malitiā loquēdo de bonitate naturali, quæſtio eſt uera. 187 A
Declaratur titulus quęſtionis. 187 A
Proſequit̄ de bonitate morali. 187 B
Actum exteriorem eſſe moraliter bonum quid eſt. 187 C
Circumſtantiarum integritas quid eſt, ſeu quid dicit. 187 C
Recitatur opi. Sco. quę tenet partē affirmatiuā: & ſoluũtur rōnes eius. 187 C
Reſpōſio ad q̄ſtionē negatiuā. 188 D
Quod actus interior nō eſt magis meritorius cũ exteriori: q̄ ſolus interior, ſi fuerit ęquè intenſus. 188 E
Plus peccat extēſiuè, qui interiori pctō addit exteriorē actum. 188 F
Quō actus iterior, & exterior ſint unũ pctũm: licet ſint duo actus. 188 F
Et utrũ pñt dici unũ peccatũ. 189 G

Diſtinctio.xliij.Queſtio unica.

Vtrũ omne peccatum ex malitia commiſſum ſit peccatum in ſpiritumſanctum. 189
Peccatũ in ſpm̄ſanctũ accipitur largè: & ſtrictè. Et q̄ requirũtur ad peccatũ in ſpiritũſanctum. 190 F
Pctā in ſpiritũſanctũ ſunt ſex. 190 E
Non eſt peccatum in ſpiritumſanctum niſi procedat ex malitia. 190 I
Sicut charitas actui meritorio, ita malitia peccato in S.S. dat formā. 190 I
Vnde pctũm aliqđ dicitur grauiſsimũ. Et de ordine actũ bonorũ. Si deniq; odiũ dei ſit poſsibile. 189 D
Ad peccatum in ſpiritũſanctum tria requiruntur. 189 D
Dupliciter dr̄ pctm̄ ex malitia. 189 A
Vtrum uoluntas poſsit ex ſua libertate acceptare obiectum, in quo non apparet ratio aliqua bonitatis. opinio duplex 189 A
Præſumptio duplex eſt. 190 I
Inuidētia fraternę grē duplex ē. 190 I
Quomodo differunt peccatum ex infirmitate, ignorantia, & malitia. Et per hoc, ꝙ aliquod appropriatè eſt in patrem, aliquod in filium, aliquod in ſpiritumſanctum. 189 B.I
Pctũm cur dr̄ in ſpm̄ſanctũ. 189 C.I
Pctō in ſpiritũſanctũ attribuitur, ꝙ eſt grauiſsimum, & irremiſsibile. 189 D
Pctm̄ dupliciter dr̄ irremiſsibile. 189 D
Principium remiſsionis peccati aliquid in deo, aliquid in dono: aliquid in homine. 190 E
Peccatum in S.S propriè acceptum eſt grauiſsimũ: largius accipiēdo eſt grauiſsimum, exponendo ſuperlatiuum per ualde. 190 G
Vtrum de aliquo ſciri poſsit, ꝙ peccat in ſpiritumſanctum. 190 H
Vtrum deſperatio procedat ex malitia uel ignorantia: & ſic de alijs ſpeciebus peccati in ſpiritumſanctum, unde procedant. 190 I
Quomodo diſtinguitur finalis impęnitentia, & obſtinatio. 190 I

Diſtinctio.xliiij.Queſtio unica.

Vtrum peccandi potentia ſit a deo rationali creaturę conceſſa. 191
Potentia peccandi quid ſit. 191 A
Libertas ſemper bona eſt: ſed abuſus malus 191 B
Licet poſſe peccare arguit libertatem: nō tñ eſt de rōne libertatis: nec pars eius, nec augens libertatē. 191 C
Reſpōſio ad q̄ſtionē affirmatiuā. 191 D
Voluntas peccandi mala eſt, non autē potentia peccandi a deo collata homini. 191 D
Licet potentia peccandi extollat naturam: tamen non eſt perfectio ſimpliciter. 192 E
Soluuntur rationes ſancti Bonauentu. cōtra concluſionem primam. 192 F
Nomen libertas quid dicit. 191 A
Potentia peccādi quid eſt in re. 191 A
Poſſe deficere, & poſſe mori capitur dupliciter. 192 G
Cur deus eſt omnipotens. 192 G

¶ Finis regeſtri in ſecundum librum ſententiarum.

Secundus liber ſententiarũ diuiditur in

- Proemium, quo aperit formam tractandi præmittens quædam generalia de creaturarum productione. diſt. prima.
- Tractatum, in quo determinat de productione creaturę
  - Merè ſpiritualis, ſcilicet angelicę.
    - Creatione
      - Quando ubi. diſtin. ij.
      - Quomodo boni, an mali. diſtin. iij.
      - Quales perfecti, an imperfecti. diſt. iiij.
    - Creatorũ ad deum habitudine.
      - In genere quales effecti p conuerſionẽ, & auerſionẽ. diſt. v.
      - In ſpecie
        - Auerſiõe
          - Caſu auerſorũ, & prælatione. diſt. vj.
          - Arbitrio, & libertate. diſt. vij.
          - An corporei, uel incorporei. diſt. viij.
        - Cõuerſione de diſtinctione
          - Ordinum. diſtin. ix.
          - Nominum. diſtin. x.
          - Officio. ad hoies. diſtin. xj.
  - Merè corporalis.
    - In cõmuni diſt. xij.
    - In ſpecie de productione.
      - In aĩatorum. Lucis, & eius effectu. diſ. xiij.
      - Animatorum. Cęli, & elementornm. diſtin xiiij.
  - Mediè inter corporalem, & ſpiritualẽ hominis ſcilicet.
    - Conſtitutione in eſſe quantũ ad
      - Anima irrationali, & requie ſeptimæ diei. diſt. xv.
      - Anima rationali id eſt hominis ut infra patebit.
      - Principiũ
        - Effectiuum ſcilicet deum. diſtin. xvj.
        - Conſtitutiuũ
          - Virum diſtinctio. xvij
          - Mulierem. diſt. xviij.
      - Conſeruationem In ſe diſtin. xix.
    - De peccato primorum, parentum
      - In ordine ad ſe
        - In ſpecie per filiorum productionem. diſtin. xx.
        - De culpa
          - De diaboli tentatione. diſtin. xxj.
          - Hominis tranſgreſſione. diſtin. xxij.
          - Dei permiſſione. diſtinctio. xxiij.
        - De potẽtia, p quã ſtare potuit, q̃ fuerit libe. ar. de quo determinat
          - Comparatiue
            - Quoad ſe. diſt. xxiiij.
            - ad alias aĩę potẽtias. diſ. xxv.
            - Quoad ſe eius. ſ. quidditatem, & effectum. diſtin. xxvj.
          - Ad gratiã q̃ qua agit
            - Ad habitũ gratuitum diſtin. xxvij.
          - Cõparatiue ĩ ordĩe
            - Ad li. arbit.
              - poſt lapsũ diſt. xxviij.
              - Ante lapsũ diſtin. xxix.
    - Deſtitutione per peccatũ
      - Ad poſteros de pcti originalis
        - Quidditate. diſtin. xxx.
        - Traductione. diſtin. xxxj.
        - Multiplicatiõe. di. xxxij.
        - Deletione. diſtin. xxxiij.
    - De peccatis actualibus poſteriorum
      - Secundm ſe, & ſuas cauſa
        - Quę ſit origo peccati. diſtin. xxxiiij
        - Quid ſit peccatũ
          - In ſe. diſtin. xxxv.
          - Reſpectu alterius pcti. diſt. xxxvi.
        - De radice pcti: ſecundũ aliam opinionẽ. diſ. xxxvij.
        - De ſubiecto pcti
          - In uolũtate ſubiectiue. diſt xxxviij.
          - (di. 39.) Quare ĩ uolũtate, & nõ ĩ ĩtellectu.
          - Finis uoluntatis. diſt. xl.
      - De actibus exteriroibus peccati.
        - In genere de actibus bonis, & malis ratione
          - Luminis fidei intentionem dirigẽtis. diſtin. xlj.
        - Inſpecie
          - De peccati diſtinctionibus. diſt. xlij.
          - De peccatis in ſpiritum ſanctum. diſt. xliij.
          - De potentia peccandi. diſtin. xliiij.

Secũdus liber ſentẽtiarũ, in quo magiſter determinat de deo inquãtũ eius potẽtia relucet in opæ creatiõis habet diſt. xliiij & diuiditur generali diuiſione in

- Proemium. diſt. j.
- Tractatũ, in quo de tribus principaliter agit
  - De productione naturæ merè ſpiritualis: naturę ſcilicet angelicę a diſt. ij. incluſiue uſq; ad diſtinctionem. xj. incluſiue.
  - De productione naturæ mere corporalis a diſt. xij. incluſiuè uſq; ad diſt. xvj. excluſiuè.
  - De productione naturæ mediæ inter corporalem, & ſpiritualẽ hominis ſcilicet quoad eius conſtitutionem in eſſe, deſtitutionem, & lapsũ per peccatum. Ratione cuius etiam de peccatis in genere, & ſpecie. de peccato originali, & actuali a diſtinctione. xvj. uſq; in finem libri.



ABBREVIATVRVS dogmata clariſsimi doctoris Guilielmi Ockam circa tres ultimos ſententiarũ libros, conabor diuino aſpirãte ductu, circa ſingulas diſtinctiones ſcholaſticas mouere quæſtiones: & ubi pręfatus doctor ſcribit ſuam ſententiam ſimul, & uerba abbreuiare. Vbi uero non ſcribit, aliorũ doctorum ſententias à dicti doct. principijs non deuiantes, quantum potero, cõportare. Nonnunquam quædam recitaturus: quæ conformia ſuis principijs dici poſſunt: licet doct. ipſe oppoſitum ſenſiſſe uideatur. In his omnibus theologicæ proteſtationi per me frequentius repetitæ inhęrens, me ſemper hæc quoque collecta; & quæcunque ſiue docturus ſum, ſiue dicturus fuero emendationi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & cuilibet orthodoxo, ac pio ſubijcio correctori.

IN HOC Libro magiſter poſt tractatũ de Deo ſecundum rationẽ naturalis perfectionis libro primo expeditum, agit de Deo inquantum relucet eius potentia in opere creationis: præmittẽs quaſi proemialiter de creatione in genere: ut ordinem ſtatuat dicendorum. Secundo in diſt. ſequenti idẽ proſequitur in particulari, in ſpecie. Tria ergo in p̃ſenti diſt. principaliter tract. ¶ Primo emanationem creaturę à Deo, tanquam à principio efficiente per ipſius creationem. Secundo de emanatione eius à Deo, tanquam à principio finali per eius in Deum reductionem. Tertio, ut ordinẽ tractandorum in hoc lib. inſtituat rationalis creaturæ: quæ immediate in Deum reducitur, interſerit diſtinctionem. ¶ Secundum hæc de tribus quærendum erit. Primo de deo inquãtũ eſt cauſa efficiẽs creaturę. Secũdo de eo, prout ẽ cauſa finalis. Tertio de diſtinct. creaturæ angelicæ, & humanæ. ¶ Circa primũ oſtẽdit magiſter, Deum omnium uiſibiliũ, & inuiſibiliũ eſſe creatorem, & principium cauſale effectiuum. ¶ Circa quã partem diſtinctionis primo auctor quærit de quidditate creationis tam actiuè, q̃ paſsiuè.

# DISTINCTIO. I.

## QVAESTIO. I.

VTRVM creatio actio, qua Deus denominatur, formaliter creans, differat à creatore, ex natura rei. Addamus & ſecundam eius queſtionem. Vtrũ creatio paſſio diſtinguitur à creatura. A
¶ Quæſtiones illæ eodem pede currunt: & ſolutio unius aperit ſolutionem alterius. Dimiſsis rationibus pro, & contra. præmittentur quædam ſuppoſitiones. Deinde ſubiungẽtur cõcluſiones. Tertio quædam dubia mouebuntur. Arti. 1.
¶ Quoad primum ſuppono: q̃ hæc nomina. creatio actio: & creatio paſſio: abſtracta ſunt horum concretorum: creans, creatus abſoluendo à tempore, quæ relationem ſiue reſpectum important: ſicut agens patiens: producẽs productum. Sunt enim termini prædicamenti actionis, & paſsionis: qui important reſpectum extrinſecum ad ſenſum infra exprimẽdum. Nota. 2
¶ Secundo ſuppono ex dic. lib primi diſt. xxx. q̃ de relationibus ſiue reſpectibus: an ſint res quædam diſtinctæ à rebus abſolutis: tres B

ſunt opiniones famoſę. ¶ Vna eſt, ꝙ relatio eſt quoddã accidẽs reſpectiuum, ſiue in anima, ſiue extra, diſtinctum ab omnibus abſolutis, requirens ad ſuum eſſe non ſolum ſubiectum, quaſi fundamentum, ſed etiam terminum, ſine quo ſimpliciter eſſe non poteſt, neque per potentiam diuinam. Propter hoc dicitur ens, non ad ſe, ſed ens ad aliud: cuius eſſe non ſolum eſt eſſe, aut ineſſe, ſed eſſe ad aliud, & ad aliud quodammodo ſe habere. Et ſicut non poteſt eſſe, ita nec intelligi ſine fundamento, & termino. Et per hoc diſtinguitur ab omni re abſoluta, ſiue in anima, ſiue extra. Exemplum: ut paternitas, quę ſecundum illos eſt res quædam inhærens patri, requirẽs ad ſuum eſſe, filium, quo non exiſtente impoſſibile eſt paternitatem eſſe. Sic de filiatione inhæſione &c. Et ab illis reſpectibus, ſiue entibus reſpectiuis ſubiecta quibus inhęrẽt: denominantur denominatione reſpectiua, ut pater, ſimilis inhærens &c.

¶ Alia eſt opinio huic contraria: tenẽs ꝙ nulla talis entitas eſt ponẽda: ſed omne exiſtens, ſiue ſubſtantia, ſiue accidens eſt quędam entitas abſoluta in ſe: quæ intelligi poteſt omni alio circumſcripto: & per conſequens per conceptum abſolutum ſignificari. Quodque termini reſpectiui non ſignificent formaliter tales paruas res relatiuas, ſed ſignificãt plures res abſolutas certo modo ad inuicem conſideratas. Vt pater, uel paternitas ſignificat patrem, & filiũ a ſe genitum, quæ ſunt duæ ſubſtantiæ, & nullam aliam rem patri, aut filio inhærẽtem. ¶ Tertia opinio eſt quaſi media, quæ ponit, ꝙ quidam reſpectus extrinſeci diſtinguuntur ab omnibus abſolutis; eo modo, quo prima opinio ponit reſpectus diſtingui. Nullum autem reſpectum intrinſecum ſiue de prædicamento relationis, aut extrinſecum aliorum ſex prædicamentorum ponit, ſic diſtingui ab abſolutis. Exẽplum primi, ut unio naturæ aſſumptæ ad uerbum. Inhæſio formæ ſubſtantialis, uel accidentalis in materia. Exemplum ſecũdi, paternitas, dupleitas, ſimilitudo, æqualitas. Horum terminorũ ſignificata formalia non ſunt res diſtinctæ ab abſolutis, ſicut dicit ſecunda opinio. ¶ Ratio mouens ſic opinantes eſt: quia impoſſibile eſt, ꝙ extrema alicuius cõtradictionis ſucceſſiuè uerificentur de aliquo, niſi propter mutationẽ alicuius poſitiui in eo, de quo cõtradictio uerificatur, uel in alio. Mutationem dico acquiſitiuam, uel deperditiuam alicuius rei poſitiuę. Vel mutationem localem, aut tẽporis, ſi nullus modus grãmaticalis, uel logicalis impediatur. Si ergo in huiuſmodi uerificatione ſucceſſiua contradictoriorum de aliquo nulla fit mutatio acquiſitiua, uel deperditiua rei abſolutæ: neque motus localis alicuius, aut temporis tranſitus eſt in cauſa non uariatis modis logicalibus, uel grammaticalibus: neceſſe eſt, ꝙ res aliqua relatiua acquiratur, uel deperdatur. Quem reſpectum formaliter importabit alterum extremum cõtradictionum. Huic opinioni fauere uidetur Ockam in ſecundo q. j. & ij. Et in primo diſt. xxx. q. iiij. ubi materia iſta, & opiniones iſtę latius tractantur cum ſuis motiuis: licet det uias, & modos ſoluendi omnes rationes contra opinionem ſecundã negantem omnes reſpectus diſtinctos ab abſolutis in creaturis. ¶ Tertio ſuppono ex dictis diſt. xxx. primi. q. j. ꝙ tenẽdo opinionem ſecundam, uel tertiam de reſpectibus: duplex, uel triplex eſt modus loquendi de ſignificato abſtractorum relatiuorum, ut relatio, paternitas, ſimilitudo. Vnde dicunt quidam, ut Ockam tangit diſt. xxx. primi in pluribus locis: & clarius diſt. xxxi. q. j. ꝙ ly relatio, & cætera abſtracta relatiuorum important cõceptum mentis relatiuũ. quo intellectus cognoſcit rem in ordine ad aliam. ut ſimilitudo eſt cõceptus mentis correſpondens ad hanc uocẽ ſimilis, quo intellectus refert ſortem album ad Platonem album. i. quo cognoſcit ſortem, & Platonem habere colorem eiuſdem ſpeciei. quod eſt cognoſcere relatiuè: & unum ad alterum referre. Nota. 3 C



Et licet ſortes, & Plato ſint realiter ſimiles circumſcripto quocunque actu intellectus: per hoc ſolum, ꝙ habent in ſe qualitates eiuſdem ſpeciei: tamen nõ poſſunt referri ad inuicem niſi per actũ intellectus. Referre enim unum ad alterũ, eſt actus intellectus, & nihil aliud, quam cognoſcere rem unam, & aliam cõuenientes, uel differentes in aliquo. Actus itaque intellectus relatiuus eſt realiter ipſa relatio. Et ſecundum hoc, omnia abſtracta prædicamenti relationis ſunt termini ſecundæ intentionis. ¶ Aliter dicunt alij, ꝙ abſtracta relatiuorũ important extrema relationis. i. res adinuicem relatas; & fundamentum ſi diſtinguitur a termino, a quo, & pro illis cõiunctim ſupponit · & pro nullo horũ ſeorſum. Vt ſimilitudo ſupponit pro duobus ſimilibus, & compoſitæ ſecundum quam dicũtur ſimiles. Paternitas pro patre, & filio ab eo genito. Illo modo, quo pluralis numerus, aut nomen collectiuum, uel pronomen demonſtratiuũ demonſtrans plura coniunctim ſupponit pro pluribus, & nullo ſeorſum. Et ſicut dum quæritur: quid eſt populus; recte reſpondetur: eſt multi homines. Ita in propoſito dicitur: ꝙ ſimilitudo, qua ſortes albus eſt ſimilis Platoni albo, eſt duo homines: ſortes, & Plato: & duæ albedines eorum corporibus inhærentes: quia illis exiſtentibus omnibus alijs circumſcriptis ſortes eſt ſimilis Platoni. Sic ordo uniuerſi, eſt partes uniuerſi ordinatę. Approximatio cauſarum cauſę non impeditæ. Vnio partium continui: partes inter quas nihil mediat. Et dualitas eſt res duæ. Dupleitas duo numeri, quorum unus continet alterum bis: & ſic de alijs. ¶ Et ille ſecundus modus uidetur probabilior primo. Nam cum abſtractũ ſignificat illud, quo aliquid formaliter denominatur denominatione ſua concretiua; patet, ꝙ abſtracta relatiuorum res extra ſignificantium non important conceptum mentis. Nam ꝑ conceptum mentis non conuenit denominatio relatiuis rebus extra. Non enim dicitur ſortes ſimilis Platoni propter conceptum mentis: ſed propter qualitates eiuſdem ſpeciei eis inhærentes: licet ſortes referatur ad Platonem per actum intellectus, ut dictum eſt. Sic enim ſaluatur, ꝙ relatio, & ad aliquod ſunt termini primæ intentionis, & genus generaliſſimum relatiuorum primæ intentionis ſicut & ſua concreta: quamuis dici poteſt, ꝙ ly ad aliquod eſt concretum ſignificatione; & relatio eius abſtractum. Poſſunt tamen ly ad aliquid, & relatio etiam accipi pro terminis ſecundæ intentionis, ſicut, & ſubſtantia, qualitas, quantitas ꝓ terminis prædicamenti ad aliquid: ſed ſic non ſunt genus generaliſſimum. Poſſet etiam tertio dici, ꝙ abſtracta relatiua ſupponunt pro uno extremo puta termino a quo: & connotant reliquum cum fundamento; ſi diſtinguitur a termino a quo. Vt paternitas ſupponit pro patre: connotando filium a ſe genitum. Similitudo ſortis ad Platonẽ ſupponit pro ſorte, & connotat Platonem: & duas qualitates in ſorte, & Platone eiuſdem ſpeciei. Et per hoc patet, quid reſpõdendum eſt ad quæſtionẽ de abſtractis relatiuorũ, per quid eſt, uel in quo eſt, & ſimiles. Et ſecũdũ hoc uidetur concedendum: ꝙ abſtracta, & concreta relatiua ſunt ſynonyma. ſicut abſtracta, & concreta ſubſtantiæ, & quantitatis. ¶ Quarto ſupponenda eſt differentia inter relationem intrinſecam, & relationem extrinſecam. Item inter relationem realem, & rationis. Nam relatio intrinſeca eſt, qua ſemel poſita ſemper manet manentibus extremis, & fundamento: ut diuerſitas, ſimilitudo. ¶ Dicitur notanter ſemel poſita propter paternitatem, quæ eſt relatio intrinſeca. Quia licet ſortes genuit Platonem, tamen poſſet Deus Platonem creare. & tunc eſſent extrema, ſcilicet ſortes, & Plato; & nõ paternitas. Tamen poſita ſemel paternitate per actum generationis filii, manẽtibus genito, & genitore: manet paternitas. Quod ſic intelligendum eſt ſecundum Ockam. Relatio in Nota. 4 D

trinſeca eſt relatiua: quæ poſtquàm ſe-
mel ſuppoſuerunt; pro certis abſolutis
illis manentibus; ſimul & re abſoluta; ſi
quam ideſt fundamento connotant:
ſemper ſupponunt pro eis. Per oppoſi
tum dicitur de relatione intrinſeca: ut
unio, inhæſio: & relationes ſex prædi-
camentorum. ¶ De ſecunda differẽtia
inter relationem .ſ. realẽ, & rationis
tractat auctor. q. v. diſt. xxx. lib. primi.
Et quantum nunc ſufficit: relatio rea-
lis uno modo dicitur reſpectus, qui eſt
uera res diſtincta ab abſolutis. Et illo
modo non capitur hic ſecundum opi-
nionem ſecundam ſupra de relatiuis re
citat. Alio modo relatio realis eſt re-
latio, quæ prædicatur de abſolutis cir-
cũſcripto quocunque actu intellectus.
Hæc eſt relatio prædicabilis de abſolu-
tis, quæ ſunt talia, qualia ſignificantur
eſſe per relationem; circũſcripto quo-
cũque opere intellectus; ut ſimilitudo,
paternitas, diſtinctio, identitas &c. Per
oppoſitum de relatione rationis: ut ſub
iectum, prædicatum, præciũ. Nihil enim
eſt ſubiectum, uel prædicatum ſine ope
re intellectus: ut eſt declaratũ diſt. xxx.
Arti 2. q. v. ¶ Quantum ad ſecundum articulũ
Cõcl. 1 eſt hæc cõcluſio prima: Creatio actio,
qua Deus denominatur formaliter cre-
ans nõ eſt reſpectus realis in Deo crea
tore; accipiendo reſpectum realem pri
mo modo. Patet: quia in diuinis non
eſt aliqua realis relatio præter relatio-
nem originis. Sed nullam harum dicit
creatio: quia nec paternitatem, nec fi-
liationem, nec ſpirationem. Item crea
tio de nouo, & ex tempore dicitur de
Deo. ergo non importat aliquid reale
in Deo. Conſequentia probatur: quia
quicquid eſt reale in Deo, conuenit
Deo ab ęterno. Nam ſi aliquid reale
de nouo adueniret Deo, Deus eſſet mu
tabilis. Antecedens patet per magiſtrũ
diſt. xxx. primi. & poſt. Appellatio, qua
creator relatiuè dicitur ad creaturam,
relatiua quidem eſt; ſed nullam notat re
Cõcl. 2. lationem, quæ ſit in creatore. ¶ Secun-
da concluſio. Creatio actio non eſt: ne
que dicit reſpectũ rationis. Probatur:
quia quando aliquid denominatur ab
aliquo æqualiter, ſiue intellectus ſit, ſi-
ue non ſit: illud denominans non dicit
formaliter relationem rationis. Quod
patet: quia quod nõ habet eſſe, niſi per
aliud, non habet denominari, niſi per
aliud. Igitur per oppoſitum, quo deno
minatur ſiue aliud ſit, ſiue non ſit, non
habet eſſe denominatum ꝑ illud aliud:
ſed Deus denominatur creans, ſiue in
tellectus noſter ſit: ſiue non ſit. Immo
etiam loquendo de quocunque intelle
ctu per impoſſibile; quia licet Deus nõ
poſſet producere creaturam rationalẽ
ſine intellectu abſolutè; tamẽ ſi per im
poſſibile eſſet intellectus, poſſet eã pro
ducere. Item illa denominatio, quæ ori
tur poſitis extremis circumſcripto in-
tellectu; non eſt per operationem in-
tellectus. Sed poſito deo, & lapide, cir
cumſcripto omni intellectu per impoſ
ſibile, deus dicitur creans. ¶ Tertia cõ- Cõcl. 3.
cluſio. Creatio actio dicit diuinam eſ-
ſentiam, & creaturam non potentem
exiſtere, niſi poſita diuina eſſentia. & ni
hil aliud. Patet prima pars, quia termi-
nus dicit, aut ſignificat quicquid requi
ritur ad uerificationem, ſiue ſuppoſi-
tionẽ ſui de aliquo, uel pro aliquo. Sed
ad hoc, ꝙ creatio actio ſupponat reſpe
ctu uerbi eſt: requiritur eſſentia diuina,
& creatura, ſiue res creata non potens
eſſe ſine deo. Ergo dicit, ſeu ſignificat
eſſentiam diuinam, & creaturã. Secun-
da pars patet, quia illis exiſtentibus om
nibus alijs circumſcriptis eſt creatio.
Ergo præter illa nihil aliud dicit. Tenet
conſequentia, quia abſtractum nihil di
cit: quo circumſcripto nihilominus cõ
municat alicui ſuam denominationẽ.
Antecedens patet: quia eoipſo, ꝙ deus
eſt, & creatura (quæ ſine deo eſſe non
poteſt) eſt, creatio eſt: qa dicitur deus
creator, & creatura creata. ¶ Quarta Cõcl. 4.
concluſio. Creatio actio eſt relatio rea
lis: ſecundo modo accipiendo relatio-
nem realem. Patet: quia deus ita uerè,
& realiter dicitur creans circumſcripta
operatione intellectus: ſicut una albe-
do eſt ex natura rei ſimilis alteri. Nec
plus



plus facit intellectus creatus, ad hoc, ꝙ
deus ſit creans, quàm ad hoc, ꝙ Sortes
albus ſit ſimilis Platoni albo. Et hoc
modo poteſt dici creatio relatio rea-
lis, quia importat ueras res, quæ non re
quirunt operationem intellectus, ut
una dicatur creans, alia creata. De hoc.
Cócl. 5. q. v. diſt. xxx. primi. ¶ Quinta cõcluſio.
Tenendo ſecundum modũ de ſignifica
tione abſtractorum relatiuorum in ſup
poſitione tertia recitatum, creatio
actio, qua deus formaliter dicit creans,
eſt realiter diſtincta a deo: & ſimiliter
a creatura creatione producta. Patet:
qa oẽ aggregatũ realiter diſtiguitur a
qualibet partiũ aggregati: ſicut ſortes,
& Plato: nec eſt Sortes, nec Plato. Sed
creatiõ actio eſt diuina eſſentia, & crea
tura ꝑducta copulatim: ut patet ex ſup
poſitione. Ergo nec eſt diuina eſſentia:
nec creatura, ſed utrunque ſimul. Et ꝑ
conſequẽs realiter diſtinguitur ab utro
Cócl. 6. que. ¶ Sexta concluſio. Tenendo ter-
tium modum de ſignificatione abſtra-
ctiuorum actiua creatio non diſtingui
tur a deo: ſed eſt realiter deus. Probat;
quia ſecundum illum modum loquendi
creatio actiua ſupponit pro creante, &
connotat creaturam non potentẽ eſſe
ſine deo, & ita eſt realiter deus. Sicut al
bum ſupponit pro ſubiecto, & cõnotat
albedinem: & per continens ſubiectum
eſt album. Similes cõcluſiones poſſunt
Cócl. 1. poni de creatione paſſiua. ¶ Prima.
F Creatio paſſio non dicit relationem
realem primo modo accipiẽdo relatio
nem realẽ in creatura. Talis enim enti
tas reſpectiua ab omnibus abſolutis di-
ſtincta non eſt ponenda; ut oſtẽſum eſt
diſt. xxx. primi q. j. Item poſito deo, &
creatura non potente eſſe ſine deo: po
nitur creatio paſſiua: alijs omnibus cir
2 cũſcriptis igitur nihil aliud dicit. ¶ Se-
cunda concluſio. Creatio paſſio non
dicit relationem rationis: eadem ratio
3 ne, qua creatio actiua ¶ Tertia conclu
ſio. Creatio, & paſſio dicit creaturam
non potentẽ ſine deo exiſtere diuinã
eſſentiam: nihil aliud. Patet ut ſupra.
4 ¶ Quarta concluſio. Creatio paſſio
eſt relatio realis ſecundo modo accipiẽ
do relationem realem. ¶ Quinta con- 5
cluſio. Tenendo ꝙ abſtracta ſupponunt
pro omnibus coniunctim, quæ ſignifi-
cãt, creatio paſſio realiter diſtinguitur
a creatura. ¶ Sexta concluſio. Tenen- 6
do tertium modum de ſignificatione
abſtractorum creatio paſſio non diſtin
guitur a creatura: ſed eſt realiter crea-
tura a deo producta, non potens exiſte
re ſine deo. Sic enim creatio paſſio ſup
ponit pro creatura: & connotat eſſen-
tiam creatricem. ¶ Quãtum ad tertiũ Arti. 3.
articulum, plura poſſent moueri dubia Dub. 1.
contra fundamẽtum quatuor primarũ G
concluſionum: ſcilicet ꝙ non ſunt po-
nendi reſpectus ab abſolutis diſtincti.
Sed quia de hoc latius tractatur. q. j.
diſt. xxx. lib. primi. ideo reſcinditur. Ta
men propter ſolutionem rationis Sco:
quam ponit. q. v. huius diſtinctionis pri
mæ, quam magnipẽdit: eſt dubium. An
ponere relationem non diſtingui a re-
bus abſtractis ſit contra primum princi
pium. Et uidetur ꝙ ſic: aſſumendo ar-
gumentum ſuum. Nihil eſt idem. a. rea
liter ſine quo. a. poteſt eſſe. Et ponatur
ꝙ. a. ſignificet fundamentum alicuius
relationis. Gratia exempli, albedinem
in Sorte, quę eſt fundamentum ſimilitu
dinis, qua ſortes ẽ ſimilis Platoni albo.
Sed. a. poteſt eſſe ſine ſimilitudine. Er-
go ſimilitudo non eſt idem. a. realiter.
Diſcurſus uidetur bonus: quia ad ſyllo-
giſmum reducibilis ſit. Nihil ſine quo.
a. poteſt eſſe eſt idem. a. realiter: ſed ſimi
litudo eſt ſine qua. a. poteſt eſſe. ergo ſi
militudo non eſt idem. a. realiter. Sic
erit diſcurſus in quarto primæ. Et ut
omnia diuerticula ſemoueantur: adda-
tur minori extremitati pronomen de-
monſtratiuum ſingularizans pro illa ſi
militudine qua. a. eſt ſimile albedini Pla
tonis. Maior probatur: quia ſtet oppo-
ſitum. Aliquid ſine quo. a. poteſt eſſe,
eſt idem realiter. a. ergo aliquid eſt rea-
liter. a. & non eſt realiter. a: Nam uocetẽ
illud, pro quo oppoſitum maioris uerifi
catur. b. tunc. b. eſt realiter. a. ex propo
ſitione; & ſine ipſo poteſt eſſe. a. ponatẽ

in eſſe. Sine. b. eſt. a. ergo. b. non eſt a. Hoc autem eſt oppoſitum primi principij. b. eſſe. a. & non eſſe. a. ¶ Alijs etiã medijs illam maiorem probat. Minor probatur: quia albedo. a. poteſt eſſe ſine ſimilitudine iſta, ſi albedo in Platone deſtruatur. ¶ Poteſt eadem ratio ſub alia forma fieri quam idem doctor tangit ſic. Illa ſunt diſtincta realiter, quorum unum poteſt manere ſine altero. Subſumatur. A. poteſt manere ſine ſimilitudine: ergo. a. & ſimilitudo diſtinguuntur realiter. ¶ Vt autem uideatur efficacia rationis, poteſt in ſimili ſic formari. Nihil ſine quo poteſt eſſe petrus, eſt petrus. Amicus dei eſt, ſine quo poteſt eſſe petrus. Igitur amicus dei non eſt petrus. Minor probatur: quia petrus poteſt non eſſe amicus dei: quia poteſt non habere amicitiam dei, ſcilicet gratiam. Igitur alioquin poſſet eſſe amicus ſine amicitia. ſiue gratia. Vltra. Ergo amicus dei eſt, ſine quo poteſt eſſe petrus. ¶ Reſponſio ad dubium: ꝙ ponere relationem non diſtingui ab abſolutis, non repugnat primo principio. Et ad rationem Sco. dicitur, ꝙ diſcurſus bonus eſt. Et uerum cõcludit, ꝙ ſimilitudo non eſt idem fundamento. Ex hoc autem non ſequitur, ꝙ ſimilitudo diſtinguatur ab abſolutis. Nec opinio tenet, ꝙ relatio ſit idem fundamento. Sed tenet, ꝙ ſit entitas abſoluta, uel entitas abſolutè: quia ſiue ſit conceptus mentis, ſiue idem fundamento, & termino, non eſt fundamentum. Sed argumentum procederet contra tertium modum loquendi de abſtractis; qui tenet, ꝙ paternitas ſimilitudo ſupponunt pro termino a quo, & connotant terminum ad quem &c. Et hunc tenendo negetur minor rationis, quia ſimilitudo in caſu eſt albedo ſortis, & ſine albedine ſortis. a. non poteſt eſſe. Ad probationem negetur minor ꝙ. a. poteſt eſſe ſine ſimilitudine, hoc eſt ſine illa re quę nunc eſt ſimilitudo. Et deſtructa albedine platonis non manet. a. ſine ſimilitudine: quia ſimilitudine ſupponit pro illo, quod nunc eſt ſimilitudo, ſcilicet pro. a. quia ponitur reſpectu copulę, pręſentis temporis. ¶ Si dicis, ꝙ manet, dicit tempus futurum, & ideo ſimilitudine ſequens ſolum ſupponit pro ſimilitudine futura. Hęc autem non eſt. a. Reſpondetur illo poſito, ſimilitudine æquiuocatur. Inferendo igitur diſtinguitur a ſimilitudine, quia in prima ſupponit, uel accipitur pro ſimilitudine futura: in iſta pro ſimilitudine præſenti, & non futura. ¶ Similiter reſpondetur ad ſecundam arguendi formam: negando minorem, nec probatur. ¶ De illa forma arguendi latius patuit ſupra in primo diſtin. j. quęſt. iij. ¶ Ad tertiam formam ſimiliter dicitur negando minorem. Ad probationem, petrus poteſt non eſſe amicus dei. Illa negetur; quia amicus ibi diſtribuitur pro petro, & alijs amicis: & ſic ſequeretur deſcendendo, ꝙ poſſet non eſſe ille amicus dei, qui eſt petrus. Et cum probatur: poteſt non habere gratiam. Concedendo, & negetur conſequentia. Ergo poteſt non eſſe amicus, quia ualet tantum. Ergo poteſt non eſſe quicunque eſt, uel poteſt eſſe amicus. Et cum arguitur: alioquin poſſit eſſe amicus ſine amicitia, & gratia. Non ſequitur, ut patet diligentius intuenti. Et ſi adhuc arguitur. a. manet, quando non manet ſimilitudo; igitur diſtinguitur a ſimilitudine. Reſpondetur: ſi ly ſimilitudo utrobique ſupponit pro eodem, bonum eſt argumentum: quia ſi utrobique ſupponit pro ſimilitudine futura, uerum infertur accipiendo diſtingui largè. Si utrobique pro ſimilitudine præſenti, antecedens eſt falſum. Si in antecedente ſupponit pro ſimilitudine pręſenti, & in conſequenti pro futura non ualet argumentum propter fallaciam ęquiuocationis. ¶ Secundum dubium. In quo aut quomodo diſtinguitur creatio actiua, & creatio paſſiua. Et uidetur, ꝙ non diſtinguitur: quia dicunt pręciſè idem. Vtrunque enim dicit diuinam eſſentiam, & creaturam non potentem exiſtere ſine

Dub. 2
H



deo, & nihil plus, ut patet ex concluſionibus. ¶ In oppoſitum eſt: quia ſunt diuerſorum prædicamentorum: & per conſequens diſtinguuntur. ¶ Reſponſio, ꝙ dubiũ poteſt intelligi, uel de re, quę eſt actiua creatio, & creatio paſſiua: uel de terminis. Primo modo patet reſponſio ex concluſionibus. Secundo modo dicendum, ꝙ illi termini non ſunt ſynonymi, non obſtante, ꝙ ſignificant idem præciſè: quia non ſignificant eodem modo. Nam tenendo tertium modum de abſtractis, creatio actio ſignificat ſubtractiuè id: quod ſignificat creatio paſſio formaliter, & econuerſo. Sic enim creatio actio ſupponit pro creante, & connotat creaturam. Creatio paſſio econuerſo ſupponit pro creatura, & connotat creantem deum. Si tenetur ſecundus modus: tunc licet ſupponit pro eodem pręciſè. ſ. coniunctim pro deo, & creatura. tamen creatio actio ſignificat deum per modum termini a quo. & creaturam per modum termini ad quem. Creatio paſſio econuerſo. Si tenetur primus modus, tunc non ſignificant idem, quia ſic ſignificant conceptus mentis, quæ ſunt diſtincti, & non ſynonymi. ¶ Tertiò dubitatur. Vtrum omnis effectus creetur a deo. Et uidetur ꝙ ſic: quia omnis creatura creatur, & non niſi a deo: & omnis effectus eſt creatura. ¶ In oppoſitum: non quilibet effectus ſit ex nihilo. Igitur non quilibet creatur. Patet per magiſtrũ diſtinctione præſenti. Creare eſt aliquid de nihilo facere. De nihilo ideſt nõ de materia. ¶ Pro reſpõſione ad dubium notandum poſt Ockã ſecundo quodlibet quæſtio. viij. & infra tangetur in iiij. diſtinct. j. quæſtio. j. ꝙ creare multipliciter accipitur. Quandoque accipitur pro promouere ad dignitates, ſic dicunt canoniſtæ ꝙ Papa creat Cardinales: ſic nihil ad propoſitum. Aliter accipitur quatuor modis. Primo modo largè pro producere: ſic dicit commentator. iij. de anima. Intellectus erat intellecta. Secundo modo accipitur ſtrictè pro facere aliquid de nihilo mediate, uel immediate: ideſt ipſum, uel id, de quo factum eſt. Sic dicit Auguſtinus ſuper Ioannem, ꝙ ſegetes creantur. Tertiò modo capitur ſtrictius: & ſic eſt agens facere aliquid poſtquam fuit nihil, quod poſſet ipſum facere ſine ſubiecto. Quarto modo ſtrictiſſimè. & ſic eſt deum facere aliquid, poſtquam fuit nihil ſine concurſu agentis: quod neceſſariò requirit paſſum, ſiue ſubiectum. Quo præmiſſo reſpondetur ad dubium per tres propoſitiones ſecundum Ockam ubi ſupra quæſtione viij. ſecundi quodlibet. ¶ Prima accipiendo creare primis duobus modis, quilibet effectus creatur a deo. Patet: quia omnis effectus producitur a deo de nihilo ſecundum ſe, uel ſecundum illud, de quo ultimo producitur. Quia prima rerum productio fuit de nihilo: & ſic uera eſt prima concluſio magiſtri, ꝙ deus eſt creator omniũ uiſibilium, & inuiſibilium. ¶ Secunda propoſitio. Accipiendo creare tertio modo: ſolus, & omnis effectus ſimplex creatur a deo. Quòd ſolus patet: quia compoſitum per generationem productum præfuit ſecundum materiam, & ita non fit poſtquam fuit nihil. Illud enim dicitur fuiſſe nihil, cuius nulla pars præfuit. Secunda pars ſcilicet, ꝙ omnis effectus ſimplex, quia quilibet talis ante productionem nihil fuit: & ad omnis effectus productionem concurrit deus, qui non requirit de neceſſitate ſubiectum in agendo. Quicquid enim producit in ſubiecto poteſt producere extra ſubiectum; ſicut poteſt conſeruare extra ſubiectum; ſicut patet de accidentibus, de quibus minus uidetur uerum. Qui tamen poneret reſpectus diſtingui ab abſolutis: haberet hoc negare. Talis enim ſimpliciter non poteſt eſſe ſine fundamento, & termino ſecundum eos. ¶ Corollarium: idem effectus generatur, & creatur. Generatur a creatura, & creatur a deo Pa-

Arti. 3.
Dub. 1.
G

Corollarium.

tet de forma ſubſtantiali ignis genita ab alio igne, & ſimul producta a Deo. Vide Ockam.q.iiij. & v. ſecundi non longè a fine. Nec eſt illud magis inconueniens, quàm ꝙ idem effectus, puta uolitio producatur liberè, & contingenter a uoluntate, & neceſſario a cognitione. Sic ait Auguſtinus ſuper Pſal. lxx. Ver. Deus quis ſimilis tibi. Parentibus generantibus, deus creat. Secundum patet: quia omnis effectus priuſquam producatur, eſt purum nihil: id eſt nihil fuit. Nec impedit, ꝙ dicitur fuiſſe in potentia materiæ: quia non magis eſt in potentia materię, quã in potentia agentis. Immo omnis effectus magis eſt in potentia agentis primi, ſcilicet dei, quàm in potẽtia materiæ, eo ꝙ ſimpliciter non poteſt produci, niſi a cauſa prima. Poteſt autem produci non concurrente materia, & tamen anima producta ante productionem: licet fuerit in potentia agentis, tamen ſimpliciter nihil fuit, alioquin non crearetur. Nam eſſe in potentia materiæ, non eſt eſſe aliquid, ſed eſt, poſſe produci in materia ab agente requirente materiam recipientem. ¶ Tertia propoſitio. Solus effectus, & quilibet, qui ſecundum ſe, & quodlibet ſui producitur a deo ſolo non concurrente cauſa ſecunda, & effectiuè: creatur quarto modo accipiendo creare. Patet ex deſcriptione quarti modi. ¶ Rationes pro, & contra dubium ſoluuntur per diuerſam acceptionem huius, quod eſt creare. Nam prima ratio procedit ſecundum duas primas acceptiones. Secunda procedit ſecundum tertiam, & quartam acceptionem. ¶ Et nota, ꝙ in omnibus præmiſsis creatio accipitur, ut extendit ſe ad conſeruationem. ¶ Sed diceret quis contra corollarium. Contradictio eſt, ꝙ aliquid ſimul, & ſemel fiat de aliquo, & de nihilo. Sed quod creatur, fit de nihilo: quod generatur, fit de aliquo: quia de potentia materiæ: ideo contradictio eſt idem generari, & creari. Reſpondetur negando, ꝙ illud, quod generatur, non fit de nihilo ſaltem loquendo de forma ſimplici, Vnde ita uerè forma, quæ producitur in materia a cauſa naturali fit de nihilo, ſicut quæ creatur: quia nihil formæ generandæ præexiſtit in materia. alioquin non generaretur. De quo poſtea uidebitur. Nec ſequitur. Fit de potentia materiæ. Igitur non fit de nihilo. Quia educere de potentia materiæ nihil aliud eſt, quàm agẽs aliquod producere formam in materia: ita ꝙ neceſſariò in producendo requirit materiam concauſantem in ſuo genere, hoc eſt materiam ſuſcipientem. Hæc enim eſt cauſalitas materiæ. Ex quo patet, ꝙ non tantum forma naturalis: ſed etiam forma uiolenter introducta educitur de potentia materiæ: utputa frigiditas in aqua. Nam agens uiolentum hanc producere non poteſt, niſi in materia aquæ ipſam ſubiectante. ¶ Vnde hæc ſola eſt differentia inter generare, & creare: quia creare eſt agẽs producere aliquid, ita ꝙ neceſſariò requirit materiam concauſantem. Generare uero eſt agens producere aliquid, quod neceſſario in tali productione requirit materiam concauſantem. Vnde patet, quòd deus cum omnem formam abſolutam producere poteſt extra materiam, omnem formam, quam producit etiam in materia creat: quia etſi aliquando cauſat in materia, non neceſſariò requirit materiam: quia poſſet eundem effectum producere extra materiam. Omnis uero cauſa ſecunda producens formam generat. Non ergo magis inconueniẽs eſt dicere, eandem formam ſimul generari, & creari, quàm dicere eandem formam produci a duobus agentibus, quorum unum neceſſario requirit in tali productione materiam concauſantem, aliud non requirit. Et tantum de iſto dubio, & tota quæſtione.



## QVAESTIO. II.

A QVAERITVR ſecundò. Vtrum deus ſit prima, & immediata cauſa omnium effectuum. Pro illa quæſtione uide Ockam in ij. quæſt. iiij. & v. Primo ponentur notabilia terminorum declaratiua. Secundò concluſiones. Tertiò dubia.

Arti. I. Nota. I ¶ Quantum ad primum notandum primò circa illum terminum cauſa ex. quęſt. prima. diſtinct. xlj lib. primi. ꝙ cauſa aliquando accipitur pro re: ad cuius poſitionem ponitur aliud. Alio modo accipitur pro propoſitione habente quandam prioritatem ad aliam ſecundum conſequentiam, ſecundum quam antecedens dicitur cauſa conſequentis. Prima acceptio eſt ad propoſitum. Vnde ad rationem cauſę illo modo requiritur, ut uult. Ockam quæſt. tertia. diſtinct. prima. li. primo. & diſtinct. xv. lib. primo. Item infra in tertia. diſtinct. prima. ꝙ ipſo poſito omnibus alijs circumſcriptis ponitur effectus: & ipſo non poſito, omnibus alijs poſitis non ponitur effectus; Propter primum tam ignis, quàm ſol ponitur cauſa caloris. Propter ſecundum, aſinus ponitur cauſa aſini, & obiectum eſt cauſa notitiæ intuitiuè. Vnde quæcunque res requiritur in eſſe reali ad eſſe alterius, eſt eius cauſa in aliquo genere cauſæ. Similiter res, ad cuius eſſe ſequitur aliud, eſt cauſa eius. Ex quo ſequitur, ꝙ in omni ordine eſſentiali, ubi prius poteſt eſſe ſine poſteriori, & non econuerſo, prius eſt cauſa poſterioris.

Nota 2 B ¶ Secundo notandum, ꝙ cauſa eſt duplex: mediata, & immediata. Cauſa mediata eſt cauſa cauſę: ut Abraam dicitur cauſa Iacob nepotis. Cauſa immediata eſt, quæ diſcreta eſt, ſcilicet, qua poſita aliis circumſcriptis ponitur effectus. Vel qua non poſita, omnibus aliis poſitis non ponitur effectus.

Corollarium. ¶ Corollarium. Cauſa mediata propriè non eſt cauſa: quia neque requiritur ad eſſe effectus: neque ea poſita ponitur effectus: ut patet de auo reſpectu nepotis. Vnde ſicut auus non eſt pater nepotis: ita nec eſt cauſa eius. ¶ Secundò ſequitur: quòd omnis cauſa propriè dicta eſt cauſa immediata, ſiue ſit cauſa uniuerſalis, ſiue particularis, & non magis eſt cauſa immediata particularis, quàm uniuerſalis. quia nõ magis ad eſſe effectus requiritur, quàm cauſa uniuerſalis. Concordat Ockam in ij. q. iij. q. iiij. & v. ¶ Tertiò ſequitur, quòd non eſt idem cauſa immediata, & cauſa precisa, ſiue totalis. Quia uel cauſa totalis eſt, qua poſita, omnibus aliis circumſcriptis poteſt effectus ſufficienter poni: & hęc etiam dicitur cauſa ſufficiens. Vel accipitur pro cauſa pręciſa: & ſic cauſa totalis, uel præciſa eſt, quæ non habet aliquid ſibi concauſans. Sic cauſa partialis eſt, quę cum alia cauſat effectum. ¶ Vnde ſi ad eundem effectũ plures cauſæ concurrunt: ſiue ſubordinatè, ſiue ex ęquo. ut in pluribus trahentibus nauem: quælibet illarum concurrentium eſt cauſa partialis, ſiue uniuerſalis, ſiue particularis: & omnes ſimul ſunt cauſa pręciſa, ſiue totalis. Vnde deus producens aſinum, cum cauſa ſecunda eſt cauſa partialis: ſicut & cauſa ſecũda. Sed utraque cauſarum, totalis, & partialis: eſt cauſa immediata, & cauſa totius effectus. Nec ſequitur. a. eſt cauſa partialis: ergo producit partem effectus. Nec ſequitur producit totum effectum. ergo eſt cauſa totalis. ¶ Quartò ſequitur. quòd diuiſio cauſæ in cauſam immediatam, & mediatam eſt diuiſio analogi in ſua analogata. Vnde ſequitur. Eſt cauſa cauſæ. ergo cauſa cauſati. Nam ideo aliquid dicitur cauſa: quia cauſat aliquid, non quia cauſauit aliquid, quod eſt cauſa illius. alioquin adam eſſet cauſa mei: quia tunc ego non fui. Oportet autem cauſam, & cauſatum ſimul eſſe. Non ens non eſt cauſa. Non entis non eſt cauſa. ¶ Cauſa immediata quandoque dicitur immediata immediatione cauſæ: quandoque immediatione effectus. Cauſa

immediata primo modo eſt, quæ dicta eſt: inter quam ſcilicet, & effectum non mediat alia cauſa, quæ ſit cauſa effectus, & ipſa tantum cauſa illius cauſæ. Sed cauſa immediata immediatione effectus, eſt cauſa potens producere effectum ſine alio effectu concurrente, ſiue præuio. Sic ignis non eſt cauſa immediata ignis, quia producit immediatione effectus: quia non poteſt producere formam ignis in materia, niſi prius producat calorem in ea. Etiam ſi calor productus non agit ad formam ignis.

Not. 3. C

¶ Tertiò notandum: quòd cauſa dicitur prima, de primitate ꝑfectionis, uel primitate illimitationis, uel primitate durationis. Prima perfectione dicitur, quæ eſt cæteris perfectior. Prima illimitatione eſt, quæ concurrit, uel concurrere poteſt ad plures effectus producendos, ut ſol reſpectu ignis. ¶ Primum duratione dupliciter accipitur: uel quòd præcedit ſecundum ſuam naturam, uel quòd prius durationem cauſat: ut ſi aliquis prius traheret nauem, quam alius: & poſtea traheret cum alio. Et diſtinguuntur illæ primitates: quia aliquando unum reſpectu eiuſdem eſt primũ, ſeu prius una primitate: & poſterius eodem alia primitate. Sicut ſol, & homo. Sol eſt poſterior homine perfectione. Et prior illimitatione. De hoc diſtinct. xlv. primi.

Arti. 2. Cõcl. 1. D

¶ Quantum ad ſecundum articulum eſt hæc prima concluſio. Deus eſt prima cauſa efficiens omnium effectuum immediata immediatione cauſę. Probatur primo auctoritate ſcripturę. Ioã. j. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil. Et in ſymbolo Niceno. Credo in unum deum patrem omnipotentem creatorem cœli, & terrę, uiſibilium, & inuiſibilium. Et extra de Trini. & fide catholica firmiter. Ipſe creator omnium uiſibilium, & inuiſibilium; ſpiritualiũ, & corporalium. Item ad Roma. xj. Ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia &c. Et cętera innumerabilia ſcripturæ teſtimonia. ¶ Si dicis. Omnes illæ auctoritates ſoluuntur dicendo: quòd ſit cauſa mediata, ideo non probatur, quod cauſa immediata. Reſpondetur, quod dictum eſt: quòd omnis cauſa propriè dicta eſt immediata, eo ipſo, quòd auctoritates illæ clarè innuunt deum eſſe cauſam omnium: & omnia per ipſum facta ſufficienter oſtendunt, quod eſt cauſa immediata. Item Auguſt. ij. de Trinita. uerius attribuit cauſalitatem inferiorum deo, quàm cauſis ſecundis. Sed cauſæ ſecundæ ſunt immediatæ igitur. ¶ Ratione naturali hæc concluſio probari non poteſt. Tum quia non poteſt ſufficienter probari: quin alię cauſæ ſcilicet corpora celeſtia ſunt ſufficientes cauſæ reſpectu multorum effectuum. et ita fruſtra ponitur deus cauſa immediata illorum. Tum quia, ſi poſſet probari naturaliter, quòd deus ſit cauſa efficiens omnium, & non poſſet probari, quòd neceſſariò eſſet cauſa partialis, uel inſufficiens poſſet probari, quòd eſſet cauſa omnium ſufficiens, & ita fruſtra ponerentur cauſæ ſecundæ efficientes: immo nõ poteſt probari naturali ratione, quòd deus ſit cauſa efficiens alicuius effectus, quia non poteſt probari ſufficienter, quod ſint aliqua effectibilia, præter generabilia, & corruptibilia: quorum cauſæ ſufficientes ſunt cauſæ naturales, inferiores cum corporibus cæleſtibus. Saltem oppoſitum probari non poteſt. Ergo. &c. Conſequentia nota. Maior probatur: quia non poteſt ſufficienter probari, quòd ſubſtantia ſeparata, aut aliquòd corpus cæleſte cauſetur a quocunque efficiente. Minor probatur ſimiliter: quia oppoſitum non experimur. Nec ex principiis per ſe notis illud oppoſitum deduci poteſt. ¶ Ex quo infertur: quòd non poteſt probari euidenter, quòd deus ſit cauſa alicuius effectus mediata: quia omnis cauſa mediata alicuius effectus eſt cauſa immediata cauſæ illius effectus: quia cauſa cauſæ. Sed ſecundum demonſtrari non poteſt. Igitur nec id, ex quo immediatè ſequitur: quia conſequens demonſtrari non poteſt, niſi antecedens dubitabile euidenter oſtendatur. Et per hoc patet, quòd euidenter demonſtrari non poteſt, quòd deus ſit cauſa efficiens reſpectu cuiuſcunque effectus, nec totalis, nec partialis. ¶ Poteſt tamen concluſio rationabiliter ſecũdum Ockam q. iiij. & v. libri ſecundi perſuaderi ſic. Magis dependet quilibet effectus a ſimpliciter primo, & illimitato ſimpliciter, quàm a cauſa ſecunda, cum primum ſimpliciter ſit perfectisſimum immo in infinitum perfectius quacunque ſecunda cauſa ſecundum quid illimitata, & imperfecta. Sed ad ſenſum patet, ꝙ effectus dependet a cauſa ſecunda uniuerſali limitata: ita ꝙ non producitur, niſi illa cauſa uniuerſalis ſit præſens, & immediatè cauſans. Nam quantumcunque agens particulare approximetur paſſo certo hic inferius: tamen niſi ſol ſit in debita approximatione illi paſſo, nunquam cauſa particularis inferior producit illum effectum, ſtante etiam, ꝙ cauſa particularis conſeruetur à ſole. Patet de effectibus productis à ſole; dum accedit ad nos tempore æſtatis. Ideo ſequitur, ꝙ ſol ſit cauſa immediata talis effectus inferius producti, igitur multo magis dependet effectus a Deo tamquam a cauſa immediata. ¶ Si diceres: Benè probatur, ꝙ ad productionem effectus requiritur præſentia ſolis: & per conſequens præſentia dei. Sed non probatur per hoc ꝙ deus, uel ſol ſit cauſa talis effectus. Contra. Illud tollit omnem uiam probandi unum eſſe cauſam alterius. Si enim dicis, ꝙ calor in igne eſt cauſa caloris in ligno. dicam ꝙ non: ſed tantum requiritur præſentia ignis ad productionem caloris in ligno. Sed ex hoc non ſequitur cauſalitas ignis reſpectu caloris in ligno. Vnde ex nullo alio medio probari poteſt ꝙ ignis ſit cauſa caloris in ligno. Et albedo parietis non ſit cauſa albedinis in medio. niſi quia ad præſentiam ignis ſequitur, & incipit eſſe calor in ligno: & ad præſentiam albedinis non ſequitur albedo in medio. ¶ Item ad principale arguitur. Suſpenſio actionis in camino non uidetur aliud, quàm deum non coagere immediatè ad producendum calorem ſuum. Fuit enim natura ignis ibi conſeruata, ſed quia deus non concurrebat immediatè cum igne, ignis non potuit agere. Eſt igitur deus cauſa immediata. ¶ Item iij. quodlibet quæſt. j. Ockam: niſi deus eſſet cauſa omnium, aliud a deo eſſet incauſatum: uel eſſet proceſſus in infinitum in cauſis: quia accipio, ꝙ ponis non cauſari a deo. Quæro utrum eſt cauſatum, uel in cauſari. Si ſecundum habetur illatum. Si primum, quæro a quo. Si a deo. habetur intentum. Si ab alio, ſic erit proceſſus in infinitum. ¶ Item ſecundo quodlibet quæſtio. prima Ockam: niſi deus eſſet cauſa efficiens uel mouens effectiuè alicuius effectus, uidetur, ꝙ fruſtra poneretur in uniuerſo.

Cõcl. 2.

¶ Secunda concluſio. Deus eſt cauſa prima omnium primitate perfectionis, & illimitationis. Patet: quia deus eſt perfectior omnibus. Et eſt cauſa omnium effectuum: quod nulli conuenit alij.

Cõcl. 3.

¶ Tertia concluſio. Deus eſt cauſa prima duratione primo modo accipiendo primitatem durationis, quia ſecundum naturam ſuam præcedit duratione omnes cauſas ſecundas, & effectus. Fuit enim ab ęterno, quod nulli alteri conuenit.

Cõcl. 4.

¶ Quarta concluſio. Deus non eſt prima cauſa omnium primitate durationis ſecundo modo. Probatur: quia non præuenit cauſando cauſas ſecundas ſecum concauſantes. Ita ꝙ in aliquo inſtanti, uel ſigno cauſet nulla cauſa ſecunda concurrente, & poſtea cum ea concauſaret. Probatur: quia patet ad ſenſum, ꝙ res ponuntur in eſſe ad præſentiam ſecundę cauſę, & non in aliquo priori inſtanti, uel ſigno ſine præſentia earum. Cum ergo ex eo aliquid dicitur cauſa, & cauſare: quia ad eius præſen-

tiam aliquid incipit eſſe, & ad eo-
rum præſentiam res incipit eſſe, &
non prius: ſequitur, ꝙ deus non pri-
us cauſat: quia non prius incipit effe-
ctus eſſe. Item qua ratione in ſecun-
do inſtanti agit; eadem ratione in
primo. In ſecundo inſtanti agit ſecun-
dum omnes; Igitur & in primo inſtanti
Cõcl. 5. inceptionis effectus. ¶ Quinta conclu
ſio. Deus poteſt eſſe prima cauſa effe-
ctiua omnium duratione ſecundo mo-
do. Omnium, inquam, effectuum abſo
lutorum. Probatur: quia deus eminen-
ter habet in ſe cauſalitatem effectiuam
omnium cauſarum ſecundarum: ideo
poteſt ſupplere omnem eorum cauſali-
tatem. Et ſe ſolo poteſt producere in
genere cauſæ efficientis quicquid po-
teſt producere cum cauſa ſecũda. Hinc
illud commune dictum. Deus poteſt ſup
plere cauſalitatem cuiuslibet cauſæ ex-
trinſecè. ¶ Si quæris, quare non intrin
ſecè Ratio: quia cauſalitas intrinſeca
includit imperfectionẽ, ſcilicet ſubijci
formæ, uel informare materiam, quod
imperfectionis eſt: ideo non conuenit
deo cauſalitas ſubiectiua, uel formalis.
Cõcl. 6 ¶ Sexta concluſio probabilis. Poſſibile
eſt, ꝙ deus producat rem aliquam, tam
quam cauſa totalis, & præciſa: & ꝙ poſt
tempus creatura producat eandem rem
partialiter, ideſt tamquam cauſa partia
lis. Probatur: quia deus ſe ſolo poteſt
producere effectum, & eum poſtea con
ſeruare cum cauſa ſecunda. Vt exempli
gratia. Si deus produceret ignem me-
diante ſole, tunc ignis dicitur produci
a ſole, quia dependet a ſole. Et per con
ſequens ſol habet rationem cauſalita-
tis ad ignem. Et nullam cauſalitatẽ po
teſt habere cauſa ſecunda reſpectu effe
ctus, niſi productiuam. Vnde. Si deus
primò produceret ignem, & conſerua-
ret eum, & poſtea produceret ſolẽ: tũc
ignis ille conſeruaretur a ſole, ſicut ſi
fuiſſet productus a ſole. Et eodem mo
do dependet eſſentialiter ad ſolem ac
ſi fuiſſet a ſole productus. Quia licet
deus produceret ſolem poſt ignem: ta-
men daret ſoli actionem determinatam
quoad omnes effectus ab eo produ-
ci poſſibiles: igitur eodem modo de-
penderet ignis a ſole ac ſi fuiſſet pri-
mo productus a ſole: igitur nunc pro-
ducitur a ſole: quia nunc conſerua-
tur a ſole. Et ita ſol eſt cauſa partia-
lis cum deo illius conſeruationis. Con
ſeruatio autem per nihil poſitiuum
differt a creatione: nam creatio ſi-
gnificat rem, & connotat negatio-
nem immediatè præcedentem rem. Et
conſeruatio ſignificat eãdem rem con
notando continuationem rei. Et hoc
nihil aliud eſt, quâm connotare nega-
tionem interruptionis eſſe rei, uel cor
ruptionis: & ita conſeruatio quan-
tum ad omnia poſitiua eſt quædam
productio: & cauſa conſeruatiua effe-
ctus eſt ſecundum rem cauſa producti-
ua, & ab ea dependet effectus in eſſe,
ſicut a generatiua in fieri. ¶ Septima Cõcl. 7.
concluſio. Deus eſt cauſa immediata G
omnium effectuum immediatione ef-
fectus: effectuum dico abſolutorum.
Probatur. quia ad productionem cuiuſ-
cunque effectus non indiget alio effe-
ctu; quia poteſt quemcunque effectum
abſolũtum producere ſolum ſine pro-
ductione cuiuslibet alterius effectus:
quia licet aliquæ qualitates requiran-
tur ad materiæ diſpoſitionem pro rece
ptione formę ſecundum philoſophum.
ij. de anima. Actus actiuorum, & cæt.
Tamen deus poteſt omnem effectum
abſolutum producere immediatè, eti-
am extra materiam. ¶ Circa tertium Arti. 3.
articulum dubitatur primo, an deus Dub. 1.
ſit agens naturale, uel liberum. Iſtud H
dubium diffuſius tractatur in primo di
ſtinct. xlij & xliij ubi uideatur. Vnde
breuiter dicitur, ꝙ eſt cauſa libera
agens ad extra contingenter: ſed hoc
merè creditum eſt: & probari non
poteſt per rationem, ad quam non re-
ſponderet infidelis: ut patet ſoluen-
do rationes Thom. & Ioann. quas
Ockam ſoluit diſtinct. xliij. primi ¶ Po
teſt tamen rationabiliter perſuaderi
ſic. Cauſa non impedita æqualiter
reſpiciens multa, ſiue finita: producens
pro



pro certo inſtanti unum, & non aliud,
eſt cauſa libera agens contingenter.
Deus eſt huiuſmodi: igitur. Vide ratio
Dub. 2. nem hanc diffusè diſt. xlij primi. ¶ Se-
cundum dubium cõtra concluſionem
primã. Nã ab uno nõ producuntur mul
ta immediatè. Nam. viij. phyſicorum.
&. ij. de generatione dicitur, ꝙ ab uno
procedit unum. Et idem manens idem
ſemper facit idem. Et. viij. metaphyſi-
cæ tracta. ij. c. j. Si agens ſit unum, &
materia una, effectus erit unus. Et ibidẽ
ab uno motore nõ eſt niſi unus motus,
aliter ſufficeret unus motor ad omnes
motus. Item. ij. de anima. Ex diuerſi-
tate operationum concludit diuerſita
tem potentiarum. ¶ Ad illa dicitur, ꝙ
aſſumptum ſimpliciter eſt falſum: quo-
niam eadem cauſa producit diuerſa ſpe
cie, tam libera, quam naturalis. Nam
eadem uoluntas omnino indiſtincta eſt
principiũ uolitionis, & nolitionis, amo
ris, & odij. Etiam ſol immediate poteſt
producere multos effectus: & tamẽ ſol
in ſe non diſtinguitur. ¶ Item ſit tanta
diſtinctio in cauſa, ſicut in effectu. Ac
cipio duos effectus. Iſti reducentur ad
duas cauſas: & illæ cauſæ ad alias duas:
& ſic erit proceſſus in infinitum. Vel
erunt duæ cauſæ primæ: utrunque eſt
impoſſibile. ¶ Ad auctoritates primas
tres, dicendum ꝙ loquuntur de cauſis
naturalibus, quæ ſemper producunt nõ
quidem unum: ſed eoſdem effectus, ſi
non fuerit impedimentum: ita ꝙ illum,
uel illos effectus, ſecũdum ſpeciem pro
ducunt uno tempore, quem etiam alio
tempore producit, niſi ſit impedimen-
tum, ut ſol eoſdem effectus producit in
aucũno ſingulis annis cæteris paribus.
¶ Ad auctoritatẽ de metaph. ſi agẽs &c.
dicitur, ꝙ intelligi debet de effectibus
incompoſſibilibus: quia impóſſibile eſt
in una materia eſſe plures effectus in-
compoſſibiles, ſimul licet ſucceſſiuè poſ
ſunt. Etiam ſecundum cômen. ij. hoc
intelligitur in artificialibus, quia impoſ
ſibile eſt ſecũdum eum, ꝙ artifex in eo
dem ligno ſimul inducat formam arcæ,
& lecti. Poteſt etiam dici, ꝙ ille textus
male allegatur. Sic enim habet textus.
viij. metaph. tract. ij. c. j. Si materia al
tera: & mouens ſcilicet alterũ, & quod
factum eſt, ſ. eſt alterum. Immo aucto-
ritas illa nihil eſt ad propoſitum: quia
ibi loquitur de agentibus naturalibus
oſtendens quomodo, quandoque ex di
uerſis materijs fit unum: & aliquando
ex una materia diuerſa maximè artifi-
cialia, ut ex ligno ſit lectus, & arca: ut
exemplificat in textu. Vnde dicit: ſi
idem contingit ex illa materia facerę
palam: quia ars, & principium, quod eſt
mouens idem. Et ſequitur. Nam etſi
materia altera, & mouens: & quod fa-
ctum eſt. ¶ Ad illud de potentijs dici-
tur, ꝙ potentia uel accipitur pro eo,
quod ſe tenet ex parte animę: & ſic ex
diuerſitate operationum non arguitur
diuerſitas potentiarum, quia intellectu,
eſt una potentia: & tamen habet opera
tiones multas ſpecie diſtinctas, ut actũ
ſimplicis intelligentiæ, & actum com-
plexum. Item appræhenſiuum, & adhæ
ſiuũ, qui diſtinguuntur ſpecie. Alio mo
do accipitur pro illis, quæ neceſſario re
quiruntur ad hoc, ꝙ potentia primo
modo dicta eliciat operationes, ut ſunt
organa corporalia. Et ſic ex diuerſita
te operationum illarum ſcilicet, quæ re
quirunt diuerſas diſpoſitiones organi-
cas arguitur diuerſitas potentiarum:
ideſt organorum: ſicut ex uiſione, &
auditione. Vbi autem potentia non in
diget organo, non habet locum ſicut
uoluntas, quę una poteſt uelle, & nolle.
Et uide de hoc dubio latius in. q. j. pro-
logi. ¶ Tertium dubium contra eandẽ Dub. 3.
concluſionẽ. Multi ſunt effectus noui, K
quorum deus non poteſt eſſe cauſa ſine
ſui mutatione. Nam à cauſa eodem mo
do ſe habente nõ effectus plus uno tem
pore, quam alio, niſi propter diſpoſitio
nem aliam materiæ: aut propter nouũ
actum intellectus, uel uoluntatis. Vel
quia expectat perfectionem in futuro,
quam modo non habet. Vel quia impe
dimentum eſt remouendum; aut quia
expectatur opportunitas temporis. ſed
nihil horum locũ habet in deo. Et hoc

eſt,quod dicit comment. viij. phyſico
rum,ꝙ deus per antiquam uoluntatem
non poteſt aliquid de nouo producere
ſine ſui mutatione.Hinc eſt illud. A uo
luntate antiqua non procedit actio no
ua.¶ Ad illud dicitur,ꝙ deus poteſt ali
quid de nouo producere ſine ſui muta
tione,non per nouum actum uolunta-
tis,ſed per actum uoluntatis æternum:
quia æternaliter uoluit.a effectum cras
producere, immo poteſt homo nunc
uelle cras illa hora producere aliquem
effectum:& in tali uoluntate perſeuera
re,& cras illum effectum producere per
uelle continuatum per diem unum. Et
tunc uoluntas,quando effectus produ-
citur,non mutatur: quia non fit de no
uo uolens. Mutaretur autem,ſi de non
Dub. 4. uolente fieret uolens. ¶ Quartum du-
L biumeſt de multis,quæ non uidentur
creari a deo. Nam malum culpæ, ſiue
peccatum eſt: & tamen non fit a deo
immediatè: quia deus non eſt auctor
mali:nec facit peccatum. Deo enim au
ctore nihil fit deterius ſecundum bea-
tum Aug.lxxxiij.q.iij. Malo autem cul
pę,& peccato fit homo deterior. ¶ Itē
figmenta,& entia rationis,& eſſe ob-
iectiuum,priuationes,impoſſibilia,ue-
ritas huius propoſitionis, deus nihil
creat: non poſſunt creari a deo. & ita
non omnia creantur a deo ¶ Ad dubiū
dicitur,ꝙ deus eſt cauſa immediata om
nium effectuum. Nec tamen propter
hoc facit malum culpæ, uel peccatum:
quia facere peccatum,eſt facere id, ad
cuius oppoſitum tenetur: deus autem
ad nihil tenetur,ſeu obligatur. Nec ſe-
quitur. Deus facit omnem effectum:&
peccatum eſt effectus: ergo facit pecca
tum,quia facit in concluſione, dicit fa
ctionem ſecundum quid: & in maiore
factionem ſimpliciter. Et ſic eſt fallacia
accidentis.Quicquid tamen poſitiuum
eſt in peccato, deus poteſt efficere. Si
tamen concluderetur, ergo deus facit
actum, ad cuius obligationem aliquis
tenetur, ponendo loco peccatum, eius
quid nominis: argumentum eſt bonū,
& continens negandum: quia ibi facit

non æquiuocatur. De hoc infra diſtin.
xxxvij. ¶ De figmētis,& entibus ratio
nis,& eſſe obiectiuis dr̄: ꝙ deus poteſt
ea facere:quia ſunt res aliquæ.ſ.cogni
tiones animę,quę ſunt realiter qualita
tes ſecundum unā opinionem. Si autē
tenetur, ꝙ conceptus non habet eſſe
realem ſecundū obiectum tm̄:tunc dr̄,
ꝙ nihilominus deus poteſt ea facere in
eſſe,tali quale habent: quia facit cogni
tiones,quę ſunt qualitates mentis, ad
quas ſequuntur huiuſmodi entia ratio-
nis,& figmenta. Et ſi utiq; cōtendis, ꝙ
non ſint effectus, non erit contra con
cluſionem,quæ dicit, ꝙ deus eſt cauſa
immediata omnium effectuū. ¶ De im
poſſibili: ſi capitur pro termino ſecun-
dæ impoſitionis:deus eſt cauſa eorum:
quia eſt cauſa propoſitionum, & termi
norum priuatiuorum. Si pro termino
primæ impoſitionis: tunc impoſſibilia,
& priuationes nō ſunt effectus,nec res
aliquæ,ideo non mirum,ſi deus non eſt
cauſa eorum. ¶ De ueritate illius pro
poſitionis. Deus nihil creat: poſito ꝙ
ſit uera. Deus poteſt eā creare: quia po
teſt propoſitionem illam creare. Deus
nihil creat,uerum ſi creat,erit falſa:tā
propoſitio,quę nunc eſt uera creari po
teſt,uel alia ſibi ſynonima.¶ Quintū du Dub. 5.
bium contra hoc,quod dictum eſt deū M
eſſe cauſam immediatam. Nam prima
cauſa agit mediante ſecunda:igitur cau
ſa ſecūda mediatè,igitur prima non eſt
immediata. ¶ Item ſi ſic, tolleretur or
do in cauſis eſſentialiter ordinatis.Nā
ſi utraq; ęquè immediatè contingeret
effectū,neutra eſſet prior alia in cauſan
do:ſicut eſt in pluribus ſimul nauem tra
hentibus.¶ Itē tunc ſuperflueret cauſa
ſecūda:quia ſi prima immediate ageret,
produceret totum effectū: quid igitur
produceret cauſa ſecunda.ergo ſupflue
ret. Item quæri poſſet, an cauſa prima,
& ſecūda producerent eadem actionē,
uel diuerſa. Non eadē:quia non eadem
uirtute. Nec diuerſa:quia terminus eſt
idem. Actio autē ſortitur unitatem ex
termino. Item ordo agentiū correſpon
det ordini finium:ſed idem effectus nō



poteſt habere duos fines immediatos,
ergo nec duo agentia immediata.¶ Ad
iſta reſpōdetur ad primū,ꝙ propriè pri
ma cauſa non agit mediante ſecunda:
quia ſimul,& æquè immediatè concur-
runt ad effectum producendum;& quæ
libet producit totū effectum: ut dictū
eſt. ¶ Ad ſecundum,quo arguitur de or
dine cauſarum eſſentialium dicitur, ꝙ
ordo cauſarum eſſentialium eſt ordo
non mediationis, uel immediationis,
aut etiam durationis:ſed ordo,& prio-
ritas pfectionis,illimitationis, uel quā
doq; neceſſitatis ut in propoſito. Pri
ma cauſa neceſſario requiritur ad actio
nem,non ſecunda. ¶ Ad tertium nege
tur,ꝙ ideo ſecunda ſuperflueret:nam ſi
duæ cauſæ naturaliter agentes concur-
runt agendo,ut ſol, & aſinus:quamuis
quælibet attingit totum effectū, æquè
immediatè: tamen neutra ſuperfluit,
quia neutra ſine alia ſufficit, & neutra
ſine alia producere poſſet. Et eſt ſimile
in trahentibus nauem,quam nullus tra
hentium ſolus trahere poſſet:licet qui-
libet trahat immediate totam nauem,
tamen neuter ſuperfluit, quia neuter ſi
ne alio trahere poſſet. Si uero altera
cauſarū,ſola ſufficit,ſicut in propoſito.
Deus, qui etiam uoluntariè non neceſ
ſario,aut naturaliter agit:ideo non ſu-
perfluit. Quia ita placuit deo ſecum ad
mittere actionem cauſæ ſecundæ pro-
pter eius ſcilicet cauſæ ſecundæ perfe-
ctiones, quæ agendo perficitur nō pro
pter ſuam neceſſitatem. Sicut ſi fortis
non indigens admittit aliquid ad coa-
gendum uoluntariè,non ſuperfluit cau
ſa coagens;licet ſine ea, æquè actio fie
ret:quia in hoc cauſa coagens honora
tur,& perficitur:& uolūtas primæ cau-
ſæ adimpletur. Ad aliā:an eadem actio
ne,uel diuerſa. Dicēdū,ut dictū eſt quæ
ſtione præcedenti de creatione. Aut.n.
actio ſupponit pro agente, uel pro effe
ctu,uel pro utroq; ſimul,aut pro conce
ptu. Si primo modo, ſunt diuerſæ actio
nes. Si ſecundo modo: eſt una actio:q̄a
unus effectus. Tertio modo ſimiliter eſt
una.i.non diuerſa. Quarto modo non

oportet,ꝙ ſit una,uel diuerſa,quia poſ
ſunt cauſæ agere ſine actione,q̄ eſt con
ceptus mentis. Ad probationē dicitur,
ꝙ actio ſuā unitatem,uel idētitatē nec
capit a uirtute agēdi,nec à termino,ſe
cundum ſic,uel ſic:ſecundū diuerſas ac
ceptiones actionis;ut dictū eſt.¶ Ad ul
timum dr̄,ꝙ idem effectus procedens à
diuerſis agentibus poteſt habere plures
fines,ſecundū ꝙ diuerſa agētia poſſunt
à diuerſis moueri ad agēdū. Finis.n.eſt,
quod mouet agēs: maxime ſi unus agē
tium agit liberè: licet forte unus finis
ſecundū rectā rationem mouere debe-
ret. De quo infra magis ¶ Sextū dubiū Dub. 6.
contra concluſionē ſextā. Impoſſibile N
eſt idem bis produci. Sed ſi aliquid pro
duceretur à Deo, tamq̄ cauſa totali,&
poſtea creatura bis pduceretur.¶ Item
res actu exiſtens produci nō poteſt:ſed
in caſu priuſquā creatura producat res
actu exiſtit:igitur. ¶ Item omnis cauſa
eſt prior effectu, ſed in caſu effectus eſt
prior cauſa:eo ꝙ prius ſecundum ſe to
tum productus eſt à Deo: & poſterius
etiam tpe eſt cauſa ſecunda. ¶ Pro ſolu-
tione notandū,ꝙ producere,qn̄que ac
cipit̄,ut nō includit negationem.ſ. pro
dare eſſe alicui. Hoc eſt,ꝙ ad eius pſen
tiam aliqua res eſt,ſiue poſt non eſſe,ſi-
ue poſt eſſe. Et produci,eſt dependere
quantum ad eſſe ſuum ab alio.i. eſſe ad
præſentiam alterius,ſiue poſt non eſſe,
ſiue poſt eſſe. Suo modo dr̄ de creari:
& illo modo non diſtinguitur à conſer
uare,& conſeruari. Alio modo accipit̄,
ut includit negationem,ut producere,
eſt dare eſſe,poſt nō eſſe immediatè prę
cedens. Suo modo de pduci,creare,&
creari: Cōſeruare autē eſt dare eſſe,poſt
eſſe continuatū, id eſt non interruptū.
Et hoc modo diſtinguitur producere,
& conſeruare,nō quantū ad aliquid po
ſitiuum:ſed quantū ad negationes con
notatas.¶ Per hoc ad rationes dicitur,
ꝙ in cōcluſione capitur produci primo
modo,ut nō diſtinguitur a conſeruari.
Et ita nō eſt impoſſibile aliquid bis pro
duci,immo effectus productus mouens
continuè producitur, ſicut continuè

habet eſſe ſuum ab alio, niſi bis importaret interruptionem eius, quod determinat. Et tunc non ſequitur, ꝙ idem bis produceretur: quia licet primo producitur à deo: & poſt à creatura: non tamen bis producitur: quia productio eius non interrumpitur. Per hoc patet ſolutio ſecundi. Illa argumenta procederent, capiendo producere ſecundo modo. ❡ Ad tertium dicitur, ꝙ omnis cauſa eſt prior effectu, natura, non tempore immo tēpore poteſt effectus præcedere ſuam cauſam conſeruatiuam, ut patuit in concluſione ſexta huius quæſtionis. Eſt tamen cauſa prior natura: quia poteſt eſſe ſine effectu: & nō econuerſo.

Dub. 7. O ❡ Vltimo dubitatur cōtra hoc, quod dictum eſt in probatione primæ concluſionis: ꝙ ipſa nō poteſt probari naturali ratione. Videtur ꝙ poſſit probari. nam impoſſibile eſt eſſe plura ſimpliciter prima: & cum non ſit proceſſus in cauſis in infinitum, ſequitur: ꝙ datur unum ſimpliciter primum. ❡ Item tota uniuerſitas cauſatorum eſt cauſata: & à nullo illius uniuerſitatis: quia idem non cauſat ſeipſum: igitur ab aliquo incauſato: & hoc eſt deus: ergo deus eſt cauſa totius uniuerſitatis. Ad illa diceretur inſiſtendo puræ rationi naturali: concedendo; ꝙ eſt ſimpliciter primum: etiam ꝙ non eſt proceſſus in infinitum in cauſis eſſentialiter ordinatis. Sed nō ſequitur, ꝙ datur una prima cauſa omnium: quia nihilominus poſſunt eſſe multæ cauſæ efficientes primæ, puta multa corpora cęleſtia, uel multæ ſubſtantiæ ſeparatæ: quarum nulla eſt cauſabilis, & effectibilis; nec depēdens quocunque modo ab alia; ſaltem oppoſitū non poteſt probari. Inter illa tamē prima eſt aliquod efficiens ſimpliciter primum reſpectu aliorum: non in cauſalitate quacūque, ſed in perfectione: quia oportet, ꝙ huiuſmodi prima differant ſpecie; quia in efficientibus eiuſdem ſpeciei eſt proceſſus in infinitum: & nullum eſt primum. Et per conſequens unum illorum primorum eſt perfectius alio, quia ſpecies rerum habēt ſe, ut numeri. viij. Metaphyſicæ. ❡ Ad ſecundū diceretur, ꝙ uniuerſitas cauſatorū cauſata eſt, ſed non ab uno efficiente, ſed a pluribus non cauſatis. ❡ Alia poſſunt adduci, quæ in diſtinctione. ij. primi libri ſolent tractari de unitate dei. Tantum de quæſtione.

## QVAESTIO. III.

A Væritur tertio, utrum deus potuit mundum creaſſe ab æterno. ❡ Pro quæſtione illa, uide Ockam in. ij. ſentētiarū. q. viij. & in. ij. quodlib q. v. ❡ Pro intellectu tituli quęſtionis notandum, ꝙ creare in propoſito nō accipitur, ut diſtinguitur contra conſeruare: uidelicet ꝓ producere aliquid de nihilo, poſt non eſſe ſecundū duratione, quia quæſtio nulla eſſet: quoniam manifeſtū eſt, ꝙ non poteſt mundum ab æterno producere poſt eius non eſſe, quia ſi pręceſſit nō eſſe, tunc incœpit eſſe. Si incœpit eſſe, non fuit ab æterno: Includit ergo manifeſtam cōtradictionem poſſe creare mundum ab æterno, poſt non eſſe. Sed eſt ſenſus quæſtionis, utrum deus mundum, quem de facto produxit poſt ſuum non eſſe; potuit producere, ita ꝙ ſuum non eſſe non præceſſiſſet ſuum eſſe duratione. Et hoc eſt mundum potuiſſe produxiſſe ab ęterno, ita ꝙ nunq̄ non fuerit, & tamen ſemper eſſe à deo accepit: ſicut ſol ſi fuiſſet æternus, ab æterno ſuum ſplendorem produxiſſet. Sic intellecta quæſtione, ſunt duæ opiniones contrariæ. quarum neutra poteſt euidenter, & demonſtratiuè reprobari. Siquidem ad utranque partem. q. ſunt rationes apparentes. Ponitur tamen hæc concluſio reſponſalis.

Concl. rñſalis. ❡ Quāuis utraque pars quęſtionis poſſit cathegorematicè teneri, & defendi: probabilius tamen eſt tenere partem eius affirmatiuam: ꝙ deus potuit mundum creaſſe ab æterno, ad intellectum ſtatim expreſſum. Prima pars patet, quia ad nullam partem adduci poſſunt rationes tam euidentes, quin ſolui poſſunt, & euadi.



euadi. Secunda pars patet: quia pro illa ſunt rationes fortiores, & contra eā debiliores: Ratio pro ea principalis hęc eſt. Nihil non includens contradictionem negandum eſt a potentia diuina. Mūdum potuiſſe producere ab ęterno, non includit contradictionem: igitur non eſt negandum a potētia dei. Conſequentia eſt in quarto primæ. Maior eſt principium theologale, Minor patet: quia neque repugnat ex parte dei, neque ex parte creaturæ. Quod patet ſoluendo rationes aliorum contra hāc rationem militantes. ❡ Item ſicut in agentibus naturalibus, poſita cauſa ſufficiente, & ceſſante impedimento ponitur effectus. Ita in agibilibus liberè ſufficientibus, ſublato impedimento poteſt poni effectus. Deus ab æterno fuit ſufficiens producere mundum, & non impedibilis: igitur ab ęterno potuit producere mundū. ❡ Item nullū agens ſine ſucceſsione præcedit ſuū effectū duratione, ſaltē nō oportet. Patet de ſole, qui ſtatim ut eſt, lucet: & ſimiliter ignis ❡ Itē de angelo: q ſtatim ut ē, poteſt intelligere. Sed deus mundū ꝑduxit ſine ſucceſsione, uel ſaltē potuit, igitur non oportet effectum eſſe poſteriorem deo duratione. Deus autem eſt ab æterno, igitur potuit mundum producere ab æterno. ❡ Præterea, quod potuit fieri ante omne inſtans acceptum, & poſſibile accipi potuit fieri ab æterno, ſed mūdus potuit fieri a deo ante quodcunq; inſtans cogitabile: igitur. Minor patet: quia quocunque inſtanti cogitabili ad intellectum ſignato, aut cogitato, ante hoc potuit mundus fuiſſe productus. ❡ Præterea ſi aliquid obſtaret ex parte mūdi, maximè durationis infinitas. Sed hoc non: quia tanta potuit eſſe duratio ab hoc præſenti inſtanti in præteritum, quanta eſt ab hoc inſtanti in futurum. Sed duratio eius in futurum eſt infinita: quia interminata ſemper manſura ſine fine. Si ergo capax eſt mūdus infinitatis durationis ad permanendū, potuit pari ratione eſſe capax infinitatis durationis præteritæ ad nō incipiendum. Aliæ rationes multæ ad idē adducuntur. ❡ Sed nunc reſpondendum eſt rationibus aliorum; unde arguunt ſic. Si mūdus ſtetiſſet ab æterno, eſſent infinita pertranſita, ſcilicet infinitæ reuolutiones eſſent actu præteritę; quia quacunque data, erit alia prior. Quod ſi conceditur, ſequitur, ꝙ infinitæ reuolutiones eſſent actu exceſſæ: nō plures reuolutiones lunæ, quàm ſolis in decuplo, & utræque ſunt infinitæ. Conſequens tamen impoſſibile: quia quod exceditur, non eſt infinitum; nam in ea parte ubi exceditur, ibi finitur. ❡ Item ſequitur, ꝙ unum infinitum eſſet altero maius, minus & æquale, quia aggregatum ex reuolutionibus ſolis eſſet minus aggregato ex reuolutionibus lunę: & reuolutiones diuinæ omnium ſpherarum æquales. ❡ Secūdo arguitur: ſigni reuolutio hodierna uocetur a. Quæro, an aliqua ex infinitis ꝑteritis reuolutionibus diſtat ab a, infinitè aut nulla. Si nulla, igitur reuolutiones ſimul aggregatę non fuerunt infinitæ. Probatur: quia ſicut in continuis permanentibus finitum additum finito nō facit niſi finitum, & nullo modo infinitum. Sic in continuis ſucceſſiuis reuolutio finita addita reuolutioni finitæ, hoc eſt finitè diſtanti non facit niſi finitum. Si primum. i. ſi aliqua reuolutio diſtat in infinitum ab a. Contra quæcunque ſignatur inter illam, & hodiernam mediant finitè: igitur ipſa non eſt infinita. i. infinitè diſtans. Antecedens probatur: quia quęcunq; ſignatur præterita, ab illa pertranſitum eſt uſque ad a. alioquin non diſtaret per reuolutiones continuas ab a. Vel igitur per reuolutiones medias finitas, & habetur propoſitum. Vel infinitas: & hoc nō, quia tunc nunquā uentum fuiſſet ad a. quia infinitum pertranſiri non poteſt: alioquin non eſſet infinitum. ❡ Ad idem tertio arguitur. Si mundus ſtetiſſet ab æterno, infinitæ reuolutiones eſſent pertranſitæ. Conſequens eſt impoſſibile: tum quia de ratione pertranſiti, ſiuè præteriti eſt, ꝙ ſit totum acceptum, &

completum:& nihil eius ſit accipiendū in futuro. De ratione autē infiniti eſt, ꝙ ſit incompletū, nec totū in actu: ſed ſemper aliquid in potentia, adhuc accipientibus ſemper reſtat aliquid accipiēdum. Nam & dixerunt antiqui: nō eſt infinitū, cuius nihil eſt extra: ſed infinitum eſt, cuius ſemper aliquid eſt extra. Vnde quicunq; imaginatur aliquid partibile infinitū: neceſſariò figit aſpectū ſupra aliquid in actu. Deinde aliquid addit in actu:& ſic procedendo ſine fine: ita ꝙ intellectus nō attingit finem. imo ſi attingeret finem iam in imaginatione finiret, & non eſſet infinitū. Et ſic ratio pręteriti, & infiniti ſibi repugnāt. ¶ Tum quia ſequerentur multa impoſſibilia. Vnum, ꝙ eſſet dabile infinitum in actu, tam in multitudine etiam rerum ſeparatarum, q̃ in magnitudine, quàm etiam in intenſione. De infinito in multitudine patet, ſuppoſito, ꝙ deus quolibet die craſſet unā animā intellectiuā. De magnitudine; ſi quolibet die creaſſet lapidem pedalē:& ſemper ſequētem coniunxiſſet priori. De intenſione, ſi quolibet die produxiſſet unum gradū qualitatis intenſionalis, materialis, uel immaterialis: puta caloris, uel charitatis, aut luminis, & eas conſeruaſſet, & uniuiſſet. Cū.n. infiniti dies eſſent præteriti, eſſent infinitæ animæ: tot.ſ. quot dies præteriti. Similiter & ſic lapis habens infinitas partes pedales. Et qualitas habēs infinitos gradus eiuſdē quantitatis. Et per conſequēs ille infinitus extenſiuè: illa infinitè intenſiuè. Hoc autem eſt impoſſibile: quia hoc argueret infinitam perfectionem creaturæ: & ſic creaturam eſſe deum. In tertio patet, quia gradus intenſionales ſunt gradus perfectionis. In ſecundo, & primo, quia plura eiuſdem perfectionis dicunt maiorē ꝑfectionem uno ſolo: ergo infinitas infinitam. ¶ Et ſi dicis ad ultima duo: licet uniuerſitas animarū, & pedalium dicāt infinitam perfectionem ſecūdum multitudinem, uel extenſionē, tamen non ſecundum intenſionem:& illa tantum eſt propria deo. Contra, ad minus erūt tot perfectiones in uniuerſitate animarū & pedaliū lapidis, quot in deo: quod uidetur abſurdum. Cōſequentia prima probatur: quia fuiſſent dies pręteriti, ſine termino. Nullus enī terminus initialis dierū poſſet aſſignari, neq; reuolutionum: quin ante quālibet pręceſſiſſet alia: ut in primo argumento. ¶ Aliud impoſſibile, ꝙ daretur figuratum infinitum: ut ſphera infinita: quadratum infinitum, & triangulus infinitus &c. Conſequens implicat: quia figuratum eſt extenſum terminis clauſum: infinitum uero terminatum. Probatur conſequentia: quia ſi alicui ſpheræ ab æterno ꝓductæ, quolibet die circumductus fuiſſet circulus: uel orbis pedalis, maneret ſpherica figura, & tamen eſſet infinita: quia haberet infinitos circulos, quorum quilibet eſſet pedalis: ergo infinita. Sic de quadrato: creet quolibet die dominus generationem pedalē, & addat priori. Similia plura poſſent inferri. ¶ Quartò arguitur, ſicut arguit Henricus de gand. Impoſſibile eſt creaturam productam fuiſſe ab æterno: ergo mundus non potuit eſſe creatus ab æterno: quia mundus non negatur, immo præſupponitur creatus. Antecedens probatur: quia creatura non poteſt produci ad eſſe, niſi prius pręceſſerit eius non eſſe. Nihil autem, quod producitur poſt eius non eſſe fuit ab ęterno: ergo. cōſequentia nota cū minore: ſed maior ꝓbatur, quia non eſſe conuenit creaturę de ſe: cum ſecūdum omnes creatura de ſe ſit non ens. Eſſe autem cōuenit ſibi ab alio ergo prius cōuenit ſibi non eſſe, quam eſſe. Vel ergo nō eſſe prius cōuenit ſibi duratione; & habetur propoſitū, ꝙ nō eſſe creaturę pręcedit ſuum eſſe. Aut prius natura, & ſimul duratione. tunc oppoſita contradictoriè ſimul duratione ſcilicet nō eſſe, & eſſe inſuit: quod eſt impoſſibile. ¶ Item quod conuenit alicui naturaliter, conuenit ſibi realiter: ſed non eſſe naturaliter conuenit creaturæ: generaliter, & non quando eſt, nec poſtquam fuit: quia ſicut



æterna à parte ante, ita poſſunt eſſe ꝑpetua a parte poſt: ergo cōuenit ſibi priuſquā eſt. Itē quod creatur, de nihilo ꝓducitur igitur fuit nihil priuſquā produceretur: ergò nihil eſſe, uel nō eē præcedit eſſe: cū alijs de nihilo ꝓduceretur. ¶ Quinto arguitur. Mundus nō eſt productus ab æterno: ergo nō potuit produci ab æterno. Tenet cōſequētia: quia ad præteritum nō eſt potentia. Et ſicut omne, quod eſt, neceſſe eſt eē, ita omne quod fuit, q̄n fuit, neceſſariū eſt fuiſſe. Igitur mūdū neceſſe eſt ꝓductū fuiſſe ex tpe. Et per cōſequēs eſt impoſſibile mūdū non fuiſſe ꝓductū ex tpe:& ita neceſſe eſt ipſum ꝓductū fuiſſe tēporaliter: hoc eſt, poſtquā nō fuit. Multa alia poſſent adduci etiam ex Grego. q. iij. diſt. j. ſcđi. Et Oyta in ſcđo ar. ij. ubi per lōgā queſtionē, & diffuſè materiā huius q̄ſtiōis diſputat. Itē Adā &c. ſed illa ſufficiant. ¶ Pro illarū rōnū ſolutione: qa potiores earū fundantur in impoſſibilitate infiniti: ex qua impoſſibilitatem æternitatis mūdi inferre nituntur; ideo primò uidendum eſt, quid noie infiniti intelligatur. Scđò de partibus ꝓportionalibus cōtinui: an ſint finitę uel infinitę. Tertio generaliter: an poſſibile ſit infinitum in actu. Ex illis faciles erunt rationum ſolutiones. ¶ Circa primum notandum, ꝙ infinitū accipitur dupliciter. Cathegorematicè & ſyncathegorematicè. Cathegorematicè eſt adiectiuum priuatiuè oppoſitum huic termino finitum: ualens tantum.i. quantū non terminatum. Et quia ratio infiniti quantitati cōgruit ſecundū triplicē quātitatē: ſecundū extenſionē multitudinis uigoris, poteſt imaginari triplex infinitum. ¶ Infinitū extenſiuè eſt extēſum ſine termino: & tale eſt duplex. Quoddam eſt infinitum ſimpliciter ex nulla parte terminatum, nec ſecundum lōgitudinem, nec latitudinem, nec profunditatem: nec ſecundum aliquam differentiam poſitionis. Et eſt infinitum ſecundum quid, quod ex una parte: uel ſecundum unam dimenſionē eſt terminatū, & nō ſecundū aliā: ut infinitū ſecundū longitudinē, & nō ſcđm latitudinē, uel infinitū ſcđm lōgitudinē ſurſū, & terminatū deorſū. ¶ Infinitū diſcretiuè eſt multitudo nō terminata, uel multitudo non numerabilis. ¶ Infinitū intenſiuè ſecundū uigorem eſt infinitū perfectione, & eſt ꝑfectio non menſurabilis: uel ꝑfectio nō terminata, uel perfectio, quę excedi nō pōt, aut qua nulla maior cogitari pōt. Aut perfectio omnem perfectionem eminēter includēs, & cui repugnat omnis imperfectio.

¶ Et eſt etiam imperfectio infinita duplex. Quędam eſt infinita ſimpliciter illa.ſ. quæ dicta eſt, & illa ſoli deo conuenit. Et eſt perfectio ſecūdū quid; ſiue in genere. Et hęc eſt ꝑfectio nō terminata in eadē ſpecie, hoc eſt, ꝙ in eadē ſpecie excedi nō pōt. Cuius.ſ. non eſt dabilis gradus ultimus ſuę perfectionis: Exemplum patebit infra. ¶ Illo modo accipiendo infinitum eſt ſimplex adiectiuum, eo modo, quo terminus priuatiuus dicitur ſimplex, & nō cōfūdit terminū ſequentē, neq; ſuū ſubiectū. Ideo non refert illud præponere, uel poſtponere. Vnde nihil refert dicere. Dies futuri ſunt infiniti: & infiniti ſunt dies futuri capiendo infinitum cathegorematicè. Et hoc modo propriè queri pōt de quāto, an ſit finitum uel infinitū.

¶ De finito ſecundū multitudinē dicaſ pariformiter, ſicut de infinito ſecūdū magnitudinē. Alio mō accipitur infinitū ſyncathegorematicè: & ſicut nō eſt terminus ſimplex: ſed ęqualet huic orationi. Aliquantū, & non tantū, quin maius. Vel aliquantum, & quantū libet maius. Vel tm̄. tm̄. tm̄. & ſic ſine ſtatu; hoc eſt pedale bipedale &c. & ſic ſine ſtatu. Aut duo tria, quatuor, & ſic ſine ſtatu. Illo modo terminū ſequentem, quē determinat, facit ſtare confuſe tantum. Et ſic capiendo multū refert præponere, uel poſtponere. Vnde multum refert partes continui ſunt infinite: & infinitæ ſunt partes continui. Vnde infinitum ſyncathegorematicè non prædicatur uerè, & affirmatiuè de aliquo termino ſupponente

determinatè pro aliquo uno:quia nul-
la res etiam ſi eſſet infinita cathegore-
maticè eſt quolibet maius:quia nō ma-
Coro. 1 ius ſeipſo. ¶ Secundò ſuppono,ꝙ con-
/non tinuum/conſtituitur ex indiuiſibilibus:
quia q̄libet pars continui poteſt diuidi
in ſuas duas medietates. ¶ Ex quo ſequi
tur,ꝙ cuiuslibet continui infinitæ ſunt
partes proportionales,ſiue eiuſdem ꝓ-
portionis diſtinctę:quarū nulla eſt pars
alterius. Infinitæ dico,ſyncathegore-
maticè. Dicuntur autem partes propor
tionales,ſiue eiuſdem proportionis par
tes,quarū talis eſt proportio primæ ad
ſecundam:qualis ſecundæ ad tertiam:
& ſic conſequēter. Vel ubi talis eſt pro
portio prioris ad ſequentem, qualis ſe-
quentis ad ſequentem,ut ſi continuum
diuidatur in duas medietates,& ſecūda
medietas iterū in duas: & ſic conſequē
ter. Suo modo dicatur de diuiſione ſe-
cundum quācunq; proportionem mul
tiplicem. ¶ Vt ſi fiat diuiſio per medie
tates. Prima medietas eſt dupla:non ad
ſecundam medietatem, ſed ad medieta
tem ſecundæ medietatis:hoc eſt ad me
dietatem totius reſidui,quæ eſt quarta
totius:& illa quarta eſt dupla ad medie
tatem reſidui, quæ eſt octaua totius: &
ſic conſequenter: ut patet ad oculum
in hac figura.




Cuius prima pars proportionalis eſt a:
ſecunda b:tertia c:quarta d. Et reſiduū
a eſt duplex ad b: ſimiliter b eſt duplum
ad c: &c. duplū ad d: d uero nō eſt du
plum ad e: ſed ad medietatem e: & illa
medietas dupla ad medietatem reſidui.

Et ſic continuādo diuiſionem. ¶ Sequi 2
tur ſecundò:ꝙ nō datur ultima pars cō
tinui ſecūdum diuiſionē in partes eiuſ-
dē proportionis. Datur tn̄ ultima pars
ſecundum diuiſiones in partes eiuſdem
quātitatis. Primum patet: quia q̄cunq;
pars reſidua detur, illa eſt diuiſibilis in
partes eiuſdem proportionis:hoc eſt in
duas medietates ſecundum exemplum
propoſitum:cum nulla ſit indiuiſibilis.
Secundum patet.quia datur ultima me
dietas totius. Similiter ultima tertia,&
ultima quarta totius,& ſic de alijs:qua
rum nulla eſt diuiſibilis in partes eiuſdē
quantitatis. ¶ Tertiò ſequitur, ꝙ nulla 3
pars proportionalis tangit terminum
extrinſecum extenſi. Patet:quia quæ-
cunque tangeret,eſſet ultima. ¶ Quar 4
to ſequitur,ꝙ ſi aliquod mobile moue-
retur ab h in p per partes proportio-
nales nunquam attingeret p. Patet:
quia nūquam attingeret ultimam par-
tem proportionalem. ¶ Quinto ſe-
quitur, ꝙ ſi mobile econuerſò mouere
tur de p uerſus h: nullam partem pro-
portionalem(gratia exempli)nullā me
dietatem primo attingeret. Patet:quia
nulla medietas eſt ultima:cum quęlibet
ſit ulterius diuiſibilis in infinitas. ¶ Si
quæris:quid ergo mobile primò attin-
git. Reſpondetur:primò attingit partē
diuiſibilem in infinitas partes propor-
tionales. Vt primo attingit ultimā ter
tiam,uel ultimam milleſimam:ſed nul-
lam partem primò attingit totam.i.ſe-
cundum ſe,& quodlibet ſui: quia non
eſt dabilis minima pars, quam primò at
tingit:quia quamcunq; partem primā
attingit:prius attingit unam eius me-
dietatem, ſcilicet ultimā,quam primā.
¶ Et ſicut dictum eſt de diuiſione conti
nui extenſi, & permanentis: ita poteſt
dici de continuo ſucceſſiuo: hoc eſt de
tempore,& partibus eius. ¶ Sexto ſe- 6
quitur,ꝙ infinitæ ſunt partes continui
ſecundū multitudinem:capiēdo infini
tum ſincathegorematicè. Patet:qa nō
tot,quin plures. Item ſunt aliquot plu
res:quia.2.3.4.1000.&c. & ſic ſine ſta
tu non tn̄ infinitę ſunt partes ſecundū
exten-



extenſionem. An autem partes ſint in-
finitę cathegorematicè ſecundū multi
tudinē dicet̃ in ſequēti notabili. ¶ Ter-
tiò notandum, ꝙ de poſſibilitate infini
ti cathegorimaticè ſunt opi. cōtrarię.
Vna,ꝙ deus pōt facere actu infinitum,
tā ſcd̄m multitudinē, tā ſecūdū extēſio
nē,quā ſcd̄m intēſionē. Huic fauere ui
det auctor Ockā,& Grego. de arim. in
primo diſt. xlij. q. iiij. Probant: qa in
qualibet parte ꝓportionali huius horę
poteſt deus creare angelū, & ſimiliter
lapidē pedalē, & unire priori. ¶ Item
ſic deus poteſt in qualibet parte horę
creare unum gradum luminis uel
charitatis, & unire priori. Ponatur
in eſſe: & in fine horę erit multitudo
angelorum infinita, & lapis infini-
tus extēſiuè:& lumen,& charitas infini
ta intenſiuè:quia quodlibet illorum ha
bebit infinitas partes tantas quanta
eſt hæc certa data ſecūdū numerū extē
ſionū,uel intenſionū reddendo ſingula
ſingulis:quia tot partes quot ſunt par-
tes proportionales horę. ¶ Item conti
nuū habet actu partes infinitas. Quod
ꝓbatur:qa actu habet oēs partes ſuas cū
ſit actu cōpoſitū ex partibus actu exiſtē
tibus:qa ex nō ente nihil cōponitur. Il
lę aūt partes ſunt infinitę cathegorema
ticè. Probatur:qa non ſunt terminatę:
qm̄ non eſt dabilis ultima:qa ſi illa dare
tur eſſet indiuiſibilis, & ſic cōtinuū nō
eſſet cōtinuū,& ſemꝑ diuiſibilis. Nec re
fert, ꝙ nō ſunt ſeparatæ: quia non eſt
magis impoſſibile eſſe multitudinē qua
rūcūq; nō facientiū unū, quā facientiū
unū: quia omnis repugnātia,q̄ aſſigna-
retur ī illis,aſſignari poſſet etiā ī iſtis,
ut ꝙ unū infinitū eēt ęquale maius,uel
minus alio duplo,uel triplo &c. ꝙ totū
eſſet ęquale, uel minus parte. Aut ꝙ
actualis exiſtētia repugnet infinito par
tibili, & ſimilia. Itē ꝙ deus pōt imme-
diatè ſe ſolo cōſeruare quālibet entita-
tē in eē:ſiue quodcūq;,qd̄ nō eſt de eſ-
ſentia eius,aut pars eius. Pōt ergo ali-
cuius cōtinui quālibet partē diuidere a
q̄libet alia eiuſdē ꝓportionis, q̄ nō eſt
pars eius:& quālibet talē cōſeruar̃ ī eē.

Quo facto erit īfinita multitudo diſtin
ctorū,& actu ſeparatorū:qa tales partes
ꝓportionales ſunt infinitę. ¶ Itē nullā
implicat contradictionē eſſe actu infi-
nitū:igit̃ deus pōt illā facere: eo ꝙ ar-
gumenta,q̄ illā cōtradictionē inducere
uolūt,nihil cōcludūt: ſed uel ſunt ſo-
phiſtica,aut aſſumūt falsū, uel dubium.
Nec ſequit̃,ꝙ potētia dei producentis
infinitū eēt exhauſta:qa licet nō poſſet
producere maius īfinito:poſſet tn̄ pro-
ducere aliud infinitū:immo īfinita alia
infinita. ¶ Alij tenēt oppoſitū aſſeren
tes ſimpliciter impoſſibile eſſe infinitū
cathegorematicè, quorū rōnes plures
ſupra poſitę ſunt. Et ultra pōt pro illa
opinione aſſumi ratio tertia ad cōclu
ſionē appoſitam, ſtatim ſuprapoſitam.ſ.
tunc deus poſſet ſeparare oēs partes cō
tinui,& ſeparatim cōſeruare:ut arguit
ratio. Sed hoc eſt impoſſibile: quia tūc
illę partes eſſent indiuiſibiles: & ita cō
tinuū eſſet cōpoſitū ex indiuiſibilibus,
qd̄ reputatur impoſſibile. ¶ Itē ſi poſſi
bile eſſet infinitū,maxime in caſu pri-
mę ꝓbationis. Sed hoc nō, qa impoſſi-
bile ē,ꝙ in qualibet parte ꝓportionali
horę deus creet lapidē. Probat̃: qa ſi ſic
ēt ī qualibet pte ꝓportionali poſſet au
ferre medietatē ꝓportionalē continui.
Ergo cōtinuū in fine horę eſſet diuisū
in omnes medietates. Cōſequēs falsū,
quia uel medietates illę in fine horę eſ
ſent diuiſibiles,uel nō. Si primū:nō eſ-
ſent oēs medietates. Scd̄m eſt impoſſi-
bile:quia impoſſibile eſt cōtinuū cōpo
ni ex indiuiſibilibus. Cōſequentia ꝓba-
tur:qa tot ſunt medietates ī cōtinuo,
quot ſunt partes in hora. ¶ Itē impoſſi
bile eſt,ꝙ in qualibet parte ꝓportiona-
li horæ creet lapidē. Probatur: quia nō
ſunt dabiles omnes, ptes ꝓportionales
horę. Probatur:quia ſi darentur, aut eſ
ſent diuiſibiles,uel indiuiſibiles. Si diui
ſibiles,tūc nō ſunt oēs:quia pręter illas
ſunt aliæ remanentes. Si indiuiſibiles,
tūc non ſunt proportionales: quia pars
ꝓportionalis eſt, quę habet ꝓportionē
ad ſequentem,qualis ſequens ad ſibi ſe
quentem:ergo erit ſequēs,ideo nō erit

indiuiſibilis. ¶ Sed eſto, ꝙ illæ rationes de partibus proportionabilibus concluderent: non haberetur adhuc intentum illius opinionis, quia nihil haberetur, niſi ꝙ infinitum illo modo eſſet impoſſibile. i. creãdo aliqua, & multiplicãdo ſecundũ partes proportionales. Nihilominus adhuc nõ uidetur implicare, ꝙ deus pro eodẽ inſtanti ſimul crearet infinitos angelos, lapidẽ infinitum, & qualitatem intẽſiuè infinitam. Et ideo dicit principalis cõcluſio in principio quæſtionis, ꝙ ꝓbabilius eſt dicere, mundum creari potuiſſe ab æterno, quã oppoſitum: quia nõ includit cõtradictionẽ. Sic quia deum producere infinitũ actu nõ includit contradictionẽ euidẽter: ideo ꝓbabilius eſt illud tenere theologo, quã eius oppoſitum. Et hæc ratio ſolui non poteſt, niſi euidenter oſtendatur cõtradictionis implicatio. ¶ His præmiſſis reſpondetur ad rationes contra æternitatem mundi inductas. ¶ Ad primã conceditur, ꝙ ſi mũdus ab æterno fuiſſet, infinitæ fuiſſent reuolutiones pertrãſitæ, & p̃teritę ſyncathegorematicè: quia nõ tot, quin plures. Et ſimiliter ꝙ ĩfinitę eẽnt exceſſæ. Et cũ infert uirtualiter, ꝙ infinitũ exceditur: & ꝙ unum infinitũ eſt maius alio, &c. nõ ſequitur, quia in illis infinitũ accipitur cathegorematicè: & ita cõmittitur fallacia æquiuocationis. Non. n. ſequitur. Infinita ſunt pertranſita: ergo eſt aliquod infinitũ, ut patet exponendo.

¶ Si uero placet admittere infinitum actu ſecundũ opi. Grego. in primo diſt. xvij. cõceditur, ꝙ reuolutiones p̃teritæ ſunt infinitæ. ¶ Et cũ infertur: tunc infinitę eſſent exceſſæ: & unũ infinitum maius alio. Dicendũ, ꝙ ly maius, minus ęqualia dupliciter accipiũtur. Vno mõ, ut dicũt cõparationẽ unius quãtitatis ad aliã ſcđm certã menſurã. Vt ęqualia dicant̃, quorũ eadẽ eſt mẽſura: maius, ꝙ excedit aliud ĩ certa quãtitate, minus, qđ excedit̃ in quãtitate, & ſic nõ attribuũtur infinitis: eo ꝙ infinitum nõ eſt menſurabile. Alio modo accipiuntur illi termini largius: ut ęqualia ſint aliqua ſic ſe habentia, ꝙ quicquid eſt in uno, id uel ſibi corriſpõdens eſt in alio: & nihil ultra. Sic ſi deus in qualibet parte proportionali horæ produceret lapidem: multitudo lapidũ ꝓductorũ eſſet ęqualis multitudini ꝓportionaliũ partiũ horæ: licet utraq; multitudo ſit infinita. Et maius largè dicitur, qđ cõtinet oĩa, quę cõtinet aliud, uel ſibi correſpõdẽs, & cum hoc alia. Et ſic maior eſt multitudo partiũ totius cõtinui, q̃ eius medietatis & minor medietatis, q̃ totius, & iõ cõcedũtur illata. Et qñ arguit̃ ubi exceditur, ibi finit̃. Neget̃ illud: ſed hoc uerũ eſſet, ſi exceſſus ille inciperet a certa quãtitate exceſſi: Secus ubi infinitas exceditur, ibi exceſſum nõ finit̃. Sed in hoc exceditur, quia aliquid eſt ĩ uno infinito, qđ uel ſibi correſpondens nõ eſt in alio infinito. Nã & infinitum hẽt partes infinitas, quarũ una diſtiguitur ab alia. Sed an habeat partes aliquotas: uidetur, ꝙ in infinito ſcđm quid aſſignari poſſunt: ut ſi ſex lineę paralellæ traherentur in infinitũ ſcđm longitudinem: diſtãtes a ſe pedaliter ſcđm latitudinẽ; ſpatia intercepta eſſent infinita ſecundũ lõgitudinẽ: & quodlibet ſpatium eſſet ſexta totius; & duo ſpatia eſſent tria totius: & tria ſpatia eſſent medietas totius. ¶ Sed de infinito ſimpliciter, ſecundum omnẽ dimẽſionẽ, & poſitionem eſt maius dubiũ: quia non uidetur penes quid ſumi deberet pars aliquota puta medietas tertia, uel quarta. Ibi. n. nulla poſſet ſumi menſura, & pars aliquota menſuram importat. ¶ Sed an concedĩ debet, ꝙ in caſu reuolutionis lunæ ſint duodecuplę ad reuolutionem ſolis. Et uidetur ꝙ ſic: quia quoties ſol ſemel reuolutus eſt; luna duodecies eſt reuoluta. Duodecim uero ad unum habet proportionem duodecuplam. Poſſet dici, ꝙ accipiendo nomina ꝓportionum largè conformiter ad nomina ſupradicta ęquale maius, minus concedendum foret, ꝙ unũ infinitum eſt dupiũ, uel triplum &c. ad aliud. Vt duplũ diceretur, qđ continet aliquid, uel ſibi correſpondens, & adhuc tantũdẽ uel ęqua



le illi largè capiẽdo æqualia. Sic in caſu præmiſſo concedendum foret, ꝙ totũ ſpatium inter ſex lineas paralellas eſſet duplum ad ſpatium cõprehenſum inter tres. Si uero accipiuntur noĩa ꝓportionabilia ſtrictè: ut. ſ. maius continet minus quantũ ad numerũ aliquoties p̃ciſè ſcđm certun numerũ. Sic unũ infinitũ nõ eſt multiplex ad aliud ſcđm numerũ. Illo modo reuolutiones lunę nõ ſunt duodecuplæ ad reuolutionẽ ſolis: q̃a nõ continent pręciſè duodecies: ſed infinities quęcũq; numerũ reuolutiõis ſolis: & econuerſo reuolutiones ſolis continent infinities quęcũq; numerum reuolutionum lunæ.

Ad. 2. ¶ Ad ſcđam rationẽ dicitur breuiter, ꝙ ab a. nulla reuolutio diſtat infinitè: & neget̃ conſequentia: ꝙ ergo ſimul aggregatæ nõ ſint infinitæ. Ad ꝓbationẽ negetur, ꝙ finitũ additũ finito nõ facit infinitũ: ſaltẽ uniuerſaliter. Sed uerũ ẽ, qñ finitũ finitè addit̃ finito: hoc eſt ſcđm certũ numerũ: puta cẽties milleſies, uel in alio quocunque nũero. Sed finitũ additũ finito infinities, reddit totũ infinitũ. Vñ ex hoc, ꝙ aliqua magnitudo, uel multitudo hẽt infinitas p̃tes tãtas, quãta eſt hęc certa data: cõcluditur eſſe infinita: & tñ q̃libet ps eſt finita. Argumentũ hoc ꝓcedit cõtra cõcedentes ĩfinitũ cathegorematicè.

Ad. 3. ¶ Ad tertiũ cõcedit̃ illatũ: ut ĩ p̃mi argumenti ſolutiõe: capiendo infinitũ ſyncathegorematicè ſcđm utrãq; opi. nõ aũt cathegorematicè ſcđm unã opi. ſcđm aliã cõceditur utroq; mõ. Et ad ꝓbationẽ ĩpoſſibilitatis illati ſcđm op. tenentẽ poſſibile eſſe infinitũ, cathegorematicè dicitur: negãdo, ꝙ de ratione infiniti ſit, ꝙ ſit incõpletum, aut ꝙ aliquod eius ſit in potẽtia: imo ſcđm illã opi. infiniti ita oẽs p̃tes ſunt in actu, ſicut finiti, qđ patet in multitudine infinita partiũ cõtinui: quarũ ita q̃libet ut eſt in actu, & extra cãm ſuã ſicut aliqua earũ: nec una ps eius eſt in actu, alia in potẽtia, ita cẽtena milleſima ẽ in actu ſicut prima mediatas. Ad ꝓbationẽ põt dici, ꝙ illæ nõ ſunt diffinitiones infiniti, ſcđm aſſignationes quarũdã ꝓprietatũ reſpiciẽtiũ noſtrũ modũ intelligẽdi infinitũ. ¶ Et cũ dr̃: q̃cũq; imaginat̃ ĩfinitũ figit aſpectũ &c. Rñdet̃, ꝙ ex hac imaginatiõe noſtra nõ arguitur aliqua ſucceſſio, neq; aliquod eſſe in actu, & aliud ĩ potẽtia illius rei ſup q̃ cadit imaginatio: ſed arguitur illa ſucceſſio ĩ ip̃a imaginatione. Vnde q̃uis apprehẽdens partes proportionabiles cõtinui, prius apprehendit unã, q̃ aliã: una tñ in continuo nõ eſt prius, q̃ alia, q̃a ita in actu eſt ultima milleſima ſicut prima, licet prius apprehẽdat̃ prima. Et ẽ ſimile: magnus aceruus granorũ milij totus eſt in actu: q̃uis imaginatio noſtra prius unũ granum apprehendit, q̃ aliud. ¶ Ad ſecundam improbationẽ inpoſſibilitatis cõuenientis cõcedũt oĩa illa illata. ſ. ꝙ dabile eſt infinitum in multitudine in extẽſione, & intenſione. Ad improbationẽ de infinito intẽſiuè dr̃, ꝙ talis q̃litas infinitè intẽſa: licet eſſet infinitæ ꝑfectionis in ſua ſpecie: nõ tñ infinitè ꝑfecta ſimpliciter, ut declaratũ eſt ĩ primo notab. Et ideo nõ ſequitur, ꝙ ſit æquè ꝑfecta deo: ĩmo q̃litas ſic intẽſa q̃ntũcũq; intẽderet̃ in ſua ſpecie, nõ tñ attingeret minimũ gradũ ſpeciei ſupioris. Vnde infinita caliditas in ſua ſpecie nõ attingit minimũ gradũ ꝑfectionis charitatis, uel cognitionis. Sicut enim propter quãcunq; intẽſionẽ nõ mutat ſpeciẽ, ut caliditas fiat charitas: ſed ſemp manet caliditas: ita non attingit ꝓpter ſuam intenſionem gradus alterius ſpeciei: cum gradus ſint de eſſentia rei.

¶ Et per hoc ad illud, qđ dicitur de infinito extẽſiuè, & ſcđm multitudinẽ. Dicit̃: & ſi plura dicũt maiorẽ perfectionẽ uno ſolo: tamen infinita nõ dicũt perfectionem infinitam etiam in genere, niſi uniantur. Neq; ſi uniãtur dicũt ꝑfectionẽ ſimpliciter: quę ſolius dei eſt: licet etiã dicerẽt ꝑfectionem infinitam.

¶ Et additur ad minus tot erunt perfectiones in uniuerſitate animarum, & quòd in deo, quia infinitæ. Reſpondetur, ꝙ deus non habet in ſe formaliter niſi unam perfectionem q̃ eſt infinita ſua eſſentia. Verius eſt tãtum una per-

fectio:ideo nõ eſt cõueniens animã ha-
bere plures perfectiones,quã deũ: quia
illæ plures perfectiones non ſunt perfe
ctiones ſimpliciter:nec ęquiualent uni
perfectioni diuinę,quę quia ſimpliciter
infinita eſt : non ei æquiparari poſſunt
infinitæ perfectiones in genere omniũ
creaturarũ.Habet etiam uirtualiter plu
res deus,quia plura creare poteſt per-
fectas creaturas: ¶ Ad aliud impoſſi-
bile de infinito figurato.Dicitur:con-
cedendo,ꝙ impoſſibile eſt figuratum
eſſe infinitum . Ad probationem dici-
tur,ꝙ caſus eſt impoſſibilis. Cuius ra-
tio eſt:quia caſus implicat.Ponit enim
ꝙ ſphera aliqua ſit ab ęterno producta,
& hoc quidem poſſibile eſt:quia potuit
ſphera finita pedalis:gratia exempli,ab
æterno fuiſſe producta. Sed cum hoc
non ſtat,ꝙ quolibet die circumductus
fuiſſet orbis pedalis , quia cum dies prę
teriti ſint infiniti ( poſita mundi ęter-
nitate ) quemlibet diem infiniti præ-
ceſſiſſent dies:& ita quolibet die pro-
ducti fuiſſent infiniti orbes: & ita ante
quemlibet diem illa ſphera ab ęterno
producta fuiſſet infinita: ut puta habẽs
infinitas partes tantas , & per cõſequẽs
nec eſſet ſphera : nec circumduci poſ-
ſet infinito aliquis orbis; quia infinito
ſecũdum magnitudinẽ ea parte,qua in
finitum nõ poteſt fieri additio:cũ finẽ
nõ habeat,cui additio fieret . Implicat
ergo quolibet die ab æterno alicui
ſpheræ fuiſſe additum circulũ,uel orbẽ,
certę quantitatis : quia ſic ſphera non
eſſet ſphera;quia infinita. Sic etiã impli
cat infinitũ circũduci orbe. ¶ Suo mõ
reſpõdendũ eſt de quadrangulo, aut tri
Ad. 4. angulo. ¶ Ad quartũ negetur, ꝙ crea-
H tura nõ poteſt produci ad eſſe,niſi prę
ceſſerit nõ eſſe. Ad probationem. Non
eſſe conuenit creaturę de ſe. Diſtingua
tur illa: uel non capit infinitanter,uel
neganter.Si infinitãter negãda eſt, qa
non eſſe nulli cõuenit, neq; de ſe,neq;
ab alio. Eſt enim illa affirmatiua tantũ
ualens nõ eſſe:id eſt aliquid,qđ non eſ-
ſe cõuenit creaturę de ſe,q̃ eſt falſa:qa
affirmatiua,cuius ſubiectum pro nullo
ſupponit:ſicut & illa eſt falſa.Creatura
eſt nõ ens de ſe,uel ſcđm naturam ſuã.
Si accipitur neganter, ſic uera eſt:non
eſſe cõuenit creaturę de ſe:quę ualet il
lam:Nullũ eſſe cõuenit creaturę de ſe,
& hęc eſt uera,qa nihil conuenit crea
turę a ſe.Quicquid enim habet creatu
ra , habet ab alio. ſ. a ſuo efficiente.
Et ad hũc ſenſũ negatiuũ ſunt intelli-
gendę illæ affirmatiuę de terminis in-
finitis:ſicut & illa.Creatura antequam
produceretur eſt nihil:affirmatiua fal-
ſa eſt:ſed cõceditur in ſenſu negatiuo p̃
ponendo nihil.Nihil eſt creatura priuſ
quam produceretur : quæ ualet illam.
Creatura non eſt,priuſquam produce-
retur.Sic patet quomodo illa cõcedit:
Creatura ſcđm ſe eſt,nõ ens: quia de ri
gore uerborũ eſt falſa.Et cum arguitur:
ergo prius cõuenit nõ eſſe, quã eſſe: cõ
ſequẽtia nõ ualet:quia oẽ, qđ ſibi cõue
nit ab alio, potuit ſibi ęternaliter cõue
nire ab alio.Ideo nõ oportet, ꝙ primô
ſibi cõueniat nõ eſſe. Itẽ nõ eſſe a ſe,&
eſſe ab alio nõ opponitur:& ideo ſimul
duratione conueniunt creaturæ: quia
ſemp creatura nõ eſt a ſe, & ſemp eſt ab
alio.Et ꝓ hoc ad aliam: negetur,ꝙ non
eſſe cõueniat creaturę naturaliter. uel
diſtinguatur:ut patet. ¶ Ad illud, quod
additur,ꝙ creatura de nihilo ꝓducitur:
dicitur ꝙ illa affirmatiua falſa eſt : ſed
conceditur ad ſenſum negatiuum. i. ꝙ
creatura non producitur de aliquo,tã
quã de potẽtia materię. ¶ Ad ultimum Ad. ult.
dico negãdo cõſequentiã:& ad ꝓbatio I
nem ad pręteritũ nõ eſt potentia. Verũ
eſt:nõ eſt potentia , qua pręteritum nõ
eſt pręteritũ:tñ ad pręteritũ fuit poten
tia.Potuit enim p̃teritum nõ fuiſſe p̃te
ritum.Et cũ arguitur. Mundus eſt pro-
ductus ex tpe.i.poſt non eſſe:igitur ne-
ceſſariũ eſt ipm fuiſſe ꝓductum ex tpe:
qa ꝓpoſitio de p̃terito uera eſt neceſſa-
riã.Rñdetur,ꝙ eſt neceſſaria ſcđm qd,
uel ſcđm tp̃s:nõ ſimpliciter: qa licet nõ
poſſit eſſe falſa:tñ potuit eſſe falſa; qa
añ tp̃s mũdus potuit nõ fuiſſe ꝓductus ĩ
tpe.Potuit ẽt prius fuiſſe productus in
tpe imaginario. Neceſſaria autem ſim-



pliciter eſt:quę nec poteſt nec poterit,
nec potuit eſſe falſa. ¶ Si dicis. Si mun
dus fuiſſet productus ab ęterno;neceſ-
ſario fuiſſet ab ęterno ſimpliciter: quia
nõ potuit fuiſſe nõ productus.Nõ enĩ,
poſtquã fuerat ꝓductus:nec añ: qa ni-
hil imaginari poteſt ante ęternũ . Ergo
a ſimili:qa mũdus nõ ẽ ꝓductus ab ęter
no;neceſſariũ eſt mundũ non fuiſſe ꝓdu
ctũ ab ęterno:ergo impoſſibile eſt mũ
dũ fuiſſe productũ ab æterno:tenet cõ-
ueniẽtia,qa neceſſariũ nõ,& impoſſibi
le ęquipollẽt.Rñdet,ꝙ ſtãte hypotheſi
ꝙ mũdus ſit productus ab eterno,neceſ
ſariũ eſt mundũ eſſe productũ ab ęter-
no:nõ tñ eſt neceſſariũ mundũ fuiſſe ꝓ-
ductũ ab ęterno : quia quocũq; inſtãti
p̃terito ſignato ante inſtãs creationis
mũdi potuit nõ eſſe pro tali inſtãti . Et
ita nõ fuit neceſſariũ mundũ fuiſſe pro
aliquo inſtãti p̃tõ:& ita nõ ab ęterno.
¶ Vel põt dici,ꝙ q̃ſtio fuerit nulla poſi
ta hypotheſi:poſita autem hypotheſi:
uel ꝙ mũdus fuit ab ęterno:uel ꝙ non
fuit ab ęterno:quodcũq; ponit̃,erit ſim
pliciter neceſſariũ,eo ꝙ oppoſitum nõ
poſſit eſſe ſimul,nec prius cũ impoſſibi
le ſit aliquid eẽ prius ęterno. ¶ Et dicũt
aliqui cõſequenter: ꝙ ſi mũdus fuit ab
ęterno a deo ꝓductus:deus neceſſariò ꝓ
duxiſſet mũdũ.quia nõ potuiſſet nõ pro
duxiſſe: qa nô ante ęternũ,nec in ęter
no:quia ſic in ęterno produxiſſet,& nõ
produxiſſet.Cõſequẽter dicũt , ꝙ deus
ꝓducit extra ſe neceſſariò de facto.Poſ
ſet aũt aliquid neceſſariò extra ſe ꝓdu-
cere:& hoc feciſſet poſita hypotheſi.
¶ Vel poſſet dici,ꝙ ſtant ſimul, ꝙ mun
dus ſit contingenter productus a deo,
& ab ęterno.Et ꝙ mũdus ꝓpter hoc po-
tuit nõ fuiſſe in a.Sit.a.ęternitas : quia
prius natura,uel ſcđm intellectũ potuit
deus nõ produxiſſe mundũ in a.quia in
uoluntate ſua fuit producere,& nõ ꝓdu
cere mundũ.Hęc Ockam. q.vij.lib.ij.
Et ſic patet ſolutio rationũ cõtra ęter-
nitatẽ mũdi adductarũ : etiã ſcđm opi.
tenentẽ:ꝙ poſſibile eſt infinitũ actu ca
thegorematicè: cõtra quã magis ꝓce-
dunt ſaltẽ prima,ſecunda,& tertia.Nã
quãrta,& quinta ęqualiter ꝓcedunt cõ
tra ambas.Rões uero illarũ opi.i ter-
tio notabili hincinde adductæ poſſunt
ſolui.Nam negãtes poſſibilitatem infi
niti ad rões primę opi.dicerent. ¶ Ad Ad. 1.
primã cõcedit,ꝙ in qualibet parte pro- R
portionali põt deus creare lapidem ,
uel gradum charitatis. Et cum dicitur:
ponatur ĩ eſſe:in qualibet parte creat,
illa neget.Nec ꝓpoſitio uniuerſalis ſic
debet poni in eſſe:ſed p ſingulares incõ
iunctim ſumptas. & harum quęlibet eſt
poſſibilis. ¶ Si dicis : Vna ſingularium
erit impoſſibilis. ſ. in qua demõſtratur
ultima.Reſpondetur:ꝙ ultima non eſt
demonſtrabilis:quia ultima nõ eſt poſſi
bilis. ¶ Ad ſcđam dicerent,negando,ꝙ Ad. 2.
continuum habet actu partes infinitas:
licet infinitas habeat partes . Et con-
ceditur , ꝙ actu habet omnes partes
ſuas : capiendo ly omnes diſtributiuè,
non collectiuè . Et cum arguitur: &
omnes partes ſunt infinitæ.&c.Neget̃
illa:ſiue oẽs accipit̃ diſtributiuè:ut ma-
nifeſtum eſt p deſcendentes:immo cõ-
traria uera eſt:nullę partes ſunt infini-
tę.Quia quęcũq; demonſtrãtur , finitę
ſunt:quia omnes citra ultimã ſunt fini
tę.Vltima aũt demonſtrari non poteſt:
quia nulli eſt ultima . Si uero accipitur
collectiuè,quia ẽt ſic ſimiliter falſa eſt:
qa nullæ ſunt oẽs partes collectiuę:qa
nullæ partes cõtinui ſũt partes cõtinui:
pręter quas nõ ſint aliæ partes . Nã ita
exponitur oẽs collectiuè.Oẽs partes cõ
tinui.i.partes continui præter quas nõ
ſũt alię partes cõtinui:ſicut oẽs Apoſt.
ſunt.xij. id eſt Apoſt. pręter quos non
ſunt alij,ſũt.xij.Vel ſic , & redit in idẽ.
Apoſt.ſunt.xij & nõ eſt aliquis Apoſt.
quin ſit aliquis illorũ. Modo nullę par-
tes cõtinui ſunt,quin p̃ter illas poſſint
alię ſignari : cum nulla pars ſit ultima:
quia quęlibet diuiſibilis eſt in ulterio-
res.Ad ꝓbationem: nõ ſunt oẽs termi-
natæ:illud neget̃,capiẽdo omnes colle
ctiuè:qa quęlibet partes ſunt termina-
tæ:illæ & illæ,& ſic de ſingulis.Quæli-
bet.n.pars proportionabilis eſt termi-
nata ad partem proportionabilẽ.ſequẽ-

tem:quia nulla eſt ultima . Sĩ aũt capiẽ
collectiuè,uera eſt:quia negatiua cuius
unum extremũ.ſ. oẽs partes nõ ſuppo-
nit.Sed tunc cum infertur illa affirma-
tiua:ergo oẽs partes ſunt infinitæ. Si-
cut nõ ſequitur. Aſini nõ ſunt termina
ti,ergo infiniti.Suppoſito, ꝙ nullus ſit
Ad. 3. aſinus.¶ Ad tertium dicerent cõceden
do,ꝙ deus poteſt diuidere quãlibet par
tem continuã a qualibet eiuſdem ꝑpor
tionis,q̃a iliã,& illã , & ſic de ſingulis,
& nõ eſt aliqua,quin eã diuiderẽ poſſit,
& ſeparatam conſeruare.Et cum infer-
tur,ergo erit infinita multitudo partiũ
actu ſeparatarũ:cõceditur ſyncathego
rematicè,non autem cathegorematicè
Ad ꝓbationem , quia tales partes pro-
portionales ſunt infinitę : hoc negeẽ,
licet infinitæ ſint partes proportiona-
les capiendo ſyncathegorematicè.
¶ Sed uidetur cõtra ſolutionem ad ter
tium,ꝙ dabilis ſit ultima pars ꝑportio-
nalis,igitur.Añs probatur,& pono ca-
ſum,ꝙ deus in prima mediate horę cre
et lapidem pedalem,& ſimiliter in ſcđa
parte ꝑportionabili , & ſic cõſequẽter,
& ſemꝑ dũ creat ſequentem,annihilet
priorẽ.Tũc quęro in fine horæ,quę ſit
in inſtanti a.& tunc eſt lapis,uel nõ.Nõ
poteſt dici ſcđm, quia non annihilatur
lapis,niſi alio creato.Si datur primum,
ergo ꝓductus eſt in ultima parte horæ
proportionali,quia ſi nõ in ultima par-
te ergo in parte anteriori,uel citeriori.
Et ꝑ cõſequens in a. eſſet annihilatus,
eo ꝙ in ſequẽti parte ꝑportionali alius
eſſet ꝓductus.¶ Similiter ſi ponatẽ caſus,
ꝙ in prima parte ꝓducatur lapis,in ſecũ
da annihiletẽ,in tertia ꝓducatẽ,in quarta
iterum annihiletur,& ſic deinceps. Quæ
ritur utrũ in a. ſit lapis ꝓductus,uel non
Quodcũq; dictũ fuerit , ſequitur,ꝙ ſit
ultima pars proportionalis. ¶ Similiter
alius caſus ponitur,quòd duos lapides ĩ
prima parte proportionabili dñs conti
nuet,diſcontinuet in ſecunda , & iterũ
cõtinuet in tertia,& ſic conñr. Quęriẽ
utrũ in a. ſint cõtinuati,uel diſcõtinua
ti.Et quodcũq; dr̃,dabitur ultima pars
proportionalis . Rñdetur admittendo
caſum.Cõſequenter dicitur,ꝙ in qua-
cunq; parte horæ creatur lapis nouus,
& annihilatur prior,& omnis lapis crea
tus annihilabitur. & poſt quemlibet a-
lius creabitur. Sic in ſecundo caſu in
qualibet parte proportionali, aut lapis
creatur,aut annihilatur. Ois tamen la
pis creatus annihilatur.Suo modo di-
citur in tertio caſu. Et cum quæritur,
quod ſit in a.Dicitur id,qđ deo placue
rit,poteſt eſſe lapis. Vel non eſſe conti
nuus,uel diuiſus,quia caſus nihil diſpo
nit de a.Solum enim diſponit de parti
bus proportionabilibus horæ, a autem
nihil eſt illius horæ,ſed eſt finis extrin-
ſecus horæ. Hora enim durat uſque ad
a.excluſiuè. ¶ Si dicis, uolo,ꝙ a ſit in-
ſtãs intrinſecè terminans horam,& ita
eſt pars horæ. Reſpondetur nõ admit-
tendo caſum,quia non datur ultimum
inſtans rei ſucceſſiuę : ſed res ſucceſſi-
ua deſinit per primum non eſſe : in-
ſtans autem intrinſecè terminans eſt
ultimum inſtãs eſſe. ¶ Vltima ratio il-
lorum,non uideo,quomodo ſoluatur,
quia non apparet manifeſta contradi-
ctio,niſi dicatur, ꝙ implicant contradi
ctionẽ,quam coniJcimus ex probabili-
bus,licet nõ ex demonſtratiuis.Vt plu-
res deos eſſe implicat contradictionẽ,
licet illa euidenter oſtendi nõ poſſit,
ut multi dicunt. Videtur tamen,ꝙ ali-
ter poſſet reſponderi ad iſtam replicam
contra ſolutionem, primo negetur aſ-
ſumptum . Ad probationem dicitur,ꝙ
in fine horæ eſt lapis , licet finis horæ
non terminet partes proportionales,
ita ꝙ detur ultima,quia cum produci-
tur in fine horæ,lapis illa pars propor-
tionalis , quæ correſpondet fini horæ
non eſt ultima , ſed poteſt ulterius di-
uidi.Negetur ergo, ꝙ productus eſt in
ultima parte proportionali horæ , ſed
in parte finali horæ.Et licet omnes par
tes horæ ſint pertranſitæ,& non tamen
omnes partes proportionabiles horæ
ſunt pertranſitæ ut poſſit exemplifica
ri de figura,ubi ſupra.Sit gratia exem-
pli.a.principium horæ. b. medietas.c.
finis . ¶ Ad rationes etiam negantium



poſſibilitatem infiniti reſponderi ſe-
cundum oppoſitam opi. ¶ Ad primam,
Ad. 1. ꝙ deus poteſt ſeparare omnes partes cõ
tinui: ſed hoc eſt impoſſibile &c. Nege
tur impoſſibilitas : ſi ly omnes capitur
diſtributiuè. Et conuenienter dicitur,
ꝙ omnes illæ partes ſunt diuiſibiles , &
non indiuiſibiles. Et ſi ultra arguitur:
igitur non ſunt omnes partes accipien-
do omnes diſtributiuè : cõceditur,quia
nullę partes ſunt omnes partes diſtribu
tiuè. Nec ex illo ſequitur, ꝙ non om-
nes partes ſint diuiſibiles ; ſicut non ſe
quitur : Nulla animalia ſunt omnes ho
mines ; ergo non omnes homines ſunt
animalia. Si uero omnes capitur col-
lectiuè. Negetur , ꝙ deus poteſt ſepara
re omnes partes : quia nullæ ſunt om-
Ad.2. nes partes. ¶ Ad ſecundam dicitur : ꝙ
in qualibet parte proportionali deus po
teſt creare lapidem , poteſt etiã tollere
medietatem continuj. Et cum infertur:
ergo in fine eſſet diuiſum in omnes me
dietates : capiendo omnes diſiunctiuè.
Conceditur , ꝙ in illas , & in illas de-
monſtrando centeſimam , milleſimam
&c. Tamen non ſequitur , ꝙ in fine ho
rę ſint indiuiſibiles : quia nunquam ue-
niret ad finem partium proportionabi-
lium ; quia non datur ultima : ſed capiẽ
do omnes collectiuè, negetur , ꝙ con-
tinuum eſſet diuiſum in omnes partes:
quia nullæ ſunt omnes partes collecti-
Ad 3. uę ¶ Ad tertiam dicitur. Negetur , ꝙ
impoſſibile eſſet , ꝙ in qualibet parte
deus crearet lapidem . Ad probationẽ.
Non ſunt dabiles omnes. Si omnes te-
net ſe ad partem prædicati , uerum eſt:
quia nullæ ſunt omnes tam diſtributiuè,
quàm collectiuè . Diſtributiuè : quia
nullæ partes ſunt omnes.i.illæ non ſunt
omnes : & illæ non ſunt omnes : & ſic
de aliis. Nec collectiuè,ut patet. Sed
ex illo non ſequitur,ꝙ in qualibet par-
te poteſt creare animam. Sicut non ſe
quitur . Nullæ domus ſunt omnes do
mus. Ergo non in qualibet domo eſt
paries, uel tectum. Et ita patet,ꝙ hinc
inde rationes non demonſtrant. Tan-
tum de quęſtione.

## QVAESTIO. IIII.

VTRVM creare repugnet
creaturæ.¶ Pręmittetur pri
mò unum notabile. Sęcun
dò concluſiones duæ infe-
rentur. Tertiò mouebuntur dubia.Quã
tum ad primum.Notãdum,ꝙ licet crea
re multipliciter accipitur : ut patuit in
ſolutione.vi. dubij.q.ij.Ad propoſitum Arti.1.
tamen dupliciter accipi poteſt.Vno mo Nota.1
do ſtrictiſsimè , ut excludit coactionem
cauſæ tam materialis , quàm efficientis.
Alio modo largius, ut excludit concau
ſationem materiæ,uel ſubiecti : non au
tem efficientis . Primo modo : creare
eſt producere effectum de nihilo ſine
concurſo alterius cauſæ efficientis , uel
ſubiectiuę. Illo modo nihil poteſt crea
re effectum , niſi fuerit eius cauſa tota
lis , & præciſa. Secundo modo : crea-
re, eſt producere aliquem effectum de
nihilo ſine paſſo, ſeu ſubiecto præſuppo
ſito tempore, uel natura. Dicitur tẽpo
re uel natura : quia non oportet paſ-
ſum ſemper præcedere effectũ tempore.
Si enim producatur paſſum aliquod in
eodem inſtanti: poteſt creatura habere
effectũ ſuũ in paſſum:ut ſi deus in inſtã-
ti crearet medium inter nos , & ſolem:
ſol in eodẽ inſtanti illuminaret. Et ani-
ma chriſti in iſtãti ſuæ creationis produ
xit in ſeipſa actum nobis meritorium.
Pro illa quæſtione uide Ockam in.ij.q.
vij.& quodl. ij.q.viij.& ix. ¶ Quãtum Arti. 2.
ad ſecundũ eſt concluſio prima.Creare B
primo modo accepto uocabulo repu- Cõcl. 1
gnat omni creaturæ.Illa concluſio cum
ſequenti demonſtrari nõ poteſt: ſed põt
rationabiliter perſuaderi. Probatur:
quia creatura non poteſt eſſe cauſa to-
talis effectus , & præciſa ſine coactione
dei. Igitur non poteſt creare. Conſe-
quentia tenet ex quid nominis creare.
Antecedẽs probatur : quia cauſa ſecũda
nõ põt cauſare ſine prima. Cõſequẽtia
nota cum maiore : quia prima cauſa
plus influit in effectum , quam ſecunda:
ut dicit Proculus li. de cauſis. Minor
patet : quia ſicut creatura dependet a

prima cauſa in fieri, & conſeruari: ita
& in cauſari. Item ſuſpendente prima
cauſa ſuam actionem, nihil agit creatu
ra, ut patuit in ecclypſi ſolis tempore
Dominicæ Paſſionis: & in igne pue-
ros non ledente in fornace regis chal-
deorum. Dan. iij. ¶ Item ꝙ creatura
non poteſt eſſe cauſa totalis effectus:
probatur: quia nec naturalis, nec li-
bera. Non naturalis: quia principium
naturale æqualiter ſe habens ad plura
eiuſdem rationis non impeditum, uel
producit quodlibet, uel nullum. Igi-
tur creatura naturaliter actiua ſi fue-
rit cauſa totalis, qua ratione producit
unum indiuiduum: eadem ratione om
nia eiuſdem rationis: & ſic infinita:
quod eſt impoſſibile. Neque libera:
quia ſic ageret per uoluntatem. Poſſet
autem uelle infinita producere; & ita
crearet infinita: quod reputatur incon
Cõcl. 2 ueniens. ¶ Secunda concluſio. Etiam
ſecundo modo accipiendo creare, crea
tura creare non poteſt. Probatur.
Nihil in producendo neceſſariò requi-
rens paſſum poteſt creare, omnis crea-
tura neceſſariò requirit paſſum in agen
do, igitur nulla creatura poteſt crea-
re. Conſequentia nota. Maior patet ex
quid nominis creare ſecundo modo ac
cepto. Minorem probat experientia,
unde ſumitur artis principium. Nun-
quam enim expertum eſt creaturam
producere totaliter, uel partialiter ali-
quid ſine paſſo. Nec eſt uerisſimile, ſi
poſſet creatura ſine paſſo producere:
ꝙ perpetuò fruſtraretur illa potentia,
quin aliquando exiret in actum crea
Dub. 1. tionis. ¶ Quantum ad tertium eſt pri-
Arti. 3. mum dubium. Vnde repugnat creatu-
C ræ, ꝙ non poteſt aliquid ſine paſſo pro-
ducere. Ad hoc breuiter reſpondetur,
ꝙ repugnat creaturæ ex conditione
ſuæ naturæ, quàm recepit a deo. Nam
ſicut creaturæ a deo habent, ꝙ agunt:
ita etiam habent ab eo determinatum
modum, & ordinem agendi ſecundum
illud Roman. xiij. Quæ a deo ſunt, ordi
nata ſunt. Hic aũt modus, & ordo agen
di nobis per experientiam innoteſcit.
ſicut ſi queritur. Quare ſol non hume
ctat, & infrigidat, ſicut luna. Et luna
non calet, & exiccat ſicut ſol. Nulla
cauſa aſſignatur: niſi natura utriuſque:
quam ſic utranque deus condidit; &
hoc nobis per experientiam innotuit.
¶ Alias cauſas nonnulli aſſignare co-
nati ſunt; ſed non ſufficiunt. Vnde
aliqui pro cauſa aſſignant: quia uirtus
diuina eſt eius ſubſtantia. Virtus autem
creaturę eſt accidens. Sed alibi patebit,
ꝙ etiam potentia, & uirtus agendi crea
turæ eſt eius ſubſtantia: ut in angelo,
anima, & ſole. Denique hoc nihil ad
propoſitum; quia eſto, ꝙ uirtus crea-
turæ eſſet accidens, propter quòd non
poſſet attingere ſubſtantiam: ex hoc
non ſequitur, ꝙ non poſſit creare ac-
cidens. ¶ Nec ualet dicere, ꝙ creare;
quia eſt rem de nihilo producere inter
aliquid autem, & nihil, ſiue nõ ens ſim-
pliciter eſt diſtãtia infinità: quæ requi-
rit uirtutem producẽdi infinitam, quæ
repugnat creaturæ; ideo repugnat
creaturæ. Id non ualet dicere: quia ſu-
pra declaratum eſt, ꝙ in omni produ-
ctione formæ naturalis, forma produ-
citur de nihilo, & nihil formæ pręfuit.
Similiter falſum eſt, ꝙ inter non ens
ſimpliciter, & ens ſit diſtantia infinita;
quia non ens ſimpliciter a nullo diſtat.
Verum, ꝙ non eſt finita diſtantia; quia
nulla diſtantia. Nec ualet dicere, ꝙ
per creationem communicatur effe-
ctui eſſe; eſſe autem eſt effectus uniuer
ſalisſimus; ideo requirit cauſam uni-
uerſalisſimam, quæ eſt prima cauſa.
Nam eo ipſo, ꝙ eſſe eſt effectus uni-
uerſalisſimus: ideo conuenit omni cau
ſæ agenti. Nam omne agens produ-
cẽs effectum de nouo dat ſibi eſſe, poſt
non eſſe. Ideo dare eſſe, non eſt pro-
prium primo efficienti: ſed conuenit
omni cauſæ effectiuè. ¶ Secundum du Dub. 2.
bium. Contra concluſionem primam, H
& eius probationem. Nam in augmẽ-
tatione naturali qualitatis eſt cauſa na
turalis ſufficiens, æqualiter ſe habens
ad plures effectus gradus ſcilicet eiuſ-
dem rationis; & tamen primò produ-



cit unum determinatum gradum, &
poſtea alium, & ſic deinceps. Dubium
illud querit. Vnde determinantur cau
ſæ naturales ad unum effectum, & non
ad alium eiuſdem rationis. Ad quod
reſpondetur theologicè, ꝙ illa deter-
minatio eſt a deo, qui libere coagit ad
producendum unum certum indiui-
dualem effectum: & poſtea alium eiuſ-
dem rationis. Aliter dicitur magis phy
ſicè, ꝙ illa determinatio ad unum ef-
fectum in omnibus naturalibus actio-
nibus prouenit in omnibus cauſis ſu-
perioribus, & inferioribus certo modo
approximatis. Vnde ꝙ primò produ-
citur unus gradus in augmentatione,
pluſquam alius naturaliter loquendo
eſt ex tali diſpoſitione, & approxima-
tione corporum cæleſtium, & infe-
riorum. Ideo ponens, ꝙ omnia agen-
tia ſuperiora, & inferiora eodem mo-
do approximentur paſſo eidem; habet
dicere, ꝙ erit omnino idem effectus
numero. Vnde uidetur imaginandũ, ꝙ
cuilibet diſpoſitioni & approximationi
cauſarum ſuperiorũ, & inferiorũ nume
rali correſpondet unus certus effectus
numero, & nullus alius eiuſdẽ rationis.
Et quoties uariantur cauſæ, etiam eę-
dem ſecundum ſitum, & approxima-
tionem producit alius effectus ad mi-
nus, alius numero. Et ſic ſi uera eſſet
opinio, ꝙ poſt triginta ſex milia annos
eædem cauſæ reuerterentur, ac eodem
modo diſpoſitę approximate: quam ali
qui Platoni attribuunt: tunc omnia
Dub. 3. reuerterẽtur eadem numero. ¶ Tertiũ
E dubium cõtra cõcluſionem ſecũdã. N.i
creatura põt annihilare. ergo & creare.
Conſequentia tenet, quia eiuſdem po
tentiæ eſt annihilare, & creare. Antece
dens probatur: quia quãdo corrũpitur
forma ab agente naturali, erit purũ ni
hil. i. oĩno nihil eius manet nõ minus, q̃
ſi annihilaretur a deo. ¶ Si dicis: ꝙ ta-
lis forma non erit purum nihil, ſed re-
uertitur in potentia materiæ. Cõtra ſi
manet in potentia materię: tunc poſſet
reduci ad actum. Aut ergo ab agente
creato, aut icreato. Si a creato: tũc agẽs
creatum poſſet naturaliter corruptum
idem numero reparari, quod non cõce
ditur. Si per agẽs increatum, tunc deus
non poſſet annihilare formam materia
lẽ, niſi annihilaret materiã: quia rema-
nente materia, remanet forma in potẽ
tia eius. ¶ Itẽ arguitur. Creatura poteſt
cõſeruare formam ſine ſubiecto etiam
accidentalem, ergo poteſt producere ſi
ne ſubiecto: & per conſequens creare:
Antecedẽs probatur: quia ſi deus de-
ſtrueret medium ſuſceptiuum luminis:
adhuc ſol haberet eandem uirtutẽ con
ſeruandi lumẽ, quã modo habet ideo
adhuc conſeruaret lumẽ. Pono enim,
ꝙ deus conſeruet lumẽ deſtructo ſubie
cto: tunc ſicut ſol prius cum deo produ
cit lumen in ſubiecto, per eandem uir-
tutẽ, & nũc cõſeruat cum deo ſine ſub
iecto. ¶ Ad primum dicitur: ꝙ annihi-
lare accipitur quandoq; pro mutatiõe,
qua deſtruitur aliqua forma; ita ꝙ ni-
hil ipſius manet: ſic forma per corru-
ptionem uerisſimè annihilatur. Sicut
enim ante ſui productionem fuit purũ
nihil ad ſenſum ſupra expreſſum: ita &
poſt erit purum nihil; & ideo uerisſimè
annihilatur. Alio modo accipitur anni
hilare, ut opponitur creationi: & ſic il-
lud tantum dicitur annihilare, quod rẽ
reducit ad nihilum: & ſic in agendo nõ
requirit materiam. Et illo modo: quia
creatura in omni ſua actione præſuppo
nit materiam; non poteſt annihilare.
¶ Poſſet etiã negari conſequẽtia. Po-
teſt annihilare, ergo & creare. quia ad-
miſſo ꝙ poſſet annihilare, nõ ſequitur,
ꝙ poſſit creare. Quia aliter ſe habet
cauſa efficiẽs, & non ęqualiter ad rem
exiſtentem: & aliter ad rem, quæ non
exiſtit. Nam annihilans poteſt determi
nate reſpicere illud annihilandũ: quia
eſt in actu, ita ꝙ non æqualiter reſpicit
omnia alia. Sed creatura rem creandã,
quæ non eſt ęqualiter, reſpicit, ſicut om
nia alia non exiſtentia. Hoc eſt: æquali
ter ſe habet ad oĩa nõ exiſtẽtia: & ideo
non poteſt creare effectum determina
tũ, ſed poteſt annihilare determinatũ:
ſicut põt determinatè reſpicere. ¶ Ad

ſecundum poteſt etiam dupliciter reſponderi. Vno modo negando antecedens. Et dicitur, ꝙ deſtructo ſubiecto luminis, ſol non poteſt ipſum conſeruare: ſed ſolus deus. Ad probationem. Conceſſo, ꝙ habet eandem uirtutem naturæ conſeruandi, quia prius habuit uirtutem conſeruandi lumen in materia, & illā adhuc habet, quia adhuc cōſeruaret, ſi eēt materia, aut ſubiectū: Nunquam enim habuit uirtutē conſeruandi ſine ſubiecto: ideo nūc nō cōſeruat deſtructo ſubiecto. ¶ Aliter poſſet dici. Concedendo antecedens, ꝙ creatura poſſet conſeruare ſine ſubiecto. Et negetur conſequentia, ꝙ ideo & creare. Cuius ratio eſt pariformiter, ut dictum eſt de annihilare: quia aliter agēs reſpicit productū in actu, & aliter reſpicit non producta: quia quando res nō eſt producta, agens inſtanti, quo poſſet producere æqualiter reſpicit omnia effectibilia, ſaltē eiuſdē ratiōis: & ita uel oīa in illo inſtāti produceret, uel nullū. Sed poſt productionem aliter ſe habet agēs ad effectū productū, & in eſſe poſitum. quàm ad alia eiuſdem rationis: quę nō ſunt in actu. Et ita nō ſe habēt ęqualiter ad illa, quando unū eſt, & aliud nō eſt: ideo poteſt ſeruare, quod ē ſine ſub-

Dub. 3. iecto. Nō poteſt autē quod nō eſt producer̄ ſine ſubiecto. ¶ Quartū dubito adhuc contra eandē concluſionem. Creatura de facto erat. Probatur: quia producit aliquid ſine ſubiecto. Nam in ſacramēto euchariſtię, producitur calor a calore circūſtāte in ęſtate: & frigiditas a frigiditate circunſtāte in hyeme: & huiuſmodi q̄litates ſūt ſine ſubiecto. Quod ſi dicis, ꝙ qualitates ibi ſunt in quantitate, & ita non ſine ſubiecto. Arguatur tūc de quātitate: quia ꝑ cōdenſationem, & rarefactionē ſpecierū ꝓducitur noua quātitas, quę nō eſt in ſubiecto. Quod aūt fiāt a cauſis naturalibus probatur communi medio: quia approximatis cauſis naturalibus, incipit eſſe effectus: & eis nō approximatis nō producitur effectus. Similiter cauſa naturalis de ſpeciebus panis, uini producit uermem, & eius formā ſubſtātialē, & illa nō educitur de potētia materię; quia non eſt ibi materia. ergo creatur. ¶ Ad illud dicitur: ꝙ oēs illæ mutationes in accidentibus euchariſtiæ fiunt a ſolo deo miraculoſè: ut uult beatus Anſelmus. De uerme poteſt dici: ꝙ uel deus miraculoſè reproducit materiam: & tunc ꝑ agens naturale de potētia materię educit formam uermis ¶ Vel dicitur, ꝙ totum fit a deo productio ſcilicet uermis, quoad materiam, & formam. Et de hoc latius in quarto uideri ſolet. Ad ꝓbationem dicitur: ꝙ illud principium ſcilicet, quando ad pręſentiam alicuius ponitur effectus, qui ſine eius præſentia nō produceretur: tunc illud pręſens eſt cauſa talis effectus. Dicitur ꝙ intelligendum eſt, quando effectus natus eſt naturaliter cauſari, & eſſe ad præſentiā agētis. Tūc enim efficere nō eſt aliud, niſi ad pręſentiam eius aliquid eſſe. In propoſito aūt non eſt ſic: quia ille calor, ſiue uermis non eſt natus cauſari ab igne, uel alia cauſa naturali: eo ꝙ non eſt ibi ſubiectum, ſiue paſſum. Vnde niſi deus produceret miraculoſè, nihil ageret præſentia cauſarum naturalium. De hoc magis in quarto. Et tantum de hac quæſtione.

## QVAESTIO. V.

QVINTO queritur circa ſecundam partē diſtinctiōis primę: in qua magiſter oſtēdit deum eſſe cauſam nō ſolum efficientē: ſed etiā finalem omniū. Vtrum deus ſit cauſa finalis omnium.

¶ Pro tota iſta quęſtione uide Ockam in ij. q iij. quia eſt multum clarus, & latus. Vnde in iſta quæſtione erunt articuli tres. Primus de cauſa finali in genere. Secundus reſpondet ad quæſitum. Tertius mouebit dubia quædam: & ſoluet. ¶ Circa primum notandum, ꝙ refert loqui de fine: & cauſa finali. Nam Arti. 1. Nota. 1
finis eſt terminus rei, uel operationis: A
ut punctus lineæ, & forma, aut effectus



productus eſt terminus motus, uel operationis, quo ſcilicet producto ceſſat motus operatio. Sed cauſa finalis eſt illud, quo agens mouetur ad operandum. ¶ Et poteſt dupliciter accipi uno modo ſtrictè. Alio modo largè. Strictè dicitur illa, quæ ſimpliciter eſt finalis, & ultima: & ita ꝙ non ordinatur in aliam: ſed aliæ in eam. Largè dicitur illa, in quam aliæ ordinantur: ſiue ipſa ordinetur ultra in aliam: ſiue non.

¶ Primo modo ſtrictè: cauſa finalis eſt aliquid amatum amore amicitiæ ab agente propter ipſum aliquem effectum producente. ¶ Ad cuius intellectum notādum, ꝙ poteſt diſtingui amor, ſcilicet amor amicitiæ tantū, amor cōcupiſcentiæ tantū, amor amicitię, & cōcupiſcentiæ ſimul. ¶ Amor amicitiæ tātū, eſt amor, quo diligitur aliquid obiectū: nō præſupponendo aliquē aliū actū uolendi, uel nolendi in uolūtate. Vt ſi quis diligit potū dulcem, uel uitam ſuā abſolutè nullo alio actu uoluntatis neceſſariò præuio: quo ſcilicet non exiſtente non diligeret. ¶ Amor concupiſcentiæ tantum, & quando aliquid diligitur amore genito ab actu uoluntatis præuio, quo non præuio non diligeretur. Exemplum. Aliquis diligit deum propter ſe deum. Et quia nouit diuinum eſſe præceptum de diligendo proximum: ideo diligit proximum ſpeciali actu dilectionis diſtincto a dilectione, qua diligit deum: ita ꝙ in uoluntate ſint duo actus amoris diſtincti: quorum uno diligitur deus propter ſe præciſè: & alio actu præciſè proximus. qui tamen actus non fuiſſet elicitus: niſi præuio actu dilectionis dei.

¶ Amor ſimul amicitiæ, & concupiſcentię, eſt amor, quo diligitur unum propter aliud: & ſimul eodē illud aliud: ita ꝙ ibi eſt tantum unus actus elicitus: qui tamen habet duo obiecta. Vnum dilectum propter quod aliud diligitur: & aliud, quod diligitur propter ipſum. Et in hoc patet differentia huius amoris a ſecundo: quæ eſt amor concupiſcētię tantū: q̄a ubi amor aliquis eſt amor concupiſcentiæ tantum: ibi ſunt duo amores. Vnus amicitiæ, a quo ille amor concupiſcentiæ cauſatur: & ipſe amor concupiſcentiæ. Tamen iſte amor concupiſcentię tantum terminatur ad obiectum dilectum propter aliud: & non ad illud aliud, quod propter ſe diligitur: reſpectu cuius habet ſpecialem actum amoris. Et hoc modo cum dicitur, ꝙ amor concupiſcentiæ eſt, quo diligo unum obiectum propter aliud dilectum: intelligi debet, ꝙ ly propter, denotet cauſalitatem efficientē amoris amicitiæ alterius reſpectu huius amoris concupiſcentiæ: quo amor amicitię ſit cauſa efficiens amoris concupiſcentiæ: non ꝙ denotet, ꝙ utrumque ſic dilectum ſit obiectum amoris concupiſcentiæ. ¶ Amor autem amicitiæ, & concupiſcentiæ ſimul, eſt unus actus, quo diligitur utrunque; habet enim duo obiecta, ut dictum eſt, & ſecundum hoc habet diuerſam denominationem. Vt gratia exempli: amor quo diligo deum propter ſe: & proximum propter deum uno actu: ut habet deū pro obiecto: dicitur amor amicitiæ. Vt autē habet proximum pro obiecto: dicitur amor cōcupiſcentiæ. Similiter idem actus eſſe poteſt amor, & odium: uelle, & nolle: ut dum peccatum meritoriè nolo, ſeu odio propter deum: ille actus reſpectu peccati, eſt nolitio, & odium: & reſpectu dei eſt amor, & uelle. Et ſecundum hoc aliquis actus uoluntatis, eſt actus uolendi tantū: aliquis nolendi tantum: aliquis nolendi, & uolendi ſimul. ¶ Primus eſt, quo uolo aliquid propter ſe. uel quo uolo, ſeu diligo plura, unum propter aliud. Secundus, quo nolo unum abſolutè: uel nolo plura, unum propter aliud nolitum. Tertius, quo aliquid nolo propter aliud uolitum: uel e conuerſo. Exempla ſunt plana. Et de hoc latius lib. j. diſtin. j. q. j. de uſu. ¶ Ex illo ſequitur primo; Coro. 1
ꝙ nulla operatio, aut effectus per ope- B
rationem acquiſitus eſt cauſa finalis. Patet: quia nihil tale amatur amore amicitiæ. Nam operatio, uel effe-

ctus per operationem acquiſitus, amatur amore concupiſcentiæ; quia talem operationem, aut effectum cõcupiſco mihi, uel alteri: igitur p̃ſupponit amorem alterius, meiipſius ſ. uel alterius; cui operationem, uel opus cõcupiſco. Vnde nunq̃ primô amo operationem, uel opus, ſicut ſi quis mouendo, uel ambulando acquirat ſanitatem. ſanitas nõ eſt cauſa finalis ambulationis illo modo; ſed ipſe homo amatus, qui ſibi concupiſcit ſanitatem: ſed cauſa finalis ambulationis, quia ipſe primo amatus mouet ſeipſum ad ambulandũ.

Coro.2 ¶ Secundo ſequitur; ꝙ quando ſunt plures effectus ab eodem agente ordine quodam procedentes: ita ꝙ unus ordinatur ad aliũ: cauſa finalis ultimi effectus, eſt cauſa finalis omnium precedẽtium effectuum. Vt exempli cauſa; quis diligit uitã ſuã propter ſe: propter hanc ſanitatem cõſeruat: uel acquirit per potionem amaram, quam conficit ex uarijs herbis, & radicibus laborioſè acquiſitis, & eradicatis. Ecce hic multi effectus ordinati; ſemper primus in ſequentem. ſ. queſitio herbarum eradicatio, decoctio, potio, ſanitas. Cauſa autẽ finalis ſanitatis, eſt cauſa finalis omniũ præcedentiũ effectuũ: & nullus effectus cauſa finalis alterius: q̃a nullus effectuũ amatur amore amicitię: ſed oẽs amãtur finaliter p̱pter ipſum hominem ſeipſum amore amicitiæ diligentem.

Coro.3 ¶ Tertio ſequitur; ꝙ propriè loquendo de cauſa finali, non quicquid reſpondetur ad quæſtionem factam per ly propter quid, eſt cauſa finalis: patet quia ad quæſtionẽ propter quid, factam de effectu priore benè reſpondetur effectus poſterior. Vt ſi quæritur: propter quid effodiuntur herbæ. Bene reſpondetur; propter potionem, uel ſanitatem. Et nihil horũ eſt cauſa finalis. ¶ Sed diceres. Hoc eſt contra philoſophum .ij. phyſicorũ per hoc deſcribentem cauſam finalem: ſcilicet ꝙ reſpondetur ad queſtionem factam propter quid. Reſpondet, ꝙ quærere propter quid cõtingit dupliciter. ſ. uel propter quid oditum: uel p̱pter quid amatum. Quod primo modo reſpondetur, non eſt cauſa finalis. Nam ſi quæritur, propter quid aliquis ambulat; uel abſtinet: reſponderi poteſt propter infirmitatem amouendam; & tamen infirmus non eſt cauſa finalis ambulationis, ſeu abſtinentiæ. Quod ſecundo modo reſpondetur ad interrogationem factam per ly propter quid, eſt aliquid, propter quod amatũ aliquis aliquid facit. Hoc poteſt amari amore amicitię, uel concupiſcentiæ. Et quod ſecundo modo amatur, non eſt proprijſsimè finalis cauſa, quæ nunc diffinita eſt; licet poſſet dici cauſa finalis ſecundum diuiſionem ſtatim ponendam. Et ſic ad philoſophum dicitur; ꝙ uel loquitur de cauſa finali largè. Vel intelligi debet, ꝙ illud, quod reſpondetur ad propter quid amatum amore amicitiæ, eſt cauſa finalis.

Coro.4 ¶ Quarto ſequitur, ꝙ cauſa finalis illo modo cõmuniter præexiſtit operationi. Et ſi ſecundum rectam rationem intendatur, non eſt ignobilior illo, quod eſt ad finem. Patet; quia amor amicitię cauſę finalis prę exiſtit operationibus. Et ſecũdum rectam rationem quod perfectius eſt, non ordinatur in minus perfectum, non enim diligendus eſt deus finaliter propter quodcunque bonum creatum. Hoc enim eſſet uti fruendo, ſcilicet deo, quod eſt tota peruerſitas ſecundum beatum Auguſtinũ.

Coro.5 ¶ Quinto ſequitur; ꝙ illud commune dictum, ꝙ cauſa finalis eſt prima in intentione, & ultima in executione; quantum ad primam partem, eſt ſimpliciter uerum; quia eſt primò amata amore amicitiæ: priuſquam aliquid fiat in ipſum ordinatum. Secunda pars non eſt intelligẽda, ꝙ cauſa finalis ultima ſit in executione, ita ꝙ ultimo acquiratur; quia præexiſtit operationi; ſed eſt ultima in executione. ideſt dirigit agens uſque ad ultimum effectum; quia eſt illud, propter quod omnia alia fiunt. Vel poteſt dici, ꝙ prima pars uera eſt de cauſa finali propriè dicta. Secunda uero de effectu ultimo acquiſito ordinato in cauſam finalem: quæ etiam dicitur cauſa finalis largè



largè, quę infra deſcribetur. Quia ſicut uerba ſonant non poteſt eſſe uerum de uno, & eodem, quia illud, quodcunque fuerit: ſi amatur amore amicitię: non erit ultimum in executione. Si amatur amore concupiſcentię: non erit primum in intentione, quia illi prę ſupponitur amatũ amore amicitię. ¶ Dicitur notanter in deſcriptione cauſæ finalis ab agente propter ipſum aliquem effectum producente, quia omnes cauſæ ſimul concurrunt ad cauſandum effectum: igitur cauſa finalis non cauſat in genere ſuo: niſi quando efficiens in genere ſuo cauſat. Et ita nunquam eſt cauſa finalis: niſi quando effectus aliquis intus, uel extra producitur. Et ideo ad cauſalitatem finis non ſufficit ipſum amari, & deſiderari: niſi propter huiuſmodi amorẽ, ac deſideriũ, aliquis effectus producatur: alioquin aliquid eſſe cauſa ſui ipſius: quod eſt impoſſibile. Et hoc infra clarius declarabitur. ¶ Et hanc cauſam finalem uocat finẽ gratia cuius, effectũ uero in ipsã ordinatum finem quo.

C ¶ Cauſa finalis largè eſt aliquid amatum amore amicitię, uel concupiſcentię, uel etiam oditum ab agente propter quod agens aliquem effectum producit. Dicitur amore amicitiæ, propter finem primò intentum: quæ proprijſsimè eſt cauſa finalis: de quo data eſt præcedens deſcriptio. Vnde patet, ꝙ illa acceptio cauſæ finalis eſt ſuperior ad primam. ¶ Dicitur uel concupiſcentiæ, propter effectus poſteriores: qui ut amati ſunt cauſæ finales priorum, ſecundum hanc acceptionem cauſę finalis. Vt in exemplo priore non ſolum homo: uel uita hominis dilecta propter ſe amore amicitiæ eſt cauſa finalis: ſed etiam ſanitas eſt cauſa potationis amarę potionis propter quã potio ſumitur, alias non ſumeretur: nam qua ratione unus finis a uoluntate præſtitutus eſt cauſa finalis: eadem ratione & alius. Sed in caſu, ſicut uita hominis præſtituitur ſanitati, & cęteris: potioni ſcilicet, & confectioni &c. Ita & ſanitas a uoluntate p̃ſtituta eſt tanq̃ finis potioni, & cæteris. Vnde uerè poteſt dici cauſa finalis: licet non ſimpliciter ultima: quæ eſt primo intenta: & tamen ſanitas non amatur amore amicitiæ, ſed tantũ concupiſcentiæ. Quod patet: quia ſanitas non amatur niſi duplici amore. Vno quo uoluntas uitam amat: propter quam amatam amat ſanitatem. Et alio, quo amat potionem amaram propter ſanitatem. Et ambo iſti amores ſunt amores cõcupiſcentię: quia per utrumque cõcupiſcitur aliquid alteri. Nec uidetur aliqua neceſsitas cogens ponendi alium amorem amicitiæ, ſcilicet reſpectu ſanitatis: quia ſanitas abſolutè propter ſe diligeretur ſine relatione in aliud: quia antequam prę ſtituatur a uoluntate, tamquã finis: prius uita amatur. igitur ſanitas primo diligitur illo amore: quo diligitur propter uitam hominis. Et per hunc amorem præſtituitur a uoluntate, tamquam finis cęterarum operationum, & operum propter ſanitatem factorum: hic autem eſt amor concupiſcentię.

Coro.1 ¶ Ex illo ſequitur: ꝙ eiuſdem effectus poſſunt eſſe plures cauſæ finales ſubordinatę. D
Patet in exemplo: quia primi effectus, utputa euulſiones herbæ omnes ſequentes effectus ordinati: confectio, potatio, ſanitas amati amore concupiſcentiæ: & uita dilecta amore amicitiæ ſunt cauſæ finales.

Coro.2 ¶ Secundò ſequitur: ꝙ quilibet finis a uolũtate creata præſtitutus amatur duplici amore. Nam quilibet finis cauſalis eſt finis primo intentus medio, uel ultimo. Si ſit primo intentus: amatur amore amicitiæ: & alio amore concupiſcentiæ: quo aliquid diligitur propter ipſum amore illo, qui habet duplex obiectum. ſcilicet illud, propter quod diligitur, & illud, quod propter alterum diligitur. Si fuerit medius: tunc amatur duplici amore cõcupiſcentiæ. Vno, quo finis ille medius alteri fini primo intento concupiſcitur. Et alio, quo aliud obiectum ſcilicet finis poſterior propter ipſum finem medium amatur: qui .ſ. non amaretur, niſi eſſet finis medius intentus. Vt in exemplo præmiſſo

ſanitas diligitur ꝓpter uitã hoĩs p̄ciſè
uno amore: & eadem ſanitas diligitur
alio amore: quo potio amara diligitur
propter ſanitatem. Sic potio amara di
ligitur uno amore, quo dictus eſt. ſ. pro
pter ſanitatem: & alio quo cõfectio po
tionis diligitur propter potionẽ, ſi fue
rit ultimo intentus; ſimiliter diligitur
uno amore ꝓpter finem priorẽ: & alio,
quo diligit̃ primus effectus ꝓpter ipm̃,
ut in exẽplo. Sic primus effectus colle-
ctio herbarũ. Secundus confectio earũ
dem in potũ: tunc confectio potus eſt
finis ultimo intẽtus. Nã collectio ipſa,
q̄ poſterius intenditur, & non eſt finis,
q̃a nulla operatio ſaltẽ exterior p̄cedit,
cuius eſt finis. Illa ergo cõfectio duplici
amore diligitur. ſ. uno, quo diligitur ꝓ-
pter potationem. Alio, quo collectio
diligitur propter eam cõfectionẽ: ipſa
autẽ collectio uno ſolo amore diligit̃.
ſ. ꝓpter cõfectionem: nihil. n. p̄cedit, qđ
Coro. 3 diligatur ꝓpter eam. ❡ Tertiò ſequit̃: ꝙ
amor cõcupiſcentiæ, quo diligitur ali-
quid aliq̃n cauſatur liberè, & cõtingen
ter. aliq̃n neceſſariò, & naturaliter. Pri
mũ patet: quia ſi in priori exẽplo amor
ſanitatis nõ eſſet amor efficax: ſed ma-
gis uoluntas cõplacentię, aut conditio
nata: puta ſi infirmus uellet ſanitatem
actu cõplacentię: uel ſi uellet eam, ſi nõ
eſſet impedimentum. ſ. amaritudo po-
tionis: quã non uult ſubire. (Sicut non
nunquã magis infirmus eligit ſuſtinere
infirmitatem longam, quã breuem me
delæ ſeueritatẽ) Stante tali uolitione
in uoluntate, & dictamine in intelle-
ctu: ꝙ ſanitatem cõſequi non põt: niſi
bibendo potionem amarã, nõ neceſſita
tur ad bibendũ: licet placeat ſanitas, &
uellet ſanari, ſi aliter poſſet. põt tamen
cõtingenter uelle bibere. Stãte autem
uoluntate efficaci in uoluntate: qua
uult omnino ſanari: & amouere omne
impedimentũ, qđ eſt in poteſtate ſua,
& facere quicquid poteſt ad conſequẽ
dum ſanitatem; & dictamine in intelle
ctu; ꝙ non põt conſequi ſanitatẽ niſi
per potionẽ amarã, neceſſe eſt, ꝙ uelit
potionẽ amarã, nec põt non uelle, ideo
hoc uelle, non eſt in poteſtate uolunta
tis immediatè, nec uidetur neceſſitas
ponendi actiuitatẽ uoluntatis reſpectu
huius uelle. Sed ſolũ habet ſe paſſiuè re
ſpectu eius: q̃a ille actus cõſequitur ne-
ceſſitate naturali poſitionẽ priorũ actu
um in uoluntate, & intellectu. Verum
tamẽ eſt in ptãte uolũtatis mediãtibus
actibus alijs: q̃a põt deponere uolunta-
tẽ efficacem ſanitatis: & tũc ſi uult po-
teſt deponer̃ illud uelle. ❡ Ex quo patet,
ꝙ aliquis actus eſt immediate in ptãte
uolũtatis nullo actu pręuio: quę tamen
mediantibus alijs, non eſt in ptãte uolũ
tatis: Patet ex dictis. ❡ Dicitur etiã uel
oditũ: q̃a aliq̃n obiectũ nolitionis, ſiue
oditũ eſt cã finalis alterius noliti, uel
etiã uoliti: ut in exemplo. Ponamus ſa-
nus odit mortẽ, propter quam nolitã,
odit infirmitatẽ, propter illam oditam
uult recipere potionem amarã, ut non
cõtingat, ſiue accidat infirmitas. In illo
caſu mors nolita eſt cã finalis propter
quam oditur infirmitas. Eadem infir-
mitas eſt cauſa finalis uolitionis, qua
uult bibere potionẽ amarã, quia ꝓpter
illam oditã, ut non contingat, ſiue ac-
cidat, uult bibere potionẽ amarã: alias
non bibiturus. Patet ſimili ratione, qua
prius, quia iam mors odita pręſtituitur,
tanquam illud, propter qđ odit̃ infirmi
tas: & ipſa infirmitas nolita pręſtituitur
a uolũtate tãquam illud propter quod
cauendũ amat̃ potio amara. ergo utrũ-
que mors, & infirmitas oditę ſunt cau-
ſę finales. Mors infirmitatis oditę: &
infirmitas potiõis uolitæ. ❡ Sed in hoc
differũt cauſalitas cauſæ finalis median
tibus actibus uolendi, & mediantibus
actibus nolendi: quia primũ uelle non
habet cauſam finalẽ præſtitutã a uolũ-
tate creata, ut dicet̃. Primũ autẽ nolle
habet cauſam pręſtitutam a uoluntate
creata: quia omne nolle naturaliter lo
quẽdo pręſupponit uelle: quia nihil no
lo, uel odio poſitiuè, niſi, quia aliquid
uolo, & diligo: cui nolo id, qđ odio tan
quã ei diſcõueniẽs aut repugnãs: ſicut
nõ odio mortẽ per actũ nolẽdi: niſi q̃a
uolo, & diligo uitã, cui repugnat mors.



Et ita qđ ẽ obiectũ primę uolitiõis ne
ceſſariò p̄ſuppoſitæ primę nolitioni. ſ.
uita dilecta: eſt cauſa finalis primę noli
tionis. Per illud principiũ, ꝙ cã finalis
præſtituta a uoluntate humana eſt ali-
quid in ſe amatum, & uolitũ ab agente
propter hoc aliquẽ effectum producen
te: quia ergo diligo uitam meam, odio
mortem. Et ideo uita mea eſt cã finalis
primę nolitionis: q̃a nolo, & odio mor-
Coro. 1 tẽ. ❡ Ex illo ſequitur: ꝙ aliquis finis no
E litionis p̄ſtitutus a uolũtate creata, ama
tur amore amicitię: aliquis nullo amo-
re amatur: ſed ſolum oditur, & eſt noli
tus. Primũ patet de fine primę nolitio-
nis ſecundũ caſum prius poſitum: quia
uita hoĩs ꝓpter quã dilectã pręciſè odit
mortẽ: amatur amore amicitię. Scđm
patet: quia finis ſecũdę nolitionis, quæ
eſt mors, nullo modo amatur: ſed ſo-
Coro. 2 lum oditur. ❡ Secundò ſequitur: ꝙ qui-
libet finis nolitionis duplici actu ama-
tur, uel oditur. Patet in caſu. Vita ho-
minis, quæ eſt finis primæ nolitionis,
amatur uno amore amicitiæ in ſe: &
alio actu, quo oditur mors pręciſè pro-
pter uitã uolitã. Qui actus licet ſit ſim-
pliciter actus nolendi: tamen ut ter-
minatur ad uitam, ut ad obiectum de-
nominatur actus uolendi. Vt autem
terminatur ad mortem nolitam, de-
nominatur actus odiendi: ſicut actus,
quo aliquis odit peccatum propter
deum, ut terminatur ad peccatum: di-
cit̃ actus nolẽdi, & odium. Vt autẽ ter-
minat̃ ad deũ: eſt actus uolendi, & dili-
gendi: quia nullus meritoriè odit deũ.
Sed actus odiẽdi pctm̃ meritorius eſt,
& non niſi relatus in deum. igitur eſt
actus uolendi, & diligendi deum: quia
oĩs actus uolũtatis reſpectu cuiuſcũq;
obiecti, eſt uelle, uel nolle, uelle eſt di-
ligere: nolle eſt odire: ſic in propoſito.
Similiter mors, q̄ eſt finis ſcđę nolitio-
nis, qua nolo infirmitatẽ pręciſè: quia
nolo mortẽ: eſt odita duplici actu nolẽ
di. Vno quo oditur mors propter uitã
dilectã. Alio quo oditur infirmitas pro
pter mortẽ oditã. Similiter infirmitas
duplici actu oditur. Vno quo oditur
propter mortẽ nolitam. Alio, quo ama
tur potio amara propter infirmitatem
nolitã. qui actus licet ſit formaliter uel
le: tamen quatenus terminat̃ ad infir-
mitatem, dr̃ nolle. ❡ Tertiò ſequitur ꝙ Coro. 3
aliquid nolle eſt in poteſtate uolunta-
tis, aliud non. Patet ſimili ratione, ſi-
cut ſupra de actu uolendi: ut ſi quis uo
luerit ſanitatem uoluntate non effica-
ci: & dictet ſanitatem non poſſe ſtare:
niſi quis odierit cibum delicatum, ſtat
adhuc in poteſtate uoluntatis nolle
talem cibum, uel non nolle. Si uero po
natur uoluntas efficax reſpectu ſanita-
tis cum tali dictamine intellectus: iam
actus nolendi non eſt in poteſtate uo-
luntatis. Et illo modo poteſt intelligi il
lud. vij. ethicorum. c. iiij. ubi dicitur.
Si fuerit opinio uniuerſalis in ratione,
& opinio de ſingulari accepto a ſenſu,
& ex illis una ratio fiat: neceſſariò con
cluſum eſt uoluntati, ut confeſtim ſe-
quatur operatio: ſi non ſit prohibitio.
Ponit exemplum Philoſophus: ut ſi ra-
tio dictet, ꝙ omne dulce guſtari, opor-
tet ut mediante ſenſu, dictet hoc uinũ
eſt dulce: neceſſarium eſt potantem, &
non prohibitum ſimul, & hoc. Et ita ſtã
tibus illis actibus, dũ ad ſit uolũtas effi-
cax in uoluntate reſpectu maioris, non
eſt uolitio concluſi in poteſtate uolun-
tatis. Ceſſante autem uoluntate effi-
caci in uoluntate, quantumcunque ſtet
dictamen reſpectu maioris in intelle-
ctu ſimul, & minoris: non neceſſita-
tur uoluntas ad guſtandum: ut ſupra-
dictum eſt in ſuo modo de actu nolen-
di. ❡ Secundò principaliter circa cauſa Not. 1
tionem cauſæ finalis notandum: ꝙ ſi- F
cut ſunt quatuor genera cauſarum: ſic
cuilibet correſpondet propria cauſa-
tio. Vnde cauſatio efficientis eſt ef-
ficere, agere, producere extrinſecè
aliud, cuius ipſum non eſt pars. Non
enim omnis cauſatio, cuiuslibet cauſæ
eſt quoddam efficere, ſicut nec omnis
cauſa eſt cauſa effectiua. ❡ Sed cauſatio
cauſæ materialis eſt eſſe materiam com
poſiti: hoc eſt tãquam partem materia-
lẽ cõpoſiti ſuſcipere eius formã. ❡ Cau-

ſatio formę eſt dare formaliter eſſe ſpeciuocũ compoſito, uel aliquid huiuſmodi. ¶ Sed de cauſatione cauſæ finalis eſt magis dubium. Dicitur autem communiter, ꝙ cauſatio eius eſt mouere efficiens ad agendum. Iſtud mouere realiter non eſt aliud, niſi ipſum finem amari ab agente: & propter amorem eius aliud amari, uel fieri. Ex quo patet, ꝙ motio cauſæ finalis, non eſt realis: ita ꝙ per ipſam aliquid acquiritur agenti: ſed eſt metaphorica, quod nihil eſt aliud, quàm ipſum amari ab agente: & propter ipſum ſic amatum aliud amari, uel fieri: quia iſte amor finis eſt, quo poſito ponitur effectus ad finem. Et eo non poſito omnibus alijs poſitis, non poneretur effectus ad finem. ¶ Si diceres. Amor, quo agens amat finem: eſt ab ipſo fine, ut ab obiecto: & ille amor eſt aliquid reale, ergo motio illa finalis eſt realis, per quam reale aliquid acquiritur agenti. Reſponſio: ꝙ ſi amor cauſatur in agente a fine amoto, ut ab obiecto: hoc non eſt ſicut a cauſa finali: ſed ſicut a cauſa efficiente. Huius enim amoris finis non eſt cauſa finalis: ſed eſt eius cauſa efficiens. Nã accidit cauſæ finali, ꝙ eſt cauſa ſui amoris in agente. Vnde ſi amor finis infunderetur agenti a deo: & propter finem amatum amore infuſo amaret aliud, uel faceret aliquid: nihilominus finis eſſet cauſa finalis amoris alterius obiecti, & illius, quod fieret propter finem. ¶ Item cauſa finalis non dicitur cauſa finalis amoris, quo ipſa amatur ab agente. Nam etſi finis amatur illo amore: formaliter tamen amor ille non amatur propter illum finem ab agente: ſaltẽ non oportet. Eſt autem cauſa finalis alicuius effectus cauſandi ab agente, in ſeipſo agẽte; uel extra propter ipſum finem ſic amatum. Vnde ſi agens propter amorem finis, producit in ſe amorem alterius obiecti: aut facit alium effectum illius amoris alterius obiecti, uel effectus extra producti, finis eſt cauſa finalis. Et ad illum producẽdum mouet in quãtum finis in hoc ſolum, quia amatur ab agente: & propter ipſum amatum agẽs producit amorem alterius, uel alium effectum. Et ita motio cauſæ finalis, quo mouet efficiens, ut cauſa finalis non eſt realis, ſed metaphorica. ¶ Sed diceres. Cauſatio cauſæ finalis, ſicut cuiuſlibet alterius cauſæ, eſt reſpectu ſui cauſati: ſed agens non eſt cauſatum cauſæ finalis: ergo cauſatio cauſæ finalis non eſt motio agentis. ¶ Item reſpectu eiuſdem effectus, reſpectu cuius datur cauſa efficiens; eſt dare cauſam finalem, & per conſequens cauſationem cauſæ finalis: ergo cauſatio cauſę finalis non reſpicit efficiens: ſed idem cauſatum, quod reſpicit efficiens: non ergo cauſatio eius eſt mouere efficientẽ. ¶ Reſponſio: ꝙ cauſatio cauſæ finalis eſt reſpectu ſui cauſati: quod etiam eſt cauſatum efficientis. Nam ipſe effectus efficientis, eſt cauſatum cauſæ finalis: pro quanto producitur propter cauſam finalem amatam, ſine qua ut amata produceretur. Et in hoc, ꝙ amatur taliter, ꝙ propter ipſum amatum aliquid producitur ab agẽte: dicitur moueri efficiẽs. Non ꝙ per hoc efficiens ſit cauſatum ſuum in genere cauſę finalis: quia efficiens non eſt propter finẽ, quem amat, quia ſæpe coincidit cum fine: ſed quia efficiens amando finem producit aliquid propter finem: cuius producti ipſum eſt cauſa efficiens, & finis cauſa finalis. Et ita ſicut arguit ſecundum argumentum, idem effectus eſt cauſatum cauſæ efficientis, & finalis. Et ita cauſa finalis non reſpicit efficiens, ut cauſatum ſuum: ſed reſpicit efficiens, ut ſuam concauſam eiuſdem cauſati: tamẽ in alio genere cauſæ, quod reſpicere eſt mouere. Et mouere nihil aliud eſt, quã diligi ab agente, ut propter ipſum aliud fiat. ¶ Si adhuc diceres ſecundum Auicẽn. vj. Metaphyſ. Cauſa finalis eſt prima cauſarum, ergo uidetur, ꝙ cauſet in ſuo genere, priuſquã aliæ cauſæ. Sed in illo priori nondum eſt effectus cauſæ efficientis, ergo in illo priori erit cauſa finalis ipſius efficientis, tanquam cauſati: cum non poſsit dari alius effectus,



ſeu aliud cauſatum. Reſpondetur, ꝙ nullæ cauſæ ad idem cauſatum requiſitæ habent aliquam prioritatem durationis in cauſando, quia in primo inſtanti, in quo effectus eſt, uel aliquid eius: primò cauſant cauſę: quia ſi prius duratione aliquę cauſarent: tunc in illo priori eſſet cauſatio, & nullum cauſatũ, quod eſt impoſsibile, quia ſic cauſarent, & tamen nihil cauſarent. Et ideo in illo inſtanti, in quo cauſant cęteræ cauſæ: primo, & non prius cauſat cauſa finalis: concurrunt itaque ſimul

Notã. 2 omnes cauſę in cauſando. ¶ Sed cõſide-

G randũ, ꝙ duplex eſt cauſatio cauſæ finalis: Vna eſt, qua mouet agẽs ad uolendum cauſare effectum: & illa cauſatio poteſt præcedere cauſationem illius effectus duratione. Et hęc cauſatio cauſę finalis nihil aliud eſt, quàm finem amari ab agente: ſic ꝙ propter illud amatum amat effectum producendum. Et licet illa cauſatio finis ſit prior duratione effectu extra, non tamen effectu intra, quo agens diligit effectum producendum. Sed in eodem inſtanti, quo agens propter finem amatum amat effectum poſtea producendum, eſt cauſatio cauſæ finalis reſpectu illius amoris effectus extra producendi: & in eodem mouet agens ad producendum huiuſmodi amorem, quo uult effectum producere, in eodem ergo inſtãti amor ille producitur, tanquam effectus prior. ¶ Alia eſt cauſatio finis, quo actu mouet agens ad producendum effectum, extra quod eſt amari ab agente, ut agens propter hoc producat effectum extra. & illa cauſatio licet ſequitur primam: eſt tamen in eodem inſtanti cum ſuo effectu. Exemplum: ſanitas, quæ amatur, ut finis, mouet agens ad duos actus; ſcilicet ad uolendum, ſeu amandum potionem amaram propter ſanitatem deſideratam, ſecundò ad perfectionem potionis, hoc eſt ad actum potandi propter eãdem ſanitatem amatum. Horũ actuum unus põt pręcedere: alius ſequi: ſimiliter & cauſatio finis. Eſt tamẽ quęlibet cauſatio finis ſimul cũ ſuo actu. ¶ Per hoc dicitur, ꝙ cauſa finalis dicitur prima cauſarum reſpectu effectus extra pro quanto mouet primo duratione agens ad productionem uolitionis effectus extra tanquam effectus prioris. Et deinde mouet ad productionem effectus extra: quælibet tamen motio finis eſt cum actione cauſæ efficientis: ut dictum eſt. ¶ Ex iſto Nota. 3

trahitur notabile tertiũ, quod eſt illud: Ad hoc, ꝙ cauſa finalis moueat agens: non requiritur ꝙ ipſa habeat entitatem extra in re: ſed ſufficit illam habere in anima. Primum patet, quia ut dictum eſt: finẽ mouere agẽs ad agendũ, eſt finẽ amari propter quod agens agit. Ad hoc autem ut ſic ametur: non oportet ipſum habere entitatem extra in re, actu: quia non modo amamus res, quæ actu ſunt, ſed etiam quæ fuerunt, & quæ futuræ ſunt: nam & exiſtentiam rei amare poſſumus, quæ nondum eſt. ſicut Chriſti incarnatio a patribus amata eſt, & deſiderata priuſquam exiſteret. & ſanitas deſideratur priuſquam eſt: & propter eam ſic amatam, & deſideratam agens agit conficiendo potionem. ¶ Secundum probatur: quia niſi cognoſcatur finis non amatur. cum nihil incognitũ amari poſsit. x. de trini. Cognitio autem finis, & eſſe eius eſt in anima. ¶ Veruntamẽ licet nõ requiratur entitas realis finis ad hoc, ut moueat: nõ tamẽ mouet agẽs ad agendum, niſi ſecũdum entitatem realem extra animam. Hoc patet. Finis non amatur ab agente

ſecundum eſſe ſuũ in anima, ut operetur H

aliquod agens propter hoc; Exempli cauſa. Non amat ſanitatem ſecundum eſſe cognitum in anima, ut conficiat potionem, non enim ad hoc ordinat potionem, ut ſanitas cognoſcatur: quia ſic cognoſci poteſt ſine potione: ſed amat, & uult ſanitatem ſecundum eſſe reale extra animam, & ut illam acquirat realiter in corpore amat, & conficit potionem amaram. ¶ Ex illo patet, ꝙ ualde refert dicere: cauſam finalem ſecundum aliquam entitatẽ mouere agens ad agendum: & ſecũdũ ipſam

entitatem eſſe actu, ut moueat, ut ſa-
tis patet. ¶ Et ſi diceres, quod non eſt
realiter, non cauſat realiter, finis cau-
ſat realiter, ergo eſt realiter. Maior
uidetur nota. Minor: quia finis cau-
ſat effectum realem, qui non produ-
ceretur, niſi concurreret cauſa fina-
lis. ¶ Item ſequitur bene, non eſt, igi-
tur non eſt cauſa. Vltra. ergo non
cauſat. Prima conſequentia tenet
ab eſt ſecundo adiacente: ad eſt ter-
tium adiacens negatiuè. Secunda con
ſequentia tenet a reſoluente ad reſo-
lutam. ¶ Ad illa dicitur negando ma-
iorem argumenti. Nam cauſa finalis
licet non exiſtat realiter: tamen reali-
ter cauſat: quia realiter amatur: & pro
pter eam effectus realiter producitur.
Sed hæc eſt uera. quod non eſt reali-
ter, nec amatur, illud non cauſat rea-
liter. ¶ Ad ſecundum negando pri-
mam conſequentiam. Non enim te-
net in ampliatiuis. Cauſa autem &
cauſat (prout includit cauſationem
cauſæ finalis) ampliat terminum im-
portantem cauſam finalem ad præſens
Cõcl. 1. & futurum. ¶ His præmiſſis ponen-
I tur quædam concluſiones quantum
ad iſtum primum articulum pro maio-
ri dictorum intellectu. ¶ Prima. Pri-
mus actus amoris, quo diligitur finis
amor amicitiæ: eſt cauſa efficiens ſe-
cundi actus, quo diligo eundem fi-
nem, & aliud obiectum propter fi-
nem. Vt gratia exempli. Amor, quo
diligo uitam meam abſolutè eſt cauſa
efficiens amoris, quo diligo ſanitatem
propter uitam: & ſimul uitam, tanquã
finem. Probatur: quia illud, quo
poſito, poteſt aliud poni: & ipſo amo-
to non poteſt poni aliud, eſt cauſa effi-
ciens. Sed poſito primo amore, quo di-
ligitur finis, abſolutè poteſt poni alius
amor, quo diligitur aliud obiectum pro
pter talem finem cognitum, & dile-
ctum: & ipſo non poſito non poteſt
poni talis ſecundus amor: quia ille ſe-
cundus amor prærequirit primum ne-
ceſſariò. igitur primus amor eſt cau-
ſa efficiens reſpectu amoris ſecundi.

Et ſic dictum eſt de primo amore re-
ſpectu ſecundi: ita conſequenter dicen
dum eſt de ſecundo reſpectu tertij, ſi
proceditur ad ulteriora obiecta ad eun
dem finem ordinata, & ita conſequen-
ter uſque ad primum effectum in exe-
cutione productum: ita quòd ſemper
amor prior eſt cauſa efficiens amoris
ſequentis, ut actus uolendi ſanitatem
eſt cauſa efficiens actus uolendi potio
nem amaram propter ſanitatem. Et
ille actus eſt cauſa efficiens actus uo-
lendi conficere herbas propter po-
tionem. Et uoluntas conficiendi,
cauſa efficiens uoluntatis colligendi
herbas propter earum confectionem.
Et ſimiliter in iſto proceſſu ſi oc-
currant aliqua alia nolita propter
obiecta uolita, & iterum uolita pro-
pter nolita, aut nolita propter no-
lita, ſemper actus prior uoluntatis, ſi-
ue amor, ſiue odium eſt cauſa efficiens
actus ſequentis uoluntatis eliciti pro-
pter priorem. Et per hoc patet, ꝙ in-
tentio prioris effectus eſt cauſa effi-
ciens intentionis effectus prioris: ſe-
cus autem eſt in obiectis horum actuũ.
De quo ſit iſta. ¶ Secunda conclu- Cõcl. 2.
ſio. In effectibus, ſiue obiectis ad ex- K
tra ordinatis ad eundem finem, ſem-
per prior effectus, ſiue obiectum eſt
cauſa efficiens poſterioris uſque ad ef-
fectum ultimo productum: ut in caſu,
collectio herbarum eſt cauſa efficiens
decoctionis: decoctio potionis: po-
tio ſanitatis. Probatur: quia in tali
òrdine poſterius eſſentialiter requirit
prius: ergo prius eſt cauſa poſterio-
ris. Tenet conſequentia: quia in om-
ni ordine eſſentiali effectuum produ-
ctorum, effectus prior eſt cauſa poſte-
rioris: ut nunc ſupponitur. Et non eſt
cauſa materialis, formalis, uel finalis
in propoſito exemplo. Patet ergo
efficiens. ¶ Tertia concluſio. In Cõcl. 3
effectibus ordinatis ad eundem fi-
nem, ſemper effectus poſterior eſt cau-
ſa finalis prioris. Primus uero effectus
in illo ordine nullius eſt cauſa fina-
lis. Patet concluſio, quia primus



effectus producitur propter ſecun-
dum amatum, ut collectio herbarum
fit propter earum decoctionem, deco-
ctio propter potionem, potio propter
ſanitatem. Secundum patet: quia cum
primus effectus non habet ſe priorem,
qui fieret propter ipſum; igitur ipſe non
eſt cauſa finalis alicuius. ¶ Quarta con-
Cõcl. 4 cluſio. Quilibet effectus poſterior eſt
cauſa finalis amoris, effectus præce-
dentis in ipſum ordinati. Patet, quia
ſicut effectus prior eſt propter ſequen-
tem effectum, ita & uolitio effectus
prioris eſt propter effectum poſterio-
rem. ¶ Quinta concluſio. In actibus or
Cõcl. 5. dinatis ad eundem finem oppoſito mo
do ſe habent cauſæ efficientes, & cau-
ſæ finales. Patet: quia in illo primo
ordine, ſemper effectus poſterior eſt
cauſa finalis prioris, & effectus prior
eſt cauſa efficiens poſterioris: ut pa-
tet ex concluſione quarta, & tertia
ſtatim poſitis. ¶ Corollarium: ꝙ cau-
Coroll. ſæ ſunt ſibiinuicem cauſæ. Nam ſani-
tas eſt cauſa finalis potionis, & potio
eſt cauſa efficiens ſanitatis. Verum hoc
eſt in diuerſis cauſarum generibus, qđ
in eodem genere eſt impoſſibile. ¶ Sex
Cõcl. 6 ta concluſio. Non omnis effectus ha-
L bet cauſam finalem a uoluntate crea-
ta præſtitutam. Illa probatur: quia ad
hoc, ut finis habeat rationem cauſę fi-
nalis: oportet agens eũ præcognoſcere,
& amare, & propter eum præcognitũ,
& amatũ, aliquid efficere ad ĩtra, uel ad
extra. Cauſa autem naturalis efficiens:
ut ſic non agit per cognitionem, &
uoluntatem: ergo in ſua actione non
præſupponit cuiuſcunque cognitionẽ,
uel amorem: ut patet de igne produ-
cente ignem. ¶ Septima concluſio.
Cõcl. 7. Non omnis effectus a uoluntate libe-
rè procedens, habet cauſam finalem a
uolũtate creata pręſtitutã. Patet illa cõ
cluſio de prima uolitione finis: quæ eſt
amor amicitiæ tantum: quo finis ama-
tur propter ſe, non propter aliud in
ipſum ordinatum. Nam effectus ha-
bens cauſam finalem pręſupponit co-
gnitionẽ finis in agente: & eius amorẽ

duplicẽ: ut dictum eſt in notàbili. j. Pri
mus autem amor animę nullum amorẽ
præſupponit: alioquin non eſſet pri-
mus, ergo non habet cauſam finalem.
Vnde generaliter prima cognitio finis
& amor primus, quo agens creatũ co-
gnoſcit, & amat finẽ: nõ habet cauſam
finalem pſtitutam ab eo, ſed tãtũ a deo
primo agente, diligente, & dirigente.
Nunquam enim finis eſt cauſa finalis
amoris, quo ipſe amatur: ſed eſt cauſa
finalis obiecti alterius amoris: quo tale
obiectum amatur propter finẽ: qđ fre-
quẽter eſt effectus productus ꝓpter fi-
nem. Eſt etiã cauſa finalis illius amoris
concupiſcentiæ, quo talis effectus ama
tur propter finem. Si uerò obiectum,
quod amatur propter finem, non eſt
effectus productus (ut dum proximus
amatur ab homine propter deũ) tunc
proximus, ut ſic amatus ñon habet cau
ſam finalem: ſed amor proximi: quæ
productus eſt propter amorem dei: ha-
bet cauſam finalem. I. deum. ¶ Quan- Arti. 2.
tum ad articulum ſecundum ſupponi- M
tur, ꝙ de cauſa finali dupliciter loqui
poſſumus. Vno modo de ea, q̃ eſt præ-
ſtituta ab ipſo agente particulari: ut pa-
tet ex dictis. Et iſto modo cauſæ me-
rè naturales non agunt propter finem:
quia cum non cognoſcunt (has enim
intelligo p cauſas merè naturales) nõ
præſtituunt ſibi finem, quem intendũt.
Alio modo loquimur de cauſa finali,
quæ eſt præſtituta, & intenta ab illo agẽ
te: uel ab agente ſuperiore dirigente
hanc in agendo. Quo præmiſſo po-
nuntur concluſiones ad quæſtionem
reſponſiuæ. ¶ Concluſio prima: lo- Cõcl. 1.
quendo de cauſa finali primo modo,
deus eſt cauſa finalis omnium effectuũ
a cauſis ſecũdis productorũ. Probatur:
quia cauſæ merè naturales agentes
effectus non cognoſcũt, nec amãt deũ,
igitur non intendũt deum, tanquã cau
ſam finalem ſuarũ operationum. Con-
ſequentia tenet: quia ad hoc, ꝙ aliqd
ſit finis primo mõ oportet eum pręco-
gnoſci, & amari: & ꝓpter ipſum, ut ama
tũ cãm pticularem agere, ut patet ex

Cōcl.2. prę miſſis ¶ Scđa concluſio. Deum eſſe
cauſam finalem omnium effectuum nō
poteſt euidēter rōne naturali probari.
Probatur: quia nō poteſt probari rōne
naturali, ꝙ deus propter amorē ſui pro
ducat omnem effectū: tum quia nō pōt
ꝓbari, ꝙ ꝓducat extra ſe. Nec ꝙ produ
cat effectū ad intra: quia illud falſum ē:
cum quicquid in deo eſt: deus eſt, & æ-
ternū eſt. Nec pōt hoc ꝓbari de cauſis
ſecundis nō cognoſcentibus: ut patet
Cōcl.3. ex concluſione prima. ¶ Tertia conclu
ſio. Deum eſſe cauſam finalem omniū,
certa fide eſt tenendum. Patet: quia
deus operatur omnia in omnibus, &
nō irrationabiliter: ergo propter finē.
Vel ergo propter finem, qui eſt ipſe, uel
propter finem aliū ab ipſo: Si primum:
habetur propoſitum. Secundum dici
non pōt: quia cū finis (ſaltem ultimus)
amatur amore amicitiæ, quæ eſt amor
fruitiuus: deus frueretur alio a ſe, qđ ē
impoſſibile: ut declaratum eſt in j. diſt.
j. Item probatur concluſio auctorita-
te ſcripturæ. Prouer. xvj. Vniuerſa pro
pter ſemetipſum operatus eſt dn̄s. &
Rom. xj. Ex ipſo, & per ipm̄: & in ipſo
ſunt omnia. Ex ipſo, tāquā primo effi-
ciente. Per ipm̄ tanquā perfectiſſimo
exēplari. In ipſo, tanquā in ultimo, &
optimo fine. unde. Orige. ſuper locum
iſtum: ꝙ dicitur in ipſo, ꝑfectio omniū,
& finis deſignatur, Item Apocal. j. Ego
ſum alpha, & o: principium, & finis:
dicit dn̄s. Ad idem magiſter in textu.
Arti. 3. ¶ Quantum ad tertium articulum, du-
Dub. 1. bitatur primò contra illud quod dictū
N eſt in primo notabili; de amore con-
cupiſcentiæ, & nolitione: ꝙ præſuppo-
nunt alios actus in uoluntate. ſ. amor
concupiſcentiæ amorem amicitiæ, &
omnis nolitio uolitionē: & ita neuter
pōt eſſe primus actus uoluntatis. Nam
omne oſtēſum, & dictatum a ratione,
ante omnem actum uolūtatis pōt uolū
tas uelle: ſed ante omnē actum uolun-
tatis, pōt ratio apprehēdere, & dictare,
quòd proximus diligendus eſt propter
deum, ergo huic poteſt ſe uoluntas cō
formare, & proximū ꝓpter deū dilige-
re. Et hic actus erit primus actus uolun-
tatis: & eſt amor concupiſcentiæ: ergo
amor concupiſcentię non præſuppo-
nit neceſſariò alium actum uolunta-
tis, puta amorem amicitiæ. Simili-
ter non ratio poteſt dictare ante omnē
actū uoluntatis, pctm̄ eſſe odiendū pro
pter deū: & tūc uolūtas cōformando ſe
huic dictamini poteſt nolle peccatum:
& ſi nolle erit primus actus. ¶ Item ra-
tio poteſt dictare aliquid abſolute eſſe
nolendum: & ita nolitio erit ſimplici-
ter primus actus uoluntatis. ¶ Ad hoc
dubium reſpondetur poſt Ockam ubi
ſupra, ꝙ amor concupiſcentiæ, quæ eſt
amor cōcupiſcentiæ tantum: ille præſup
ponit neceſſariò amorem amicitiæ. Pa
tet, quia talis cauſatur ab amore amici-
tiæ. Nam diligere aliquid abſolutè, nō
eſt amor concupiſcentiæ: ſed amici-
tiæ. Diligere autem aliquid propter al-
terum, eſt amor cōcupiſcentiæ. Hoc au
tem diligere propter aliud: non po-
teſt intelligi, niſi propter aliud uolitū,
ſeu etiam nolitū eodem actu uel alio.
Si eodem: non erit amor concupiſcen
tię tātū: quia terminatur ad duo obie-
cta; Si alio habetur propoſitum, ꝙ actū
alium præſupponit. Suo modo de no-
litione, quæ eſt nolitio tantū. Conce-
ditur ergo, ꝙ primus actus uoluntatis
pōt eſſe amor concupiſcentiæ, quæ ſi-
mul eſt amor amicitię: aut nolitio, quæ
ſimul eſt uolitio. Sed ille actus ęqui-
ualet duobus, ut dictum eſt. Sed ad
hoc, quod additur, ꝙ ratio poteſt di-
ctare aliquid abſolutè eſſe nolendū an-
te omnem actum uoluntatis &c. Con
cedunt quidam: & propter hoc dicunt
ꝙ etiam actus nolēdi tantū, poteſt ſim
pliciter eſſe primus. ¶ Sed quia hoc ui-
detur eſſe contra experientiā propriā,
poteſt dici negando illud, ꝙ ratio poſ-
ſet &c. Ratio: quia non poteſt intelle-
ctus oſtendere, uel dictare aliquid eſſe
nolēdū; niſi ſub ratione mali. Neque uo
luntas poteſt aliquid odire, uel nolle
actu poſitiuo: niſi ratione mali, ueri,
uel apparentis. Cum autem ratio ma-
li non eſt niſi apprehenſio alicuius, ut
priuantis,



priuantis, uel impedientis bonum, ſeu
repugnantis eidem (quia nihil eſt ſim-
pliciter, & eſſentialiter malum) non
fertur uoluntas in illud obiectum: niſi
ſimul feratur in bonum, quod priuat:
habebit igitur actum reſpectu boni:
propter cuius priuationem obiectum
oſtenſum apparet malum. Actum di-
co, uel eundem: quo uult malum pro-
pter boni priuationem ad utrūque ter-
minatum. uel alium actum diſtinctum
terminatum ad bonum tantum. Ita ui-
Dub. 2. detur probabiliter poſſe dici. ¶ Secun-
O dò dubitatur contra hoc, quod dictum
eſt in tertio notabili: ꝙ cauſa finalis
cauſat etiam, quando non eſt. Nam qđ
non eſt: nullius eſt cauſa. Probatur. Nā
oīs cauſa terminat dependentia ſui cau
ſati. nihil quod non eſt: terminat de-
pendentiam cauſati: igitur nihil, quod
non eſt ē cauſa. Diſcurſus eſt in came
ſtres. Maior patet: quia omne cauſa-
tum eſſentialiter dependet ad ſuam
cauſam. Minor eſt manifeſta, ut ui-
detur: quia res realiter exiſtens quan-
tum ad ſuum eſſe reale non poteſt de-
pendere a non ente: ¶ Item tale non
exiſtens, aut cauſaret per realitatem
propriam: & illam non habet, uel per
ſupplens uicem eius, ſcilicet amorem,
quo amatur ab agente ſed hoc non:
quia amor ille eſt cauſa efficiens illius,
cuius finis amatus eſt cauſa finalis.
¶ Ad illa dicendum, ꝙ finis eo mo-
do, quo finit, ſeu finaliter cauſat, ter-
minat etiam dependentiam cauſati.
Cauſat autem, quando non eſt in re:
dumtamen amatur ab efficiēte: & eo-
dem modo terminat depēdentiam ſui
cauſati. Nā illa depēdētia cauſati nihil
aliud eſt, niſi cauſatū nō potēs eſſe non
poſita cauſa eo modo, quo cauſa. Et
terminare dependentiam, eſt cauſam
poni, eo modo, quo cauſat. Cum er-
go finis amatur ab agente ita, ꝙ ꝓpter
ipſum producit effectum, finis cauſat fi
naliter eundem effectum, & poſitus eſt
eo modo, quo cauſat: & per hoc ter-
minat dependentiam effectus cauſati:
quia nō eſſet effectus realiter, niſi finis
amaretur. Poteſt autem amari non exi
ſtens: ergo poteſt & terminare dependē
tiam non exiſtens. Neganda igitur eſt
minor rationis cum ſua probatione.
Ex illo ſequitur, ꝙ ſtat cauſatum eſſe
realiter, & actualiter: & ſuam cauſam a
qua dependet non eſſe. Secundò, ꝙ cau
ſatum poteſt præcedere ſuam cauſam
duratione: patet ex dictis. ¶ Ad ſecun-
dum dicitur, ꝙ cauſat per realitatem
propriam, quia per realitatem propriā
amatur ab agente: nec impedit, ꝙ illam
non habet in actu, ſiue in re: ſufficit, ꝙ
eam habeat in agentis uoluntate: hoc
eſt, ſufficit ꝙ ametur ab agente. Et ue-
rum eſt, quod aſſumitur, ꝙ amor finis
non eſt cauſa finalis: ſed efficiens eius,
cuius eſt cauſa. Et ideo non ualeret, ſi
quis dicere uellet: ꝙ finis non exiſtens
non eſſet cauſa finalis effectus produ-
cti: ſed eius amor, qui uere eſt in agēte:
quia propter illum amorem non produ
citur effectus: ſed propter finem ama-
tum. Non eſt ergo amor finis cauſa fi-
nalis: ſed magis eſt cauſa efficiens. ¶ Ter
tiò dubitatur contra cōcluſionem. Nā
naturali ratione probari poteſt, ꝙ om-
nis effectus habet cauſam finalem: & nō
aliam, niſi deum. Antecedens pro pri-
ma parte probatur. Tum quia, quod re-
ſpondetur ad quæſtionem propter quā
cauſam fit effectus eſt cauſa finalis: ſed
de quolibet effectu ſic quæri poteſt, &
aptè reſponderi. Tum quia aliter ſalua-
ri non poteſt, quare aliquis exit de po-
tētia ad actum nouiter. Tum quia alias
omnia agentia agerent a caſu: quia nō
propter certum finem. Tum quia agen
tia naturalia agerent per determinata
media: quæ utique non determinantur
niſi a fine. Tum quia alias in actione na
turę eſſet error. ¶ Ad illud dubium dici
tur: ꝙ non poteſt ſufficienter demon-
ſtrari per principia per ſe nota per ex-
perientiam: ꝙ agens de neceſſitate na
turæ agat propter finem præſtitutum
a uoluntate: quia actio talis ſine uaria-
tione agentis, uel paſſi, uel concurren-
tis ad actionem nunquam uariatur: ſed
ſemper uniformiter ſequitur actio. Et

ideo non poteſt probari ꝙ tale agens agat propter finem. Rationes uero adductę, & cæterę rationes philoſophi concludunt ſolum de agente, ꝙ poteſt ſine uariatione agentis concurrentis, & paſsi, & aliarum diſpoſitionum ceſſare ab actione, peccare, & errare: & hoc ſolum poteſt agens liberum. Vnde ad primum diceret ſequens rationē naturalem: ꝙ illa quæſtio non haberet locum in agentibus naturalibus; quia diceret, ꝙ nulla eſſet quæſtio. Propter quid ignis generatur: propter quid ſol lucet, &c. ſed ſolum in uoluntarijs habet locum. Vt quare illi pugnant, Reſpondetur, ut dominētur, In uoluntarijs euidenter, & per experientiam probari poteſt, ꝙ agens liberum agit propter finem: quia experimur, ꝙ omnibus alijs eodem modo ſe habētibus: nunc agit, nunc nō agit, quia non amat finem: nec nō amat, ſeu intendit finē. Et ita agentia uoluntaria agunt propter cauſam finalem, quandoque diſtinctam ab agente, quandoque non diſtinctam. ¶ Per hoc ad ſecundum, ꝙ agens naturale non exit de nouo de otio ad actum, niſi quia nunc amotum eſt agendi impedimentum per approximationem paſsi, aut diſpoſitionis requiſitę, aut alterius huiuſmodi. ¶ Ad tertium, quartum, & quintum dicitur, ꝙ agens naturale ex natura ſua determinatur ad certum effectum, ita ꝙ non poteſt cauſare oppoſitum; ſimiliter ad certa media, ſimiliter in naturali actione error contingere non poteſt: quia ſemper neceſſariò id efficitur: quod ſecundum diſpoſitionem cauſarum concurrentium fieri poteſt. Et licet aliquando effectus producitur imperfectus: aut cum diſpoſitione diſconueniente ſpeciei: hoc tamen non eſt ex errore agentis: ſed ex impedimēto, uel defectu alicuius requiſiti ad agendum: ut in monſtro.

Semper autem agit de
poſſibilibus natura,
quod melius
eſt.

## QVAESTIO. VI. A

QVAERITVR ſextò circa ultimam partem huius diſtinctionis: in qua magiſter tangit diſtinctionem naturæ angelicę; & animæ intellectiuę. Vtrū angelus, & anima intellectiua diſtinguantur ſpecie. ¶ Pro reſponſione ſupponitur ex prædictis lib. j. diſt. ij. q. ij. & diſt. ix. ꝙ idem, & diuerſum ſunt paſsiones immediatè conuenietes illis quibus conueniunt. Supponitur ſecundò, ꝙ diſtinctio ſpecifica poteſt attribui rebus uel ſignis, hic de rebus. Res autem diſtingui ſpecie poteſt dupliciter intelligi, uel ſcilicet ſpecie eſſentiali: uel ſpecie accidentali. Specie eſſentiali diſtinguuntur, quæ non ſunt ſub eadē ſpē ſpecialiſsima abſoluta. Vel quę ſunt ſub diuerſis abſolutis ſpeciebus ſpecialiſsimis: ut homo, aſinus, ſortes brunellus, ſit brunellus nomen proprium equi. Specie accidentali diſtinguuntur, quæ ſunt ſub diuerſis ſpeciebus accidentaliter. i. connotatiuis: ut homo albus: homo niger. Et de iſta diſtinctione ſpeciuoca accidentali non quærit quæſtio: quia ſic animæ intellectiuę inter ſe differunt ſpecie accidentali: pro quanto una eſt informata aliquo habitu ſcientiæ, uel uirtutis: quo alia caret. ¶ Supponitur tertiò, ꝙ diſtinctio ſpeciuoca non eſt niſi reſpectu ſingularium: & non rerum uniuerſalium: quia nullę ſunt res uniuerſales: ut diffuſè probatū eſt diſt. ij. primi. Nō tamen per hoc uolo excludere terminos, quo diſtinguūtur numero ſpecie, & genere: ſed oēs termini sūt res ſingulares. Vñ res ſingulares diſtinguūtur ſpecie abſoluta: q̄ ſignificātur ꝑ diuerſas ſpecies abſolutas ſpecialiſsimas: ut hic hō: hic aſinus. Dicit̃ ſignāter ſpecialiſsimas: qa duo hoies, q̄uis ſignificātur ꝑ illas ſpecies, hō aīal: tñ nō differūt ſpecie abſoluta, uel eſſentiali, quia animal nō eſt ſpecies ſpecialiſsima: ſed ſubalterna. ¶ Iſtis ſuppoſitis ē hęc prima cōcluſio. (Cōcl. 1. B) Angeli: & aīę intellectiuę diſtinguū



tur ſpecie eſſentiali. Illa concluſio ab omnibus eſt conceſſa; & probatur: quia quęcunque ſic ſe habent, ꝙ aliqua conueniunt illis ſecundum naturā, qua nō conueniunt alijs, differunt ſpecie: ſed poſſe perficere corpus, tanquam forma materiam conuenit animabus intellectiuis, & nullis angelis, ergo differunt ſpecie. Conſequentia nota cū minore. Maior patet: quia non eſt aliud mediū arguendi differentiam ſpeciuocam, niſi ex operationibus, aut proprietatibus naturā rerum cōſequentibus. Cum .n. pro ſtatu iſto eſſentias rerum abſolutè, & nudè cognoſcere non ualemus: illas per operationes, & proprietates arguere oportet. ¶ (Cōcl. 2) Secunda concluſio. Anima intellectiua, & angelus ſeipſis diſtinguuntur ſpecie: & non per aliquas realitates ſuperadditas. Probatur ex primo notabili. Nam eſſe diſtinctum immediatè cōuenit rei: & per cōſequens nō per aliquid ſuperadditum. Item illud ſuperadditum, aut eſſet extrinſecum: aut intrinſecum. Non extrinſecum: quia per extrinſecum non poſſunt res diſtingui eſſentialiter, ſiue ſubſtantialiter. Nec intrinſecū: quia tunc eſſet pars animæ, aut angeli ſicut forma, uel materia cōpoſiti. conſequens, falſum cum tam anima, quàm angelus eſt ſubſtantia ſimplex non habens partes. ¶ Sed hic (Dub. 1 C) ſunt aliqua dubia. Primum contra concluſionem primam. Nam quorū ultimū complementum eſt unum ſpecie: ipſa ſunt unum ſpecie. ¶ Similiter quorū optimū naturale eſt unum ſpecie, ipſa ſunt unum ſpecie, ſed eadem eſt uiſio animę beatifica, & angeli: quę eſt ultimum complementum, ad quod ordinatur tam anima, quàm angelus, & ipſa beatitudo eſt optimum utriuſque. ¶ Itē beatus Auguſt. iij. de libe. arbit. Angelus, & anima ſunt natura pares, officio impares. Diſtinctio autem ſpeciuoca ſequitur naturam. ¶ Itē contra probationem eiuſdem concluſionis, perficere materiam accidit animæ intellectiuæ: ut patet de ſeparata, ergo non arguit differentiam ſpeciuocam eſſentialem, alioquin anima ſeparata, & coniuncta differrent ſpecie. ¶ Ad primum dicitur de ultimo complemento, uel per ultimum complementum intelligitur aliquid intrinſecum, & eſſentiale rei: ſic forma ſpeciuoca dicitur ultimum complementum compoſiti. Aut intelligitur aliquod extrinſecum, ad quod res ordinatur, tanquam ad finem. Primo modo conceditur maior, & negatur minor: pro ea parte, ꝙ beatitudo, ſiue beatifica uiſio ſit ultimum complementum animæ, & angeli: quia uiſio beatifica nihil eſt animæ, neque angeli; ſed eſt forma quædam accidentalis accidentaliter perficiens ſubiectū beatum, animam ſcilicet, uel angelum. Si ſecundo modo: negetur maior; quia ſic deus, qui eſt finis omnium; unus eſt ſpecie & numero: in quem completiuè. i. tanquam in finem omnia ordinantur. Nec tamē ideo omnia ſunt unū ſpecie. Suo modo dicatur de optimo. ¶ Ad auctoritatē beati Augu. dicitur, ꝙ loquit̃ de paritate naturæ, quantum ad obiectum, in quo quietantur. Et ita omnes naturæ intellectuales ſunt pares: quia non quietantur, niſi in obiecto infinito. Non tñ ꝓpter hoc uult, ꝙ naturę, tales ſint eędē ſpecie: quia neque angeli ſunt eiuſdem ſpeciei. ¶ Ad tertium dicitur, ꝙ uerum eſt, ꝙ perficere actualiter materiam accidit animæ: nec ex hoc arguit̃ diuerſitas ſpecifica, ſed poſſe perficere eſt eſſentiale animę, quia impoſsibile eſt animā eſſe, quin poſsit perficere materiā. Inclinatio enim animæ ad corpus non ſeparatur ab anima: manet enim in anima ſeparata. Verius eſt ipſamet anima nata naturaliter inhęrere materię. ¶ Contra ſecundam concluſionem dubitatur. (Dub. 2. D) Nam quęcunque differunt ſpecie; per differentias ſpeciuocas differunt; ſed neque angelus, neque anima intellectiua habēt differētias ſpeciuocas: cū ſint res ſimplices nō habentes partes; & differentia importat partem rei; ergo non differunt ſpecie. Maior probatur; quia ſicut omnia alba albedine ſunt alba; ita omnia

diſtincta, aut differentia differunt differentia. ¶ Item ſecunda concluſio eſt contra probationem primæ concluſionis. Nam ſi ſeipſis diſtinguuntur: nō diſtinguuntur per poſſe perficere materiam: & tamen per poſſe perficere materiam probatur diſtinctio. ¶ Ad primum illius dubij dicitur diſtinguendo maiorem, ratione illius termini differentias ſpeciuocas, quia poteſt accipi logicaliter pro differentia, quæ eſt prędicabile, & ſic negetur. Multa enim differunt, & diſtinguuntur: quæ non habent differentias, ut ſubſumitur in minore: immo ſic nullæ res differunt per differentias: quia differentiæ ſic capiēdo ſunt omnino extrinſecę rebus: & reſpoſſunt eſſe, & diſtingui circumſcriptis quibuſcunque talibus differentijs, ſicut generaliter ſignatum poteſt eſſe ſine ſigno: licet differentia illo modo poteſt eſſe medium arguendi aliqua differre. Alio modo poteſt accipi realiter, pro re illa, qua una res differt ab alia, & tunc conceditur maiòr, & in propoſito anima & angelus ſunt illę differentiæ, quibus differunt, quia ſeipſis differunt. Et tunc neganda eſt minor: ꝙ non habent differentias: quia habent ſeipſas. uerius ſunt met differentiæ, quibus differunt. Probatio autem minoris procedit de differentia logicali. Ad probationem maioris in ſenſu, quo negata eſt dicitur, ꝙ nulla eſt ſimilitudo. Eſt enim tale argumentum: res albæ ſunt albę albedine reali: igitur res differentes differunt differentia logicali. ¶ Ad ſecundum dicitur, ꝙ ſeipſis diſtinguuntur, ſed illa diſtinctio a nobis arguitur, & cognoſcitur per aliqua extrinſeca. ſicut generaliter ſubſtantię a nobis cognoſcuntur per accidentia. Et ideo illa conditionalis falſa eſt. Si diſtinguuntur ſeipſis: non diſtinguuntur per poſſe perficere. Nam ut dicitur in prologo. quæſtio. xj. Aliqua diſtingui per aliqua multipliciter intelligitur: uel intrinſecè, & formaliter, uel cauſaliter, uel argumentatiuè &c. ¶ Præterea poſſe perficere materiam non diſtinguuntur ab anima, ſed eſt ipſamet anima potens perficere. Vide etiam Ockam quodlibet. iiij. q. 1.

## DISTINCTIO. II.

POSTQVAM magiſter in præcedenti diſtinctione egit de creatione in generali: hic incipit agere de creaturarum productione in ſpeciali. Et primo de creatura purè ſpirituali in. x. ſequenti. diſtin. deinde de purè corporali per. iiij. diſt. a. xij. uſq; ad xvj. Tertiò de creatura ex ſpirituali, & corporali compoſita. hoc eſt de homine: a diſt. xvj. uſq; ad finem libri. ¶ Circa naturam purè ſpiritualem, quæ eſt natura angelica. Primò determinat de eorum creatione: & his, quæ conueniunt eis ex eorum productione. Secundò de creatorum habitudine ad deum, & creaturam ex eorum conuerſione, & auerſione diſt. v. ¶ Circa primum tria principaliter inueſtigat. Primò creationis tempus, & locum quando, & ubi ſint producti. Secundò creatorum qualitatem: an producti ſint boni aut mali. diſt. iij. Tertiò uirtutis quantitatem, an orti ſint perfecti, uel imperfecti. diſt. iiij. ¶ In hac ergo ſecunda diſt. ſunt duæ concluſiones principales. Prima. Angelica natura, & corporalis. iiij. elementorum, confuſa materia: ſimul cum tempore: non ex tempore, nec in tempore, in principio ſunt creata. Cum tempore dicit, quod ſimultatem importat. Non ex tempore, nec intelligitur ordo prioritatis temporis ad alia creata. Nęc in tempore: ne deſignetur exceſſus temporis, ſicut continentis ad contenta in ea. ¶ Secunda concluſio. In cælo empyreo, & cum illo omnes angeli ſimul ſunt creati. In quo cæteris manentibus, ſuperbientes ſunt prolapſi. Has concluſiones auctoritatibus probat, & deducit.



### QVAESTIO. I.

QVAERITVR igitur primò utrū tēpus ſit menſura angelorū. Iſta quęſtio etiā mouetur, & determinatur ab Ockam in ij. q. xiij. Sed quia quæſt. pro ſua deciſione, plura ſupponit ex naturali philoſophia, & metaphyſica: quæ hic fundare prolixum foret: ideo

Arti. 1. neceſſaria ſummariè tangentur. ¶ Quia

Not. 1. ergo titulus comprehendit tempus, & menſuram. Tempus quoque per menſuram deſcribitur. iiij. Phyſi. Ideo notandum eſt poſt Ockam. q. xj. ſecundi, in qua quæſtione, & alijs ſequentibus, ac præcedentibus plura ad propoſitum ualētia latè determinat, & in phyſica ſua. Notandum itaque eſt circa illum terminum, menſura: ꝙ ſecundum philoſophum. x. Metaphy. menſura eſt id, quo res cognoſcitur. Dicit enim: metrum eſt, quo primò unumquodque cognoſcitur. ¶ Poteſt autem res cognoſci tripliciter: & ſecundum hoc tripliciter aliquid dicitur menſura rei: Primo modo menſura rei eſt cauſa efficiens cognitionis apprehenſiuæ rei: hoc eſt cognitionis, qua res primò apprehenditur. Iſto modo intellectus eſt menſura rerum, quas intelligit, ſimiliter & ſpecies rei ſi ponatur, ſimiliter & obiectum, quod eſt res ipſa intellecta: quia illæ ſunt cauſæ partiales efficientes cognitionis rei. Et ita intelligitur dictum philoſophi, ꝙ obiectum eſt menſura cognitionis. Secundo modo accipitur menſura pro illo, quod ducit in rememorationem alicuius prius noti. quo modo dicimus, ꝙ imago petri repræſentat Petrum. Et ſic repræſentans poteſt dici menſura repręſentati. Iſti duo modi menſuræ ſunt generales modi accipiendi menſuram: & communes tam quantitati, quàm alijs a quantitate. Tertiò modo accipitur propriè pro illo, quod ducit in cognitionem quantitatis alterius. Vnde Phyſic. ubi ſupra. Metrum eſt primum uniuſcuiuſque generis: & maximè propriæ quantitatis. Hinc enim uenit ad alia. Metrum enim eſt, quo quātitas cognoſcitur; & ille modus eſt ad propoſitum. Sic autem menſura pręſupponit cognitionem rei menſuratæ in ſe, & notificat eius quantitatem. Vnde quando res primò nota eſt ſecundum ſuam eſſentiam, & tunc illud, per quòd intellectus certificatur de eius quantitate, propriè dicitur menſura illius. Exēplum: ut ſi pānus primò notus eſt, quia pannus, & per applicationem ulnæ notificatur eius quantitas ſecundum lōgitudinem, ulna eſt menſura longitudinis panni. Ex quo patet, ꝙ menſuratū poteſt eſſe prius cognitione ſecundum ſe, quàm menſura, licet non ſecundùm quantitatem. ¶ Et quia quadruplex eſt quantitas: ſcilicet quantitas multitudinis, extenſionis, durationis, & perfectionis: ſecundum hoc quadruplex eſt menſura. Quadruplex quantitas. Sic in exemplo primo modo unum eſt menſura multitudinis, & numeri. Secundò modo ulna panni. Tertiò modo tempus motus. Et quarto modo perfectius minus perfecti, quo modo deus poteſt dici menſura omnium: pro quanto una res eſt perfectior. quæ magis accedit ad perfectionem dei, quàm alia: & albedo reſpectu colorum. Et enim albedo hoc quarto modo menſura colorum: ſi per eius cognitionem intuitiuam: & per cognitionem aliorum colorum poteſt quis cognoſcere, ꝙ aliquis color ſit perfectior alio, puto rubedo nigredine. per hoc ꝙ unus plus accedit ad perfectionem albedinis, quàm alter, et illo quarto modo menſura eſt perfectior menſurato. In alijs modis non oportet, patet diſcurrendo per eos. Nam quod eſt minimum, eſt menſura cæterorum ſecundum extenſionem, numerum, & durationem: & ita non perfectius. Item menſura quandoque eſt tantum in anima: quandoque in re extra. Exemplum primi: ut ſi geometra perfectus per numerum, uel quantitatem imaginatam menſurat quantitatem extra: ſic numerus numerans quā

eſt conceptus in anima, eſt menſura multitudinis extra. Et ſimiliter unitas, quæ eſt conceptus mentis eſt menſura numeri numerati. Et de illo numero intelligitur illud philoſophi: ꝙ idem eſt numerus. x. hominum &. x. canum. Nunc autem non oportet conceptum mentis eſſe perfectiorem rebus numeratis: immo ſi conceptus habet tantum obiectum in anima; ut patuit in primo. conceptus eſt imperfectior omni realitate extra animam. ¶ Menſura autem, quæ eſt extra animam: quandoque eſt minor, quandoque æqualis menſurato; & tunc non eſt perfectior. Poteſt etiam aliquando eſſe maior: ut ſi ulna una menſuratur pannus longior ulna, & pannus æqualis: & alius pannus minoris longitudinis, & non oportet ulnam eſſe perfectiorem panno, neque ſimpliciter, neque quo ad quantitatem. ¶ Verum, ꝙ ſemper menſura eſt notior menſurato: & hoc quantum ad eius quantitatem. Patet, quia per minus notum non cognoſcitur magis notum. ¶ Ex quo ſequitur, ꝙ menſura, & menſuratum diſtinguuntur. Patet, quia idem ſeipſo non poteſt eſſe notius: ſed menſura notior eſt menſurato. ¶ Veruntamen non oportet menſuram eſſe diſtinctam ab omnibus partibus menſurati. Nam quandoque unum, quo menſuratur multitudo eſt pars multitudinis numeratæ: & non unum determinatè: ſed accipiendo unum poſt aliud, quouſque deuenitur ad totam congregationem multitudinis. Sic & menſura magnitudinis, quandoque eſt diſtincta a tota magnitudine, & ab omnibus partibus: ut ulna a panno. ¶ Quandoque eſt pars determinata magnitudinis menſurandæ; quando ſcilicet quantitas certæ partis eſt notior quantitate totius magnitudinis, ſemper tamen menſura diſtinguitur a menſurato ad minus, ſicut pars a ſuo toto. Et hoc uerum eſt reſpectu eiuſdem: quia reſpectu diuerſorum, idem poteſt eſſe menſura, & menſuratum: reſpectu quorum unum eſt notius alio, & ecõuerſo, ut reſpectu unius, motus aliquis poteſt eſſe menſura temporis certi: & reſpectu alterius illud tempus menſura eiuſdem motus. Et ſi alicui operatio ſua quantum ad durationem notior eſt tempore, per operationem ſuam menſurat tempus; & alteri tempus notius tali operatione; ſimiliter in magnitudine contingere poteſt. Ex illis etiam patet, ꝙ res ſecundum ſubſtantiam ſuam abſolutè menſurari non poteſt, quia ut ſic conſiderata, non eſt, nec habet quãtitatem. Non enim eſt de ratione ſubſtantiæ, quòd ſit magna, multa aut tantæ durationis, uel perfectionis.

Secundò notandum poſt Ockam in ij. quæſtio. ix. ubi de motu latam habet quæſtionem, ex quo tempus etiam per motum deſcribit, ꝙ de motu duæ ſunt opi. famoſæ; quarum quælibet a ſuis imitatoribus putatur fuiſſe Philoſophi. ¶ Vna, quòd motus eſt quædam realitas diſtincta a mobili, & termino inhærens mobili: quæ ſecundum aliquos eſt accidens abſolutum; ſecundum alios reſpectiuum: ſecundum utroſque tamen eſt res purè ſucceſſiua, cuius eſſe conſiſtit in continuo fieri; & cuius partibus ſecundum durationem repugnat eſſe ſimul in actu. Alia opinio Ockam: quod motus non dicit aliquam realitatem diſtinctam a permanente, & permanentibus. Quodque præter res permanentes nulla res talis ſucceſſiua ſit ponenda: cuius partibus repugnet ſimul eſſe in actu.

Nota. 2
D

Nam uocando rem ſucceſſiuam rem aliquam: cuius partibus repugnat contradictoriè ſimul eſſe in actu, nulla omnino res eſt ſucceſſiua, quia cuiuslibet rei habentis partes, partes poſſunt eſſe ſimul per diuinam potentiam. De motu alterationis manifeſtum eſt; ꝙ partes formę ſucceſſiuè acquiſitæ ſimul manent. De motu locali, licet pars ſpatij acquiſita mobili, non manet cum acquirenda: hoc eſt, ꝙ mobile localiter motum ſuper ſpatio acquirens alium locum priorem dimittit: tamen



manens in priori: poteſt acquirere aliũ locum. Poteſt enim res ſimul eſſe in diuerſis locis per potentiam diuinã. ¶ Vnde licet de ratione motus ſit, ꝙ pars formę, uel loci diuiſibilis acquiratur mobili, cum negatione alterius partis acquirendę, ita ꝙ ſemper durante motu acquiratur pars, quæ prius non fuit acquiſita mobili. Accidit tamen motui omnino, ꝙ pars acquiſita prior, adueniẽte ſecunda corrumpatur. Sed prout cõceditur eſſe ſucceſſiuum, illud dicitur ſucceſſiuum, cuius pars ante partem ſit, uel alicui acquiritur: & nulla ſimul cum alia acquiritur: Et ſic ſucceſſiuum, & permanens non diſtinguuntur ex oppoſito: ſed cõueniunt eidem. Forma enim diuiſibilis, quæ acquiritur per partem, poſt partem (gratia exempli.) Caliditas eſt res permanens, & etiam ſucceſſiua, etiam ſi ſemper adueniente poſteriori caliditatis gradu, prior corrumperetur. Eſſet enim talis forma res ſucceſſiua, quia pars poſt partem acquiritur. Eſſet etiam permanens, quia partes poſſunt eſſe ſimul: licet de facto non manerent ſimul. ſicut in mobili locali locus poſterius acquiſitus nõ manet cum priore, poteſt tamen manere, ut dictum eſt. Et illo modo de ſucceſſiuo loquitur philoſophus, & commen. & cæteri auctores. ¶ Huius opi. duo ſunt principalia motiua. Primum de motu locali, ubi minus apparet: quia deus poteſt mobile in certo loco exiſtens: facere præſens, & coaſſiſtens de nouo alteri loco (ſiue dimittat priorem locum ſiue non: nihil refert) abſque alia re de nouo producta, exiſtente ſolo mobili: & loco uero, uel imaginario. In quo caſu mobile mouetur localiter ſine tali re ſucceſſiua: quam alia opinio dicit eſſe motum: igitur. Maior patet: quia hoc poſſe nullam includit contradictionem. Minor patet: quia in tali caſu mobile continuè acquirit locum quem prius non habuit, igitur mouetur localiter per diffinitionem motus. Item in caſu, mobile mutatur ſucceſſiuè, igitur mouetur: quia omnis mutatio ſucceſſiua eſt motus. ¶ Secundum: quia motus ſi eſſet res diſtincta a mobili, & termino poſſet eum conſeruare in mobili ſine termini acquiſitione, uel ſine termino de nouo acquiſito, quia eſt prior termino, quia uia ad terminum: & omne abſolutum prius deus poteſt conſeruare ſine poſteriori. In quo caſu eſſet motus in mobili: & tamen mobile non moueretur localiter: quia non acquireret alium locum. Conſequens eſt impoſſibile: ſicut impoſſibile eſt albedinem eſſe in ſubiecto, & ſubiectum non eſſe album. ¶ Ex quibus manifeſtè ſequitur, ꝙ ad hoc, ꝙ aliquid dicitur moueri: neque motus talis diſtinctus requiritur, neque ſufficit: cum tali re non exiſtente mobile mouetur: & ea exiſtẽte mobile non mouetur in caſibus poſitis. unde omnino fruſtra poneretur. Omnia etiam facilius ſaluantur non ponendo rem talem, quàm ponendo. ¶ Si diceres: cum ergo omnes concedunt motum eſſe, & mutationem, quid ergo eſt motus, ſeu quæ res. Reſpondetur ſicut de alijs abſtractis cònnotatiuis: ꝙ poteſt dici, ꝙ motus eſt realiter ipſum mobile, acquirens ſucceſſiuè partem formę, uel loci: & tunc idem erit motus, & motum. Vel dicitur, ꝙ ſupponit pro mobili, & termino ſucceſſiuo acquiſito. Et ita non eſt quid unum: ſed ſimul ſubiectum mobile, & terminus qui ſucceſſiuè ſubiecto acquiritur. Per ſubiectum intelligo mobile.

Nota. 3
F

¶ Tertiò notandum ſecundum eundem quęſtio. xij. ſecundi: ubi latè diſputat de tempore, ſi diſtinguitur a motu, &c. circa illum terminum tempus: quod ſecundum omnes tempus eſt menſura ſucceſſionis ideſt prioris, & poſterioris, ſed prius, & poſterius eſſe non poſſunt ſine motu: ideo dicitur. iiij. Phyſi. ¶ Tempus eſt numerus ideſt menſura diſcretiua motus ſecundum prius, & poſterius i. ſecundum durationem, cui correſpondet prius, & poſterius. ¶ Accipitur autem tempus quandoq; propriè: quandoq;

Tempus quõ

*accipitur, et quotuplex.*

impropriè. Propriè quando dicit menſuram: impropriè quando dicit partes ſuccedentes: ſed non per modum menſuræ. ¶ Propriè dicitur tripliciter. Vno modo ſtrictiſsimè pro motu uelociſsimo, & maximè noto: ſiue ſit motus octauæ ſphere ſiue nonæ, ſiue ſolis, ſiue lunæ: qui eſt nobis maximè notus: quo menſuramus motus inferiores .i. certificamur de duratione motuum inferiorum. Sic per motum ſolis menſuramus operationes noſtras, & motus inferiores. Secundo modo accipitur largius pro quolibet motu: per cuius notitiam peruenire poſſumus in notitiam durationis alterius rei, uel motus. Et ſic quilibet motus poteſt eſſe tempus, inquantum per ipſum cognoſci poteſt duratio alterius minus nota. Et hoc modo motus horologij arenoſi: uel per pondus, eſt nobis tempus menſurans alios motus, & operationes: etiam motum ſolis, uel lunę: ſic ſcriptio unius chartæ, uel folij (ſi eius duratio eſt mihi nota) poteſt eſſe tempus alterius motus, cuius duratio eſt ignota. Tertio accipitur pro conceptu mentis: quo imaginamur motum, & menſuramus motum extra, uel rem aliquam quãtum ad eius durationem, ſicut artifex expertus per quantitatem imaginatam, ſiue conceptum mentis, noſcit ſtatim quantitatẽ rei extra. Ita per tempus imaginatum cognoſcimus longitudinem, & breuitatem motus, uel operationis noſtræ, & aliorum. ¶ Impropriè eſt numerus: nõ ſub ratione menſuræ: tam numerus numeratus, quàm numerus numerans. Sic partes motus prior, & poſterior in ſe cõſideratæ, non ut ſunt menſura alterius poſſunt dici impropriè. Similiter conceptus mentis, quo apprehendimus partes priores, & poſteriores: eaſq; numeramus: inquantum ſunt partes illius motus, non ut ſunt menſuræ, ſeu notitiæ alterius motus. Hic quidem conceptus, qui eſt numerus numerans: poteſt dici tempus impropriè. Quia tempus propriè, ut dictum eſt, includit menſuram durationis. Tempus ergo propriè eſt menſura durationis: ſiue in anima, ſiue extra. Nam extra eſt motus: intra eſt conceptus motus. Et nihil diſtinctum à motu extra, & actu numerandi, ſeu menſurandi intra, dicit tempus. Supponit enim pro motu, & connotat actum menſurandi diſcretiuum. Menſurandi dico, non durationem illius motus: ſed durationem alterius, quia nihil eſt menſura ſuijpſius. ¶ Ex illis patet, quid reſpõdendum eſt, ſi quæratur, utrum tempus habet eſſe extra, uel intus in anima: q̃a quantum ad aliquid eſt extra animam, ſcilicet quantum ad motum: & quantum ad aliquid ſcilicet rationem diſcretiuam eſt in anima. ¶ Si quęris: quæ mẽſurantur tempore. Reſpondetur, ꝙ tempus eſt primo menſura motus: quia cum tempus ſit menſura ſucceſsionis .i. prioris, & poſterioris: & illa primò, & eſſentialiter inueniuntur in motu tanquam incluſa in eius ratione: igitur eſt eſſentialiter, & primò motus. Vnde commen. iiij. Phyſi. commen. cxxxiij. dicit. Tempus menſurat motum primò, & eſſentialiter. ¶ Secundò tempus eſt menſura durationis cuiuſcunque rei permanentis creatæ. Probatur: quia duratio includit ſucceſsionem: & ita prius, & poſterius. Horum autem menſura eſt tempus: quoniam ſi aliquid fit non per inſtans tantùm durat. Duratio igitur ſignificat rem durantem, connotando ſucceſsionem in ipſa re durante: uel in alia coexiſtente actu, uel potentia. Omnis autem ſucceſsio eſt realiter motus. Sic igitur omnis duratio includit motum, qui primo tempore menſuratur. Et ideo duratio permanentis, ratione cõnotati menſuratur tempore, & ita ſecundariò. Contra duratio dei eſt deus: & eſſe dei durat: & tamen illa duratio dei nullam dicit ſucceſſionem in deo. In quo nulla eſt uiciſſitudinis obũbratio, ſed immutabilis ęternitas: ergo &c. Reſpondetur, ꝙ dicit ſucceſsionem non in deo: ſed in re coexiſtente in actu, uel potentia, aut imaginatione. ¶ Item quæcunque ſe excedunt in breuitate, & longitudine exiſtendi menſurantur tẽpore

*Tempus eſt.*



pore: ſed unius rei permanentis duratio eſt breuior alia, & alia longior: igitur. Minor nota. maior probatur: quia omnis exceſſus finitus menſurabilis eſt, igitur exceſſus durationis rei permanẽtis finitus eſt: & non niſi tempore, quia nulla alia menſura dari poteſt, qua menſuretur. Item duratio permanentis nõ dicitur breuior, uel longior: niſi quia coexiſtit longiori, uel breuiori ſucceſſioni in actu, uel potentia. Omnis autem ſucceſsio menſuratur tempore. ¶ Tertiò tempus eſt menſura quietis per accidens ſecundum commen. ubi, ſupra quia quies eſt priuatio motus. Et hæc: quandoque breuior, quandoque longior. Quieſcere enim aliquid dicitur: quia eſt ſub forma acquiſita ceſſante motu, & quies dicitur breuior, uel longior, quia quieſcens ſub tali forma ſine motu coexiſtit maiori, uel minori ſucceſsioni in actu, uel potentia. & ita maiori, uel minori tempore. ¶ Quartò dicitur, ꝙ ſubſtantia rei permanentis circumſcripta eius duratione non menſuratur tempore. Probatur: quia quicquid mẽſuratur aliqua menſura manens idem, & inuariatum ſeruat eãdem menſuram. Si ergo ſubſtantia rei menſuraretur tempore, cum illa non uariatur, ſiue duret modico, uel magno tempore haberet eandem menſuram temporis: ſiue breuius duraret, ſiue longius, quod eſt falſum.

Not. 4. ¶ Quartò notandum poſt eundem. q. x. ſecundi, ubi mouet quæſtionem. An duratio angeli differat ab eſſentia angeli, ꝙ duratio angeli non diſtinguitur ab eſſentia angeli. Patet: quia ſicut deus poteſt angelum in primo inſtanti creare ſine omni alio poſitiuo creato, ita poteſt eum perpetuò conſeruare, non cauſando aliquam rẽ de nouo. Non autem poteſt angelus conſeruari ſine duratione, igitur duratio non eſt aliquid aliud ab eſſentia angeli. ¶ Veruntamen duratio angeli nõ eſt terminus abſolutus, ſicut eſſentia angeli: ſed connotatiuus connotat enim ſucceſsionem actualem, uel poſsibilem, cui poteſt angelus coaſſiſtere. Quod patet, quia poſsibile eſt duos angelos eiuſdem ſpeciei non ęqualiter durare, puta ſi unus poſt alium crearetur: horũ eſt eandem eſſentia ſpeciei, & tamen non durant ęqualiter. Vnde de uno uerificatur, ꝙ durauit. 6000. annis. De alio, ꝙ non durauit 6000. ſed tantum 4000. annis, ſi poſt alium fuit creatus: tranſcurſis. 2000. annorum: & tamen nulla eſt uariatio in eſſentia angelorum. Nec in alio poteſt aſsignari; niſi in ſucceſsione maiori, cui unus angelus coextitit, & minori, cui alter coextitit. Nam propter hoc, tantum unus dicitur plus duraſſe, quã alius: quia unus coextitit maiori ſucceſsioni, puta 6000. annorum, quàm alius, quę coextitit motui. 4000. ¶ Non tamen requiritur neceſſariò ad durationem angeli, ſucceſsio aliqua in actu: quia ſi nulla eſſet actu, adhuc angelus duraret: ſed requiritur neceſſariò ſucceſsio aliqua actu, uel potentia. Sufficit ergo durationi angeli maiori, ꝙ coexiſtat maiori ſucceſsioni in potentia, & coexiſteret, ſi ſucceſsio maior in actu eſſet. Sic ergo duratio cõnotat ſucceſsionem actu, uel potentia. ¶ Si quæris. Quæ eſt ergo differentia inter durationem angeli, & ęternitatem dei. Nam ſic deus uideretur dici ęternus, quia coexiſtit infinitæ ſucceſsioni in potentia. Dicitur, ꝙ inter durationem angeli, & ęternitatem dei eſt multiplex differentia. Vna, quia licet angelus non poteſt durare, niſi eſſet aliqua ſucceſsio in actu, uel potentia: tamen ſucceſsio eſſe poſſet ſine coexiſtentia, & duratione angeli, quia poſſet eſſe, ſi angelus non eſſet. Nulla autem ſucceſsio eſt, uel eſſe poteſt, niſi deus ſibi coexiſtat. Item æternitas dei initio caret: non ſic duratio angeli. ¶ Item ęternitas dei eſt ſimpliciter immutabilis, & quantum ad durationem, & quantum ad durantem. Duratio angeli eſt utroque modo mutabilis: quia angelus non poteſt durare, quia poteſt annihilari: & durans poteſt mutari de cognitione, in cognitionẽ, & de affectione in affectionem. ¶ Sic-

etiam differunt eſſe, fore, fuiſſe: in an-
gelo,& deo; quia angelus poteſt fuiſſe:
& nec eſſe, nec fore: Poteſt eſſe, &
nec fuiſſe,nec fore ſi in præſenti inſtan
ti crearetur:& in eodem annihilaretur.
Poteſt fore,& nec eſſe,nec fuiſſe. Non
ſic deus, qui neceſſariò coexiſtit cui-
libet differentiæ temporis. Nec poteſt
non eſſe, aut non fuiſſe, aut non fo-
re:tamen ęternitas non eſt aliquid in-
hęrens deo:nec duratio eſt aliquid in-
hęrens angelo. ¶ Iſtis pręmiſſis, quoad
Arti. 2. ſecundum articulum ſit hęc concluſio
Cōcl. 1 prima. Multitudinis angelorum, ſicut
R quarumcunque rerum numerabilium
menſura eſt unitas in re extra,uel in in
tellectu. Iſta concluſio patet ex primo
notabili:quia ita numerabiles ſunt an-
geli(cū non ſunt infiniti) ſicut cętetæ
multitudines rerum ſic paratarum: &
per cōſequēs ſimili menſura, quantum
ad eorū multitudinē ſunt mēſurabiles.
Multitudo autē numeratur unitate,ut
dictum eſt:ergo &c. ¶ Secūda cōcluſio.
Cōcl.2. Extēſionis angelorū nulla,eſt menſu-
ra. Probat̄:qa eius,ꝙ nō eſt,nulla ē mē
ſura,extēſio angelorū nō ē; quia in an
gelis non eſt quantitas molis: cum ſint
extenſiuè indiuiſibiles:& ita non ſunt
extenſi;quare nec menſurabiles ſecun
dum extenſionem. ¶ Tertia concluſio
Cōcl. 3 Deus eſt menſura perfectionis omniū
angelorum. Patet quia per cognitionē
dei & angelorū pōt cognoſci, ꝙ unus
eſt perfectior alio,quia plus accedit ad
perfectionem dei,quàm alius:ergo de-
us eſt menſura perfectionis. Tenet con
ſequentia ex quid nominis menſuræ.
Similiter ſi eſſet aliquis angelus cęteris
perfectior: ex cuius perfectione ſciri
poſſet,qs angelorū eſſet perfectior alio;
ille eſſet menſura pfectionis cæterorū.
¶ Quarta cōcluſio. Menſura duratio-
Cōcl. 4 nis angelorum nō eſt aliquid inexiſtēs
angelo diſtinctum ab eo. Probat̄: quia
nec eſſet ſubſtantia; nec accidens. Nō
ſubſtantia;quia non angelus ipſe; cum
nihil ſit mēſura ſuiipſius;nec pars eius:
quia angelus eſt ſubſtantia ſimplex non
habens partes. Nec accidens,quia deus
poteſt angelum creare, & conſeruare
ſine accidente ſibi inhærente: & tunc
nihilominus duraret ſine tali acciden-
te. Igitur nullum tale accidēs eſt eius
durationis menſura; alioquin duraret
ſine menſura durationis, quod eſt im-
poſſibile. Item menſura debet eſſe
notior menſurato, ſed nullum acci-
dens abſolutum, uel reſpectiuum inexi
ſtens angelo, eſt notius angelo, aut
eius duratione. ¶ Quinta concluſio.
Menſura durationis angeli non eſt de-
us;neque alter angelus. Probatur;ni-
hil,per quod non poteſt cognoſci, quæ
duratio angeli ſit maior; quæ minor
eſt menſura durationis angeli: ſed nec
per deum;nec per alium angelum;nec
per accidens inhærens cognoſci po-
teſt; quæ duratio angeli eſt longior,
uel breuior, igitur nec deus, nec alius
angelus,nec accidens angelo inhærēs
eſt menſura durationis angeli. Minor
probatur; quia per nihil; quod æqua-
liter reſpicit durationem maiorem, &
minorem: poteſt cognoſci maior, &
minor duratio;ſed deus, angelus, & ac
cidentia inhærentia æqualiter reſpi-
ciunt angelum plus, & minus durantē:
igitur. ¶ Sexta concluſio. Menſura Cōlc. 6
durationis angeli non eſt æuum uel
æuiternitas;ſi dicit aliquid diſtinctum
a tempore. Probatur;quia quæro, quid
dicit æternitas; aut tantum eſſe æui;
aut aliquam habitudinem eius ideſt re-
ſpectum, aut compoſitum ex utroque.
Non primum; quia tunc non eſſet mē
ſura eſſe,ſiue exiſtentiæ angeli;cum idē
non ſit menſura ſuiipſius:ut dictum eſt.
Nec ſecundum, ſcilicet habitudo;quia
illa habitudo fundaretur in exiſtentia
angeli,& per conſequens non eſſet no
tior ea. Quia cognitio habitudinis re-
ſpectus,ſiue reſpectiuè dependet a co-
gnitione fundamenti; & ita non erit
menſura exiſtentię angeli;cum menſu-
ra eſt notior menſurato. ¶ Item,aut ha
bitudo illa eſſet ens reale, uel rationis
tantū. Nō ſecundū; quia operatio intel
lectus nihil facit ad durationē angeli.
Nec ens reale; qa realis habitudo requi



rit fundamentum reale; & terminū di-
ſtinctū realiter a fundamēto. Sed huius
habitudinis licet aſſignari poſſet funda
mentū,ſcilicet exiſtentia angeli,tamen
nullus terminus poteſt dari diſtinctus
ab angelo,aut eius exiſtētia, ergo non
eſt realis. Nec pōt dari tertiū: ſcilicet
ꝙ æuum ſit compoſitum ex eſſe ange-
li,& habitudine,ſiue tali reſpectu,quia
compoſitum non eſt notius altera par-
tium ſuarum. Neque totius eſt menſu-
rare partes; ſed bene econuerſo quan-
doque. ¶ Præterea probatur concluſio.
Si poneretur æuiternitas menſura ange
li diſtincta a tempore, maximè ideo;qa
angelus,& eius eſſe ac ſubſtantia eſt to
ta ſimul;ſed hoc non:igitur. Maior eſt
opinantium oppoſitum. Minor proba-
tur: quia tunc ſubſtantia corruptibilis
etiam menſuraretur æuo:quod negāt.
Probatur conſequentia: quia eſſe ſub-
ſtantiæ corporalis eſt totū ſimul: quia
per eius durationem nihil noui acqui-
ritur ſubſtantiæ corruptibili: ſicut nec
ſubſtantia angeli. ¶ Si dicis,ꝙ ſubſtātia
corruptibilis ſubiacet motui; & ideo
menſuratur tempore. Contra. Sic ſub-
ſtantia angeli ſubiacet ſuæ operationi
cognitioni ſcilicet, & affectioni, quæ
mutantur. ¶ Si dicis, ꝙ quantum ad o-
perationem ſuam; quæ mutabilis eſt;
menſuratur tempore, ſed quantum ad
ſubſtantiam æuo. Si per omnia dici po
teſt de ſubſtantia corruptibili;quia ma-
nere pōt abſq; contradictione ſine om
ni motu. ¶ Si dicis,ꝙ angelus ex ſe ſēꝑ
manet;ſed corruptibilis ſubſtantia nō:
quia corrūpitur per cauſas intrinſecas.
Cōtra,ꝙ eſſe alicuius deſinit,eſt ꝑ ſub-
tractionē cauſę conſeruantis,& ꝙ per
manet,eſt per conſeruationē cauſæ cō-
ſeruātis Nūc autem tam angeli, quàm
ſubſtantiæ corruptibiles æqualiter de-
pendent a deo, tanquam a cauſa con-
ſeruante:& per ſubtractionem diuinæ
conſeruationis ita deſinit angelus, ſi-
cut ſubſtantia corruptibilis.igit̄ nō plus
determinat ſibi angelus ex ſe eſſe per-
petuū, quam ſubſtantia corruptibilis,
quia ita poteſt deus perpetuè conſerua
re ſubſtantiam corruptibilem, ſicut an
gelum. Nec in propoſito uariat, ꝙ an-
gelus ſicut non poteſt creari niſi a deo,
ita nec annihilari,ſiue corrūpi( extēdē
do nomē corruptionis)niſi a deo. Sub
ſtantia uero corruptibilis poteſt gene-
rari,& corrumpi: ſaltem partialiter ab
agente creato:quia ſi ſubſtantia corpo
ralis ideo non menſuratur æuo; quia
corruptibilis,& generabilis,pariformi-
ter nec angelus menſuratur ęuo: quia
eſt creabilis,& annihilabilis. Item nihil
eſt in ſubſtantia angeli,quod ſibi deter
minat maiorē,uel minorem durationē;
ſed ꝙ ſemꝑ durat,uel nō ſemper: eſt ex
mera uoluntate,& beneplacito diuino,
ideo æuiternitas omnino ſuperfluit.
¶ Si dicis, Licet angelus ſit annihilabi-
lis,nunquā tamē annihilabitur; ſed oīs
ſubſtātia corruptibilis corrumpit̄; ideo
menſura angeli nō eſt tempus, ſed ęuū.
Cōtra motus cæli pōt eſſe perpetuus:&
ſcd̄m philoſophū eſt perpetuus:& tn̄ nō
menſuratur ęuo: ſed tēpore. Nam per
motū diurnū mēſurat̄ motus planetarū;
ideo perpetuitas nō impedit,quin per-
petuum poſſit menſurari tempore. ¶ Se Cōcl. 7.
ptima cōcluſio,& reſponſalis. Tēpus eſt M
menſura durationis angelorum. Illa
cōcluſio probatur:quia illud, quod nō
habet durationem maiorem, uel mi-
norem, niſi quia coexiſtit maiori, uel
minori ſucceſſioni, uel tēpori in actu,
uel potentia: illud menſuratur tempo-
re;ſed duratio angeli eſt huiuſmodi:igi
tur. Maior patet. Minor proba-
tur, quia uel angelus dicitur magis,uel
minus durare: quia coexiſtit maiori,
uel minori tempori, uel ex natura ſui,
puta ſua perfectione. Si detur primum:
habetur propoſitum. Si ſecundum, tūc
ſequitur, ꝙ quantò angelus eſſet per-
fectior, tantò eſſet eius duratio ma-
maior. Et per conſequens; ſi deus
modò crearet angelum omnibus an-
gelis creatis perfectiorem; plus dura-
ret angelus in principio mūdi creatus:
quod eſt manifeſte falſum. ¶ Item bre-
ue,& longum ſecundum durationē sūt
paſſiones temporis,ergo cuicūq; cōue

niunt, menſuratur tempore. conueniunt autem durationi angelorum: igitur. ¶ Item duratio ſubſtantiæ corruptibilis menſuratur tempore, quia coexiſtit maiori, uel minori ſucceſsioni actu, uel potentia, ergo eodem modo duratio angeli menſuratur tempore. Tenet conſequentia, quia nulla eſt ratio diuerſitatis. ¶ Si dicis, ꝙ ſubſtantia corruptibilis dependet a tempore, quia cauſatur a motu cœli; ſed ſubſtantia angeli non. ¶ Contra. Motus cœli nihil facit ad generationem inferiorum: niſi ꝙ applicat actiua paſsiuis. unde ſi cęlum quieſceret, & haberet ſe in debito aſpectu, & approximatione ad illa inferiora: nihilominus fieret generatio, & corruptio in iſtis inferioribus talẽ aſpectum, & approximationem requirẽtes. ¶ Si dicis, ꝙ ſubſtãtiæ corruptibilis duratio non menſuratur tpe. ſed inſtanti. ¶ Contra. Maioritas, & minoritas durationis nõ sũt in mẽſurato, niſi ſint in menſura: ſed in inſtanti non eſt maior, uel minor duratio: ergo inſtans non poteſt eſſe in menſura durationis ſubſtãtiarum, quarum una eſt maior alia. ¶ Itẽ duratio angelorum uſque ad hodiernũ diem; die. xxj. octobris. anni gratiæ 1486. eſt. 6600. annorum: Ponamus ita exempli cauſa. Quęro; unde ſumitur illa menſura; non ex ſubſtantia angeli; quia illa eſſet eadem, ſi primum hodie crearentur: ut ſupra argutum eſt. Nec poteſt aliud aſsignari, niſi ꝙ coexiſtebant tanto tempori. ¶ Item ſi quæritur, quantum durabunt angeli; non poteſt reſponderi, niſi per nomen temporale; utputa, tot annis, diebus, uel horis &c. Igitur dies, & horę & anni ſunt menſura pręteritę durationis angelorum. Nam illud, quod reſpondetur ad quæſtionem de quantitate durationis, importat menſuram durationis. Et hęc

Arti. 3. de ſecundo articulo. ¶ Quantum ad tertium

Dub. 1. articulum. Dubitatur contra con-

N cluſionem ſextam reſponſalem; ſi eſſet uera cum ſuis probationibus; ſequeretur, ꝙ duratio dei menſuraretur tempore, & non ęternitate, conſequens falſum: & contra doc. communiter, & ſanctos. Probatur conſequentia; quia exiſtentia dei etiam coexiſtit ſucceſsioni, ſicut exiſtentia angeli. Item cuilibet eẽ correſpõdet ſua mẽſura ſibi proportionata; ſed triplex inuenitur eſſe: ſcilicet eſſe permanens ex ſe; & hoc cõuenit deo: & ideo illud eſſe menſuratur ęternitate. Secundum eſt eſſe permanens non ex ſe; ſed uirtute alterius: & conuenit angelis: & ideo uidentur participare quaſdam conditiones ęternitatis; quæ ſunt habere totum eſſe ſimul; & habere eſſe perpetuum, quantum ex ſe eſt; quia tamen non ſunt ſimpliciter ęternæ: ideo non menſurantur ęternitate; ſed ęuo, quod eſt quædam participatio ęternitatis. Tertium eſſe, eſt eſſe ſucceſsiuum; quod conuenit omnibus corruptibilibus; & ideo omnia corruptibilia menſurantur tempore. Concordat Anſelmus in proſologion quantum ad triplex eſſe. Vnum, quod deficit ſcilicet generabile, & corruptibile. Aliud, quod non deficit; poteſt tamen deficere; ut eſſe angeli. Tertium, quod nec deficit; nec poteſt deficere; ut eſſe dei.

¶ Pro ſolutione notandum; ꝙ differentia communiter ponitur inter ęternũ, ęuũ, & temporale. Aeternũ proprie dicitur, quod eſt ſimpliciter immutabile tã ſubſtantialiter, quàm accidentaliter. De quo Boetius in. v. de conſol. proſa ulti. Aeternitas ẽ interminabilis uitę tota ſimul & perfecta poſſeſsio. unde ęternũ ſimul, & ſemper habet quicquid habere poteſt; & ſemper eſt, quicquid eſſe poteſt. Ideo dicitur poſſeſsio tota ſimul, & perfecta uitæ interminabilis. (Aeuũ ęternum tẽporale.) ¶ Aeuũ eſt, quod eſſe non deſinit; ſiue ſemper fuerit; ſiue eſſe incęperit quantum ad eſſentialia. Eſt tamen mutabile, quantum ad accidentale; quia poteſt acquirere perfectionem, qua caret; & perdere, quam habet. Itaque æuum licet ſubſtantialiter non mutetur, eſt tamen mutabile ſubſtantialiter & mutatur accidentaliter; ut angelus cælum materia prima. ¶ Tẽporale eſt, quod mutatur tam ſubſtantialiter, quàm accidentaliter, ideſt aliquando deſinit eſſe ſimpliciter; & manẽs acquirit, quod nondum habet, uel perdit, quod habet. Et ſecundum hæc imaginantur multi triplicem menſuram. Vnam; rei permanentis non capientis ſecum aliquam mutationem, quam dicunt æternitatem. Aliam; rei permanentis compatientis ſecum aliquam mutationem in ſuis operationibus, qualis eſt angelus. & illam uocant æternitatem. Tertiam, rei ſucceſsiuę non permanentis i. aliquando deficientis eſſe. Sic. n. capitur hic res permanens pro re, quę ſemper manet, & nunquam eſſe deſinit; licet eſſe incæperit. & per oppoſitum ſucceſsiuũ pro eo, in quo nõ eſſe ſuccedit eſſe: & huiuſmodi menſurã dicunt tempus. Hæc pro

O terminorum declaratione. ¶ Sed pro ſolutione argumentorum aduertendum, ꝙ licet ita & benè diſtinguatur triplex eſſe quibus imponũtur nomina, æternũ, ęuũ, tẽporale: non tamen oportet eſſe triplicem mẽſuram durationis huiuſmodi triplicis eſſe. Eſſe enim in ſe non menſuratur, niſi mẽſura perfectionis; de qua dictum eſt queſtione pſenti arti. ij. ꝙ deus eſt menſura omniũ aliorum a ſe quantumcunque diuerſorum: quia omnium perfectiones cognoſci poſſunt per acceſſum ad diuinã pfectionem. Sed loquẽdo de menſura durationis, ſic eſt una mẽſura omnium menſurabilium ſecundũ durationem. Et hæc eſt tempus in actu, uel potentia. Dico omnium menſurabiliũ ſcd̃m durationẽ, quia durationis dei tempus nõ eſt menſura; ſed nec ęternitas. Tum quia deus ſecundum durationem eſt ſimpliciter immenſus. Tum quia æternitas dei eſt ipſe deus, & ſua duratio: idem autem menſurat ſe, ideo non plus menſuratur æternitate, quàm immortalitate. Tum quia menſura tantum eſt finitorum; ſicut enim infinitum ſecundum magnitudinem non habet menſuram ſuæ magnitudinis; uel multitudinis; ita nec infinitum ſecundum durationem habet menſuram ſuæ durationis. Ratio. n. mẽſuræ finito congruit. ¶ Quòd uero ſancti dicunt, ꝙ deus menſuratur ęternitate; nõ intelligunt, ꝙ deus, qui ſimpliciter eſt immẽſus, menſuraretur per creaturam aliquam, aut etiam ſuam eſſentiam. Sed intelligunt, ꝙ ſicut per tempus, & partes temporis mẽſuramus oĩa temporalia; ita durationem dei infinitam cognoſcimus: quia neceſſariò coexiſtit tempori in actu, & in potentia. Quantitas uero durationis quorumcunque aliorum a deo nõ cognoſcitur a nobis, niſi ex hoc ſolo; quia coexiſtit maiori, uel minori tempori in actu, uel in potentia; ut probatum eſt. ¶ Per hoc ad rationes. Ad primam. Patet, ꝙ duratio dei non menſuratur nec tempore, nec ęternitate. Ad probationem primi negetur, ꝙ deus coexiſtit ſucceſsioni ſicut exiſtentia angeli, quia angelus coexiſtit certæ ſucceſsioni, & non omni in potentia: quia non illi, quę in potentia pręcedit ſuum eſſe, neque etiam ſucceſsioni, cui coexiſtit, ſic coexiſtit ſicut deus; quia ita angelus coexiſtit, ꝙ potuit non coexiſtere: deus autem coexiſtit ita, quod non poteſt, nec potuit non coexiſtere cuicunque ſucceſſioni in potentia, & in actu. ¶ Ad ſecundum negetur maior loquendo de menſura durationis: quia etſi ſint. 100. eſſe diſtincta quacunque diſtinctione; una menſura durationis in genere ſufficit pro omnibus. Nec oportet, quòd menſura ſit unigenita menſurata quantum ad eſſe; ſed quantum ad rationem menſuræ, ideſt quantum ad id, in quo menſurantur. Hoc eſt in propoſito, quantum ad durationem; unde plus diſtinguuntur ſubſtantiæ, & accidentia in eſſe; quàm ſubſtantiæ corruptibiles & incorruptibiles; & tamẽ mẽſurantur eádem menſura in genere, ideſt tempore. Pro concordia tamen diuerſimodè in hac materia opinantium, poſſet notari, ꝙ præter acceptiones tempori prædictas, poteſt adhuc diſtingui de tempore. Poteſt enim accipi uno modo generaliter pro menſura durationis creatæ, ſeu finitæ, & ita includit æternitatẽ. Hoc modo dicit ſan

ctus Bona.q.iiij. huius diſtinctio. ꝙ ac-
cipit Beda cum dicit, ꝙ quatuor fuerũt
primò creata. Angelica natura; mate-
ria informis; cælum empyreum, & tem
pus. Alio modo poteſt accipi ſtrictè
pro menſura durationis motus, uel rei
permanentis generabilis, & corruptibi
lis; & ſic non eſſet menſura rerum per-
petuarum; ut angelorum. Aeuiter-
num autem eſt menſura durationis re-
rum incorruptibilium. Et ſecundum
hanc diſtinctionem poſſent concorda-
ri opiniones, & ſanctorum auctorita-
tes. uerum illa diſtinctio non ſumitur
ex diuerſa ratione menſuræ, ſed diuer-
ſitate rei menſuratæ.

## QVAESTIO. II.

A QVAERITVR ſecundò
Arti. 1. circa ſecundam partem hu
Nota. 1 ius diſtinctionis. Vtrum
angelus ſit in loco per ſuã
ſubſtantiam. Pro illa quæſtione: uide
Ockam quodlibet. j. quæſtio. iiij. No-
tandum primò, ꝙ quęſtio quęrit de lo-
co corporali propriè dicto: qui deſcribi
bitur. iiij. Phyſic. terminus corporis
continentis immobilis primum. i. ſuper
ficies corporis continentis immediatè
locatum; immobilis primum, ideſt non
neceſſariò ad motum contenti, & per
conſequens ab eo diuiſum, ut ſit hæc
deſcriptio in forma. Superficies cor-
poris aliud continentis immediata ei,
& diuiſa ab eo. Ex quo patet, ꝙ non
totum corpus locans eſt locus. Gratia
exempli. Non tota ſphera ignis eſt
locus aeris contenti, ſed ſola pars ulti-
ma ignis, quæ tangit aerem. Et licet
nulla pars ſit ultima affirmatiuè, ideſt
omni alia ulterior: cum quælibet ſit
diuiſibilis in duas medietates, quarum
una tangit locatum, qua pars diuiſa
non eſt ulterior. eſt tamen pars ulti-
ma negatiuè, ideſt ꝙ nulla eſt ulte-
rior; & tales ſunt multæ: immo infi-
nitæ, ut ultima medietas, ultima ter-
tia, ultima quarta: ultima. 100. & ſic
in infinitum. ¶ Ex quo ſequitur, quòd
eiuſdem locati non multa loca, immo
infinita; ſed tamen communicantia.
¶ Secundò patet, quòd ultima ſphera Nota. 2
non eſt locus terræ, quia non eſt im-
mediata terræ. ¶ Tertiò patet, quòd B
totum non eſt locus ſuæ partis, nec
pars eſt locus totius, aut alterius par-
tis eiuſdem totius: licet totum con-
tineat omnes ſuas partes. Multo mi-
nus pars eſt locus totius, eo ꝙ nulla
pars continet totum, quia non ſeip-
ſam. Neque pars eſt locus partis, ut pu-
ta ſuperficies connexa non eſt locus
partium interiorum; quia hęc continen
tia non ſunt diuiſa a contentis: ita ꝙ
poſſent non moueri motis contentis.
¶ Secundò notandum, quòd licet phi-
loſo. multas ponat locorũ cõditiones;
ſanctus tamen Bonauen. q. x. huius di-
ſtinctionis reducit eas ad tres, q̃ ſunt:
continere, menſurare, conſeruare: quæ
tamen non conueniunt loco reſpectu
cuiuslibet locati. Vnde ait. locus ha-
bet triplicẽ cõparationẽ ad locatũ. Cõ-
paratur enim in ratione continẽtis; ſe-
cũdò in rõne menſurantis; & tertiò in
ratione conſeruantis. Continet enim
ut uas; ſed menſurat, ut quantitas: cõ-
ſeruat, ut natura. Secundum hanc tri-
plicem habitudinem ſunt in loco ſub-
ſtantię finitę corporales, & corrupti-
biles; quia finitæ, & limitatæ ſunt in lo-
co continente; qua corporales ſunt in
loco menſurate; quia corruptibiles sũt
in loco conſeruante; ſed ſecundũ duas
primas ſunt in loco ſubſtantiæ finitæ
corporales, ſed non corruptibiles. ſe-
cundam primam tamẽ ſunt in loco ſub
ſtantiæ ſpirituales, & incorruptibiles.
¶ Tertiò notandũ, ꝙ ſecundũ magiſtrũ Not. 3
diſt. xxxvij. primi, aliquid dicitur eſſe
in loco dupliciter; ſcilicet circumſcri-
ptiuè, & diffinitiuè. Et addũt aliqui ter-
tium modum, ſcilicet. Hugo lib. j. parte
iij. c. xviij repletiuè. Circumſcriptiuè
eſt in loco, quod commenſuratur lo-
co, ita quòd totum eſt in toto loco, &
una pars in una parte loci; & alia in alia



parte, & nullæ duæ partes extenſiuè
in eadem parte loci. Illo modo cor-
pus extenſum eſt in loco. ¶ Diffini-
tiuè eſt in loco, quòd diffinit ſibi cer-
tum locum, in quo eſt totum in toto.
Totũ mixtũ. i. nihil ipſius, quin ipſum,
& totum in qualibet parte loci; & ni-
hil eius extra talem locum. Hoc modo
aĩa rationalis eſt in corpore, & corpus
Chriſti in loco ſpeciei conſecratę. ¶ Re
pletiuè eſt in loco, quòd replet omnẽ
locum: ita quòd non eſt poſſibilis lo-
cus, quem non replet. Ille modus ſoli
diuinæ naturæ conuenit, ut tractatur
diſt. xxxvij. j. Sed illo modo non pro-
priè eſt in loco, quia non continetur
in loco, quia propter ſuam immenſita-
tem ita eſt in omni loco, ut tamen nul
lo loco detineatur ſecundum illud
Hiere. xxiij. Cęlum, & terram ego im-
plebo. Vnde Hiero. in epiſt. de his, quæ
deo in ſcriptura attribuuntur. Excel-
ſior cęlo, profundior inferno, longior
terra. Immenſitas eius latior eſt mari,
qui cęlum, & terram implet: procul-
dubio nullus locus eſt ab eius pręſentia
Not. 4. abſens &c. ¶ Quartò notandum, ꝙ eſ-
ſe in loco adhuc dupliciter poteſt ac-
cipi, licet non propriè quantum ad unũ
membrum uidelicet ſecundum ſubſtan
tiã, & ſecundum operationem. Secun-
dum ſubſtantiam eſt in loco, cuius ſub-
ſtantia uerè, & realiter continetur in
loco. & nihil ipſius eſt, quod non ſit
pręſens tali loco; ſic eſt in loco; quic-
quid circũſcriptiuè uel diffinitiuè eſt in
loco, ſecundum operationem eſt in lo-
co, quòd aliquem effectum producit in
loco: licet nihil eius eſſentiæ ſit p̃ſens
iſti loco; ſic dicimus quandoq; ſolẽ eſſe
in aere, quẽ illuminat, & calefacit licet
Arti. 2. impropriè. ¶ Quantum ad ſecundũ ar-
Cõcl. 1. ticulum eſt hæc concluſio prima. An-
C gelus non eſt per ſuam ſubſtantiam in
loco circumſcriptiuè. Patet; quia cũ an
gelus ſit natura ſpũalis incorporea, &
indiuiſibilis, ut nũc ſupponitur, non ha
bet partes, per quas poſſet loco com-
menſurari ſecundum modum tactum in
tertio notabili: ergo non eſt in loco cir
cumſcriptiuè ſcd̃m ſuam ſubſtantiam.
¶ Scd̃a concluſio. Angelus nõ eſt in lo Cõcl. 2
co repletiuè. Patet; quia non eſt immẽ
ſus; neque infinitus; neque deus. Eſſe
autem in loco repletiuè eſt eſſe ubiq;,
quòd ſoli deo conuenit. Per hoc enim
beatus Ambro. probat ſpiritum ſanctum
eſſe deum. ¶ Tertia concluſio. Ange- Cõcl. 3.
lus eſt in loco diffinitiuè. Patet: quia
angelus eſt in loco, ut probat magiſter
auctoritatibus in textu. Et non circum
ſcriptiuè, nec repletiuè, igitur diffini-
tiuè. Tenet conſequentia a ſufficien-
ti diuiſione. Minor pro utraque par-
te deducta eſt in præcedentibus con-
cluſionibus. Et poteſt probari ratio-
ne; quia cum angelus eſt natura aliqua
finita; uel eſt alicubi, uel nullibi. Non
ſecundum; quia abſurdum eſt dicere, ꝙ
aliquid ſit, & nullibi ſit. Si primum ſci-
licet, quòd eſt alicubi, & quia non eſt
ubique; ergo continetur in aliquo ubi;
& per conſequens terminus continẽs
ipſum eſt eius locus. Quòd autem con-
tinetur, patet: quia eſt ibi, & non alibi;
nec extra illud ubi; ergo continetur.
Hoc enim eſt contineri. ¶ Quarta cõ- Cõcl. 4
cluſio. Angelus eſt in loco diffinitiuè,
non tantum per operationem, ſed per
ſuam ſubſtantiam: Probatur: quia ſi an-
gelus eſt in loco per operationem, quã
habet in corpore; aut iſta operatio eſt
immediata uirtuti angelicę a qua pro-
cedit; aut mediata. Si immediata:
igitur præſens eſt angelus in tali cor-
pore, uel iuxta illud corpus, cum uir-
tus illa, aut eſt angelus; aut in ipſo an-
gelo. Si immediata; ergo eſt ab illa uir-
tute per aliquod medium, & quæritur
de illo medio; & ita oportet procede-
re in infinitum; uel tandem uenire im-
mediatè ad illã uirtutem; & per conſe-
quens ad illam, cuius eſt illa uirtus.
¶ Confirmatur. Niſi ſic; ſequitur; ꝙ fre
quenter angelus nuſquã eſſet ſcd̃m ſub
ſtãtiam, quia frequẽter nihil operatᷓ in
cęlo empyreo, cũ illud ſit immutabile,
& immobile: nec in alio exteriori cor-
pore: ut patet de angelis aſſiſtentibus
deo. Similiter ſi angelus mittatur de

cælo ad terram : nihil operando in lo-
cis intermedijs: tunc ille nec eſſet in cę
lo , nec in terra, nec in locis interme-
dijs . Erronea ergo eſt opinio eorum,
qui dicere uoluerunt , ꝙ angelus non
ſit in loco corporeo ſecundum ſubſtan
tiam : ſed tantum ſecundum operatio-
nem, dum. ſ. aliquid operatur circa cor
pus , ipſum mouendo localiter, uel alia
ſpecie motus : ſicut angeli motores or-
bium , & angelus Tobiæ. Hunc dicunt
fuiſſe in corpore aſſumpto, non ſecun-
dum ſubſtantiam: ſed tantum mouendo
illud corpus; & operando in eo. Vnde
articulus Pariſienſis. 203. ꝙ ſubſtan-
tiæ ſeparatæ ſunt in loco per operatio-
nē. Et ꝙ poſſunt moueri ab extremo,
in extremum , nec in medium : quia
poſſunt uelle operari in extremo , uel
in extremis , nec in medio . Error .
Cōcl. 5. ¶ Quinta concluſio . Subſtantia , &
eſſe angeli non dependet a loco , ne-
que in eſſe , neque in conſeruari. Pa-
tet : quia corpus non eſt natum ſalua-
re ſpiritum ; neque angelus neceſſariò
eſt in loco , quin eſſe poſſet , ſi nulla
corporalis creatura exiſteret : poſſet
etiam eſſe extra omnem corporalem
creaturam . Habet autem potentiam
paſsiuam reſpectu loci corporalis ; quia
poteſt locari , ſeu diffiniri , quæ fun-
datur in eius natura inquantum limi-
tata . Nec aliter continetur a loco :
niſi ꝙ ſubſtantialiter eſt præſens loco :
nullam tamen perfectionem recipit a
Corol. loco . ¶ Corollarium . Nullus locus
eſt angelo naturalis , neque uiolen-
tus . Patet: quia ad nullum inclina-
tur naturaliter , tamquam ad conſer-
uans , uel perficiens : etiam nulli con-
trariatur tamquam corrumpenti . Eſt
enim quaſi in potentia neutra ad om-
nem locum corporalem ſibi tamen
proportionatum . Hæc eſt ſententia
Arti. 3. Alexandri , & Scoti . ¶ Quantum ad
Dub. 1. tertium articulum . Dubitatur primò
D contra concluſionem tertiam, & quar-
tam . Nam uidetur : ꝙ impoſsibile eſt
angelum, eſſe in loco diffinitiuè. Pro-
batur : quia locus eſt extrinſecus loca-
to ; utputa tangens ipſum ſecundum
ultimum ſui ; ideo dicitur terminus
continentis , & ſimiliter locatum lo-
co; nec locus recipit locatum in interio
ra ſua , aut partium ſuarum ; ut pa-
tet ex deffinitione loci ſtatim expoſi-
ta ; angelus autem diffinitiuè exiſtens
in loco eſt totus in toto , & totus in
qualibet parte loci . ¶ Confirmatur.
Locus non eſt locus ſuarum qualita-
tum ſibi inhærentium propter intimam
eorum præſentiam ; ergo nec angeli
illo modo aſsiſtentis . Tenet con-
ſequentia ; quia angelus coexiſtens
corpori non eſt minus intimè præſens
omnibus partibus corporis , cui coaſ-
ſiſtit , quàm accidens ſuo ſubiecto .
¶ Præterea locus debet tangere lo-
catum , & eſſe æqualis locato ; & ita
de multis alijs conditionibus loci. Sed
angelus , quia quantitate caret , tan-
gi non poteſt : nec eſt alicui æqualis,
uel inæqualis . ¶ Ad dubium hoc di-
citur , ꝙ innititur falſæ imaginatio-
ni . Imaginatur enim, ꝙ angelus co-
aſsiſtat partibus intrinſecis loci , ſicut
anima corpori , quod ita non eſt:
ſed angelus loco diffinitus præſens
eſt corpori locato ab illo loco , quo
diffinitur angelus : Et eſt præſens cui-
libet parti illius corporis locati, tam
partibus in profundo , quam in ſuper-
ficie ; non ſic partibus loci. Eſt qui-
dem aliquo modo præſens loco , &
cuilibet parti eius ultimę , ſurſum,
deorſum dextrorſum , ſiniſtrorſum
&c. per immediationem ; ſic ꝙ inter
ipſum, & partes extremas loci nihil me
diat . Et illo modo tangit partes loci;
non autem intrat eas . Vnde quęcun-
que pars loci ultima accipiatur , ſi diui-
datur in duas medietates , interiorem,
& exteriorem , non eſt pręſens interio-
ri medietati; ſic autem eſt pręſens cor-
pori locato. Vnde numquam locus an-
geli continet ſolum angelum, alioquin
eſſet uacuum ; quia locus non reple-
tus corpore. Sed continet corpus ali-
quod , cui coaſsiſtit angelus totus toti,
& cuilibet eius parti ; & continendo



corpus illud etiam continet angelum,
unde ſi angelus coaſsiſteret petro, om-
nibus partibus eius ; corpus Petri non
eſſet locus Angeli ; ſed locus corporis
Petri , eſt locus etiam aſsiſtētis Angeli.
Et in illo loco corpus Petri eſt cōmen-
ſuratiuè, & angelus diffinitiuè, ſicut de
facto corpus humanū non eſt locus ani
mę inhęrentis; neque generaliter mate
ria formę ſibi inhęrentis; ſed locus cor-
poris eſt locus etiam animę rationalis.
Et locus ſubiecti , & materię eſt etiam lo
cus inhęrentis formę. Et per hoc patet
Arti. 1. ſolutio argumentorum. ¶ Sed diceres
Not. 1. contra. Duo locata non poſſunt ſimul
E eſſe in eodem loco; ergo non uidetur,
ꝙ corpus , & angelus habent eundem
locum. ¶ Pręterea angelus ſecundum
hanc reſpōſionem eſſet magis in corpo-
re iſto , quā in loco; eſſet enim intimior
corpori iſto, quā loco; ergo magis cor-
pus illud eſſet eius locus , quā locus cōti
nens corpus, & angelum. ¶ Confirma-
tur ; quia dictum eſt, ꝙ diffinitiuè eſt in
loco; quod eſt totum in toto; & totū in
qualibet parte. Angelus autem ſic non
eſt in loco; ſed ſic eſt in corpore tali: er-
go tale corpus eſt eſſe eius locus. ¶ Ad
primum huius replicę negetur aſſum-
ptum; ſed illa probatio uera eſt de duo
bus corporibus ; quorum neutrum inhę
ret alteri; nam ſubiectum extenſum , &
accidentia ſibi inhęrētia ſunt plura cor
pora ; & tamen ſimul in eodem loco.
¶ Ad ſecundum conceditur, ꝙ angelus
eſt intimior corpori locato, quā loco; &
ideo corpus cui aſsiſtit non eſt eius lo-
cus . nam locus nō debet eſſe intrinſe-
cus locato; ſed extrinſecus; & immedia-
tus. ¶ Ad confirmationē dicitur, ꝙ in,
multipliciter dicitur; & aliter eſt ange-
lus totus in corpore, cui coaſsiſtit, & ali
ter in loco, a quo cōtinetur. Eſt enim to
tus in loco, & qualibet parte loci eo mo
do quo locatū in loco. i. totus, & imme
diatus loco, & cuilibet parti loci: hoc ē
termini, uel extremitatis; ita ꝙ inter ip
ſam, & quālibet ultimā partē nihil me-
diat: nō tamen eſt intrinſecus illis parti
bus ; ſed in corpore locato eſt intrinſe-
cè : ut ſupra declaratum eſt. ¶ Ad ratio-
nem dubij, quę arguit de conditione lo
ci reſpectu locati. Dicendum ꝙ illæ in-
telliguntur de locato circumſcriptiuè,
non diffinitiuè. ¶ Secundum dubium. Dub. 2.
Vtrum angelus determinet ſibi certam E
loci quantitatem , ita ꝙ nec maiori,
nec minori poſsit coaſsiſtere. Reſpon-
detur poſt Ockam. j. quodl. q. iiij. ꝙ
dabilis eſt maximus locus , cui angelus
poteſt coaſiſtere, & hoc cuilibet ange-
lo ſecundum ſuam perfectionē . Patet:
quia angelus eſt limitatę naturæ, & fi-
nitę perfectionis: & ideo nō poteſt coaſ
ſiſtere loco quantocūque: neque in om
ni loco, qđ dei eſt; quāto autē loco poſ
ſit coaſsiſtere, certū non eſt. Rationabi
le tamē uidetur, ꝙ maiori, quā eſſet lo-
cus corporis , quod poſſet informare,
ſi eſſet forma corporis . ¶ Secundò di-
citur, ꝙ nō poteſt dari minimus locus,
cui pōt angelus aſsiſtere : quia poſſet
coaſsiſtere loco pūctuali, ſi poſsibilis eſ-
ſet locus indiuiſibilis ; pro eo , ꝙ ipſe
eſt indiuiſibilis, & ideo non datur mi-
nimus locus, cui poteſt aſsiſtere ; cum
enim nullum corpus, cui aſsiſtit , eſt in
diuiſibile , quocunque dato poteſt da-
ri minus, cui aſsiſtit: & ita minor locus;
& licet angelus coaſsiſtit corpori diuiſi
bili : non tamen prius uni parti , quàm
alij : ſed ſimul toti. Sicut ſol ſimul illu-
minat totum medium, & non prius par
tem propinquam, quàm remotam: ſic de
candela accenſa, licet plus , ſiue intēſius
illuminet partē propinquā , quàm remo
tam. ¶ Tertiò dubitatur : utrum ange- Dub. 3.
lus poteſt coaſsiſtere pluribus locis non F
continuis. uide Ockam quodli. j. q.
iiij. Ad illud dubium dicit Damaſce. ꝙ
de facto non eſt ſimul in duobus locis
diſcontinuis; nam de continuis non eſt
dubium . Sed de poſsibili iterum non
eſt dubium , quin poſſet eſſe in diuer-
ſis locis diſcontinuis per potentiam di-
uinam , cum hoc etiam de corporibus
concedatur ; ut patebit in iiij. ¶ Sed
de poteſtate eorum naturali uidetur
probabile , ꝙ non poſsit unus eſſe in
diuerſis locis ſimul ; quorum quilibet

ſit ſibi adæquatus ſecundum ultimum
potentiæ ſuę: uidetur enim ſimile eſſe
quantum ad hoc, ac ſi informaret ma-
teriam. Nunc autem ſi informaret cor-
pus, non poſſet informare partes cor-
poraliter diſtinctas; ſicut nec anima in
tellectiua poteſt: ergo nec nunc: An
autem poſsit eſſe in diuerſis locis, quo-
rum neuter eſt ſibi adęquatus. Scotus.
q. vij. diſtinct. ij. uertit in dubium: eò
ꝙ neutra parte haberi poſſunt rationes
Dub. 4. ſufficientes. ¶ Quartò dubitatur. An
G duo Angeli poſſunt ſimul eſſe in eodem
loco. uide Ockam. j. quodl. queſtio. iij.
Reſpondetur, ꝙ poſſunt per potentiam
diuinam: ſicut & de corporibus illud cō
ceditur. ¶ Sed quid ſecundum poten-
tiam naturalem. Videtur etiam ꝙ ſic:
nam cum legio dęmonum fuit in corpo
re unius hominis obſeſsi: ut habetur Lu
cę viij. uidetur, ꝙ fuerūt ſimul, ut uult
Rich. iiij. de trini. Similiter quia duo cor
pora poſſunt naturaliter eſſe, ſimul ſci-
licet partes eſſentiales compoſiti. ¶ Itē
accidētia eiuſdem ſubiecti extenſa, quæ
tamen ſunt circūſcriptiuè in loco. Mul-
tomagis uidetur hoc naturaliter poſsi-
bile de duobus ſpiritibus, qui non ſunt
circumſcriptiuè in loco. ¶ Ex illo pa-
tet ſecundum Ockam, ubi ſupra, ꝙ
unus angelus poteſt ſe transferre per lo
cum alterius angeli quaſi per medium
ſine ceſsione alterius angeli. Patet,
quia nulla eſt ibi reſiſtentia, cum plures
poſſunt eſſe ſimul in eodem loco corpo
rali. Item ſpiritus angelicus, & anima
intellectiua ſunt ſimul in eodem cor-
pore; puta obſeſſo. ergo a ſimili duo
angeli ſiue boni, ſiue mali poſſunt eſſe
Dub. 4. ſimul. ¶ Vltimo dubitatur de replectio
H ne iſta cęli empyrei: de qua Strabus, &
Beda ꝙ cælum empyreum creatum ſta-
tim eſt angelis repletum. ſi repletum:
ergo non poteſt fieri additio. ¶ Item
per lapſum quorundam angelorum fa-
cta eſt uacuitas in empyreo; & ita deor
natum eſt nobiliſsimum corpus crea-
tum. Reſpondet Alex. de hales parte. ij.
q. xix. arti. iij. membro. iij. ꝙ cælum em-
pyreum dicitur angelis repletum ſimul
cum cęlo creatis propter ſufficientiam,
& congruitatem ornatus cęli. Suffi-
cientiam dico quantum ad numerum
a deo pręordinatum. Vnde cælum re-
pleri angelis nihil aliud eſt, quàm cæ-
lum ornari angelis ſecundum eundem
numerum, quem deus ad inhabitan-
dum ordinauit. Vnde illa repletio non
impedit, quin poſsit fieri additio: quia
potuit deus, plures ordinaſſe, uel non
ordinaſſe quoſdam, qui poteſt iudi-
cium ibi erunt, qui nunc nobiſcum ſunt
ad noſtri cuſtodiam; ſicut & angelis ſan
ctis addentur animæ ſanctæ euolantes,
uel purgatæ. Quòd uero arguitur de
cadentibus: Dicitur, ꝙ non eſt reple-
tio corporalis, quæ prohibeat capere
alia: nec per conſequens uacuitas. Vn
de ſemper repletum eſt quantum ad ſuf
ficientiam: quia ſemper ibi tot ſunt
ſpiritus, quot ibi pro illo tunc eſſe do-
minus ordinauit. Nec ex lapſu malo-
rum ſequitur imperfectio cęli empy-
rei, ſed ſpirituum cadentium, ſicut dum
indigni expelluntur a palatio regio
non eſt imperfectio, uel deornatio pa-
latij: ſed illorum, qui pro ſua indigni-
tate ſunt expulſi. Et tantum de quæ-
ſtione.

## QVAESTIO. III.

TERTIO quæritur circa hanc diſtinctionem. Vtrum A
angelus poſsit moueri loca- Arti. 1. Not. 1.
liter. ¶ Pro deciſione quę-
ſtionis notandum poſt Ockam. ideſt
quodl. q. v. ꝙ motus localis eſt coexi-
ſtentia alicuius ſucceſsiua, & con-
tinua diuerſis locis ſine quiete media.
Dicitur ſucceſsiua, quia ſi ſimul co-
aſsiſteret diuerſis locis; ſicut anima
diuerſis corporis membris non mo-
ueretur; propter quod deus, qui om-
nibus locis præſens eſt ſemper; non
mouetur localiter. ¶ Dicitur diuer-
ſis locis; quia manens in eodem lo-
co præciſè non mouetur. ¶ Dicitur
continuè, ſine quiete media: quia



ſi intercipitur per quietem, non eſt
iam motus unus: ſed poſſunt eſſe plu-
res. Similiter ſi deus corpus unum exi
ſtens in uno loco corrumperet, &
poſtea reproduceret in alio loco non
eſſe motus localis; licet corpus illud
ſucceſsiuè coexiſteret diuerſis locis;
quia non eſt ſucceſsio continua. Ex
illo patet differentia inter motum,
Not. 2. & mutationem. ¶ Secundò notan-
dum: ꝙ quæſtio non eſt de angelo
coaſsiſtente corporaliter; utrum il-
le moueatur ad motum corporis; ſi-
cut anima rationalis mouetur ad mo-
tum corporis, quod informat; ſed
de angelo in ſe; utrum poſsit relin-
quere corpus, cui nunc coaſsiſtit,
& locum quo continetur, & moue-
Arti. 2. ri ad alium locum. ¶ Quo præmiſ-
ſo ponuntur concluſiones. Prima
Cōcl. 1. Angelus poteſt moueri localiter. Pro-
B batur: quia poteſt ſucceſsiuè coaſsiſte-
re diuerſis locis ſine quiete media. igi-
tur. Tenet conſequentia per locum
a diffinitione. Antecedens probatur:
per illud ad Heb. j. Nonne omnes ſunt
adminiſtratorij ſpiritus miſsi propter
eos, qui hæreditatem capiunt ſalu-
tis. Cum autem mittuntur de cælo ad
nos, ſunt in diuerſis locis continuè,
& ſucceſsiuè. Non enim poſſunt ſimul,
& pro eodem inſtanti eſſe in cælo; in
locis mediis; & nobiſcum in terra: quia
tantus locus eſt eis improportionatus;
cum non poſſunt eſſe primo in loco
quantumcunque magno; nec eſſe
poſſunt ubique. Hinc Damaſce. lib.
ij. c. iij. Dum ſunt in cælo empyreo;
non ſunt in terra; & dum ad terram
a deo mittuntur: non manent in cæ-
lo: Ideo cum mittuntur de cælo ad
terram ſucceſsiuè aſsiſtunt diuerſis lo-
cis. ¶ Item confirmatur: quia ani-
ma beata ęquabitur angelo, iuxta pro-
miſsiones chriſti Matth. xxij. Erunt
ſicut angeli dei in cælo. Anima uero
beata; immo beatiſsima; quæ eſt chri-
ſti, localiter mouebatur, quia deſcen-
dit ad inferos; ſicut dicit articulus fidei.
Cōcl. 2. ¶ Secunda concluſio. Angelus non
ſolum ad motum corporis, cui aſsiſtit; C
per ſe immediatè abſque corporis cuiuſ
cunque mutatione, poteſt localiter mo
ueri. Probatur: quia non ſemper cum
mittuntur aſſumunt corpora; non enim
ſemper mittuntur ad operationes cor-
porales exercendas; quomodo miſſus
fuit Raphael Tobię: ſed frequenter ad
intellectus illuminationem, aut effectus
inclinationem, ſicut angelus miſſus ad
Ioſeph in ſomnis. Matth. ij. Hæc autem
non fiunt in corpore, ſed in mente,
ut infra patebit. ¶ Item anima ſepara-
ta mouetur de loco, ad locum ſine cor
pore: quia non in corpore ſuo, quod ia
cet immobile in ſepulcro, neque in
alieno, ergo non eſt hoc negandum a
perfectiori angelo. Et licet angelus nū-
quam ſit in loco, quin aſsiſtat corpori
locato, eo ꝙ nullus corporalis locus
eſt ſine corpore, non tamen oportet,
ꝙ illud corpus, cui adęquatè aſsiſtit in
cęlo empyreo; ſecum deferat ad terram
cum mittitur; ſed manentibus corpo-
ribus in cælo, & inter cælum, & terram
immotis in locis ſuis ſucceſsiuè aſsiſtit
illis tranſeundo per illa: alioquin por-
tio cæli deſcenderet cum angelo, quod
patet falſum. ¶ Sed hic ſunt aliqua du- Arti. 3.
bia. Primum: An angelus poſsit moueri Dub. 1.
in inſtanti. ¶ Secundò: An angelus mo D
uendo ſe de loco, ad locum, neceſſariò
moueatur per medium. ¶ Ad primum
dico ſine prędicio melius ſentien-
tium, ſuppoſitis his, quæ habet Ockam
ubi ſupra. j. q. v. Si motus capitur pro-
priè, ut includit ſucceſsionem; quæ-
ſtio nulla eſt, & eſt implicatio in termi-
nis. Eſt enim talis; utrum angelus po-
ſsit mutari ſucceſsiuè de loco ad lo-
cum in inſtanti ſucceſsionem non ha-
benti. Ideo melius quæri poſſet, an an-
gelus poſsit mutari de loco, ad lo-
cum in inſtanti, ita ut totus ſimul eſ-
ſet in termino a quo: & in termino ad
quem. Et uidetur reſpondendum ſub
diſtinctione, aut enim ante muta-
tionem angelus aſsiſtit loco minori,
quàm loco ſibi adęquato. Dictum enim
eſt ſupra ꝙ dabilis eſt locus maxi-

mus: cui angelus poteſt aſsiſtere: & ille dicitur adæquatus: non autem datur minimus. Poteſt ergo eſſe in loco minori: & ſic poteſt mutari in inſtanti ad locum maiorem, cuius minor eſt pars. Vt gratia exempli. Si locus adequatus angeli, fuerit unius leucæ: & angelus aſsiſtat eius medietati, tunc poteſt angelus non dimittendo illam medietatem ſe facere præſentem toti loco ſine ſucceſsione temporis: quia nulla poteſt ibi eſſe cauſa neceſſaria ſucceſsionis: non enim angelus primò eſt in loco indiuiſibili; licet ipſe ſit indiuiſibilis; cum nullus ſit indiuiſibilis. Sed primò eſt in aliquo loco diuiſibili; totus in qualibet parte eius tanto, quanto uoluerit: dum tamen non excedat locum ſibi adequatum. Non enim ab alio; ſed a ſua uoluntate mouetur: neque eſt ibi aliqua reſiſtentia: quia nihil prius exiſtens in loco; ad quem ſe transfert angelus; cogitur cedere præſentiæ angeli. Si uero ante mutationem angeli, angelus fuit in loco ſibi adæquato; & transfert ſe ad alium locum adæquatū; & per conſequens dimittit priorem; illa translatio non poteſt fieri in inſtanti, quia ſi fieret in inſtanti; tunc dimitteret primum locum totum ſimul; & faceret ſe præſentē ſecundo loco toti ſimul: & ita dimitteret primum locum per ultimum inſtans eſſe in eo: & inciperet eſſe in ſecundo loco per primum eſſe in eo. Tunc quæro utrum illa inſtantia ſint duo, uel unum: Non ſecundum; quia tunc ſimul eſſet in duobus locis ſibi adæquatis; quod eſt impoſsibile per potentiam ſuam naturalem. Si duo cum non poſſunt eſſe immediata; inter illa erit tempus medium; per quod fit translatio: & ſic nō eſt inſtans. ¶ Ad illam rationem reſpondet Grego. concedendo, ꝙ eſt idē inſtans: & in illo eſt angelus ſimul in termino a quo in medio, & in termino ad quem. Quòd uero dicitur idem non poſſe eſſe in diuerſis locis; dicit intelligendum permanenter: ſecus in tranſitu. Quod ſi placet, ponatur reſponſio oppoſita. Nihil enim in his materijs a nobis abſconditis puto temere aſſerendum. ¶ Ad ſecundum dicitur, ꝙ poſito medio, neceſſe eſt ipſum moueri per medium, priuſquam attingat extremum. Patet; quia motus dicit ſucceſsionem; ſucceſsio requirit medium inter terminum, & terminum. nam ſi non eſt medium; non erit ſucceſsio. ¶ Item ſicut eſt ordo eſſentialis inter partes temporis; ita inter partes loci; ſed impoſsibile eſt tranſire de præterito ad futurum, niſi per preſens; ita impoſsibile uidetur tranſire de loco ad locum temporaliter; niſi per medium. Si quæris. Vtrum inſtantaneè poteſt mutari de loco ad locum, & non per medium. Dicitur ſi termini illius mutationis ſunt indiſtantes, poteſt: quia tunc non eſt medium. Similiter ſi eſſet in uacuo; poſſet tranſire localiter inſtantaneè, uel ſucceſsiuè de termino, ad terminum. E

Si uero termini diſtāt per medium; uidetur, ꝙ non poſsit tranſire de termino ad terminum uirtute propria naturali, & non per medium propter ordinem naturalem, & eſſentialem inter partes loci, quæ experimur in corporalibus; nec aliud apparet in ſpiritualibus. Poteſt tamen uirtute diuina, quę non limitatur ad aliquem ordinem: unde Chriſtus facit corpus ſuum in cęlo præſens ſub hoſtia ſine tranſitu per medium tranſitu per media; ut declaratur in quarto, ita poſſet facere de angelo. ¶ Verum, an angelus poſsit moueri per uacuum tractat Ockam q. vj. quodlibet. j. Et tantum de illa quæſtione.

## DISTINCTIO. III.

IN TERTIA diſtinctione magiſter inquirit, quales angeli creati ſunt, quo ad naturam, & gratiam, & cognitionem. Secundum hoc poteſt ſententia textus per tres



tres concluſiones ſummari. ¶ Prima: Angeli ſunt creati a deo, eſſentia ſimplices, & immateriales, perſonaliter diſcreti, rationaliter, & arbitrio liberi: quantum ad duo prima uniformes; quantum ad duo ultima diſpares, ac diuerſi. ¶ Secunda concluſio. Angeli omnes in primordio ſuæ conditionis boni fuerunt ſine uitio per innocentiam; ſed non iuſti per uirtutes, & gratiam. ¶ Tertia: In angelis a principio erat naturalis cognitio; quia a quo, & cum quo facti fuerant, cognoſcebant. Bonum quoque a malo: appetendum a reſpuendo diſcernebāt. Probationem addit magiſter in textu.

## A QVAESTIO. I.

QVAERITVR primò circa primam conclusionem. Vtrum omnes angeli inter ſe ꝑſonaliter diſcreti, eſſentiali ſpecie ſint diſtincti. quæſtio ſupponit, ꝙ angelus ſit perſona. Quærit an omnes diſtinguuntur ſpecie; an aliqui

Arti. 1. ſolo numero. ¶ Pro utroque notandū

Not. 1. primo; ꝙ licet nomen angelus ſecundum uocis proprietatem nomen ſit officij: ut uult Greg. de quo infra diſtin. ix. tamen in propoſito accipitur, ut dicit ſubſtantiam, ſiue materiam angelicam. Et ſic acceptum deſcribitur angelus a Damaſce. Angelus eſt ſubſtantia īcorporea, intellectualis, ſēper mobilis arbitrio libera, deo miniſtrans, gratia non natura immortalitatē ſuſcipiens. ¶ Subſtantia incorporea ponitur pro genere; & accipitur incorporea ſtrictè pro ſubſtantia, quæ neque eſt corpus in ſe, neque corpori unibilis, ut forma. & per hoc includitur anima intellectiua tam coniuncta, quàm ſeparata. ¶ Dicitur intellectualis: ad excludendum quamcunque naturam non cognoſcentem. Poſſet enim deus de nouo producere ſubſtantiam ſpiritualem non cognoſcentem, quæ per hoc non eſſet angelus. Dicitur ſemper mobilis, & hoc quantum ad motum localem: quia tali motu infatigabilis eſt. Per hoc etiam innuitur, ꝙ non determinat ſibi locum naturalem, in quo naturaliter quieſcat; quia eſt de ſe indifferens ad omnem locum corporalem. ¶ Dicitur arbitrio libera; quantum ad motum affectionum. ¶ Dicitur deo miniſtrans: ubi tangitur cauſa finalis: de cuius myſterio infra tractatur diſtin. ix. ¶ Dicitur ſuſcipiens immortalitatem nō natura, ſed gratia diuina; quia angelus; ſicut quælibet creatura; de ſe habet uertibilitatem in nihil. Eo ipſo enim, ꝙ de nihilo creatus eſt; poteſt redire in nihil; & rediret in nihil niſi a deo cōſeruaretur. ꝙ ergo ꝑpetuus eſt; non habet ex ſe; ſed ex dono conditoris conſeruantis. Et ideo licet non ſit corruptibilis ex principiis intrinſecis; cum ſit ſubſtantia ſimplex; nec habet contraria extrinſeca ſicut elementa; tamen per ſubtractionem conſeruationis eſt annihilabilis. Conſeruatur autem benigniſsima, & gratioſa dei uoluntate; & ita dono gratiæ. Et licet breuius poſſet deſcribi dicendo, creatura intellectualis incorporea, tamen reliquæ particulæ non ſuperfluunt: quia eis exprimitur cauſa finalis, operatio, & duratio angelorum. ¶ Aliam ponit angelorum commēdatoriam Beatus Dioniſius de diuinis nominibus ſcilicet; Angelus eſt imago dei, manifeſtatio occulti, luminis ſpeculum purum, ſplendidiſsimum, immaculatum, incontaminatum incoinquinatum recipiens totam (ſi iuſtum eſt dicere) ſpecioſitatem bene formatæ dei formitatis: & purè declarans in ſeipſo, ſicut poſsibile eſt; bonitatem, quæ eſt in abditis. Hanc per ſingula uerba latè proſequitur Alexan. de alcs. parte ij. quæſtio. xx. men. iij. arti. ij. ¶ Secundo ſupponitur ex his, quæ diſtinctione xxiij. lib. j. Ockam ponit, ꝙ perſona eſt ſummum intellectuale. Eſt autem ſummum ens completum, non conſtituens aliquod ens unum; non natum inhęrere: nec ab alio ſuſtentatū. Per Not. 2. B

primum ſcilicet ens completum, excluditur omne, quod poteſt eſſe pars alterius eſſentialis, ſiue actu componat, ſiue non. Per ſecundum ſcilicet nõ cõſtituẽs &c. excluditur diuina eſſentia: & ſimiliter relationes diuinę, quę nõ ſunt formaliter perſona; ſed conſtituunt perſonas. Per tertium non natum inhęrere; excluduntur omnia accidentia. Per quartum; nec ab alio ſuſtentatũ: excluditur natura humana a uerbo aſſumpta.

¶ Huic diffinitioni concordat diffinitio Boet. Perſona eſt rationalis naturæ indiuidua ſubſtantia. Per indiuiduam ſubſtantiam intelligitur ſummũ ſubſtantiale. Per rationalem naturam; natura intellectualis. Concordat Rich. de ſancto uictore perſonam ſic diffiniens: Eſt intelligibilis naturæ incommunicabilis exiſtentia. Intelligens per incommunicabilem exiſtentiam, omne illud, quod non communicatur alteri; uel ut pars, ſeu conſtitutiuum aut accidens, aut ſuſtentatum. Ex illo ſequitur: ꝙ perſona ultra naturam, uel eſſentiam rei, nullam aliam rem poſitiuam importat: ſed dumtaxat connotat negationem quadruplicis communicabilitatis, quæ dicta eſt. Ex quo ſequitur ſecundò, ꝙ res non perſonatur per aliquam entitatem poſitiuam; ſed eoipſo, ꝙ res eſt: & non eſt pars alterius; nec conſtituit aliud: nec natum eſt inhærere; nec ab alio ſuſtentatur; eſt ſummum. Et ſi fuerit natura, intellectualis eſt perſona. ¶ Sequitur tertiò, ꝙ perſonalitas non eſt aliquid diſtinctum a perſona; quo res, quæ eſt ſummum formaliter dicatur perſona; ſed eſt ipſa res non communicabilis modis ſupradictis, Et de hoc latius uidendum erit in tertio lib. di-

Not. 3. ſtinctio. j. quæſtio. j. ¶ Tertiò ſuppo-

C nendum ſecundum mentem phi. j. Topic. c. v. dicentis. Eadem ſpecie ſunt, quę eadem ſpecie cõtinentur, per oppoſitum diuerſa ſpecie. Supponendum itaque, ꝙ illa differunt ſpecie eſſentiali: quę continentur ſub diuerſis ſpeciebus abſolutis. Eſt autem ſpecies abſoluta conceptus hominis abſtractus a conuenientia eſſentiali aliquorum, quæ habent ſupra ſe genus. Illa uero ſunt eiuſdem ſpeciei eſſentialis; quæ ſub eadem ſpecie ſpecialiſsima continentur. Et illa continentur ſub eadem ſpecie ſpecialiſsima abſoluta: quæ ſunt ſimilia in eſſentialibus: ita ꝙ non poſſunt dare aliqua ſimiliora; ut petrus, & paulus ita ſunt ſimiles in eſſentialibus; ut non poſſunt dari aliqui ſimiliores tam ex parte materię, quàm formæ: quia ęquè ſimiles ſunt omnes materiæ eſſentialiter: ſimiliter omnes animæ intellectiuę. Nec poteſt aſsignari maior conuenientia inter has animas intellectiuas, quàm illas: ſecus de petro, & hoc aſino. ¶ His præmiſsis eſt prima cõ-

Arti. 2. D Cõcl. 1 cluſio reſponſiua ad ſummum. Omnes angeli ſunt inter ſe perſonaliter diſcreti. Probatur; quia quilibet angelus eſt diſtinctus a quolibet alio; & quilibet eſt perſona; ergo concluſio uera. Conſequentia nota cum maiore. Et minor patet ex diffinitione perſonæ: quia quilibet angelus eſt ſummum intellectuale, quia nullus angelus eſt pars, uel conſtituens; nec forma alicuius; nec ab alio ſuppoſito ſuſtentatum; & eſt natura intellectualis; ut patet per diffinitionem angeli præmiſſam. ¶ Se-

Cõcl. 2. cunda concluſio reſponſiua ad quæſitum: Poſsibile eſt eſſe plures angelos in eadem ſpecie. Probatur; quia deus poteſt creare duos angelos ſimillimos in eſſentia; & uni infundere maiorem gratiam, & cognitionem quàm alteri; & illi eſſent eiuſdem ſpeciei ergo. Conſequentia nota. Et minor patet ex ultimo notabili. Maior probatur; quia eſſe duos angelos ſimillimos nullam includit contradictionem; ergo deus poteſt illos creare. Item omnes animæ intellectiuæ ſunt eiuſdem ſpeciei ſpecialisſimæ. ergo & angeli aliqui poſſunt eſſe eiuſdem ſpeciei ſpecialiſsimæ. Tenet conſequentia; quia non uidetur, unde hoc plus repugnet angelis, quàm animabus: cum animæ intellectiuę ita ſunt ſpũs in ſe ſimplices, ſicut



angelus; nec impedit, ꝙ animæ intellectiuæ poſſunt informare materias. Et ideo poſſunt eſſe plures animæ in eadem ſpecie propter diuerſitatem materiæ. Non ſic de angelis; quia materia eſt penitus extrinſeca animæ; & non eſt de eſſentia animę ſi identitas, uel diuerſitas ſpeciuoca non conuenit animæ per materiam; immo ſi omnes animę creatæ eſſent extra materiã; ut tenuit error Origenis. etſi nunquam informarent materiam: adhuc conuenirent ſpecie. Item animę intellectiuæ ſunt in ſeipſis quędam entitates omnibus alijs circumſcriptis; ergo in ſeipſis ſunt eiuſdem ſpeciei, uel diuerſarum. Non ſecundum: ergo primum. Tenet cõſequentia: quia quęcunque duæ res ſignãtur omnibus alijs circumſcriptis, ſunt res duę: uel ergo tantum numero, uel ſpecie. non eſt dare medium: quia quæcunque differunt non tantum numero; differunt pluſquam numero, &

Cõcl. 3. ita ſpecie. ¶ Tertia concluſio: Probabi-

E le eſt multos angelos eiuſdem hierarchię, & ordinis de facto eſſe eiuſdem ſpeciei, & ſolum numero differre. Probatur: quia probabile eſt nullam ſpeciem naturæ intellectualis totam eſſe damnatam; ſed multi angeli ſunt damnati; ergo nulli conſtituerunt totam ſpeciem. Conſequentia eſt in feſtino: ſic formando: Nulla tota ſpecies naturæ intellectualis eſt damnata; aliqui angeli ſunt damnati, igitur aliqui non ſunt tota ſpecies; & per conſequens ſunt eiuſdem ſpeciei cum alijs non damnatis, cum quibus cõſtituunt totam ſpeciem. Minor nota. Maior probatur per illud Auguſtini in ench. c. xxviij. Placuit uniuerſitatis creatori, & moderatori deo; ut cum non tota multitudo angelorum deum deſerendo perierat; ea, quæ perierat in perpetua damnatione remaneret. Quæ autem cum deo illa deſerente perſtiterat, de ſua certisſima cognita ſemper futura felicitate ſecura gauderet. Alia uero creatura rationalis; quę in hominibus erat,

A quoniam peccatis, & ſupplicijs, & originalibus, & proprijs tota perierat: ex eius parte reparata. quòd angelicæ ſocietati certatim iungeretur; quod ruina illa diabolica minuerat, ſuppleretur illa totali, & partialitas in angelis non uidetur eſſe rationalis; niſi ponatur, ꝙ nulla ſpecies angelica (quantum ad omnia indiuidua) totaliter perierat. Et ita de quacunque ſpecie angelorum, aliqui perſtiterunt, aliqui ceciderunt. Multa hic moueri poſſent: quæ in diſtinctio. ij. primi latius ſunt tractata. Tantum de illa quæſtione. De ſimplicitate angelicæ naturæ uidebitur infra viij. diſtinctio. Et de libertate arbitrij diſtinctione. vj.

¶ DE MATERIA SECVNdę concluſionis textus.

## DISTINCTIO. IIII.

SECVNDO circa cognitiones angelorũ quęritur: Vtrum angelus intelligat ſe, & alia per eſſentiam ſuam: uel per ſpecies a rebus acceptas; uel a deo infuſas. Vide hic Ockam in ſecunda quæſtione. xiiij ¶ Pro de-

Not. 1. Arti. 1. claratione terminorum, notandum primò; ꝙ dum quæritur an angelus intelligit per eſſentiam; poteſt intelligi uel de eſſentia ſua; id eſt angeli intelligentis; uel de eſſentia obiecti intellecti. ¶ Secundò notandum: ꝙ

Not. 2. ly per, in quæſtione. dicit circumſtantiam rationis intelligendi. hoc eſt cauſæ intelligendi: & ſecundum ly per, uel ratio cognoſcendi poteſt dicere circunſtantiam cauſæ formalis, uel efficientis, uel cauſæ obiectiuæ. Et ſecundum hoc poteſt eſſe multiplex intellectus. q. Vnus utrum cognoſcat tam per eſſentiam ſuam, quam obiecti tanquam per cauſam formalem: ita ꝙ eſſentia ſua, uel obiecti cogniti, ſit id, quo intellectus formaliter cognoſcat. Hoc eſt, ſit ipſamet

cognitio: ſiue actus cognoſcendi. Secundo modo an intelligi per eſſentiã, tamquam per rationem efficientem actus cognoſcendi. ¶ Et ratio cognoſcendi: uel accipitur communiter pro quolibet prȩuio actu intelligẽdi neceſſario requiſito ad intelligendum, hoc eſt pro qualibet cauſa effectiua partiali cognitionis: ſiue ſit deus, ſiue intellectus ipſe; ſiue obiectum; ſiue ſpecies, aut habitus. Secundo modo, ut excludit intellectum poſsibilem. Tertio modo, ut etiam excludit intellectum agentem ſimul cum poſsibili.

Not. 3. B

¶ Tertio modo poteſt intelligi titulus: an per eſſentiam tamquam per rationem obiectiuam .i. an cognoſcat eſſentiam, uel quidditatem ſuam, & aliorum in ſe nudè non ſolum, ut inuolutam accidentibus. Ille intellectus eſt ſatis improprius: quia ly per non uidetur dicere obiectum cognitum: ſed magis modum, uel rationem cognoſcendi. ¶ Tertiò ſciendum, ꝙ ſpecies in propoſito ſecundum do. Petrum de Aliaco poſt Grego. de arim: xliij. diſt. q. vij. lib. ſecundi quadrupliciter accipitur. Primò communiſsimè pro omni forma ad notitiam habendam concurrente: & ſic quandoque ipſa forma obiecti, quod cognoſcitur, dicitur ſpecies. Secundo modo communius, non communiſſimè pro omni forma, quȩ eſt aliquo modo ratio cognoſcendi aliam rem. Et ſecundum hunc modum ars, & habitus cognitiui poſſunt dici ſpecies. Tertio modo communiter pro omni forma, quæ eſt ſimilitudo, & imago rei cognitæ, per quam res illa cognoſcitur: & hoc modo etiam actualis cognitio dicitur ſpecies. Quarto modo accipitur ſpecialiter, & propriè pro forma, quæ eſt ſimilitudo, & imago rei cognitæ: manens naturaliter in anima etiam, poſtquam anima deſinit actualiter cognoſcere: apta nata ducere animam in notitiam rei, cuius ipſa eſt imago, uel ſimilitudò. Primo ac tertio, & quarto modis accipit Augu. xj. de trini. c. ix. Vnde ait. Cum incipimus a ſpecie corporis; & peruenimus uſque ad ſpeciem, quæ ſit in contuitu cogitantis; quatuor ſpecies reperiuntur: quaſi gradatim natȩ quaſi altera, ex altera. A ſpecie quippe corporis, quod cernitur; exoritur ea, quæ ſit in ſenſu cernentis, & ab hac ea, quæ ſit in memoria: & ab ea, quȩ ſit in acie cogitantis. Secundo modò accipit ſpeciem philoſophus. vij. metaph. ubi ait. Medicinalis autem, & ȩdificatoria eſt ſpecies ſanitatis, & domus. ¶ Veruntamen magis ad propoſitum accipitur, ut dicit Ockam: pro illo, quod eſt præuium actui intelligendi, mouens ipſum ad actum cognoſcendi, quod poteſt manere ante intellectionem, & poſt: etiam re abſente, & per conſequens dicitur ab habitu; quia habitus intellectus ſequitur actum intelligendi; ſed ſpecies procedit tam actũ, quàm habitum. Et ſicut dictum eſt de ſpecie intelligibili; ita poteſt dici de ſpecie ſenſibili; quod accipitur pro aliquo prȩuio actui ſentiendi; mouens ad actũ ſentiendi. ¶ Breuiter per ſpeciem intelligitur aliquod prȩuium cognitiui; mouens potentiam ad cognoſcendũ; quod non eſt obiectum potentiæ, nec habitus a cognitione derelictus: ſiue ſit in medio potentia, uel organo. ¶ Vbi C conſequenter notandum; ꝙ inter plures opi. ſunt duæ famoſe de huiuſmodi ſpeciebus. Vna eſt, quæ ponit eas, alia negat. Vnde eſt una opinio ſatis communis; quæ ponit ſpecies ſenſibiles, ſimiliter & intelligibiles. Senſibiles in medio inter obiectum, & organum ſenſus in ipſo ſenſu. Etiam in intellectu; non quidem eiuſdem rationis; ſed diuerſȩ rationis inter ſe, & ab obiecto. Primas duas uocant ſenſibiles, tertias intelligibiles. ¶ Vnde quoad primas dicunt, ꝙ ab obiecto ſenſibili producitur quædam qualitas inſenſibilis: ſed extenſè in medio orbiculariter, ſiue ſphericè, ipſi medio inhȩrentes. Et illæ ſpecies alias producunt, & illæ alias; donec tandem deficiant. Aut quia in proceſſu debilitãtur, donec peruenerint ad organũ ſenſus, ſi fuerit in medio. Harum ſpecie-



ſpecierum eſt reprȩſentare obiectum: a quo multiplicantur ſingulariter cum circumſtantiis indiuiduantibus; & repræſentando mouent ſenſum ad formandum primam ſenſationem in organo ſenſus exterioris: quæ eſt notitia ſingularis, & intuitiua obiecti: ſynonyma cum ſpecie in ſignificando. Deinde a ſignificatione exteriori aliæ ſpecies producuntur: quæ in ſanguine per neruos deducuntur ad organum ſenſus communis: repræſentãtes obiectum eodem modo, ſicut priores ſpecies; & ultra ipſam ſenſationem exteriorem per modum circumſtantiæ .i. ſenſibile ſimpliciter cum circumſtantiis indiuiduantibus; & ultra has, ut ſenſatam. Et in hoc differunt illæ ſpecies a prioribus medio inhærentibus. Et iſtæ mouent ſenſum communem ad formandum ſenſationem in ſuo organo illis ſpeciebus ſynonymam. ¶ A ſenſationæ interiori iterum aiunt ſpecies produci, & mitti ad organum memoriæ: ibique reſeruari; quæ poſt mouent ſenſum ad formationem cognitionis rei prius notæ cum circumſtantia temporis præteriti. Has triplices ſpecies ponunt, quas vocant ſenſibiles; non ꝙ ſentiantur; ſed ꝙ mouent ſenſum; & ſunt cauſæ partias ſenſationum. Dicuntur etiam ſimilitudines rerum ſenſatarum, non quidem reales; ſed repræſentatiuæ. ¶ De ſpeciebus intelligibilibus ſimiliter dicunt; ꝙ eas neceſſe eſt ponere inter phantaſma, & intellectionem, primam, quam intellectus agens abſtrahit a phãtaſmate. Tum quia intellectus eſt immaterialis; phantaſma materiale; ideo requirit ſpeciem immaterialem, qua præſentetur obiectum ſpecialius, & clarius, ut exeat in actum cognitionis. Tum quia cum intellectus uniuerſalium requirit ſpeciẽ præuiam ipm obiectũ uniuerſaliter repræſentantem. Phantaſma autem, & quæcunq; in ſenſu ſunt; sũt cognitiones ſingulares, uel ſpecies ſingulariter repræſentantes. Oportet ergo ponere ſpeciem intelligibilem præuiam cognitioni uniuerſali in intellectu; quo obiectum actu uniuerſale perfectè fiat præſens intellectui in ratione obiecti prius naturaliter, quàm intelligat; ut arguit Sco. cuius eſt hæc opinio. quæſtio. vij. diſtin. iij. lib. primi ſententiarum. ¶ Alia opi. ſimpliciẽ negat omnes tales ſpecies tam in medio; quàm in ſenſu; quàm in intellectu. Cuius opi. eſt Ockam. Ideo ſecundum eam ponentur cōcluſiones cum ſuis ꝓbationibus, & motiua. ¶ Pro notabili quarto, ſupponitur hic diſtin- Not. 4 D
ctio inter notitiã intuitiuam, & abſtractiuam: tam eam, quæ abſtrahit ab hic & nunc: quàm eam, quȩ a ſingularibus abſtrahitur. De quo latè tractaẽ infra. q. prolo. quȩ hic nõ repetũtur. Quodq; cũ intuitiua obiecti ſimiliter habetur notitia abſtractiua; quȩ ſecundum aliquos nõ manet deſinẽte notitia intuitiua: & alia abſtractiua: quȩ manet tranſeunte, uel non exiſtẽte non intuitiua. Et quia fundamentũ illius quȩſtionis in hoc conſiſtit; ut conſideretur, quid requiritur ad hoc, ꝙ intellectus intelligat: etiam quoniã intellectus in nobis prȩrequirit notitiam ſenſitiuam; ideo prȩmittentur aliquȩ concluſiones præambulæ; quibus oſtendetur, quid ſit in ſenſu; & quid in intellectu; ac deinde reſpondebitur ad quȩſtionem. ¶ Cōclu- Cōcl. 1 E
ſio j. ſcđm Ockam. q. xviij. ſcđi. Ab obiecto ſenſibili non cauſatur aliqua ſpecies in medio alterius rationis ab obiecto neceſſario præuia actui ſentiendi. Probatur; quia pluralitas non eſt ponẽda ſine neceſſitate. Sed nulla apparet neceſsitas ponendi tales ſpecies. Qđ probatur: quia nulla ratio euidens adduci poteſt ad probandum huiuſmodi ſpecies, quia uel illa procederet ex principijs ꝑ ſe notis; uel notis per experientiã. Nõ ſcđm; quia ſpecies illȩ ſecundũ ponentes non ſunt ſenſibiles; ergo de eis nõ poteſt ſumi experimentũ. Experimentum enim ex multis ſingularibus ſenſui notis accipitur. j. metaph. Neq; poteſt dari primum; quia maximè procederet ex illo principio; ꝙ mouens, & motum debent eſſe ſimul. Sed ſi illud

primũ intelligitur de ſimutate ꝑ indiſtãtiã localem, non eſt uerum; cum ſol ꝓducit multos effectus in iſtis inferioribus; & tamen diſtat localiter ab eis. Nam ſol producit calorem in ſuprema regione aeris; & tamen nõ eſt ſimul cũ ea. Nec poteſt dici, ꝙ caliditatẽ eam producit etiam in medio; quia orbes planetarum medij inter ſolem, & aerẽ, non ſunt ſuſceptiui caloris; uel quarũcũq; peregrinarũ impreſſionũ. ¶ Pręterea lumen intẽſum cauſatum in, uel ꝓpe parietem, dũ ſol ſplendet per feneſtram: cauſatur & non a lumine aeris immediatè: nec ab alio, quã a ſole localiter diſtãte. Quod non a lumine ꝓpinquo; probatur; quia tunc ęquè cauſaret tantum lumen in quolibet aere ſibi æquè propinquo. Conſequens falſum, & contra experientiam. Et probatur conſequentia; quia cauſa naturalis ęquè agit in quodl. paſſum ęquè ꝓpinquũ, lumen autem medij agit naturaliter. Si dicis, ut arguit Ockam ubi ſupra. q. xviij. ſecundi ſententiarũ: ꝙ mediũ illuminatũ cauſat lumẽ intẽſum in alio medio diſtãte ſcd̃m lineã rectam. Contra; ab illo medio illuminato ad quamlibet partem medij diſtantis poteſt trahi linea recta; & ita quælibet alia pars medij diſtat per lineam rectã.

¶ Si dicis, ꝙ lumen medij cauſat in uirtute ſolis; & ideo non poteſt cauſare lumen intenſum; niſi in medio, quòd diſtat ſecundum lineam rectam a ſe, & a ſole, ita ꝙ linea protenſa a ſole per medium illuminãs ad aliud medium diſtãs ſit recta. ¶ Contra quæro, quid eſt cauſare in uirtute ſolis: Aut quia ſol concurrit ſecum ad producendum illum effectum, ſcilicet lumẽ immediatè. Aut quia ſol in medio immediatè cauſat lumen primum, quòd eſt cauſa ſecundi, & conſeruat illud. Si primum, habetur propoſitum, ꝙ ſol immediatè agit in diſtans, licet partialiter. Si ſcd̃m, tũc ſol tantũ eſt cauſa luminis medij; quòd eſt cauſa alterius. Et tunc ſtat argumentum ſicut prius; quia illud lumen cauſatum a ſole cum ſit agens naturale: ęquè illuminat omnem partem medij ęquè diſtantis. ¶ Similiter ſi dicis; ꝙ mediũ cauſat per aliquam uirtutẽ influxiuam a ſole; illa uirtus eſt agens naturale; & arguitur ut prius. ¶ Similiter arguitur; ſi nubes interponitur inter ſolem, & montem: ſol cauſat lumen intenſum in latere montis: inter quod, & ſolem non directè obijcitur nubecula. ¶ Simile eſt de duabus candelis in diſtinctis ſitibus, reſpectu eiuſdem feneſtræ, aut foraminis poſitis. Illæ cauſant diuerſa lumina in pariete oppoſito, a quo tñ diſtant. Nõ enim põt dici, ꝙ lumẽ in feneſtra, aut in foramine cauſet illa diſtincta lumina; quia illud lumẽ æqualiter reſpicit omnẽ, partẽ parietis, etiam ſecundum lineam rectam. Ergo produceret ęquale lumẽ in qualibet parte, uel nulla: cum æquè ſint receptiuæ luminis: Similiter poteſt argui de magnete, qui mouet ferrũ diſtãs: & nõ medium: & ſic immediatè. Si dicis, ꝙ producit uirtutem aliquã in medio, uel in ferro, quo immediatè mouetur. Cõtra uolo, ꝙ deus cõſeruet illam uirtutem in ferro, uel medio deſtructo magnete; quęro ad quã partẽ moueat illa uirtus; & nulla poteſt darj; & tñ eſt eadẽ uirtus quæ prius. Item angelus cauſat aliquid in alio angelo diſtante; ut infra patebit, & tamẽ nihil in medium. Vnde principium, ſi uerum eſt, oportet intelligere de ſimultate uirtutis. Oportet enim ſic mouens eſſe cũ moto in tali approximatione, in qua poteſt mouere, & ita non probatur per ipſum, ꝙ neceſſe eſt obiectum eſſe indiſtans per ſe, uel ꝑ ſpeciẽ a potentia cognitiua. ¶ Dicitur notanter in concluſione, ſpeciem alterius rationis; quia obiectum bene producit in medio qualitatem eiuſdẽ rationis; ut calor calorem. odor odorem. lumen lumen. color colorem. Hęc Ockam ubi ſupra. quæſtio. xviij. ſecundi. Sequentes concluſiones ex quæſtione xvij. eiuſdem ſumptæ ſunt. ¶ Secunda concluſio. In ſenſu exteriori ſiue accitur pro organo, ſiue pro potentia, non imprimitur aliqua ſpecies neceſ-

Cõcl. 2
F



ſariò præuia primæ ſenſationi. Probatur ſicut prior concluſio; quia omnino fruſtra poneretur. Nam ad cauſandũ actũ ſentiẽdi in organo ſenſus exterioris, ſufficit obiectũ cũ potentia ſenſitiua non impedita. Item ſi poneretur talis ſpecies, quę cũ potentia ſenſitiua ꝓduceret ſenſationem, eſſet cauſa naturalis. Volo, ꝙ conſeruetur a deo deſtructo obiecto exteriore; adhuc cauſaret ſenſationem cum potentia; quia nõ mutata quoad eſſe, uel quoad ſuam naturam. Prima autem cognitio eſt intuitiua. Et ſic naturaliter cauſaretur notitia intuitiua obiecti non exiſtẽtis, qđ eſt impoſſibile. ¶ Tertia cõcluſio. In organo ſenſus exterioris qñdoq; imprimitur aliquid, quòd tanquã obiectũ eſt principiũ partiale alicuius ſenſationis. Probatur (exempli gratia) in ſenſu uiſus per experientiam. Nam ſi quis uidet fortem lucem, poſt claudens oculos, apparet lux in oculo. Similiter ſi uidet in luce ſolis uiridarium plenum uiridibus herbis; claudens poſtea oculos, apparet color uiridis in oculis. Illa apparitio eſt actus ſenſitiuus, & uiſio quædam, q̄ non habet aliud obiectũ, quàm lucem, aut colorem oculo impreſſum.

Cõcl. 3

Sic ergo dicitur, ꝙ in uiſu aliquid imprimitur a uiſibili, ſcilicet qualitas quædam, quæ non eſt actus uidendi, nec ſpecies, nec generatur ex actu uidendi; ſed eſt quædam qualitas impreſſa uiſui ſimul cum actu uidendi, cauſata ab obiecto; ſicut actus uidendi; & obiectum eſt cauſa totalis illius qualitatis: ſicut aliquod creatum poteſt eſſe cauſa totalis; ſed reſpectu actus uidendi obiectum eſt cauſa partialis. Imprimitur ergo illa qualitas ab obiecto ſenſibili ſimul cum actu uidendi: & non eſt obiectum illius actus, qui ſecum cauſatur; ſed poſt primum actum terminatum ad aliquod ſenſibile excellens, habet uiſus alium actum perfectiorem, qui uocatur apparitio, & eſt cognitio intuitiua. Et reſpectu illius actus ſecundi, eſt illa qualitas impreſſa obiecto, & eius cauſa partialis; qđ probatur; quia illa apparitio eſt uerus actus uidendi; ergo eſt aliquid terminans illum actũ. Sed non ens non poteſt aliquem actum notitiæ intuitiuę terminare naturaliter. Igitur quod terminat apparitionẽ, erit aliquod ens reale, & non aliud, quã qualitas organo impreſſa. ¶ Quarta cõcluſio. In ſenſu exteriori accipiendo ſenſum exteriorem pro organo; imprimitur aliquod abſolutum præter actum ſentiendi, & qualitatem de qua præcedens cõcluſio; quod .i. nec eſt obiectũ ſenſationis, nec principium, nec actus, nec ſpecies: probatur de uiſu; quia poſt quã aliquis ceſſauerit ab omni uiſione, remanet uiſus aliter diſpoſitus, quã ante; quia poſt aliquos colores debilitatur; & poſt aliquos cõfortatur. Et cum nihil ſentit poſt actũ, igitur eſt aliquid derelictum, quod eſt debilitatiuum, uel confortatiuum uiſus. Quia autem iſta alteratio fiat a colore, patet quia omnibus alijs deſtructis, exiſtentibus colore medio illuminato, & uiſu; ſequitur confortatio, uel debilitatio. Nam ſolo colore agente debilitatur, uel confortatur uiſus; omnibus alijs non poſitis; & ipſo non poſito, non cõfortatur, nec debilitatur uiſus; igitur ſolus color hoc facit, & nõ aliud: ſic patet, ꝙ aliquid imprimitur in uiſu, qđ nõ eſt actus; quia manet actu nõ manente. Nec eſt ſpecies; qa ſpecies nõ ponitur, niſi ſolũ, ut ſit principiũ actus. Sed illud impreſſum manet, quãdo ſenſus nõ poteſt in actum. Patet de excæcato per aliquam qualitatem debilitantem organum uiſus. Tum quia ſpecies nec in uiſu, nec in medio manet naturaliter, niſi ad pręſentiam ſenſibilis, aut lucis. Sed illud impreſſum manet, quando nec eſt lux, nec ſenſibile præſens. Ergo illud impreſſum, nec eſt ſenſibile, nec ſpecies, nec actus, nec principium, ſed eſt qualitas impreſſa in organo uiſus; quæ aliquando eſt confortatiua, aliquando debilitatiua. Et imprimitur effectiuè a colore ſimul cum actu uidẽdi. Nec eſt primũ actui ſicut principiũ: Nec generatur ab actu, ſed a colore, ut

Cõcl. 4
G

dictũ eſt. Et manet illa qualitas quandoq; uſq; ad finẽ uitæ hominis, quãdoque ꝑ ſpatiũ maius, quãdoq; ꝑ minus.

Cõcl. 5 ❡ Quinta cõcluſio. In ſenſu interiori, ſi

H ue phantaſia poſt primũ actũ ſenſus interioris relinquitur aliqua q̃litas, inclinãs ad ſimilẽ ſenſationem eliciendam. Probatur, q͞a potẽtia illa aliter eſt reducibilis ad actũ poſt primum actũ, quàm ante. Quia ante nõ producit ad actum niſi preſentia ſenſibilis realiter. Poſt primũ aũt actũ põt reduci ad actum in abſentia ſenſibilis, Ideo neceſſariò aliquid relinquit inclinãs ad actũ poſt primũ actũ, q͞d prius ante primũ actũ ibi nõ fuit. Et hæc qualitas uerè dici poteſt; & eſt habitus: patet: q͞a ſibi cõueniũt oẽs cõditiones habitus. Preter hũc habitũ etiã põt imprimi organo ſenſus cõmunis qualitas aliqua confortatiua, uel debilitatiua, rectè ſicut de ſenſu exteriori. Sed di. Vnde cauſat primus actus phãtaſię, ſiue ſenſus interioris; ex quo habitus ille præſupponit actum phantaſiandi, a quo generetur: Reſpondetur, ꝙ primus actus phantaſiandi cauſatur a ſenſatione exteriori; quæ eſt notitia intuitiua, & a potentia phantaſtica. Iſtæ duæ cauſæ cum deo ſufficienter cauſant primum actum phãtaſiãdi, ſiue actum interiorem; & obiectũ extra nõ eſt cauſa illius actus, ſed tantũ eſt cauſa cauſę. Quia ſi deus deſtrueret ſenſibile extra; & conſeruaret in organo notitiã eius ĩtuitiuã, adhuc poſſet uirtus phantaſtica habere actum phantaſiandi reſpectu illius ſenſibilis. Sed ſi cognitio intuitiua deſtruatur, ſiue maneat ſenſibile ſiue non, impoſſibile eſt actum primum phantaſiandi haberi naturaliter. Nunc autem per propoſitionẽ frequenter acceptam, quando aliquid ſic ſe habet, ꝙ illo poſito poteſt poni aliud naturaliter: & ideo illo non poſito, aliud non poteſt poni naturaliter, illud eſt cauſa illius. Et ſic eſt de cognitione intuitiua ſenſus exterioris, & primo actu phantaſiandi; & non eſt ſic de ſenſibili obiecto, & actu phantaſiandi primo: ergo cognitio intuitiua ſenſibilis eſt cauſa partialis primi actus phantaſiandi, & non ipſum ſenſibile extra. Et ideo ſequitur, quòd primus actus phantaſiandi ſimul eſt cum notitia intuitiua obiecti ſenſibilis. Patet, quia primus non poteſt haberi deficiente cognitione ſenſus exterioris: quia tunc deficit una cauſa partialis neceſſariò requiſita. Nec remanet aliquid in potentia exteriori poſt actum, quòd cauſalitatem eius ſuppleat. ❡ Si quæris uide Ockam. q. xvij. ſecundi. Vtrum prima cognitio phantaſiæ ſit intuitiua uel abſtractiua; & uidetur ꝙ intuitiua; quia mediãte illa poteſt potentia iudicatiua iudicare rem eſſe, quando eſt; & nõ eſſe, q͞n non eſt: ergo eſt intuitiua.

❡ Item omnis cognitio abſtractiua rei pręſupponit in eadem potentia notitiã intuitiuã eiuſdẽ rei. Ergo oportet ponere notitiam intuitiuam etiam in potentia ſenſitiua interiori: ſicut ponitur in exteriori. Et nulla alia, quã prima; q͞a notitia intuitiua eſt ſimpliciter prima. Antecedẽs patet, ex. q. j. plo. ergo &c. Reſpondetur, ꝙ quia non eſt ponenda pluralitas ſine neceſſitate. Nec uidetur aliqua neceſſitas ponendi plures notitias intuitiuas eiuſdẽ obiecti in eadem forma cognoſcente; quę eſt principiũ multarum cognitionũ, & q͞a forma ſenſitiua in uno homine eſt una ſimpliciter, licet diuerſas habeat partes extẽſas in diuerſis organis. Tenendo: ꝙ anima ſenſitiua, & intellectiua in homine realiter differunt. Propter quorum organorum diuerſitatẽ, & actuũ in eiſdem productorũ ſortitur diuerſa noĩa potẽtiarũ; ut nũc dicat potẽtia ſenſitiua exterior, nũc iterior, nũc phãtaſtica, nũc memoratiua. Ideo reſpectu unius obiecti ſufficit una cognitio intuitiua in una forma. Et reſpectu alterius obiecti (eiuſdem non dico potẽtię, ſed formę, alia cognitio intuitiua. Vnde dicitur, ꝙ ſicut omnes notitię ſenſus exterioris ſunt intuitiuæ. Ita omnes notitiæ potentiarũ interiorum eiuſdem formæ ſunt abſtractiuę tam prima, quã ſequentes. Et per hoc d͞r ad rationes huius dubij. Ad primam, ꝙ mediante prima notitia phantaſię non poteſt potentia iudicare, an ſit, uel non ſit; ſed ratione intuitiuę; quę ſimul eſt cum abſtractiua, fit hoc iudicium. Ideo cum deſinit notitia ſenſus exterioris manẽte ſecunda notitia; iam non uidetur res eſſe, uel nõ eſſe. ❡ Ad ſecundã dicitur, ꝙ illud, quòd ĩn prologo dicitur, ꝙ omnis cognitio abſtractiua præſupponit in eadẽ potentia notitiã intuitiuã eiuſdẽ obiecti ĩtelligi dẽt. i. in eadẽ forma; q͞a potentia eſt forma. Sed nõ oportet intuitiuã eẽ in eadẽ potẽtia. i. in eadẽ parte formæ, in qua ẽ cognitio abſtractiua; q͞a illa pars, quę elicit abſtractiuã; non elicit intuitiuã. Sed alia pars eiuſdem formæ elicit notitiam intuitiuam, ꝑ quã in una parte formę circa unum obiectũ elicitũ potentia iudicatiua iudicat illud obiectum eſſe, & nõ per abſtractiuam in eadem, uel alijs partibus eiuſdem formę. i. in potentijs interioribus. Et per hoc patet uniuerſaliter, ꝙ omnes actus interiorũ ſenſuũ ſunt notitię abſtractiuæ, & exteriorũ intuitiuæ. Et per hoc ſolutũ eſt primum. ❡ Sũmãdo ergo, q̃ in his cõcluſioninibus dicta ſunt; dico, ꝙ ab obiecto ſenſibili non producitur aliqua ſpecies inſenſibilis, excitans potentiam ad eliciendum primam ſenſationẽ. Poteſt tamen a qualitate obiecti produci qualitas ſenſibilis eiuſdem rationis in medio; quæ poteſt eſſe obiectum alterius ſenſationis a ſenſatione obiecti, a quo producitur. Sic calor obiecti diſtãtis poteſt producere in medio calorẽ, odor odorem, lumen lumen, color colorẽ. Et illę qualitates productę in medio ſunt ſenſibiles alia ſenſatione. ❡ In ſenſu exteriori producitur ſenſatio prima ab obiecto pręſente; & potentia. i. anima ſenſitiua, tanquã a cauſa totali cum communi influentia dei, & ſuperiorum: quę eſt notitia intuitiua obiecti: & eſt ſubiectiuè in potentia, & organo. Et non manet amoto obiecto. Per hanc potentia iudicatiua euidenter cognoſcit obiectum eſſe. ❡ Cum iſta ſenſatiõe (loquamur exẽpli cã de uiſu) imprimitur quędam qualitas organo, quę eſt cõfortatiua, uel debilitatiua nõ potentię, ſed organi: quia potentia non debilitatur, ſed organum. Senex enim ſecundum philoſophũ. j. de anima. ſi haberet oculum iuuenis, uideret ut iuuenis. Et ideo eſt ſubiectiuè in organo, non in potentia: ideſt anima. Et eſt alterius rationis a qualitate obiecti; quia eſt inſenſibilis, nec inclinat ad aliquem actum ſenſitiuum; quia poteſt manere in organo, etiam ſi nullum actũ potentia poſſet elicere; ſicut patet in cęcato ex uiſiõe fulguris. ❡ Præter hãc qualitatem, eſt ponere aliam qualitatẽ ſenſibilem ſubiectiuè in organo; & eiuſdem rationis cum qualitate obiecti extra: & illa eſt uiſibilis. Hæc imprimitur ſimul cum primo actu uidendi aliquod ſenſibile excellens; & non generatur ab illo præuio actu uidendi, nec eſt eius principium: ſicut nec prior qualitas confortans, uel debilitans; ſed utraque ſimul cum primo actu imprimitur ab obiecto extra in organum. Et ita ſunt effectus ęquê primo producti. Sed illa ſecunda qualitas eſt obiectum uiſionis alterius, quæ dicitur apparitio; quæ etiam manere poteſt in abſentia obiecti extra. Et cauſat illã apparitionem cum potentia. Sic ergo ſunt, quatuor qualitates in ſenſu exteriori: quarum duæ ſunt uiſiones, duæ ſunt qualitates, nõ cognitiões. Quarum una nec eſt principium uiſionis, nec obiectum; altera eſt principium, & obiectũ, non primæ ſed ſecundæ uiſionis, quæ dicitur apparitio. ❡ In ſenſu interiori, K
ſiue phantaſtico, cuius omnes actus ſunt notitiæ abſtractiuæ: primus actus eſt ſenſatio prima interior; quę eſt notitia abſtractiua, ſimul exiſtens cum intuitiua ſenſus exterioris eiuſdem obiecti extra; & ſub eadem ratione, cuius eſt notitia intuitiua. ❡ Imprimitur & alia qualitas ab obiecto extra in organum ſenſus interioris eiuſdem confortatiua, uel debilitatiua. quæ nec eſt obiectum, nec principium cognitionis: & eſt alterius rationis ab obie-

cto extra; ſicut etiam dictum eſt de ſenſu exteriori. ¶ Tertia qualitas eſt habitus generatus per actum primum phantaſiandi .i. ſenſus interioris, inclinans ſicut cauſa partialis ad actus ſimiles in abſentia rei ſenſibilis. ¶ Quarta eſt cognitio abſtractiua, genita per huiuſmodi habitum, & potentiam phantaſiandi; quæ terminatur ad idem obiectum numero, quod prius uidi intuitiuè: qua recordor me prius rem illam uidiſſe: & non terminatur ad aliquem ſpeciem rei ſimilitudinem, uel imaginationem; ut quidam falſè imaginantur. Nam omnia illa, quæ doct. ſancti nominant phantaſmata, idolum, ſimulacrum; tam quoad ſenſum, quàm quoad intellectum ſunt res ſingulares cognitæ, & non aliqua ſpecies, uel habitus in potentia, uel organo: ut dictum eſt in primo diſtinctio. xxxv. q. v. Et ſicut hoc nomen idea ſignificat principaliter rem ſingularem creatam, uel creabilem; & connotat actum intelligendi diuinum. Sic hoc nomen phantaſma ſignificat principaliter ipſam rem imaginatam ſingularem uiſam, & cōnotat actum phantaſiandi. Vnde patet, ꝙ tot ſunt phantaſmata, quot ſunt indiuidua phantaſiata. Nec eſt uerum dictū plurium, ꝙ quælibet ſpecies habet tantum unum phantaſma. ¶ Verum nonnulli moderni phantaſma accipiunt pro ipſa cognitione ſenſus interioris; ſicut conceptus ſatis cōmuniter accipitur ꝓ actu cognoſcendi. Licet acceptio iſta ſcd̄m nominis impoſitionem ſit impropria. Nam propriè accipiendo conceptus adiectiuū eſt, & concretum, ſignificans rem conceptam ſubſtractiuè: & cōnotat actum concipiendi, ſeu cognoſcendi. Sicut amatus cognitus ſignificat obiectum amoris, & cognitionis, diſtinctum ab actu amoris, & cognitionis ſiue illud obiectuum ſit res extra ſiue in anima habeat ſolum eſſe obiectiuum; ut aliqui ponūt. Vnde iſtam ponunt differentiam inter conceptum, & conceptionem; quæ eſt inter cognitum, & cognitionem; ſiue inter intellectum, & intellectionem; non capiendo intellectū pro potentia, ſed obiecto intellecto. Et hoc eſt, quod Ockam dicit in arguendo contra primam opinionem recitatā. q. viij. diſt. ij. lib. j. ſecundum omnes uocatur conceptus, quod terminat actum intelligendi: licet prope finem eiuſdem, quæſtionis etiam tangat modum loquēdi dicentium, ꝙ conceptus eſt qualitas ſubiectiuè exiſtens in anima, & ipſamet intellectio, ſiue conceptio. Et ſicut prima notitia abſtractiua generat habitum; ita & ſecunda elicita per habitum poteſt generare habitum; uel ſaltem priorem habitum intendere, qui manet deſinente illa ſecunda notitia abſtractiua, & inclinat ad ſimilem notitiam iterum, atq; iterum eliciendum. Hæc de his, q̄ ſūt in ſenſu, & medio. Ex quibus omnibus patet, ꝙ fruſtra ponitur ſpecies diſtincta ab obiecto, & habitu: tam in medio, quàm potentia, ſiue organo. Vide Ockam. q. xvij. ſecundi latius: & .q. xviij. ¶ Subiunguntur aliquę concluſiones reſpicientes potentiam intellectiuam, conformiter ad illas, quę poſitę ſunt de potentia ſenſitiua: & eſt prima. ¶ Ad habendam cognitionem intuitiuam, quę eſt prima cognitio intellectus, non oportet ponere ſpeciem intelligibilem, aut aliquid prēter intellectum, & rem cognitam, ſtante ſemper communi influentia cauſarū ſuperiorum. Probatur; fruſtra fit per plura, quod poteſt fieri per pauciora. Sed per obiectū, & intellectum in ſe prēſens hoc eſt ſufficienter approximatum poteſt fieri cognitio intuitiua alijs circūſcriptis, ergo &c. Aſſumptum probatur: quia poſito actiuo ſufficiēti, & paſſo, & ipſis approximatis; poteſt poni effectus ſine omni alio. Intellectus agēs cū obiecto ſunt efficiētia ſufficientia reſpectu cognitionis intellectiuę. Intellectus uero poſsibilis eſt paſsiuū ſufficiēs: igitur ¶ Prēterea nihil pfectionis in cognitiua inferiori negādū eſt a cognitiua ſuperiori, ſed ſenſus cū obiecto ſufficit ad cauſandū notitiā intuitiuā obiecti ſēſibilis; ergo a maiori intellectus poteſt cū obie

Cōcl. 1. L



cto producere eius notitiam intuitiuā ſine quacunque alia particulari cauſa. Prēterea ſi aliquid ultra potentiam, & obiectum requireretur, maximè ſpecies intelligibilis; ſed hoc nō igitur. Maior patet; qa oppoſitū cōcluſionis tenētes; nihil aliud requiri dicūt, niſi ſpeciē. Minor probatur diuiſiuè: qa ſi requiritur ſpecies, aut propter aſsimilationē obiecti materialis, & intellectus immaterialis. Aut ſecundò propter repræſentationem obiecti. Aut tertiò propter determinationem potentię intellectiuę. Aut quartò propter unionem potentię cum obiecto tanquam mouentis cum moto. Sed propter horum nullū oportet ponere ſpeciem: ergo. Conſequentia tenet, & maior patet; quia nulla alia cauſa ponendi ſpeciem aſsignari poteſt. Minor probatur quātum ad omnes ſui partes. Non enim oportet ponere ſpeciem propter primum, ſcilicet aſsimilationē; quia aut illa aſsimilatio per quam potētiam aſsimilari oportet obiecto cognito; eſt aſsimilatio eſſentię uel naturæ. Aut eſt aſsimilatio effectus ad cauſam. ¶ Non primum; quia ſi intellectus intelligit obiectum, quod eſt ſubſtantia; tunc magis aſsimilatur per naturam ſuā obiecto, quàm per ſpeciem, quia intellectus eſt ſubſtantia. Et ſpecies ſi ponatur erit accidens. Magis autem aſsimilatur ſecundū naturā ſubſtantia ſubſtantię, quàm accidens ſubſtantiæ. Nec ſecundo modo: quia aſsimilatio paſsi ad agens fit per hoc, ꝙ paſſum recipit aliquē effectum ab agente. Sed iſto modo intellectus ſufficiēter aſsimilatur per intellectionem ab obiecto cauſatā, & in ſe receptā, tāquam paſsiuū agēti. Ergo ad hoc nō requirit ſpecies. Nō enim eſt ſpecies magis ſimilitudo obiecti: quā ipſa intellectio naturaliter propriè obiectū ſignificans. ¶ Item in ſenſu tactus non ponitur ſpecies prēuia ſenſationi caloris; ſed ipſe calor producitur uſque ad organum. ergo nec in intellectu. Tenet conſequentia per philoſophum. iij. de anima. Sicut anima per ſenſum eſt omnia ſenſibilia: ita per intellectū eſt omnia intelligibilia. ¶ Prēterea; aut ſpecies eſt materialis, aut immaterialis, aſsimilatur autē materiali obiecto per ſpeciem materialem. Si immaterialis; quomodo obiectū materiale ꝑ ſpeciē immaterialē, cui in nullo aſſimilatur, poteſt aſsimilari immateriali itellectui: cū extremum aſsimilatum extremo per medium magis aſsimilari oportet medio, quā extremo. ¶ Nec propter ſecundū. ſ. reprēſentationē: quia dū obiectum fuerit in ſe præſens nō requirit aliud reprēſentās; quia obiectū in ſe prēſens uerius reprēſentat ſe, & appropriatius quā quæcunque ſpecies, aut quodcunque ab eo diſtinctū: quia obiectū eſt ſibi idē omnibus modis: ſed ſpecies aut aliud diſtinctū reprēſentat tantū ratione ſimilitudinis. In notitia autē intuitiua naturaliter elicita: obiectū eſt prēſens in ſe, & ſimiliter in abſtractiua, quę ſimul eſt cū intuitiua. ¶ Item repræſentans propriè accipiēdo prēſupponit notitiā reprēſentati; nec ducit niſi in notitiā rememoratiuā reprēſentati. Vnde dicitur reprēſentare .i. iterū præſentare. Sicut ſtatua herculis nō repræſentat herculē; niſi ei, qui prius uidit herculē; nec poſſum ſcire, an ſtatua ſit ſimilis herculi, niſi prius uiderim herculem. ¶ Species ſi ponitur tanquam aliquod prēuiū cognitioni. Igitur nō poteſt poni reprēſentatiua obiecti. Nec propter tertium ſcilicet determinationem potentiæ: quia omnis potentia paſsiua ſufficienter determinatur per agens ſufficiens: maximè quando potentia paſsiua etiam eſt actiua; ſicut in propoſito. Intellectus eſt potentia actiua recipiens in ſe intellectionem; & cum obiecto ipſam producens. Obiectum autem, & intellectus ſunt agens ſufficiens. ¶ Si diceres oportet ponere ſpeciem propter hoc; ut obiectum poſsit in intellectum agere, quia corporale, & materiale non poteſt agere in immateriale, & ſpirituale. Ideo oportet ponere talem ſpeciem in intellectu, ut mediante ea obiectū agat in intellectū. Contra: ſpecies illa eſt immaterialis, & ſpiritualis ſicut itellectus:

quia ſubiectatur in intellectu. Ergo ſicut obiectum materiale non poteſt eſſe cauſa partialis immediatè reſpectu intellectionis, quę recipitur in ſpirituali, ſcilicet in intellectu poſſibili. Ita nec poteſt eſſe cauſa partialis cum intellectu agente concurrens ad producendum ſpeciem; quæ ſimiliter eſt æquè ſpiritualis, ſicut intellectio. Et eſt etiam in intellectu poſſibili. ¶ Nec propter quartum, ſcilicet unionem mouentis diſtantis, & moti: eo ꝙ diſtans non poteſt agere in diſtans: quia hoc ſupra improbatum eſt; & ſpecialiter in propoſito; quia ita diſtans eſt obiectum a ſpecie intelligibili, ſicut ab intellectione. Vtrunque enim ponitur in intellectu; aut ergo agit cauſando ſpeciem illam intelligibilem immediatè; & habetur propoſitum, quia non requiritur indiſtantia. Si mediāte alia ſpecie, & ita ſpecie intelligibili pręuia eſſet alia ſpecies, & illa iterum alia uſque ad obiectum; ſed hoc eſt falſum: quia illæ ſpecies præuiæ ſpeciei intelligibili, aut eſſent materiales, & ſic non eſſent eiuſdem rationis cum ea, quæ eſt in intellectu, quia materiale, & immateriale differunt ſpecie, & ita non eſſent ſpecies multiplicatæ una ab alia. Illa enim ponuntur eſſe eiuſdem rationis. Item nunc materialis ſpecies in medio produceret immateriale in intellectu. Si uero ſpecies pręuiæ ſunt ſpirituales: quæ quæritur de ſubiecto. Et cum non ſint in intellectu, erunt in medio diuiſibili, quòd nullibi ponitur niſi de anima intellectiua, quæ cum ſit ſpiritualis, eſt tamen in corpore diuiſibili tota in toto &c. Et hæc cōcluſio cum ſuis probationibus principaliter intelligenda eſt de intellectu ſeparato: non iam indigenti miniſterio uirium ſenſitiuarum: quæ ſecundum propriam naturam immediatè mouetur ab

Cōcl 2. M obiecto extra. ¶ Secunda concluſio: ad habendum cognitionem abſtractiuam, intellectiuam, & ſingularem, oportet neceſſariò ponere aliquod pręuiū pręter obiectum, & intellectum. Probatur: quia omnis potentia quæ nunc poteſt in aliquem actum, in quem prius non potuit manente obiecto, & potentia æqualiter nunc ut prius, habet nunc aliquid, quod prius non habuit. Sed intellectus manens idem, aliquando elicere poteſt cognitionem abſtractiuam, & aliquando non poteſt obiecto eodem modo ſe habente. Ergo oportet aliquid ponere pręter potentiam, & obiectum, quod requiritur ad eliciendum abſtractiuam, & illud non ſequitur notitiam iam elicitam; ergo erit præuium. conſequentia nota cum maiore. minor patet ex concluſione ſeq.

¶ Concluſio tertia. Cōcl. 3 N Illud præuium requiſitum ad eliciendum notitiam abſtractiuam præter obiectum, & potentiam intellectiuam, quandoque eſt notitia intellectiua eiuſdem obiecti, cuius eſt notitia abſtractiua. Quandoque habitus a notitia abſtractiua derelictus. Prima pars probatur: quia habita notitia intuitiua obiecti, per quam ſcire poſſumus de obiecto, an ſit, experimur in nobis aliā notitiam, per quā eandem rem cognoſcimus neſcientes an ſit, uel nō. & ita erit abſtractiua. Ad illam ergo mouet non intuitiua, quia non poteſt haberi abſtractiua niſi præuia intuitiua: Vel ergo ſeipſa immediatè. Vel per aliquod mediū ab ea productum. Non ſecundum: quia medium, uel erit ſpecies, uel habitus. Sed neutrum dici poteſt: quia tam ſpecies, quàm habitus mouet ad eliciendū notitiam eiuſdem rationis cum intuitiua, ut probatum eſt in prologo. Vnde ſpecies, uel habitus derelictus a notitia intuitiua mouerent ad formandum ſimilem intuitiuam non abſtractiuam. Ergo primum, ſcilicet ꝙ intuitiua immediatè ſeipſe mouet ad primam abſtractiuam. ¶ Secunda pars concluſionis probatur, quia tranſeunte notitia intuitiua, & etiam prima, & abſtractiua. Vt cum recordamur obiecti prius intuitiuè cogniti ad illam, tunc non mouet intuitiua, nec obiectum eius, quia utrunque poteſt non eſſe. Ergo aliquid derelictum, & non a notitia intuitiua ex ratione ſtatim facta, ergo abſtractiua immediatè

mediatè



mediatè ab intuitiua elicita. Illud autē derelictū eſt habitus: quia eſt aliquid derelictum a cognitione actuali manens in potentia tranſeunte ea, inclinans potentiam ad formandum cognitionē ſimilem, ſeu eiuſdem rationis cum ea; & per conſequens non eſt ſpecies; quia ſpecies, ut hic accipitur, diſtinguitur ab

Corol. habitu; ut patuit in notabili. ¶ Corollarium. a notitia intuitiua intellectus formantur duæ abſtractiuæ eiuſdem obiecti, cuius eſt notitia intuitiua. Vnde immediatè a notitia intuitiua; alia mediante habitu ab illa abſtractiua derelicto tranſeunte intuitiua, & prima abſtractiua; patet ſimiliter ſicut ſupra

Cōcl.4. de ſenſationibus interioribus. ¶ Quarta concluſio. Notitiæ ſingulares intuitiuæ, & abſtractiuę eiuſdem ſubiecti; & ſub eadem ratione; de quibus præcedentes concluſiones loquuntur; in intellectu coniuncto ſunt omnes ſingulares uagę: non oportet autem in intellectu ſeparato. Primum patet; quia in intellectu coniuncto prima intellectio eſt ſynonyma ſēſationi interiori, quod dicitur phantaſma. iij. de anima. Sed ſenſatio eſt ſingulare uagum repręſentans obiectum cum multis circunſtantijs diuerſorum prædicamentorum; ut motu, figura, magnitudine &c. Maior patet; quia idem obiectum, & ſub eadem ratione eſt ſenſatum a ſenſu; & appetitum ab appetitu ſenſitiuo & cognitum ab intellectu; & uolitum a uoluntate. Nam in quodcunque poteſt potentia inferior, in idem poteſt, & potentia ſuperior, ſi fuerint adinuicem ordinatę. Secundum patet; quia cum intellectus ſeparatus immediatè mouetur ab obiecto; poteſt cum obiecto producere notitiam diſtinctam obiecti mouentis. Et quia obiectum ſeipſo mouet, ut diſtinctum a quolibet alio, poteſt immediatè cognoſci diſtinctè a quolibet alio. Vnde obiecta ſubſtantia materiali intellectui ſeparato poteſt immediatè cognoſcere ſingulariter diſtinctè, & determinatè, ac intuitiuè totum compoſitum. Similiter materiam, formam, & accidentia ſingula, & quodlibet horum ſpeciali cognitione.

¶ Quinta concluſio. Cōcl.5. P Intellectus coniunctus a notitia ſingulari uaga intuitiua, uel abſtractiua poteſt abſtrahere notitias ſingulares magis determinatas, donec perueniat ad notitiam ſingularem abſolutam. Patet; nam intellectus coniunctus conſiderans in petro (quem primo cognouit cum omnibus circūſtantijs) mutari circumſtantiā unam. Exempli cauſa, ſi tum manentibus cæteris format cognitionem repræſentantem petrum, ſingulariter cum cæteris circumſtantijs, præter ſitum. Sic conſiderans mutari habitum, actionem, colorem, quantitatem: ipſum petrum tamen manere in ſe inuariatum, abſtrahit cognitiones ſingulares, ſignificantes illud, ꝙ manet, uariatis circumſtantijs, & nō ipſas circumſtantias. Similiter abſtrahit alios conceptus, ſignificantes ſimpliciter circūſtantias; & non illud manens, cuius ſunt circumſtantiæ. Et ſic quæ coniuncta ſunt, & tamen diſtincta in re, diuidit in cognitione. Et ita progreditur particularizando; donec tandem format conceptum nullius circūſtantiæ connotatiuum, quæ erit conceptus ſingularitatis, & determinatus abſolutus.

¶ Sexta concluſio. Cōcl.6. Q Pręter has cognitiones ſingulares poteſt intellectus tam cōiunctus, quā ſeparatus a pluribus ſingularibus cognitionibus abſtrahere cognitionem uniuerſalem, ſignificantem omnia illa ſingularia; conſiderato ꝙ obiecta ſingularia inter ſe accidentaliter, & eſſentialiter conueniunt: & poteſt eſſe cognitio uaga, uel determinata, abſoluta, uel connotatiua; ſecundum ꝙ cognitiones ſingulares, a quibus abſtrahitur, ſunt abſolutæ uel connotatiuę, uagę, uel determinatę. Nam conceptus uniuerſalis ſic a ſingularibus abſtractus, ſignificat id communiter, quod cognitio ſingularis ſingulariter. Eſt enim ſuperior ad ſingulares quidditatiuè & in eodem pręedicamento, uel in eiſdem pręedicamentis; ſpecies ad eos, uel ſpecies ſpecialiſſima, uel ſub-

alterna, ſiue genus. ¶ Ex quo patet, ꝙ conceptus dupliciter dicitur abſtractus, uel quia abſtrahit ab exiſtẽtia rei, aut circũſtantia. Aut quia abſtrahitur a conuenientia plurium ſingularium in eſſentijs, uel accidentibus. Et ab omnibus illis cognitionibus abſtractiuis relinquitur habitus. Non autem ab intuitiua. Nam poſt quãlibet abſtractiuam quis experitur ſe promptiorem, & magis inclinatum ad ſimiles cognitiones iterum eliciendas; quòd ſaluari non poteſt, niſi per habitum a cognitione derelictum. In intuitiua autem non; quia nullus ſentit ſe poſt mille intuitiuas magis inclinatum ad formandum intuitiuam, quàm dum primum elicuit. Ad huius enim formationem requiritur præſentia obiecti determinatè approximati; quo exiſtente, & ceſſante impedimẽto neceſſariò potentia elicit notitiam intuitiuam obiecti æquè primo ſicut uice milleſima. ¶ Has ſimplicium cognitionum formationes ſequitur operatio intellectus, componens, & diuidens ſimplices cognitiones in ſe formatas, componendo ex eis propoſitiones affirmatiuas. Aut diuidendo, faciendo ꝑpoſitiones negatiuas; per quas diſcurrit arguendo. Format inſuper intellectus notitias adhęſiuas, quibus aſſẽtit, uel diſſentit propoſitionibus. Et aſſenſus huiuſmodi quandoq; generatur ex ſola notitia intuitiua extremorum propoſitionis contingentis: & talis poteſt dici experimentum. Quandoq; ex notitia quacunq; terminorum propoſitionis neceſſariè. Et talis aſſenſus uocatur intellectus; capiendo intellectum non pro potentia habituali, ſed pro notitia, uel actuali diſtincta contra alios habitus, quibus non contingit aſſentire falſo. vj. ethi. Aliquando generatur aſſenſus ex neceſſaria illatione ex euidentibus præmiſſis. Et ſic uocatur ſciẽtia, ſi fuerit neceſſariorum; hoc eſt ex aſſenſibus pręmiſſarum neceſſariarũ propoſitionũ, ipſam in neceſſaria cõſequentia inferentium. Quãdoq; ex propoſitionibus nõ neceſſarijs, ſed falſis. Et ſic aſſenſus falsè genitus eſt error a ueris cõtingentibus, & probabilibus. Et ſic dicitur opinio, ſuſpitio, coniectura: & quandoque generatur ex auctoritate ſola; & ſic eſt fides. Horum autem actuum habitus derelicti eiſdem nominibus nominantur. Hę uidentur operationes intellectus, quia omnia pono tantum probabiliter, ut mihi uidetur poſſe dici conformiter ad doctrinã auctoris noſtri, dando occaſionem profundis ſpeculãdi. Paratus ſemper cedere ſententiæ ſaniori: quia in hac materia confiteor ꝓpriam ignorantiam; ſicut in pleriſque alijs, in quibus magis uellem informari, & audire, quàm audiri, & informare.

Arti. 2. R

¶ Iſtis præmiſſis quantum ad tertium articulum procedo ad quæſtionis ſolutionem de cognitione angelorum. Et primò de cognitione naturali angelorum, ideſt de ea, quam habent, uel habere poſſunt: ſi ſuæ propriæ naturæ relinquerentur circumſcripta ſpeciali operatione diuina. Deinde de cognitione, quam de facto habent, & quam habuerunt in principio ſuæ creationis tam reſpectu dei, quàm creaturæ.

¶ Quoad primum; quia angelorum natura nobis abdita eſt, & occulta: & ideo ex his, quæ de intellectu humano cognoſcuntur conijcere oportet modũ cognoſcendi naturalem angelorum. Vnde, quia intellectus angelicus perfectior eſt humano; nihil perfectionis in intellectu humano negandum eſt ab intellectu angelico. Eſt ergo prima concluſio poſt Ockam. quæſtione xiiij. & xv. ſecundi ſententiarum.

Cõcl. 1

¶. Intellectus angelicus non intelligit per eſſentiam ſuam tanquam per rationem formalem intelligendi, itaꝙ eſſentia ſua ſit formaliter cognitio, ſeu actus cognoſcendi. Probatur concluſio: quia nullus intellectus concreatus eſt ſibi formalis ratio cognoſcendi hoc modo; probatur; quia ſi ſic, tunc intellectus creatus eſſet ſemper in actu intelligendi omnia ab eo intelligibilia, ſicut ſemper eſt ſua eſſentia propria. Nec eſſet poſſibile eum aliquod



cognoſcibile per ipſum ignorare. Conſequens falſum. Tum quia hoc ſoli deo proprium eſt. Tum quia tunc angelus non poſſet illuminari ad alicuius cognitionem de nouo. Et ita ceſſarent actus hierarchici contra beatum Dionyſium in de angelica hierarchia, qui ſunt illuminare, purgare, perficere. de quibus infra diſt. ix. conſequentia probatur: quia exiſtente ratione formali cognoſcendi eſt, & cognitio. Semper autem eſt eſſentia intellectus angelici exiſtente angelo. ergo.

Cõcl. 2

¶ Secunda concluſio: Accipiendo ly per, ut dicit circumſtantiam cauſæ efficientis: angelus naturaliter intelligit per eſſentiam ſuam. Probatur; quia ſic intelligit per ſuum intellectum, qui eſt idem ſuæ eſſentiæ; ut nunc ſupponitur. Nam intellectus eſt cauſa efficiẽs partialis ſuę intellectionis ſecundum illud Augu. A cognoſcente: & cognito paritur cognitio.

Cõcl 3.

¶ Tertia concluſio: Accipiendo ly per, eodem modo, angelus cognoſcit res intuitiuè per eſſentias obiectorum cognitorum, & non per ſpecies ſuperadditas. Prima pars patet; quia eſſentię obiectorum. i. ipſa obiecta cognita ſunt cauſæ efficientis partialis cognitionis intuitiuè in intellectu angelico, ut patet per auctoritatem Auguſtini allegatam. Et probatur ratione, quia illud, quo poſito, ponitur aliud circumſcripto quocunque alio; & quo non poſito, non poteſt poni naturaliter quocunque alio poſitò, eſt cauſa illius. Sed poſita re ſufficienter in ſe præſente; & in intellectu angelico ſine omni habitu, aut ſpecie præuia: poteſt intellectus rem illam intuitiuè cognoſcere. Et omnibus alijs poſitis; re illa, quæ eſt obiectum, non poſita: nõ poteſt angelus eã intuitiuè cognoſcere, ergo obiectum eſt ſuæ cognitionis efficiens cauſa. Cõſequẽtia nota. Maior eſt commune medium probandi aliquid eſſe cauſam. Minor probata eſt ſimul cum ſecunda parte concluſionis ſupra concluſione prima de intellectu. Item quãtò potẽtia actiua eſt ꝑfectior, tãtò paucioribus indiget in agẽdo; in de cęlo & mũdo. Intellectus humanus nec cõiũctus, nec ſeparatus indiget ſpecie in cognitione intuitiua, ut probatum eſt. ergo nec ãgelus.

Cõcl. 4 S

¶ Quarta cõcluſio: Angelus cognoſcendo rem cognitione abſtractiua, primo modo dicta, nõ cognoſcit eam per eſſentiam obiecti, ſed aliqñ mediante cognitione intuitiua; aliquando mediante habitu derelicto cognitione abſtractiua, quia immediatè formatur ab intuitiua. Illa concluſio fundatur in ſcđa, & tertia concluſionibus ſupra de intellectu poſitis, & eorum ꝓbationibus. Et poteſt breuiter perſuaderi: angelus ex ſuis naturalibus poteſt habere duplicem cognitionem intuitiuam, & abſtractiuam. Quod patet; quia poteſt cognoſcere rem exiſtentem, & non exiſtentem, pręſentem, & non pręſentem, ut talem. Res uero exiſtens, & præſens intuitiuè cognoſcitur: ut talis. Non exiſtens, aut non præſens abſtractiuè cognoſcitur, ut ex dictis patet: hoc enim põt intellectus noſter, ergo magis intellectus angelicus; alioquin tolleretur ab angelis memoria, & omnis cognitio rerum abſentium. Abſtractiua autem notitia naturaliter nõ poteſt cauſari, niſi uel immediatè a notitia intuitiua, aut habitu a tali abſtractiua derelicto; ut probatum eſt. q. j. prologi.

Cõcl. 4

¶ Quinta concluſio: Angelus poteſt cognoſcere res notitia uniuerſali non per eſſentiam alicuius obiecti uniuerſalis, ſed per abſtractionem huiuſmodi notitiæ uniuerſalis a cognitionibus ſingularibus intuitiuis, & abſtractiuis incõplexis. Probatur prima pars. ſ. ꝙ poteſt cognoſcere uniuerſaliter: quia quód eſt ꝑfectionis in intellectu noſtro: hoc attribuendum eſt angelico intellectui; ſed abſtrahere uniuerſalia, eſt perfectionis in intellectu noſtro tanquam operatio eius, ergo. Nec uidetur aliqua repugnantia cur angelus hoc non poſſit. Secunda pars patet, quia nullum eſt obiectum uniuerſale habens eſſe reale: ut patuit diſt. iij. primi. Tertia pars patet ex concluſione ſexta de notitiis in

Cōcl 6. telleᶜtiuis ſuprapoſita. ¶ Sexta conclu-
ſio, Angelus poteſt naturaliter accipe
re notitiam adhæſiuam euidentem pro
poſitionis contingentis ex notitijs in
tuitiuis conſtitutæ per ipſas notitias
intuitiuas. Probatur; quia qui co-
gnoſcit extrema alicuius propoſitionis
contingentis, ſtatim poteſt formare cō
plexum & illi uirtute notitiæ intuiti-
uę aſſentire, uel diſſentire: quia non eſt
maioris imperfectionis formare incō-
plexum, & ei aſſentire, quàm cognoſce
re intuitiuè, uel abſtractiuè, ſed āgelus
pōt intuitiuè cognoſcere extrema il-
lius; paries ē albus: puta parietē, & albe
dinem. ergo. ¶ Item complexum cōtin
gens nunquam poteſt a nobis, uel an-
gelis cognoſci per habitum: tum quia
talis contingentis aſſenſus non gene-
rat habitum, ſicut nec notitia intuiti-
ua ex ſimili ratione. Tum quia ſi gene-
ratur habitus, poſſet per habitum eui-
denter ſciri contingens extremis nō
cognitis intuitiuè: quòd eſt impoſſibi-
le naturaliter. Patet, quia habitus ille
cum intellectu, & notitia apprehenſiua
complexi ſufficeret ad cauſandum aſ-
ſenſum complexi. ¶ Item fruſtra pone-
retur habitus; cum requiratur notitia
intuitiua actualis extremorum; qua exi
ſtente; & complexo non poteſt intelle
Cōcl. 7 ctus non aſſentire. ¶ Septima conclu-
ſio: Angelus poteſt accipere notitiam
adhæſiuam propoſitionū neceſſariarū
per ſe notarum per notitias intuitiuas,
uel abſtractiuas extremorum. Probatur
quia appręhenſis terminis propoſitio-
nis per ſe notæ, ſtatim naturaliter ſe-
quitur aſſenſus in intellectu appręhen-
Cōcl. 8 dentis. ¶ Octaua concluſio: Angelus
T poteſt diſcurrere, & per diſcurſum ac-
quirere notitiam adhęſiuam propoſi-
tionum contingētium. Probatur; quia
angelus in puris naturalibus ex una pro
poſitione contingenti nota poteſt per
diſcurſum ſibi acquirere credulitatem
ueram de alia propoſitione contingen
ti ignota. ergo. Antecedens probatur,
quia ſecundum communem doctorum
ſententiam, angelus malus non poteſt
cognoſcere occulta cordium, niſi per
ſigna exteriora, puta ſi uideat hominē
ridere, arguit gaudium in corde, licet
non euidenter, quia talia ſigna poſſunt
eſſe ſine actu interiori correſponden-
te ei: tunc deciperetur per diſcurſum. Si
uero actus interiores correſpondent
ſignis exterioribus; tunc per ſigna ac-
quirit credulitatem ueri. Et hoc totum
fit per diſcurſum. ¶ Præterea, omnis
intellectus appręhendens propoſitionē
ſibi neutram, uel ignotam, poteſt ſibi
aſſentire ſi uoluntas uelit: ſed angelus
poteſt appręhendere propoſitionem
ſibi neutram, & ignotam. Patet: quia
multi angeli ignorabant, ut dicunt ſan
cti, incarnationem uerbi, & utrū beata
uirgo fuerit uirgo, & huiuſmodi. Et tali
bus appręhēſis poteſt ex ſua libertate aſ
ſentire, igitur eodem modo, ſi angelus
appręhendit præmiſſas, ex quibus dicta
concluſio ſequitur: poteſt illam conclu
ſionem ex illis elicere, ergo poteſt di-
ſcurrere. Et hoc eſt de intentione bea-
ti Auguſtini, & aliorum ſanctorum: qui
dicunt, ꝙ dæmones per longitudinem
temporis, & experientiam ſciunt mul-
ta, quæ prius ignorabant, & ita in ſcien
tia perficere poſſunt. Mirabile enim
uidetur, ꝙ diabolus naturaliter ſciret
omnia: & nihil ignoraret. ¶ Nona con- Cōcl. 9
cluſio: Angelus poteſt acquirere noti-
tiam propoſitionū neceſſariarum nō
per ſe notarum ex principijs euidenti-
bus per diſcurſum. Patet; quia angelus
pōt ſcire principia, & ignorare infini
tas concluſiones ex illis ſequentes; &
per illa principia poteſt primo acqui-
rere notitiam unius concluſionis igno
tæ, & poſt alterius; & ſic deinceps.
¶ Decima concluſio. Angelus poteſt Cōc. 10
cognoſcere obiecta per eſſentiam; ut
ly per dicit circunſtantiam rationis ob
iectiuè ſecundum tertium intellectum
tituli. Probatur; quia intelligit quiddi-
tatem, & eſſētiam ſuam, & aliorum nu
dè in ſe non tantum, ut obuolutam ac-
cidentibus. ergo. Conſequentia nota.
Antecedens probatur: quia angelus in
telligit omne intelligibile creatū ſuffi-
cienter



cienter pręſens; ſed quidditas, & eſſen-
tia ut in ſe rei createę eſt intelligibilis;
& poteſt eſſe ſufficienter pręſens intel
lectui angelico, ergo poteſt ab eo in-
telligi nedum abſtractiuè: ſed & intui-
tiuè, ſi enim ab angelo non intelligere
tur a nullo intellectu creato intellige-
retur. ¶ Quantum ad ſecundam partē
illius articuli de cognitione, quam de
facto habuerunt in principio ſuæ con-
ditionis, & quam non habent poſt bono
rum confirmationem, & malorum ob-
ſtinationem. De primo eſt hæc conclu-
Cōcl. 1. ſio magiſtri hac diſ. c. penul. ¶ In ange-
lis erat triplex naturalis cognitio, qua
ſciebant, quia facti erant, & a quo fa-
cti erant, & cum quo facti erant. Habe
bant etiam aliquam boni, & mali noti-
tiam, intelligentes quid appetendum,
uel reſpuendum illis foret. hoc eſt di-
ctu: Angeli in puris naturalibus cogno
uerunt deum, ſeipſos, ac cæteras crea-
turas cum boni, & mali diſcretione. Hoc
ſi poſſet perſuaderi, quia angelus in prin
cipio ſuæ conditionis habuit intellectū
perfectiorem intellectu humano etiam
ſeparato; & habuit intelligibilia pręſen
tia; nec fuit impedimentum; ergo ha-
buit conditionem obiectorum a ſe in-
telligibilium. Tenet conſequentia, quia
poſitis cauſis ſufficientibus ponitur, &
effectus. Sed quę dicta ſunt. ſ. obiectum
cum potentia, ſufficiunt ad productio-
nem actus intelligendi ſublato impedi-
mento, ut patet ex pręcedenti articu-
lo. ¶ Præterea. quodlibet ens appetit
ſuam perfectionem naturalem. Cogni-
tio autē eſt naturalis perfectio intelle-
ctus, & ad illam eliciendam cęteris pari
bus intellectus non eſt liber; ergo tales
elicuit, & tantò perſpicatiores, ac cla-
riores, quantò angelicus intellectus per
Cōcl. 2. fectior eſt humano. ¶ Secunda con-
cluſio: Vtrum cognitiones huiuſmodi
angelus acceperit a rebus ſecundum mo
dos priori articulo deſcriptos; an a deo
per reuelationem; an per habitum intel
ligendi, cōcreationē; ſeu infuſionē; du
bium nobis eſt, & incertum. Patet con-
cluſio: quia quando aliquid dependet
a uoluntate diuina, quę contingen-
ter, & liberè cauſat: quicquid extra ſe
cauſat, incertum nobis manet; donec
certificemur per experiētiam, rationē,
uel reuelationem. Sed cognitiones
angelorum accipi a rebus, aut per reue
lationem ſiue ſpecialem illuminationē
diuinam dependet ex mera libertate di
uinę uoluntatis; quia poteſt cum poten
tia intellectiua angeli; & obiectis natu
raliter agentibus concurrere ad produ-
ctionem notitiarum in angelo: uel im-
mediatè illas in angelo creare, aut ha-
bitus infundere, quibus intellectus eli-
ciat cognitionē obiectorū ſine coactio
ne obiectorum, nec eſt ratio, uel expe-
rientia magis ad unū, quàm ad alterum:
nec conſtat de reuelatione; ergo ma-
net nobis incertum. ¶ Tertia cōcluſio: Cōcl. 3.
Angeli ante ſuam confirmationem nō X
cognouerunt deū intuitiuè; neque ab-
ſtractiuè in ſe diſtinctè, Patet, pro pri-
ma parte, quia notitia dei intuitiua eſt
beatifica, ſed ante confirmationē non
fuerunt beati. Secūda pars patet, quia ta
lis notitia abſtractiua rei in ſe, & diſtin-
cta pręſupponit intuitiuā, ut dictum eſt
in prologo, & hoc ordine naturę. Poſ-
ſet tamen abſtractiuam notitiā superna
turaliter deus infudiſſe angelis abſque
intuitiua cognitione pręuia, aut ſpe-
ciē, uel habitū aliquē diuinā eſſentiā di
ſtinctè & abſtractiuè repræſentātē. Hoc
etiā perſuadet doctor ſubtilis. q. ix. diſt.
iij. ſui ſcripti. ¶ Quarta concluſio: An- Cōcl. 4.
geli ante ſuam confirmationē habuerūt
clariorē dei notitiā, quā ſit naturaliter
poſſibilis homini uiatori. Patet, quia
beatitudo angeli naturalis excedit bea
titudinem hominis naturalem etiam in
ſtatu innocētiæ, ſed homo in ſtatu inno
cētię potuit habere diſtinctiorē notitiā
ultimi finis, quā poſt lapſum in uia, igiť.
Cōſequētia nota. Et minor ſatis patet,
& maior claret; qa beatitudo naturalis
ſequiť perfectionē naturę integrę, pfe-
ctior eſt autē natura angelica, quā hu-
mana. igitur &c. ¶ Vtrū autē iſta perfe
ctior dei notitia ſit accepta a creaturis,
an ab aliquo habitu a deo infuſo incer-

tum eſt; non tamen illam accepit diuina eſſentia, tanquam ab obiecto mouēte per realē ſui pręſentiam. Tum quia iſta motio eſt ad notitiā intuitiuā, quæ angelo in tali ſtatu non fuit poſsibilis. Tum quia eſſentia diuina ſic nō mouet intellectum creatum naturaliter: ſed liberè, & merè cōtingēter. uidetur enim ſi uult: & quando nō uult, non uidetur. dum ſic mouet, beatificat: nec alios mo-

AA uet, niſi quos beatificat. ❡ De cognitione angeli poſt confirmationē beatificā; qua cognoſcit deū intuitiuè in ſeipſo facie ad faciē. Item qua cognoſcit res in uerbo, magis reſpicit materiam beatitudinis, de qua in quarto tractandū eſt. ❡ De cognitione uero rerū in proprio genere dicit̄ ſicut ſupradictum eſt; de cuius cognitione rerū naturali. Ipſa enim eſt cognitio naturalis, etiam ſi ſic cognoſceret per habitus in ſua creatione infuſos. Licet enim cognitio ꝑ hmōi habitus infuſos, nō ſit naturalis intellectui angelico, hoc modo, ꝙ intellectus ille poſſet ex naturalibus talē habitū acq̄rere: tamē ſicut perfectiones datæ angelo in prima creatione; licet nō neceſſariò ſequebātur naturā eius, dicerētur naturales diſtinguēdo cōtra perfectiones merè ſupernaturales gratiæ, & glorię: ita per huiuſmodi habitū cognoſceret aliquo modo naturaliter; cognoſceret aliquo modo nō naturaliter. Naturaliter inquantū habitus ille nō eſt principiū gratuiti actus, nec glorioſi. Supernaturaliter inquantū ad actū nō poſſet attingere ex ſuis naturalibus; neq; aliqua actione naturali; ſicut ſi cæco non habenti pupillas oculorum miraculoſè darentur pupillæ ſanę. uiſio per huiuſmodi oculos miraculoſè datos alicui eſſet miraculoſa; qua ſuper naturam organum eſſet reformatum. Et naturalis inquantum reformato organo actio uidendi eſſet naturalis, ſic talis habitus & ſi ſupernaturaliter infunditur a ſolo deo: infuſus tamen naturaliter inclinat, & mouet ad id, cuius eſt habitus. Tantum de illo articulo. ❡ Quantum ad

Articul. ultimum mouenda ſunt aliqua dubia. Et primo contra concluſionem primam articuli primi, negantem ſpecies ſenſibiles ab obiecto in medio productas. BB Nam hoc uidetur eſſe contra experientiam, & rationem: contra philoſophum, & eius commentatorem: & cōtra communem perſpectiuā; ergo non eſt ſubſtinenda. Conſequentia nota. Antecedens probatur. ❡ Primò ꝙ ſit contra experientiam multipliciter probatur ſecūdū Ockam. q. xviij. ſecundi ſententiarū: & ſimiliter. q. xvij. eiuſdem. Primò quià ſi radius ſolis tranſeat per uitrum rubeum, tunc in pariete obiecto illi uitro apparet ſpecies rubei coloris; ergo non eſt neganda ſpecies, Conſequentia nota. Antecedens probatur; quia ibi apparet rubedo: & illa non eſt uerus color rubeus: nec eſt nihil: ergo eſt aliquid, & non aliud, quā ſpecies. Quia non ſit uerus color, patet, quia neque eſt in pariete, cum paries habeat alium colorē: ut patet remoto uitro. Neque eſt in medio, qa aer nō eſt ſuſceptiuus coloris. Quia non ſit nihil patet; quia realiter uidetur; ergo eſt obiectum uiſionis; ſed quod nihil eſt, non eſt obiectum alicuius ſenſus. Relinquitur ergo, ꝙ ſit ſpecies, cum nihil aliud aſsignari poſſet. Simile eſt de rubedine cęli ſerotina, & matutina. ❡ Item ſi quis per uitrum coloratum rubeum, uel uiride uiderit, omnia apparebunt eiuſdem coloris. Ille color circa obiecta uiſus apparens, non eſt uerus color; quia obiecta ſunt alio colore colorata. ❡ Item ſi eſſet uerus color, tunc uideretur clarius ab eo, qui eſſet inter uitrum, & obiectum: quod patet falſum. ergo eſt ſpecies cum nihil aliud poſsit aſsignari. ❡ Præterea; multi effectus contingentes, & apparentiæ ſaluantur per ſpecies, quæ aliàs ſaluari non poſſent. igitur. Antecedens probatur; quia oculus uidet ſeipſum obiectum ſpeculo, & hoc non niſi per ſpecies reflexas. Quia ſi non quæro a quo cauſatur illa uiſio: aut ab oculo ſe uidente tā quam ab obiecto immediatè uel mediā te ſpeculo. Nō primum quia tunc æquè



cauſaretur remoto ſpeculo; quia æquè eſt ſibiip ſi præſens, ſiue ſpeculum opponatur; ſiue remoueatur, nā propter ſpeculi ꝓ oſitionem, uel remotionem oculus, & facies in nullo mutatur. ergo uiſio illa cauſatur mediatè per ſpecies ab oculo tanquam ab obiecto multiplicatas, & a ſpeculo in ipſum oculum reflexas. ❡ Præterea ſi immediatè ab oculo: tunc repręsētaret ſe in loco iniquo eſt. Oppoſitum apparet, quia repręſentat oculum intra, uel ultra ſpeculū. ❡ Præterea, apparentia baculi fracti, cuius una medietas eſt in aqua, alia in aere, non poteſt ſaluari niſi per ſpecies refractas a perpendiculari in occurſu medij rarioris. Similiter apparentia maioris quantitatis rei uiſæ per medium rarius circa oculum, & circa obiectum dēſius. ❡ Item apparentia quantitatis maioris; & minoris eiuſdem rei uiſę a propinquo, & a remotis non ſaluatur niſi per diuerſos angulos cauſatos á ſpeciebus in centro oculi, per quas ſit uiſio, ut docet communis perſpectiua, quæ non poſſunt ſaluari per ſolum obiectum & potentiam, quæ eadem ſunt, & non uariantur propter mediorum uariationem, aut maiorem, uel minorem diſtātiam. Ab uno autem, & eodem inuariato nō procedunt alij effectus uno tempore, quàm alio. Similia multa, adduci poſſent. ❡ Quia etiam ſit contra rationem probatur, quia color in obiecto uiſibili eſt purè materialiter, in oculo autem exiſtit immaterialiter, & ſpiritualiter: ideo inter hunc, & illum oportet ponere medium; quia materiale non agit immediatè in ſpirituale, & in immateriale: hoc medium autem nihil aliud eſt, quàm ſpecies. ❡ Præterea a colorę obiecti cauſatur color in medio, ut uult commenta. ij. de anima commento. xcvij. ubi dicit, ꝙ ſicut color habet duplex eſſe. ſ. eſſe in corpore colorato, & id eſt corporale, & eſſe in diaphano: & id eſt eſſe ſpirituale. Ita odor habet duplex eſſe. ſ. in corpore odorabili, & eſſe in medio, & hoc eſt eſſe corporale, & illud ſpirituale, illud naturale, & hoc extraneū. Et infra eodem commē. Impoſsibile eſt, ꝙ odor ſit in aere ſicut in corpore cōpoſito: ſimplicia enim non recipiunt odores: remanet igitur ut ſit in eo, ſicut color in diaphano. Hęc commenta. Sed ille color in medio non eſt eiuſdem rationis cum colore corporis terminati, ſiue colorati: quia ſpirituale, & corporale nō ſunt eiuſdem rationis: nec naturale, & extraneum. Color autem corporis terminati eſt corporalis, & ſpiritualis: & color medij. ſ. diaphani eſt ſpiritualis, & extraneus. ❡ Item ſi eſſent eiuſdē rationis; nō diceretur, ꝙ color habet duplex eſſe in corpore, & in medio. ſicut nec dicitur, ꝙ albedo habet duplex eſſe in lapide, & in ligno. Color aūt ille in medio ſpiritualis eſt ſpecies deciſa a colore materiali in obiecto. Alia ratio de mouēte, & moto tacta eſt, & ſoluta. ❡ Quia etiā opinio illa ſit cōtra philoſophū, & eius cōmētatorē; patet; quia frequēter oſtendit obiectū prius agere in mediū, quā in ſenſum. Vnde ij. de anima dicit philoſophus. Patiente enim aliq̄d ſenſitiuo ſit ipſi uidere. Ab ipſo igitur, qui uidetur, colore impoſsibile eſt; relinquitur autem ꝙ a medio. Quod exponens cōmēta. lxxiiij. dicit. Viſus ſecundū ꝙ eſt uirtus ſenſibilis, mouetur, & patitur a colore, & color mouet ipſum. Et impoſsibile eſt, ꝙ uiſus patiatur, & moueatur a colore, ſi corpus coloratū fuerit extra uiſum, niſi ita ꝙ illud coloratum prius moueat mediū. ſed tactum, & mediū moueat uiſum. Et per hoc probat, ꝙ per uacuū nō poteſt fieri uiſio. Color autem nō aliter mouet mediū: niſi cauſando in eo aliquid, & illud eſt ſpecies coloris Quia autē color mouet mediū frequenter dicit cōmenta. lxvij. Etiā philoſ. ij. de anima c. vj. Item cōmentator commento, Aliquid patitur a colore ſono, & odore, quod non eſt natū ſentire ea. Hoc aūt nihil eſt, niſi mediū: nō aūt aliter patitur a ſenſibili, niſi recipiendo ab eo ſpeciem. ❡ Item ꝙ ſenſibile primo mouet mediū, & medium potentiā (primo nō tempore, ſed natura)

uidetur clarè dicere commentator. ij.
de anima commento. cxv. Opinādum
eſt (inquit) ꝙ actio medij in hoc ſen-
ſu .ſ. tactus, non ſit ſicut actio medij in
alijs. Sed tangibilia differunt a colo-
ribus, & ſonis in hoc, ꝙ indigent me-
dio, quia ſenſibilia in illis tribus pri-
mò agunt in medium, deinde me-
dium agit in nos. Et ſequitur. Senſibi-
le eſt cauſa remota in motione ſenſus,
& medium eſt cauſa propinqua. Vnde
uidetur uelle commentator, ꝙ mediū
patitur ab obiecto prius natura, quàm
ſenſus, licet non prius tempore, & ꝙ
medium in ſenſum agat. Hæc autem
non ſaluantur niſi ponendo ſpeciem,
quam medium recipit a ſenſibili, & im-
primit in ſenſum, quia illud, quod reci-
pitur in medio intenſio quędam eſt, &
ita ſpecies; idem enim intelligitur per
ſpeciem, & intenſionem. Quod autem
ſit intenſio, dicit commentator com-
mento. c. Color non uidetur, ita ꝙ
aliquid ex eo admiſceatur cum aqua, &
aere: nec ꝙ aliquid currat ab eo in
aquam, aut aerem: ſed tantū recipiunt
ab eo intēſionē colorū abſtractā a ma-
teria. Ecce dicit recipi intenſionē co-
lorū in aere, quę nihil aliud eſt, quā ſpe
cies. Itē iij. de aia dicit Philoſophus.
Pars intellectiua ē receptiua ſpecierū,
& locus ſpecierū, & lapis non eſt in ani
ma, ſed ſpecies eius. Et multa ſimilia.
¶ Item cōmunis perſpectiua quid aliud
tractat, niſi de radijs rectis reflexis, &
refractis; quæ nihil aliud sūt niſi ſpecies
CC ab obiecto productæ in mediū. ¶ Ad ſal
uandū concluſiones pręfatas negantes
ſpecies in medio in ſenſu, & in intelle-
ctu. Reſpondetur poſt Ocham q. xviij.
ſecūdi, ad primā experientiā, ꝙ radius
tranſiens per uitrum rubeum, cauſat ue
rum colorem rubeum cū colore uitri,
tāquam cū cauſa partiali in pariete op-
poſito, aut aere immediato: licet fre-
quēter minus intenſum eiuſdē rationis
cū colore uitri. Quia autē ſit uerus co
lor, patet, quia uiſus circa propriū obie
ctum non decipitur medio bene diſpo-
ſito. Et ſic medium poteſt eſſe bene di-
ſpoſitum, & uniforme: præſertim ſi ui-
dens fuerit non longe a pariete, & ta-
mē iudicat eſſe colorem rubeū. ¶ Item
ſi color uiſus non eſſet eiuſdem ratio-
nis cum colore uitri: ſed alterius ſpe-
ciei, magis poſſet cognoſcere ſenſus
differentiam illam, quàm duorum co-
lorum eiuſdem rationis non æquè in-
tenſorum; quia magis poteſt diſcerne
re inter plus differētia, quā inter minus
differētia. Diſcernit autē inter magis,
& minus album: ergo magis inter iſtū
colorem, & colorē rubeum, ſi differunt
ſpecie. ¶ Et cum arguitur: Illa rubedo
neq; eſt in pariete, neq; in aere. Dici-
tur ꝙ poteſt eſſe in utroq;, hoc eſt par
tim in pariete, partim in aere. Et dicūt
conſequenter, ꝙ dū rubedo eſt in pa-
rietis ſuperficie, cedit color præexiſtēs
contrarius; facile enim mutantur colo
res medij. Similiter credo ꝙ frequētius
ſit in aere propinquo. Nec uerum eſt,
ꝙ aer non ſit ſuſceptiuus coloris; nam
quandocūq; aliquid eſt receptiuū qua-
litatis augmentabilis in gradu intenſo,
quando eſt condenſatum: illud idem ra
refactum poteſt illam qualitatē recipe-
re in gradu remiſſo, ſed aer condenſa-
tus recipere poteſt uerum colorem, &
intenſum, ut patet ſi condenſatur in nu
bem, ergo rarefactus poteſt recipere co
lorem remiſſum. Quod etiam ſentire ui
detur philoſophus, & eius commenta-
tor. Vn̄de cōmentator. ij. de anima: cō-
mento. lxvij. allegans Alexādrum anti-
quum philoſophi commentatorem ait.
Aer enim uidetur multoties coloratus
colore, quem uidemus mediante aere;
ut parietes, & terra colorantur per colo
rem planetarum apud tranſitum nubiū
ſuper eas. Si igitur aer non coloraretur
per colorem illorum planetarum, non
colorarentur parietes, & terra. Ecce
dicit per tranſitum nubium parietes
terram, & aerem colore planctarum co
lorari. Et ſequitur Indifferenter ſiue
mouere, & recipere fuerint ſpiritualia;
ſicut aer recipit colores, ſiue materia-
lia, ſicut corpus recipit colores. ¶ Item
exponens illud philoſophi, quod dicit:
Dia-



Diaphanum uiſibile eſt non ſimplici-
ter: ſed propter extraneum colorem,
ut aqua, aer, & multa ſolidorum. Dicit
commentator commen. lxvii. Diapha
num eſt illud, quod non eſt uiſibile per
ſe, ſcilicet per colorem naturalem exi-
ſtentem in eo: ſed illud, quòd eſt uiſi-
bile per accidens: id eſt per colorem ex
traneum, & ideo innatum eſt recipere
colores, cum nullum proprium habeat
in ſe. Ad idem commento. lxxvi. Item
commento. lxxiii. Omne, quòd uide-
tur in luce, eſt color. Et ſunt uerba phi-
loſophi in translatione noua. Cum er-
go uidetur rubedo in aere, in luce, ſe-
quitur, ꝙ eſt color. ¶ Si quæris: An ſem
per color in medio cauſetur. Reſpōdet,
ꝙ generaliter medio illuminato, cauſan
tur colores in medio, quando non præ
exiſtunt colores contrarii. Si autem cō
trarii præexiſtunt: propter eorum
repugnantiam, non poſſunt alii cauſa-
ri; niſi cauſans colores uinceret colo-
res contrarios repugnantes, & eos re-
pelleret. Veruntamen color huiuſmo-
di in medio qn̄q; causatur ī gradu extē
ſo; & tunc poteſt uideri, quandoque in
gradu remiſſo; & tunc non poteſt uide
ri. Et ideo dicit commentator. ii. de ani
ma. ꝙ ſunt aliqua sēſibilia, quæ propter
ſui debilitatem a ſenſu non poſſunt ap-
DD præhendi. ¶ Ad ſecundam experientiā
dicitur, ꝙ color uiridis, aut rubeus, qui
apparet realiter: eſt in uitro, & non in
medio, aut obiectis uiſis per uitrum,
ſaltem tantæ intenſionis. Quòd autem
apparet in medio, & circa obiecta ra-
tio eſt, quia color uitri, & obiectorum
mouent per eandē lineam. Et color ui-
tri propinquior eſt uidenti, & fortius
mouet, & ideo non uidetur color natu
ralis, & proprius obiectorum, ſed color
uitri. Apparet autem iuxta obiecta ui-
ſum terminātia, quia diſtantia non per
cipitur, quia medium inter uitrum, &
obiecta terminantia non uidetur. Quā
do autem plura obiecta per eandem li-
neam uidentur, & diſtantia non per-
cipiuntur: iudicantur eſſe ſimul. Quòd
autem color ille non ſit in obiectis, uel
aere eis proximo, ſatis probat confir-
matio illius rationis; quia tunc uidere
tur ab exiſtente inter uitrū, & obiecta
terminantia. ¶ Pro aliarum experien-
tiarum ſolutione aduertēdum, ꝙ ſicut
ad productionem effectus determinati
non ſufficit agens, & paſſum quomo-
docunq; ſe habentia, ſed requiritur de
terminata approximatio eorū adinui-
cē; & propter uariationē approximatio
nis uariatur effectus, unde ignis nō cau
ſat calorē eiuſdē intenſionis in paſſum
diſtans & propinquum etiam cęteris
omnibus paribus: ſed neq; inęqualiter
diſtans aliter tamen applicatum. Nam
longe intenſiorem calorem cauſat in
lignum ſupra ignem perpendiculariter
conſiſtens, & pedaliter diſtans: quàm
producat in lignum diſtans a latere pe-
daliter. Quare autem talem applica-
tionē ſeqtur talis effectus: & aliā alius,
non eſt cauſa alia niſi natura agētis &
paſsi quę nobis per experientiam inno
teſcit. Sic de obiecto uiſus, & potentia:
quæ licet ſufficiunt ad producendum
uiſionem cæteris .ſ. medio, & organo
diſpoſitis: ita ꝙ nihil aliud requiritur
ſuppoſita communi influentia cauſarū
ſuperiorum, & impedimentis ſublatis;
tamen requiritur determinata approxi
matio eorum adinuicem; & ad certam
uiſionem certa approximatio, & nulla
alia: & ita diuerſas approximationes ſe-
quuntur diuerſæ uiſiones, & iudicia. Et
ita eſt, ſiue ponantur ſpecies, ſiue non.
Et omnes illæ experientiæ ita reduci
poſſunt contra ponentes ſpecies, ſicut
contra negantes. ¶ Et per hoc dicitur EE
ad primam de ſpeculo; ꝙ oppoſito ſpe-
culo oculus uidet ſeipſum; non tamen
per ſpecies. Nec tamen uideret ſe re-
moto ſpeculo; quia ſpeculum eſt cauſa
partialis illius uiſionis, per illam com-
munem propoſitionē: ꝙ illud, quo po-
ſito ponitur effectus: & quo nō poſito
non ponitur, eſt cauſa talis effectus.
¶ Et cum dicitur: Oculus æquè eſt ſi-
bi præſens ſpeculo remoto: igitur
æquè cauſat uiſionem ſui. Negetur
conſequentia; quia oculus nō eſt cau-

ſa totalis ſui jpſius uiſionis; ideo non eſt mirum, ꝙ non cauſatur uiſio deficiente cauſa partiali .ſ. ſpeculo. ¶ Et ſi diceres: Oculus eſt cauſa ſufficiens cũ obiectis alijs ad uidendum ea ſine ſpeculo; ergo etiam ad uidendum ſeipſum ſine ſpeculo: quia eſt ſibi jpſi ꝓpinquior. Reſpondetur, ꝙ ad uidẽdum requiritur organum cum potẽtia obiectum, & medium diaphanum inter obiectum, & organum: uel inter aliquod terſum, & politum: ſicut ſpeculum, & organum, & certus ſitus, uel applicatio illorum, quibus deficientibus non eſt uiſio. ¶ Si quæritur cauſa, cur illa ſic requiruntur. Alia dari non poteſt, niſi natura rerum: quæ nobis innoteſcit per experiẽtiam; per quam euidenter cognoſcimus; ꝙ illis ſic exiſtentibus cauſatur uiſio, eis uero non exiſtentibus, aut uariatis nõ cauſatur uiſio, uel non talis uiſio. Nec alia ratio dari poſſet, ſi ponatur ſpecies in medio. Quia ſi aſsignando rationem; dixeris, ꝙ ideo fit uiſio obiecto ſpeculo; quia ſpecies multiplicatæ reflectuntur a ſpeculo ad oculum: & ita repręſentant oculum, a quo multiplicatæ ſunt. Quæro primò, quare non hoc idem faciunt, quando reflectuntur ab obſtaculo non terſo, nec polito. Nòn enim ſufficit communis illorum reſponſio, ꝙ dum reflectuntur ab obſtaculo benè polito tunc uniuntur: non ſic, ſi reflectuntur a tortuoſo, quia cum totum membrum plenum ſit ſpeciebus ſecundum illos, & ſpecies eiuſdem rationis, & obiecti ſimul penetratiuæ exiſtentes uniuntur, non uidetur quomodo plus uniatur in medio ſi reflectatur a polito, uel non polito. Sunt enim ſemper eædem ſpecies æquè ſibi indiſtantes. ¶ Præterea cauſam illius quęro, quare plus uniantur ſi ſic reflectantur, quàm ſi aliter. ¶ Item quæro, cur oculus non uidet obiectum parum diſtans, quod poſt dorſum uidentis ſitum eſt, cum tamen eius ſpecies quæ orbiculariter per totum medium diffunduntur, etiam ueniunt ad oculũ. Dices, q̃a nõ fit uiſio niſi per ſpecies ab obiecto ad organum per lineam rectam, uel ſaltẽ rectè reflexam procedens per modum pyramidis radioſę &c. & non per obliquum. Quęro cauſam illius: cum tamẽ ſpecies naturaliter: & ideo undecunque, & qualitercunque procedat, dum recipitur in oculum diſpoſitum debet mouere, & comproducere uiſionem. Finaliter alia ratio dari non poteſt, niſi ꝙ ſpecies ſunt talis naturę. ꝙ niſi ſic, uel ſic procedãt, nõ agunt ſimpliciter, uel non talem effectum. Et hoc per experiẽtiã patet. Sic ergo, & ego lõgè uerius reſpondeo; ꝙ ad uiſionem requirĩt applicatio obiecti ſecũdũ certas lineas, & diſpoſitio certa medij: quibus uariatis, uel omnino non fit uiſio, uel alia, & alia uiſio ſecundum diuerſam applicationem obiecti, & diſpoſitionẽ uariã medij. & hoc innoteſcit per experientiam Sed per nullam experientiam euidenter cognoſcitur, ꝙ propter uariationem ſpecierum illa contingãt, quia nulla experientia noſci poteſt ꝙ ſint ſpecies in medio. ¶ Per hoc ad alias experientias. FF Ad illud, quod additur: ꝙ oculus uiſus obiecto ſpeculo apparere deberet in loco, in quo eſt &c. Dicitur, ꝙ propter diuerſum ſitum obiecti eius propinquitatem, uel diſtantiam, & medij uariationẽ ſecundũ denſitatẽ, & raritatem cauſatur alia, & alia uiſio, quarum aliqua ſenſus benè iudicat, aliqua decipitur. Quæ quales ſint ſola experiẽtia, aut regulæ ex experientiis collectæ docent. Fundantur autẽ experiẽtiæ in natura, potentię, organi, obiecti, medij: quę ſimul integrant cauſam efficientẽ uiſionis: & quodlibet horum eſt cauſa partialis. Nec oportet aliam in his cauſam aſsignare; niſi harũ cauſarũ cõcurrentium naturas: licet regulę ex experientia collectę dari poſſunt, quibus cognoſci põt, quę applicatio harũ cauſarũ impediat uiſionem, & ad quàm diſpoſitionem ſequatur hæc, uel alia uiſio, & apparitio. Et hę ſunt regulæ perſpectiuæ, ut exempli cauſa: ꝙ uiſio fit per modum pyramidis radioſi, cuius baſis eſt in re uiſa: conus in oculo. Quod eſt dictum, ꝙ ad uiſionis cauſationẽ, requiritur talis ſitus obiecti reſpectu oculi: ꝙ ſi lineę traherentur a ſuperficie obiecti uerſus oculum; & ſe in centro oculi contingerent; haberent figuram pyramidis, cuius baſis &c. Et ubi obiectum ſic ſitum eſt, ꝙ ab eo tales lineæ imaginariæ trahi non poſſent; non fit uiſio. Ad uerificationem igitur taliũ regularum, non oportet ponere ſpecies; ſed ſufficiũt obiectũ medium &c. Nec lineæ illæ ſunt reales, ſed mathematicæ ſiue imaginariæ.

GG ¶ Ad experientiam de baculo, cuius una pars eſt in aere: alia in aqua. Dicitur, ꝙ illa uiſio, qua uidetur baculus fractus, uel curuus (ſit una uel duę) cauſatur ab obiecto potentia, & medijs diuerſis in raritate, & denſitate: quæ talis naturæ ſunt, quòd cauſant apparentiam obiecti in diuerſis ſitibus. Et per hoc pars baculi ſub aqua iudicatur in alio ſitu; ex quo per diuerſa media uidetur quaſi per unum: pars uero ſuper aquam in aere uidetur per medium uniforme in alio ſitu, quàm uideretur per diuerſa media; hinc apparet curuitas baculi, uel fractio. ¶ Similiter quoad aliam experientiam, ſi medium denſius propinquius eſt obiecto, & rarius remotius, apparet res uiſa maior. Si econuerſo apparet minor, cuius cauſa eſt natura mediorum ad uiſionem concurrentium, quæ per experientiam innoteſcit. Sic ſi ponentes ſpecies reſpondeãt, quòd ſpecies in occurſu medij rarioris refranguntur, ſeu diſperguntur, & dilatantur, & ita repræſentant obiectum ſub maiori angulo; & ideo apparet uiſibile maius. Licet hoc difficilè intelligitur: cum totum medium plenum ſit ſpeciebus, quo dilatentur, ex quo ubique ſunt; tamen illo ſic ſtante, ſi quæritur, quare ſpecies ſic dilatentur occurrente medio rariore; nihil aliud reſponderi poteſt, niſi natura ſpecierum, & medij talis eſt: ita dico, ꝙ iſta eſt natura obiecti medij, & potentiæ. Suo modo reſpondetur ad aliam de apparentia maioris, & minoris quantitatis, ex natura rerum eſt, ꝙ quantò res remotior eſt ab organo, tãtò apparet minor. ¶ Quòd ſi dicis de angulis cauſatis in oculo: cum ſenſus non percipiat illos angulos, quomodo propter eos aliter iudicat. ¶ Item anguli cauſantur ab extremis lineis pyramidis ſecundum eos; cur lineæ extremæ pluſquam intercluſæ faciunt diuerſam apparentiam. ¶ Si dicis experientia in natura fundata hoc docet. Certè experientia docet, ꝙ ad talem obiecti approximationem cauſatur talis apparentia, uel iudicium. Sed quòd cauſetur à d angulum cauſatum a lineis ſpecierum, nulla habetur experientia. Licet ad hoc ſit experientia, ꝙ quãdo lineæ imaginariæ ab obiecto ad centrum oculi procedunt cæteris paribus, cauſatur uiſio; & quantò angulus imaginarius in oculo ab his lineis cauſatus eſt maior; tantò res apparet maior. Lineæ autem huiuſmodi minorem angulum faciunt procedentes ab obiecto remoto; quàm ſi ab eodem obiecto propinquo procederent? ꝙ autem ſint ſpecies aut uerę, aut & reales lineę: nulla unquam docuit experientia.

Ad. 1. rationem. HH ¶ Ad primam rationem dicitur, ꝙ color quandoque cauſatur in oculo à colore obiecti: ut ſupra dictum eſt. & ille eſt materialis, & materialiter recipitur in organo, & extenditur in organo, ſicut in ſuo obiecto, nec eſt ibi ſpiritualiter, aut intentionaliter. Ille tamẽ color nõ ſemper producitur in oculo: & dum producitur: per eum non uidetur obiectum extra: ſed ipſe eſt obiectum alterius uiſionis, quę apparentia dicitur: ut dictum eſt. Sed ipſa uiſio coloris extra quandoq; dicĩt color in organo: & illa eſt alterius rationis a colore obiecti. Et illa etiam eſt materialis, & extenſa inhęrens organo, & potentiæ: & non immaterialis: quia extenſa eſt, licet minus materialis; quia ſubtilior obiecto. Hęc autem ratio poſſet fieri de obiecto intellectus, quod ẽ materiale; & intellectiõe, q̃ ẽ ſimpliciter imate

rialis;ſicut & eius ſubiectum, quòd eſt
intellectus. Sed ſupra ſolutum eſt,& ꝓ-
batum,ꝙ materiale agit in immateria-
Ad. 2. le. ¶ Ad aliam dicitur, ꝙ illud, quod
rationẽ cauſat in medio a colore obiecti ẽ eiuſ
dem rationis cum eo, à quo cauſatur.
Conſequenter dicitur, ꝙ color cauſa-
tus in medio nõ eſt ſpiritualis, ſed uerè
materialis,& extenſus. Dicitur autem
ſpiritualis,quia ꝓpter ſuam imꝑfectio-
nẽ eſt inſenſibilis. Qñq; autem eſt uiſi-
bilis,& tũc habet eſſe corporale ſicut in
obiecto. Vel dicitur ſpiritualis, quia il-
lud eẽ;quod color habet in medio,nõ
remanet in abſentia coloris, qui eſt in
obiecto, ſed ſolum in eius præſentia;
& ideo dicitur habere eẽ ſpirituale, &
extraneum, ſed commune. Oppoſito
modo eſt in obiecto tactus,guſtus,& ol
factus: quæ cauſant aliquid in medio,
quod manet obiectis deſtructis. Vel dr̃
colorẽ habere eẽ ſpirituale in medio,
quia illuminatum medium concurrit
partialiter ad cauſandum actum uiden
di:& hoc uirtute coloris obiecti, ſine
quo non poſſet agere. Non ꝙ propter
hoc color habeat aliquod eſſe in me-
dio,ſaltem non oportet:ſed quando ha
bet,tunc habet eſſe materiale, & exten
ſum;licet nõ ita perfectũ ſicut habet in
obiecto. Hoc modo dicimus,ꝙ effectus
habet unum eſſe in effectu extra cãm
ſuam,& illud eſt eſſe corporale,& natu
rale. Aliud eſſe in cauſa, in qua uir-
tualiter continetur: illud dicitur eſſe
ſpirituale:non ꝙ ſint tria eſſe. Vnũ cau
ſę actiuæ continentis. Aliud eſſe effe-
ctus extra cauſam. Et tertium eſſe ip-
ſius effectus in cauſa, ita ꝙ eſſe effectus
in cauſa,& extra ſunt duo eſſe: & unũ
ſit corporale, & aliud ſpirituale; quæ
imaginatio falſa eſt. Nam illud idem
eſſe numero,quod nunc eſt in effectu;
prius non fuit in cauſa continente,ſed
dicitur habere eſſe uirtuale,& ſpũale in
cauſa;quia cauſa põt producere effectũ.
Et hoc eſt habere eſſe uirtuale in cauſa
actiua,poſſe produci a cauſa actiua, &
nihil aliud. Sic in propoſito de eſſe ſpi-
II rituali. ¶ Ad illud, quod additur; quòd
albedo non dicitur habere duplex eſſe
in lapide,& in ligno;quia ſunt eiuſdem
rationis. Dicitur, ꝙ hoc ideo eſt; quia
utrunque eſſe albedinis in lapide; & in
ligno,tanquam in obiectis eſt eſſe ſta-
bile, & permanens. Sed eſſe coloris in
medio,non eſt niſi ſolum ad præſentiã
cauſę ſecundę;puta coloris in obiecto.
In lapide autem, & in ligno poteſt al-
bedo eſſe omni cauſa ſecunda circum-
ſcripta in alio obiecto. Ideo nõ dr̃ habe
re duplex eẽ ſecũdũ rationẽ, eo ꝙ utrũ
que eſt permanẽs;non autẽ hic. ¶ Sed
contra hoc; quod in medio cauſatur
color eiuſdem rationis cũ colore obie
cti: Ad hoc arguit Ockam. q. xviij. ſecũ
di ſentẽ. in ij. dubio; quarũ rationes,&
ſolutiones effectum breuiter pono.
¶ Arguit itaque. Color in obiecto ſu
perpoſitus uiſui impedit uiſionem:non
color medij. ergo non ſunt eiuſdem ra
tionis:quia cauſarum eiusdẽ rationis
idem ſunt effectus. Item non uidetur,
ꝙ color cauſat colorem;quia tunc etiã
poſſet augeri;& ſic aer poſſet fieri ita
albus,ſicut nix. ¶ Item quæ ſunt eiusdẽ
rationis ab eisdem cauſis corrumpun-
tur,ſed color medij per abſentiam lu-
cis corrumpitur; non color obiecti.
¶ Solutio ad primum, ꝙ diuerſitas ef-
fectuum nõ ſemper contingit propter
diuerſitatem cauſarũ agentiũ, ſed qñq;
propter diuerſam approximationem
earundem cauſarum, aut diuerſitatem
intẽſionis,aut perfectionis earum, aut
diſpoſitionem paſſi;ut ſupra tactum eſt:
ſic excellens lux impedit uiſionem, tẽ-
perata cauſat;quę tamen ſunt eiusdem
ſpeciei;ita perfectus,& fortis color ſu-
perpoſitus organo impedit uiſionem
ſui & alterius,remiſſus non;ut patet de
uitro ſuperpoſito. Vnde ꝙ perfectus
color impedit, una cauſa eſſe põt; q̃a
non eſt niſi in ſubiecto opaco. Si au-
tem eſſet in diaphano, non impedi-
ret ſaltem in toto; cuius ratio non eſt
niſi natura rerum, quam experientia
manifeſtat. ¶ Ad ſecundum poteſt con-
cedi illatum; quod aer poſſet fieri ita
albus, ſicut nix: ſicut apparet in nubi-
bus



bus lucidis. Vel dicitur, ꝙ quodlibet
paſſum naturale determinat ſibi certũ
gradum formę, ultra quem non poteſt
naturaliter recipere. Sic medium cer-
tæ raritatis determinat ſibi certum gra
dum, ultra quem ſtante tali diſpoſitio-
ne raritatis, & aliorum, non poteſt ul-
tra accipere ab agente naturali. ¶ Ad
aliud dicitur; ꝙ ea, quæ ſunt eiuſdem
rationis corrumpuntur ab eiſdem cau-
ſis poſitiuis, uel priuatiuis; quando
ſunt in ſubiectis eiuſdem rationis,& di-
ſpoſitionis: ſecus ſi fuerint in ſubiectis
alterius rationis; qualia ſunt ſubſtan-
tia coloris perfecti; puta lignum, uel
paries,& coloris remiſſi; cuius ſubie-
ctum eſt aer diaphanus. Quòd autem
color obiecti cauſet colorem in me-
dio,eadem ratione probatur;qua pro-
batur,ꝙ ignis cauſet colorem in ligno:
quia .ſ. experimur ad eius pręſentiam
cauſari colorem in medio: qui eo ab-
ſente non cauſaretur. Et propter illam
experientiam ponitur color in medio;
non propter uiſionem in oculo cauſan
Ad au- dam. ¶ Ad illud, quod arguitur in du-
ctorita- bio, ꝙ opinio negans ſpecies ſit contra
tes. philoſophum,& commentatorem. Ad
L L omnes illas auctoritates, quę ad hoc tẽ-
dunt,ꝙ obiectum prius agit in mediũ,
& medium in ſenſum. Dicitur,ꝙ color
obiecti uniuerſaliter dicitur mouere
mediũ diaphanũ,& medium ſenſum;nõ
ꝙ aliquid imprimant uniuerſaliter me
dio, quod conſequenter moueat ſen-
ſum. Sed in hoc dicitur color mouere
medium; quia ſine medio diaphano nõ
poteſt agere;ſed mediante medio illu-
minato agit in ſenſum. Quod etiam
commentator commento. lxxiiij. in-
nuit: cum aſſignãdo cauſam, cur uiſus
indigeat medio, dicit. Declaranda eſt
cauſa propter quam color non uidetur
niſi in luce,& eſt; quia non uidetur niſi
per medium. Vnde dicendum,ꝙ color,
& medium diaphanum ſunt duę cauſæ
partiales ad cauſandum uiſionem cor-
poralem; & una ſine alia non ſufficit
ad cauſandum illum effectum. Nec
uniuerſaliter uerum eſt, ꝙ medium
aliquid recipit a colore; neq; color a
luce, ſed ſunt cauſæ partiales ad eun-
dem effectum concurrentes. Eſt autem
obiectum cauſa principalior: & lux, &
medium quaſi ſecundaria in uiſione co
loris; quia ad obiectũ terminatur actus
uidendi non ad lucem, & medium ſaltẽ
non oportet, etiam ad quamcũq; ua-
riationem obiecti,ſequitur uariatio ui-
ſionis; non ſic ad quamlibet uariatio-
nem lucis,uel medij. ¶ Item quandoq;
fit uiſio ſine medio, ut coloris cauſati
in oculo,nũquam autem ſine obiecto:
alioquin eſſet uiſio, & tamen nihil ui-
deretur,quod eſt impoſſibile. Et ſic in-
telligendum eſt, ꝙ color ſi fuerit ex-
tra,mouet medium ſecundũ tactum, &
medium ſenſum,ꝙ color obiecti requi
rit medium ſibi immediatum tangens
.ſ. colorem, & etiam ſenſum: quia per
uacuum non fit uiſio. Et nihil aliud eſt
colorem mouere medium ſecundũ ta-
ctum, & medium mouere ſenſum, niſi
colorem obiecti non niſi per medium
ſibi contiguum ex una parte:& conti-
guum ex alia parte organo cauſare ui-
ſionem. In qua cauſatione color dici-
tur cauſa remota et medium propin-
qua quantum ad ſitum corporalẽ; quia
medium intercipitur inter obiectum,&
ſenſum. Dicitur etiam color prius age-
re in medium, & deinde medium agere
in nos; non prius tempore, ſed princi-
palitate. Hoc eſt,ꝙ color eſt cauſa prin
cipalior uiſionis, medium minus princi
palis. Verum,ut dictum eſt frequenter
a colore obiecti cauſatur color in me-
dio,qui licet habeat eſſe reale,& exten-
ſum in medio: & ita materiale, ita
uerè ſicut color in ſuperficie corpo-
ris colorati;tamen quia non habet eſſe
intenſum, & perfectum nec permanens
in medio niſi præſente colore obiecti:
dicitur habere eſſe ſpirituale,& eſſe in-
tentionale, ſiue etiam extraneum Et
ſic intelligendum eſt illud cõmen. ſup.
allegatum de colore medij,ꝙ non uide
tur. Nec ꝙ aliquid currat a colore obie
cti in aquam,uel aerem,ſed tantum re-
cipit ab eo intenſionem coloris in

aere.i.colorem imperfectum abſtractum a materia.i. inuiſibilem propter ſui remiſſionem: alias contradiceret ſibi ipſi. Et illa expoſitio nõ eſt extorta; ſed ſumitur ex uerbis ſuis ſupra allegatis. Nõ enim aliter poteſt dici color obiecti materialis, & corporalis, & medij ſpiritualis, & abſtractus a materia; niſi quia ille eſt intenſus, & uiſibilis, ille remiſſus, & non uiſibilis. Nam ſi materiale diceretur, quod eſt in materia; tunc quicquid eſt in medio (ſit ſpecies, uel non ſpecies) erit materiale; cum ipſe aer, qui eſt ſubiectum huius, eſt uerè materialis, & corpus compoſitum ex materia, & forma. ¶ Ad auctoritatem Ariſto. dicitur, ꝙ per ſpecies intelligit intellectionem, ſiue actum intelligendi, quo intelligimus, qui dicitur ſpecies; quia naturalis ſimilitudo obiecti intellecti; non enim lapis eſt in anima intelligentis; ſed eius cognitio, qua exiſtente ſemper eſt intellectus in actu intelligendi lapidem, & harum cognitionum locus eſt anima. Vel etiam ſpecies dici poteſt habitus derelictus a cognitione mouens ad ſimiles cognitiones eliciendas. Eſt enim ſpecies multiplici-
LL ter æqiuocum ut ſupra dictum eſt. ¶ Ad ultimum, quod additur de perſpectiua communi &c. Dicitur, ꝙ perſpectiua communis nititur oſtendere diuerſam operationẽ uiſiuæ potentię, qua producit uiſiones multipliciter diuerſas propter diuerſitatem applicationis ſitualis obiecti reſpectu oculi; propter diuerſitatem mediorum, & diſpoſitiones potẽtię uiſiuę. Diuerſitas autem ſitualis certius deſcribi non poteſt, niſi per lineas ab obiecto egredientes, & in oculo terminatas. Vel ecõuerſò ab oculo ad obiectum procedentes rectè uel obliquè reflexè uel refractè: ut ſic certus ſitus deſcribatur, ad quem ſequitur talis uiſio; & alius ad quem ſequitur alia uiſio. Illæ aũt lineę nõ ſunt reales, aut aliquorũ ab obiecto medio, & organo realiter diſtinctorũ, ſed ſunt lineę imaginarię ab obiecto ꝑ mediũ uſq; ad organũ protractæ. Et nihil facit ad rẽ ſiue ponãtur ſpẽs in medio ſiue non. Viſionem ergo fieri talem per tales lineas, nihil aliud eſt quã uiſionẽ talem fieri ad talem ſitum obiecti, qui notificatur per tales lineas imaginatas. Sic tota mathematica loquens de punctis indiuiſibilibus, & lineis non latis, nec profundis: non uult, ꝙ talia ſint in re, ſed ſufficit, ꝙ ſint in imaginatione ad ſuas demonſtrationes. Quod enim dicitur, ꝙ res a remotis uiſa minor apparet: quia lineę per quas fit uiſio: cauſant minorem angulum in oculo: non eſt intelligendum, ꝙ uiſio fiat per aliquas lineas reales. Sed hæc eſt natura obiecti, & oculi ac potentiæ, ꝙ apparet res minor quando ſic ſituatur: ꝙ ſi lineæ ab extremitatibus obiecti traherentur in centro oculi ſe contingentes cauſarent minorem angulum contingentiæ in oculo. Ad quod nihil facit, ꝙ ponuntur ſpecies, uel negantur, quia etſi ponantur ſpecies, oportet lineas in ſpeciebus imaginari ſicut imaginantur ſine ſpeciebus in medio; ſicut dicitur, ꝙ ſol ſuo motu deſcribit lineam eclypticam in zodiaco. Sic ponuntur circuli in ſphæra cæleſti æquinoctialis, meridianus, orizon, coluri, tropici, qui non ſunt reales lineæ cælo ſuperadditæ: uel in eo per motum ſtellarum, uel zodiaci realiter cauſatæ: ſed tantum imaginatæ. Mathematica enim, cui perſpectiua tamquam ſcientia media ſub ordinatur; uel ſubalternatur; abſtrahit a materia. Et ideo cum nominantur ſpecies, aut radij ſic, uel ſic procedentes: debent intelligi lineæ ſic imaginatæ. Vide latius huius quæſtionis materiam loco ſæpe allegato in Ockam. q. xvij. & xviij. ſecundi ſententiarum. ¶ Ad ultimum dubium. An Dub. i.
cognitio angelorum debeat dici ma- MM
tutina, uel ueſpertina. Ad hoc breuiter dico. quia latius de hoc dixi in expoſitione canonis lec. xxxj. Et quia hæc materia magis uidetur locum habere in quarto de beatitudine. Dico ergo, ꝙ cognitio rerum in uerbo, quæ eſt beatifica, dicitur matutina.



Cognitio autẽ rerũ in numine naturę dicitur cognitio ueſpertina. Diſtinguit enim Alexand. de ales parte. ij. quæſt. xxiij. triplicem cognitionem angelorum. Vna, qua cognoſcit uerbum, & ſe, ac creaturas ſibi in uerbo relucentes, una indiſtincta cognitione; in lumine gloriæ, & beatificẽ. Alia, qua cognoſcit per ſpecies ſibi concreatas deum, ſe, & alia. Tertia, qua cognoſcit per ſpecies a rebus cognitis acceptas; quam ipſe uocat cognitionem rerum in proprio genere. Vltimę duę dicuntur cognitiones ueſpertinæ. Prima ſola matutina; quia iſta eſt cognitio in creatore, qui eſt principium omnis creaturæ, ſicut mane principium diei. Sequentes duæ dicuntur ueſpertinę: quia his cognoſcitur res in creatura: quæ de ſe tendit ad occaſum. Nec dicitur matutina, uel ueſpertina per admixtionem tenebrarum ignorantiæ: ſed ex cauſa dicta. Prima ſcilicet matutina eſt ſupernaturalis, & beatifica. Secunda ſcilicet ueſpertina, dicitur naturalis; licet medium nõ habeat ex propria natura ſine uigore ſui intellectus: quia habet eam per ſpecies a deo infuſas: tamen quia in principio creationis infuſæ ſunt, habentur quaſi connaturales ipſi angelico intellectui. Tertia uero ſimpliciter eſt naturalis; quia eſt per ſpecies, quas ipſe fabricat de obiectis creatis: ſecundum opinionem illius doctoris ponentis ſpecies. Et per hoc patet, ꝙ in dæmonibus non eſt cognitio matutina, ſed an in eis ſit ueſpertina, dicitur ſecundum eundem. Si ueſpertina præſupponit matutinam in eodem ſuppoſito; & excludit omnes ignorantiæ tenebras; ſic non eſt in dæmonibus. Si autem dicit cognitionem naturalem rerum creatarum ſimpliciter: ſic poteſt concedi cognitio ueſpertina in dæmonibus: licet multum habeat obſcuritatis. Et tantum de hac quæſtione.

## DISTINCTIO IIII.

IN diſtinctione quarta magiſter agit de angelorum perfectione, & imperfectione, quę eis conuenit ex creatione. Vnde tria quærit. Primũ; an angeli in ipſa creatione beati fuerint; an miſeri. Scd̄ò an ſuę beatitudinis futurę, aut caſus fuerit pręſcii. Tertiò an creati ſint perfecti, uel imperfecti. ¶ Quãtũ ad duas primas q̃ſtiones põt ſententia magiſtri in hac concluſione ſummari. Nulli angelorum in ſua creatione fuerunt beati, uel miſeri: neque futuri euentus; ſcilicet confirmationis, uel caſus pręſcij. ¶ Quoad tertiã quæſtionẽ, præmittit, ꝙ eſt triplex perfectio. ſecundum tẽpus: ſcd̄m naturã; ſcd̄m perfectionis uniuerſalitatem. Scd̄m tẽpus, cui nihil deficit, qd̄ ſecundũ tpis illius ſtatũ ſibi conuenit. ſic dr̄ puer ꝑfectus: licet non habeat uiri ꝑfectionẽ. Scd̄m naturã, qd̄ habet quicqd naturę cõuenit ſcd̄m ſui capacitatẽ. ſic ſoli beati ſunt perfecti. Secũdũ uniuerſalitatẽ, qd̄ eſt ſummè & ſimpliciter ꝑfectũ. Prima ẽ naturę cõditę. Scd̄a eſt naturę glorificatæ. Tertia naturæ increatæ. ¶ Cõcluſio ſecũda, an angeli omnes in ſua creatione erant perfecti ſecundum tempus naturaliter, non ſecundũ naturæ gloriam, nec uniuerſaliter. ¶ Dicitur naturaliter. i. naturalibus perfectionibus ad excludendum perfectionẽ gratuitam; quę etiam conuenire potuit angelo ante beatitudinem.

### QVAESTIO. VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionẽ A
quęritur. Vtrum angeli boni, & mali in ſua cratione fuerũt donis glorię, gratię, & naturę perfecti. In illa quęſtione erunt tres articuli. Primus de donis glorię, utrum creati fuerint miſeri, uel beati. Secundus de donis gratię, & naturę: utrum gratia gratificans ſit eis cõcreata, aut an in ſolis naturalibus ſunt producti. Tertius mouebit dubia. ¶ Quo- Arti. 1.
ad primum pręmitto, quòd quæſtio

quantum ad utroſq; primos duos articulos, poteſt intelligi de poſſibili, uel de facto. De poſſibili non habet dubium; quia potuit deus concreaſſe angelis gloriam, & gratiam. qđ ſi feciſſet: in creationis inſtāti bti fuiſſent. Quòd aūt potuit; patet, quia nulla eſt impoſſibilitas ex parte dei, cui non repugnat creare gratiam, & gloriā magis in uno inſtanti, quàm in alio. Quod itaq; poſtea fecit, in inſtāti creationis facere potuit. ¶ Nec fuit repugnantia ex parte ſubiecti. ſ. naturæ angelicę: qa capax fuit utriuſq; glorię, & gratiæ. Nec fuit tūc aliquod impedimentum; quia quodcunque fuiſſet; deus illud amouere potuiſſet. Diuinæ enim omnipotentię nihil poteſt reſiſtere; dicente apoſtolo ad Rom. ix. Voluntati eius quis reſiſtit. Vnde quæcunque potuit uelle; potuit facere, ideo de facto reſpondendum eſt. ¶ Pro quo notandum poſt ſanctum Bonauent. ꝙ beatitudo dupliciter accipi poteſt. Vno modo propriè pro ſtatu perfecto plenitudine omnis boni, quo modo diffinit Boe. iij. de conſolatione. proſa. ij. Beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus. Hæc includit claram dei uiſionē, perfectam fruitionem, & firmam tentionem. Alio modo accipitur pro ſtatu priuato omnis mali pęnæ, [Cōcl. 1 B] & culpę. ¶ His pręmiſſis eſt prima cōcluſio ad illum articulū. Accipiendo beatitudinem primo modo poſitiuè: nulli angelorum in principio creationis fuerunt beatitudine perfecti. Illa concluſio perſuadetur auctoritate, & ratione magiſtri in textu. ¶ Pręterea neq; angeli cadentes, nec ſtantes fuerunt in principio creationis beati, ergo nulli. Prima pars antecedētis patet; qa ſecuritas, & certitudo eſt de ratiōe beatitudinis. hæc autem non fuit in cadentibus. nam Ioan. viij. dicitur de lucifero. Ille in ueritate non ſtetit. Secunda pars probatur. Beatitudini eſſentiali uidetur eſſe laus; ſicut damnationi uituperium. Sed in his, quæ ſunt a natura ſiue conditione, nullus laudatur.

¶ Item beatitudo præmium eſt; ergo præſupponit meritum. ¶ Item ſi deus beatos condidit angelos; hoc ex eo feciſſet; quia conſonabat naturæ eorum: ut ſub tali perfectione, & tam nobili fieret. Sed ſic lucifer; qui, ut dicunt magiſter, & ſancti, ſplēdidiſſima habuit naturalia, magis debuit in beatitudine creari. Congruum enim magis uidetur, ut natura nobilior gloria decoretur; hoc autem factum non eſt, ergo. ¶ Secunda concluſio. In beatitudine [Cōcl. 2] ſecundo modo dicta per priuationem omnis culpę & pęnæ ſunt omnes angeli creati. Probatur; quia omnes fuerunt creati innocentes, & ita ſine malo culpę, & per conſequens ſine malo pęnæ. Non enim deus prius eſt ultor, quā ſit aliquis peccator. Añs patet, quia nullus angelus in culpa creatus eſt; quia nō potuit creator optimus auctor mali eſſe. Fuit autem auctor omnium, quæ in creatione receperunt, non ergo creati ſunt in culpa. unde Gen. j. Vidit deus cuncta, quæ fecerat, & erant ualde bona. Igitur boni erāt omnes angeli, quos fecerat bonitate innocentiæ; quæ omnem excludit culpam. De hoc pulchrè magiſter diſtinctio. iij. allegans manifeſtas auctoritates Auguſt. & Origenis. ¶ Quantum ad ſecundum articulū [Arti. 2. C] uidendum. Vtrum angeli ſint creati in gratia. Nā ꝙ perfecti ſint creati in natura; quia innocentes ſine culpa, & pęna: patet ex concluſione ſtatim poſita. De hoc, quia ut dicit ſanctus Bonaue. q ij. huius diſt. iſta quęſtio facta eſt, & non inuenimus aliam rationem, quàm congruitatis. unde probabiliter utrunque poteſt opinari, ſicut & alij inquit, añ nos. ¶ Sunt ergo hic opiniones duę extremę. Vna, ꝙ omnes angeli creati ſunt in gratia gratum faciente. Alia, ꝙ ſunt creati in puris naturalibus, & ꝙ non habuerunt gratiā ab inſtanti creationis. Primę fauet beatus Tho. parte. j. q. lij. ar. iii. & Greg. de arimi. Scđę aſſentit magiſter in text. etiam diſtinctio. v. Hug. Alexand. de ales. quæſt. xix. men. ij etiam ſanctus Bonauē. quęſt. ij. hu-



ius diſt. ſecundi ſcripti. Vtraq; opinionum innititur auctoritatibus, & rationibus perſuaſiuis. Primò aucto. beati Auguſt. xij. de ciu. dei. cap. ix. Simul in eis conditiones naturam, & largiēs gratiam. Idem in correp. & gratia. Angeli beati erāt, antequā caderent. Eratque, quòd adhuc eorum adderetur beatitudini, ſi perſtitiſſent, donec ſummę beatitudinis plenitudinem, tanquam præmium permanſionis, ſuſciperēt. Cū autem beatitudo non ſit ſine gratia, patet, ꝙ antequam caderent, gratiam habuerunt. ¶ Item lib. ij. c. iij. Dam̄. Per uerbum dei creati ſunt omnes angeli, & a ſpiritu ſancto per ſanctificationem perfecti ſecundum proportionem dignitatis, & ordinis illuminationem, & gratiam participantes. Item Hieronymus ſuper illud Oſeæ. iij. Dilexerunt uinatia uuarum. Per uinatia intelliguntur dęmones, qui creati ſunt in magna pinguedine ſpiritusſancti, ſed per ſuperbiā arefacti de cęlo ceciderunt. Pinguedo autem ſpiritusſancti, gratia eſt ſpiritusſancti. ¶ Item de lucifero dicitur in figura Ezech. xxviij. Plenus ſapientia, & perfectus decore in delicijs paradiſi dei fuiſti. Sed deliciæ paradiſi ſpiritualis ſunt gratia, & uirtutes. Si ergo apoſtata angelus gratiam habuit, a maiore alii. ¶ Item ratione; deus cum ſit liberaliſſimus, paratus eſt dare omnibus gratiam diſpoſitis ad recipiendum, ſed nulla uidetur melior diſpoſitio ad gratiam quàm innocentia, & uoluntas recta, & hæc erant in angelis a ſui creatione. Item angeli creati lege naturæ aſtricti erant ad diligendum deum. Quod ſtatutum transgrediendo ſtatim poterant demereri. Ergo illud ſeruando æquè ſtatim poterant mereri. Sed mereri non poterant ſine gratia, ergo creati fuerunt in gratia. Item omnia creata primò producta ſunt ſecundum rationes ſeminales, ut de herbis, & arboribus dicitur Geneſ. j. Protulit terra herbam uirentem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum; lignumque faciēs fructum; & habens unumquodque

ſementem ſecundum ſpeciem ſuā. Gratia autem eſt ſemen operationum meritoriarum; ſicut ſemen effectuum naturalium. Ergo ſicut ſecundum beatum Augu. ſtatim corporalibus rebus in ſua creatione inditæ ſunt rationes ſeminales effectuum naturalium. Ita etiam naturæ ſpirituali indita eſt gratia in creatione ad operationes meritorias. ¶ Se- [Opi. 2. D] cunda opinio innititur talibus auctoritatibus Auguſt. ſuper Gen. ad literam: dicit, ꝙ angelica natura primò erat informis creata, & cælum dicta. Deinde dicit eam formatam, & lucem appellatam. Non autem fuit informis, niſi per defectum gratiæ. ¶ Item Grego. xxxij. moral. tractans illud Ezech. xxviij. Aurum opus decoris tui, & foramina in die, qua conditus es. Et loquens de lucifero dicit. Huius lapidis in die conditionis ſuæ foramina præparata ſunt; quia uidelicet capax charitatis fuit conditus; qua ſi repleri uoluiſſet ſtantibus angelis, tanquam in ornamentis regiis lapidibus poſitis inhęrere potuiſſet. Habuit ergo ille lapis foramina: ſed propter ſuperbiæ uitium charitatis auro non ſunt repleta. Ecce apertè dicit, ꝙ non habuit charitatem. Stantes quoque ibidem dicit charitatem recepiſſe innumerè cadentibus aliis. ¶ Ratione etiam ſe tuetur; quia gratia inclinat creatura rationalem in deum. Ideo ſi omnes habuiſſent gratiam, omnes conuerſi fuiſſent in deum. Et ita nullus cecidiſſet. Præſertim quia angelus naturaliter tantum ſemel eſt uertibilis de ſe. Ideo ſemel natura angelica conuerſa ad deum, ſemper manet in conuerſione, ſicut ſemel auerſa ſemper manet in auerſione. Sicut etiam anima ſeparata permanet in ſtatu, in quo fuit tempore ſeparationis. ¶ Item gratia eſt medium inter naturam, & gloriam. Ideo primò angeli fuerunt in puris naturalibus. Deinde adepti ſunt gratiam; ultimò gloriam. ¶ Præterea ſicut ſe habet culpa ad damnationem, ita gratia ad gloriam. Sed ſtatim ut habuerunt cul-

pam mali, fuerunt damnati, & obſtinati. Ergo ſtantes ſtatim ut habuerunt gratiam, ſunt glorificati, & confirmati. Non autem habuerunt gloriam in inſtanti creationis; ergo nec gratiam.

Nota. 2 E ¶ Secundò notandum; ꝙ gratia tripliciter accipitur. Vide latius infra diſtin. xxvj. Vno modo communiter, prout compræhẽdit quicquid naturalibus eſt ſuperadditum. Naturalibus illis, quæ ſunt de generali rei conſtitutione, ſcilicet quæ generaliter in omnibus conſequuntur talẽ naturam. Sic in genioſum benè legentẽ; benè canentem, habere dicimus gratiam. Secundo modo accipitur ſtrictius pro eo, quod libero arbitrio ſuperadditur diſponens ad rectitudinem. Sic dicimus uirtutes naturaliter acquiſibiles, ſicut innocentiam, mititatem, pietatem, temperantiam eſſe gratias. Tertio modo proprijſsimè accipitur pro illo, quod eſt his uirtutibus ſuperadditum complens, & eleuans, ac acceptum faciens deo. Et hęc dicitur gratia gratum faciens. ¶ Et per hanc diſtinctionem gratiæ multæ auctoritates ſoluuntur: loquentes de gratia ſecundũ utranq; opinionem.

Concl. Quibus præmiſsis ſit hæc concluſio unica ad illum articulum. Vtraq; dictarum opinionum probabiliter teneri poteſt ſine pertinacia, & temeritate. Patet; quia ad neutrum ſunt rationes cogentes, neq; ſufficientes auctoritates, neq; conſtat de reuelatione, aut eccleſiæ determinatione: ergo &c. Conſequentia nota. Añs probatur: quia rationes adductæ cum auctoritatibus hinc inde facilè diſſoluuntur.

Reſponſio ad rationes. F ¶ Vnde tenentes primam opinionem ad ea, quæ pro ſecunda inducuntur reſpondent ad aucto. Aug. de informitate dicunt, ꝙ informitas illa poteſt intelligi, uel per comparationem ad formationem gloriæ, ita ꝙ informitas priuet gloriam, non gratiam, & ſic præceſſit informitas tempore formationis. Vel poteſt accipi informitas, ut priuat gratiam, & ſic non præceſſit ordine temporis, ſed ordine naturæ: ſicut etiam de formatione corporali. Auguſt. tenet. ¶ Ad aucto. beati Greg. poteſt dici, ꝙ non negat angelum apoſtatam non habuiſſe charitatem, ſed eum dicit non repletum charitate: quia charitatem, quam habuit non ſeruauit: nec charitatis motioni per actualem conuerſionem in deum conſenſit: fuit ergo ex ea parte uacuus: qua ex arbitrij libertate contra charitatis inclinationem ſe a deo auertit. Vel loquitur de charitate permanente. Quod ex eo patet, quia dicit, ꝙ propter ſuperbiæ uitium foramina charitate non fuerunt repleta. Modo conſtat, ꝙ ſuperbiæ uitium non fuit in eo a principio creationis, quia non malus: ſed innocens creatus eſt. Vitium ergo ſuperbiæ non potuit eſſe cauſa non recipiendi charitatem in creatione; ſed cauſa fuit demeritoria, ꝙ charitas in eo non permanſit. Vel poſſet dici, ꝙ loquitur beatus Greg. de actu charitatis, qui fuit in poteſtate uoluntatis habita charitate habituali. unde dicit. Quam charitatem ſi habere uoluiſſet &c. Voluntas in poteſtate ſua habet actus non habitus. Ad rationem dicunt; & uerum eſt; ꝙ gratia non importat neceſsitatem libero arbitrio. Inclinat quidem: ſed non neceſsitat. Poteſt ergo habens gratiam ſecundũ gratię inclinationem ſe conuertere ad deum. Poteſt etiam non obſtante gratia ſe auertere a deo. Quod quia mali fecerunt; gratiam perdiderunt; & mali facti ſunt perdita gratia: qui ante auerſionem per gratiam boni, & grati fuerunt. alioquin qui in baptiſmo uel penitentiæ ſacramento gratiam conſequitur; poſtea peccare non poſſet. Impeccabilitatem ergo nõ gratia; ſed confirmatio præſtat. ¶ Ad aliam dicitur, ꝙ gratia eſt medium: non ſecundum tempus: ſed ſecundum naturam quia ordine naturę præſupponit naturã, & pręcedit gloriã. Vel dicitur mediũ inter naturã, & gloriã: quia ſine gratia, natura non poteſt peruenire ad



gloriam. Sed ex hoc non ſequitur, ꝙ natura neceſſario tempore præcedat gratiam. ¶ Ad ultimum dico, ꝙ non eſt omnino ſimile; quia culpa non poteſt ſtare ſine actuali demerito; cum culpa ſit demeritum actuale, gratia autem poteſt ſtare ſine actuali merito. Ideo magis propria eſt proportio, ſicut ſe habet culpa ad damnationem; ita meritum ad gloriam. Et ſicut ſtatim cum mali per culpam ſe auerterunt, damnati ſunt; ita boni, dum per gratiã ſe cõuerterunt per actum charitatis in deũ, confirmati ſunt. Verum ꝙ nec culpa, nec meritum ſtatim infert pœnam, uel gloriam; ſed quando perſeuerant uſq; ad terminum uiæ. ¶ Tenentes uero ſecundam opinionem facilè ſoluunt munimenta primæ opinionis. Vnde omnes auctoritates ſonantes de gratia, ſoluunt per diſtinctionem gratiæ, dicẽtes, ꝙ loquuntur de gratia primo, uel ſecundo modo. hoc eſt de gratia gratis data, non de gratia gratum faciente. Sic in alia auctor. beatitudo capitur pro beatitudine naturali, quæ priuat malum, non quę ponit gloriam. Sic per ſanctificationem intelligitur ſanctificatio in diſpoſitione; quia creati ſunt in innocentia; quę eſt bona diſpoſitio ad ſanctionem, ſi perſeuerat. Sic in aucto. Hierony. Innocentia fuit magna pinguedo ſpiritusſancti. Ita delicię paradiſi intelligitur innocentia a gratiæ gratis datę. ¶ Ad rationem primam dicitur. ꝙ deus liberaliſsimus eſt, & paratus omnibus diſpoſitis dare gratiam; ſed illa diſpoſitio non fit per ſolam innocentiam, quæ dicit culpæ priuationem ſecundũ motum lib. ar. in adulto. Paruulo enim poteſt alienum meritum ſuffragari. Vnde ſecundũ Bonauent. Liberaliſsimus eſt deus, ſaluo tamen ordine ſapientiæ, & iuſtitiæ. Quamuis enim ab inſtanti creationis cuiuſlibet hominis poſſet eum ex liberalitate beatificare; tamen longo tempore tardat. Similiter quamuis poſſet cuilibet paruulo dare gratiam ſine baptiſmate, tamen non dat. Cuius ratio eſt, quia gloria eſt bonum laudabile; ideo non datur niſi per meritum laudabile. Et ideo conuenit eam dare præcedente aliquo modo merito condigni. Similiter quando confert gratiam; ſi cõfert adulto; cum gratia facit hominem habentem dignum gloria; non confert niſi ad motum libe. arbi: ſi habet uſum. Si uero non habet, ad motum fidei alienæ, ſiue ad meritum chriſti. Ideo ſecundum ordinem ſapientiæ non ſtatim debuit gratiam dare angelis; ſed expectare motum lib. ar. quod & fecit. Vnde ad ſe conuerſis ſine mora dedit gratiã. Et ꝙ in ratione additur uoluntas recta. Si uoluntas fuerit recta poſitiuè per bonum motum lib. ar. in deum diſpoſitio eſt ad gratiæ receptionem. Non autem uoluntas recta priuatiuè. i. non curua per culpam; illa non ſufficit, licet requiratur. ¶ Ad aliam rationem dicunt; ꝙ ſicut futurus malus angelus ſtatim potuit demereri: ita ęquè ſtatim potuit mereri. Non equidem ex his, quæ iam acceperat naturalibus; ſed quia dominus ita promptus erat dare gratiam, ſicut ipſi accipere. Et ſicut nullum habebat obſtaculum in merendo; ſic nec in demerendo. Sicut enim facile fuit diabolo auerti, ita facile fuit bonis angelis conuerti. Et ſicut auerſio fuit demeritoria, ita conuerſio facta eſt meritoria; appoſita ſtatim gratia, quę opponi motui bono conuerſionis non differebatur. Sed ſi habuiſſent maiorem facilitatem, uel inclinationem ad malum, & diuinum adiutorium in opportunitate deeſſet, argumentum haberet apparentiam. Nũc autem ſicut philoſophus dicit. j. ethico. Ratio deprecatur ad optima. Ideo maior eſt inclinatio ad bonũ, quã malũ in ſtatu innocentiæ. Propter qđ in illo ſtatu peior eſt abuſus lib. ar. ¶ Ex quo, doctrina moralis notabilis ſumi poſſet quãta cautela quãtuſq; rigor regendi li. ar. neceſſarius eſt hõi in ſtatu naturæ lapſę, ſi nulla exiſtẽte intrinſeca rebellione, ceciderũt primus homo, & angelus in ſtatu naturæ integrę. ¶ Ad ulti-

mum dicerent; ꝗ eſto, ꝙ gratia com-
paretur ſemini, nõ tamẽ eſt par rõ; quia
effectus naturalis nõ eſt laudabilis, ideo
non præexigit diſpoſitionem dabilẽ in
agẽdo. Sed tã gloria, quã gratia laudabi
les ſunt, & habentem eas reddunt lau-
dabilẽ. Exigunt itaque in ſubiecto di-
ſpoſitionem laudabilem; quę non po-
teſt eſſe niſi motus libe. ar. quia in uo-
lũtarijs, neque laudamur; neque uitu-
peramur. iij. Ethico. ¶ Poſſet etiam di-
ci. ꝙ motus libe. arb. magis habet ratio
nem ſeminis; & gratia uirtutis uiui-
ficantis, ſiue incrementum dantis: ſe-
cundum illud. Ego plantaui: apollo ri-
gauit: deus autem incrementum de-
dit. j. Corint. iij. Plantare, ſeminare eſt:
quod ſibi apoſtolus attribuit: quia per
prædicationem, quod opus eſt lib. ar.
( Opus dico imperatum ) ſemen fidei
iecit: ſecundum illud Lucę. viij. Semen
eſt uerbum dei. Sed gratia uiuificat, &
ſemen creſcere facit, quod ſolus deus
tribuit. Ita. ij. Cor. ix. Qui parcè ſe-
minat, parcè & metet, & Gal. vj. ¶ Quæ
ſeminauerit homo, hęc & metet. Vbi-
que ſemen capitur pro actu libe. ar. Hoc
autem ſemen potentialiter concreauit
angelis; quia dedit liber. arb. per quod
poterant ſe conuertere ad deum: et ſic
recipere gratiam dei: ſecundum illud
Hiere. xv. Si conuerteris, conuertam
te. Et illud Iaco. iiij. Appropiate deo,
Arti. 3. & appropinquabit uobis. ¶ Quantum
Dub. 1. ad tertium articulum eſt dubium pri-
H mum. Vtrum angeli mali in primo in-
ſtanti creationis poterãt eſſe miſeri.
Quia duplex diſtinguitur miſeria. pe-
næ, & culpæ. De prima dicitur, ꝙ de
potentia dei abſoluta poterãt eſſe mi-
ſeri quantum ad afflictionẽ, & incom-
modum; licet tali: afflictio non fuiſ-
ſe propria pęna, quia pęna connotat
culpam. Pęna enim dicitur illatio in-
commodi, ſeu afflictio pro culpa com-
miſſa. Tunc autem non præceſsit cul-
pa. Quòd autem poterant ſic eſſe mi-
ſeri; patet, quia non uidetur contra-
dictio; nec ex parte dei, nec ex parte
receptiui. Potuit enim immediatè in-
fligi a deo pro illo primo inſtãti, ſicut
dari beatitudo. Vnde beatus Augu. iij.
de lib. ar. Si deus ab initio feciſſet ho-
minem in pęna, non eſſet propter hoc
deus uituperandus, aut iniuſtus. ¶ Sed
de miſeria culpæ quamuis aliqui opi-
nati ſunt, ꝙ angelus in primo inſtanti
non potuit peccaſſe, tamen dico, ꝙ
angelus in primo inſtanti potuit fuiſſe
in miſeria culpæ. Quia potentia per-
fecta ad operandum, & non limitata ad
rectè operandum; poteſt operari non
rectè. Talis eſt angelus. Habuit enim
in illo inſtanti uolitiuam perfectam. Et
tunc potuit habere perfectam uolitio-
nem, & non limitabatur, tunc ad re-
ctam operationem pluſquam in ſecun-
do inſtanti: quia non fuit confirmatus
plus in primo inſtanti, quàm in ſecũdo,
potuit habere operationem non re-
ctam. Exempli cauſa; potuit ſe amare
amore amicitiæ ſuper omnia contra re
ctam rationẽ. Nec ex illo ſequitur, ꝙ
deus eſſet auctor mali culpæ plus in pri-
mo inſtanti, quàm in poſteriori; quia de
fectus cauſæ ſecundæ in agendo inquan
tum defectus, nõ eſt defectus cauſæ pri
mę in quocunque inſtanti. Nec minus
dependet cauſa ſecunda a deo poſt pri-
mum inſtans; quam in primo inſtanti;
cum conſeruari a deo continuo eſt ab
ipſo continuo cauſari: ſecundum Au-
gu. viij. ſuper Geñ. Nec requiritur deli
beratio; quia ad uolitionem eliciendi
ſufficit una intellectio. Et hęc reſpon-
ſio uidetur eſſe de intentione beati Au
guſti. lib. xj de ciui. dei. c. xiij. ubi uult,
ꝙ illi non ſentiunt cum manichęis: qui
ponunt diabolum fuiſſe in culpa ab ini-
tio; quia manichęi ponebant unũ deum
immediatè eſſe cauſam mali, & aliũ im-
mediatè eſſe cauſam boni. Ergo ſecũdũ
Auguſtinũ nõ ſequitur. Hoc fuit ab ini-
tio creationis rei: ergo fuit à deo imme
diatè. Vñ dicit beatus Au. Huic ſnię quiſ
quis acquieſcit, nõ cũ illis hęreticis ſa-
pit. i. manichęis. Et ſi qui alij ita ſen-
tiunt, ꝙ ſuam quodam propriam tam-
quam ex aduerſo quodam principio dia
bolus habeat naturam mali. Senten-





tiã, quam commemorat, illorũ eſt, qui
dicunt diabolum ab initio peccaſſe.
Dub. 2. ¶ Secundò dubitatur. Vtrum angeli
I boni præſcij fuerunt ſuæ beatitudinis,
& glorię. De hoc magiſter in litera re-
citat duas opiniones. ¶ Quidam dicere
uoluerunt, ꝙ permanſuris reuelata fuit
eorum ſtabilitas loco ſpei, ratione cu-
ius quodammodo fuerunt beati, quaſi
in ſpe. ¶ Alia eſt opinio contraria: ꝙ
nullis eſt data præſcientia ſui ſtatus fu-
turi; quia habere certitudinem ſuę per-
manſionis magis pertinet ad ſtatũ præ-
mij, quàm ad ſtatũ meriti. In cuius ſi-
gnum deus nullis uel paucisſimis quan-
tumcunq; dilectis reuelat ſe certitudi-
naliter glorificandos. Hæc enim co-
gnitio plus eſt expediens ad gaudendũ,
quàm ad merendum. Et hęc poſitio eſt
magiſtri. Plus etiam conſonans uerbis
Auguſt. xj. de ciui. dei c. xiij. ubi dicit.
Aequalis felicitatis fuerunt angeli om
nes ab initio creati. Et ita fuerunt, do-
nec iſti qui nunc mali ſunt, ab illo bea-
titudinis (alias bonitatis ) lumine ſua
uoluntate cecidiſſent. Et ad Oroſium.
Omnes angeli creati ſunt æquales; ſed
cadentibus illis per ſuperbiam; cęteri
domino pia obedientia cohæſerunt, ac
cipientes certam ſcientiam ſuę ſtabili-
tatis, quod illi nunquam habuerunt.
¶ Et hoc uidetur conueniens; quia niſi
ſic; poſſet diabolus de peccato ſuo ſe
quodammodo excuſare; quia ſcientiã
de ſtatu ſuo non habuit, quã deus alijs
angelis dedit. Et quia uideretur deus
caſuros puniuiſſe, antequã mali eſſent
in eo, ꝙ donum ſuę ſcientiæ ſubtraxe-
rit, quod alijs dedit, qui non præcelle-
bant ipſos nec merito uitę, nec digni-
tate naturæ. Nec impedit, ꝙ in princi
pio ſuæ cõditionis pleni fuerunt cogni
tione creaturarũ. Et ita uideri poſſet;
ꝙ magis habere debuiſſẽt pſciẽtiã futu
ri ſtatus, q̃ magis reſpicit ſalutem. Quia
cognitio uniuerſi ſpectat ad cognitio-
nem naturalem, in qua perfecti erant.
Sed cognitio ſui ſtatus magis perti-
net ad perfectionem gloriæ: quę ſo-
lum debetur iam confirmatis. ¶ Et ſi
quæritur. Si nullam habuerunt cer-
titudinem ſalutis, poterant rationa-
biliter dubitare, & timere; ſed timere
pęna eſt; quam ante culpam ſuſtinere
non debuerunt. Item propinquiores
fuerunt ad gloriam, quàm nos uiato-
res uarijs miſerijs ſubiecti; & nos habe-
mus certitudinem ſpei: ergo ipſi ſalutẽ
maiorem illam habere debuerunt: pręci-
ſertim angeli ſtantes. Reſpondet ſan-
ctus Bonauent. ꝙ eſt certitudo ex par-
te cognitiui, & ex parte effectiui. Et
utraq; duplex eſt. Ex parte cognitiui,
una eſt infallibilis; ut cum ſcit aliquis,
ꝙ non poteſt falli. Altera probabilis;
ut quando habet uериſimiles rationes
ad hoc ſiue ad partem unam; ita ꝙ ad
oppoſitum aut nullas habet, aut pau-
cas. Secunda fuit in angelis, non pri-
ma. Ex parte effectus eſt in expectan-
do; alia in tenendo. Prima eſt ſpei. Se-
cunda eſt compræhenſionis. Et illa ſe-
cunda eſſe non potuit in angelis ante
confirmationem. Prima fuit ſemiple-
nè in angelis, ſuppoſito, ꝙ non fue-
rint creati in gratia; quia minus plenè,
quàm in uiris ſanctis: quia illis ineſt ex
gratia, & meritis. In angelis erat ex af-
fectione naturę: & illa certitudo pro-
babilis, qua rationabiliter poterant
conijcere ex his bonis, quæ acceperãt:
ꝙ ad beatitudinem parati erant: ma-
ximè cum in ſe nullam uiderent diſpo-
ſitionem mali. Nec rationes ad oppo-
ſitum habebant. Illa, inquam, certitu-
do liberabat a dubitatione, & penali ti
more. Non tamen fuit illa certitudo
maior certitudine ſpei: quæ ex gratia
prouenit, & meritis. Et licet proximio
res erant beatitudini quãtum ad ſtatũ;
quia medij erant inter ſtatum glorię &
ſtatum miſeriæ mixtum; ſed tñ magis
diſtabãt quantũ ad meritũ; quia nondũ
habebant ſecundũ illã opinionẽ pignus
glorię: nec primitias ſpiritus: ſicut ha-
bẽt ſancti in hac uita. de q̃bus dicit apo
ſtolus Rom. v. Tribulatio patientiam
operatur, patientia autẽ probationẽ,
probatio uero ſpem, ſpes autẽ non cõ-
fundit; quia charitas diffuſa eſt in cordi

bus noſtris per ſpiritũſanctũ, qui datus eſt nobis. Suppoſito, ꝙ conditi eſſent ornati gratuitis, habuerunt confidentiam non ſolum ex naturalibus, ſed etiam ex gratia ꝙ peruenturi eſſent ad gloriam. [Dub. 3.] ¶ Tertium dubium eſt de caſuris. [L.] Vtrum angeli caſuri præſciebant ſuum caſum; & ſi non præſciebant, an poterant præſcire. De primo ſatis clara eſt reſponſio negatiua, minus enim conueniebat eos præſcios fuiſſe caſus ante lapſum, quã bonos ſuæ beatitudinis ante confirmationem. Tum quia hunc caſum ſine dolore ſcire non potuiſſent; quia aut placuiſſet peccatum lapſus; & ſic uolendo peccaſſent; & illa non ante lapſum; ſed ſimul cum lapſu ſciuiſſent. Si noluiſſent, doluiſſent de certè nolito euenturo. Et eo amplius doluiſſent, quo plus noluiſſent. Sed quantò plus noluiſſent; tantò iuſtiores fuiſſent. Siquidem nolle peccatum, iuſtorum eſt. Ex quo ſequitur hoc abſurdum, ꝙ quantò quis eorum iuſtior, tantò miſerior, quia quantò plus doluit, tantò miſerior fuit. Potuit tamen lucifer ſe prẹſcire dominaturum malis, abſq; præſcientia ſui caſus: quia & bonus poteſt dominari iuſtè malis. Sic Ioſeph ſe præuidit dominaturum fratribus; & uenditionem ſuam nõ prẹuidit. ¶ Sed de ſecundo, an potuit præſcire, an deus potuit ſibi reuelare. Quis hoc audeat negare de potentia abſoluta; cũ nullam implicat contradictionem. Nec ſequitur neceſſariò dolor, uel deſperatio; quia poſſet deus reuelans caſum utrũq; prẹuenire: & ſuſpendere actionem ſuam reſpectu doloris, & deſperationis. Sicut angeli nolunt peccare homines; & tamen de peccato hominum non dolent; licet eueniat nolitum. Et diabolus uult peccare, quem tentat; & tamen non gaudet, nec delectatur cum tentatus peccat; niſi metaphoricè; quamuis accidat, quod uult; quia ſicut dolor, & pœna beatitudini, ita delectatio, & gaudium repugnat miſeriẹ. Quòd ſi deus creaturam ſuam innocẽtem uellet affligere; quam ſine iniuria poteſt annihilare; quis eſt, qui ei dicat, cur ita facis? Cum & figulo licet de eodem luto facere uas unum in honorẽ, & aliud in contumeliam; imo facere, & iterum cõfringere; ut arguit apoſtolus ad Roma. ix.

## DISTINCTIO. V.

IN diſtinctione quinta magiſter poſtquã determinauit de angelorũ creatione; & his, quæ eis conueniũt ex eorum productione; in tribus præcedentibus diſtinct. conſequenter in ſequentibus diſtinctio. vij. agit de eorum uaria habitudine creationem conſequente. Et primò de eorum conuerſione, & auerſione in tribus diſtin. Deinde de eorum uaria habitudine, cõuerſionem, & auerſionem conſequente. ¶ Circa primum agit de conuerſione, & auerſione in genere, diſtinctio. præſenti. Deinde de effectu ſcilicet ruina auerſionem conſequente in ſpecie diſtinctio. vj. & vij. In hac ergo diſtin. agit ſimul de auerſione, & conuerſione a deo uſque ad deum. ¶ Eius ſententia his tribus concluſionibus continetur. Prima concluſio. Poſt creationem angelorum, quidam ad deum per charitatem ſunt conuerſi, & per hanc illuminati. Alii per ſuperbiam liberè ſunt auerſi, & auerſione protinus excẹcati. ¶ Secunda concluſio. In auerſione, gratia non operans, ſed cooperans bonis appoſita, malis propter auerſionem præuiam eſt negata. Gratia operans, eſt qua impius iuſtificatur. Cooperans quo ad benè operandum, & perſeuerandum adiuuatur. ¶ Tertia concluſio. Beatitudinem, quam conuerſi in ſua cõuerſione receperunt, ſequentibus obedientiæ obſequiis, & non præcedentibus, nec conuerſionem concomitantibus meruerunt. In hoc autem ultimo magiſter communiter a doct. non tenetur.



## QVAESTIO VNICA.

[A] CIRCA illam diſtinctionẽ quæritur utrũ angelus meruit ſuam beatitudinem in inſtanti creationis, aut in mora temporis, poſterioris. ¶ In quæſtione erunt articuli tres. Primus; an angelus beatitudinem meruit. Secundus, quando meruit. Tertius mouebit dubia. [Arti. 1.] ¶ Quantum ad primum, ſuppono hic, quid ſit meritum. Quodq; ex gratia & libe. arbi. de quibus poſterius diſtinctio. xxvij. tractabitur: & patuit partim diſtinctio. xvij. primi. ¶ Eſt etiã notandum, ꝙ ad magnitudinem præmii non requiritur multitudo meritorum; ſed multo magis intentio actus merendi. Vnde dicit Sco. diſtin. v. q. ij. ꝙ ad magnitudinem prẹmii multo magis confert unum meritum intenſum: quàm. 100000. remiſſa. Hinc frequenter ſcriptura nos a torpore, & remiſſis operibus reuocat; & ad feruorem hortatur; ſicut eſt illud. Remiſſas manus, & ſoluta genua erigite. Heb xii. Et illud Apoc. iii. Vtinam calidus eſſes, aut frigidus; ſed quia tepidus es, & nec frigidus nec calidus, incipiã te euomere ex ore meo. Et illud Luc. xii. Ignem ueni mittere in terram; & quid uolo, niſi ut accendatur. Vbi non tam charitas, quàm feruor, & eius intenſio commendatur: ideo per ignem, qui calidiſſimus eſt, deſignatur. ¶ Ex quo ſequitur, ꝙ magnitudo meriti non requirit longitu- [Cõcl. 1] dinem temporis in merendo, ſed feruo- [B] rem intenſionis in operando. ¶ His præmiſſis eſt prima concluſio ad illum articulum. Angeli meruerunt ſuam beatitudinem. Hanc probat ſic Sco. ubi ſupra. Omnis natura conſequitur perfectionem ſuam per operationem propriam; ſed perfectio, & finis cuiuſlibet creaturæ rationalis eſt beatitudo; quæ ſoli deo eſt naturalis; ergo eam creaturæ rationales conſequũtur per operationes aliquas. Operatio autem in finẽ ducens, aut eſt factitia finis; quando ſcilicet finis non excedit uirtutem operantis: ſicut medicatio reſpectu ſanitatis. Vel eſt meritoria finis: quando ſcilicet finis excedit uirtutem operantis propter finem, & tunc expectatur finis ex dono alterius. Beatitudo autem ultima excedit naturam angelicam, & humanam: ideo tam angelus, quàm homo beatitudinem ſuam meretur. Item glorioſius eſt accipere donum ex merito, quàm ſine merito. Particulariter uerũ eſt non uniuerſaliter: inſtantia eſt de chriſto. de hoc lib. iii. diſtinctio. xviij. Cum ergo beatitudo ſit ſumma gloria, præexigit meritum. ¶ Secunda concluſio. [Cõcl. 2] Angelus prius meruit, & poſt beatitudinis præmiũ accepit. Probatur; quia uoluntas non ſimul uult mutabiliter: & imutabiliter ſiue fixè, & non fixè. Fixè dico, & immutabiliter, ita ꝙ tunc non poſſet uelle oppoſitum. Sed angelus quando præmiatur, uult immutabiliter; hoc eſt in quantum conſideratur, ut iã eliciens actum; & per conſequens, ut prius naturaliter ipſo actu operatur ad illam: ſed quando meretur, non ſic immutabiliter uult; ſed ut eliciens actum contingenter uidetur elicere. Item diſpoſitio debet præcedere illud ad quòd eſt; & uia terminum; nec quis ſimul eſt in uia, & in termino. Meritum autem diſpoſitio eſt in uia ad beatitudinem, tanquam ad terminum: ergo &c.

¶ Quantum ad ſecundum articulum, [Arti. 2.] recitat magiſter duas opiniones. [C] Vnam dicentium, ꝙ angeli per gratiam in cõfirmatione datam, beatitudinem meruerunt; ſimulque in eis præmium fuiſſe, & meritum. Nec meritum præceſſiſſe præmium tempore; ſed cauſa, ſeu natura. ¶ Aliam, cui ipſe conſentit, ꝙ beatitudinem, quam receperunt in confirmatione per gratiam, tunc appoſitam non meruerunt. Nec gratiã eis tunc appoſitam eſſe ad merendum; ſed ad beatè uiuendum. Nec tunc datum eſſe, quo mererentur, ſed quo feliciter fruerentur. Quod uero tunc in præmium receperunt per obſequia nobis exhibita, poſt ex dei obedientia, & reuerentia meruerunt; & ita prẹ

mium præceſsit meritum, ſicut miles bene pugnando meretur equum ante merita datum. ¶ Addit etiam rationem ſancti Bonauen. Angeli dum miniſtrant nobis, aliquid merentur, cum ex magna rationabilitate, & liberalitate nobis condeſcendunt. Et cum miniſterium non ſit actus compræhenſoris: ſed potius uiatoris, aut ergo angeli merentur premium habitum, aut habendum. Si habitum, habetur propoſitum. Non habendum, ergo cum miniſtrant nobis; non ſunt beati. Si dicis, ꝙ merendum aliud, quàm beatitudinem: tunc meritum illud nec eſt perfectum, nec neceſſarium. ¶ Præterea magna premia non debent dari ſine magnis meritis. Magna merita non ſunt ſine magnis obſequijs. Angeli habent magna premia, & obſequia magna non præceſſerunt: ergo ſequebantur. ¶ Ab iſta ſecunda opinione, quæ magiſtro magis placet; communiter recedunt doc. Vnde contra eam arguit Scotus: ſequitur, ꝙ ſi homo non fuiſſet creandus, angelus nō habuiſſet beatitudinem. Non enim habuiſſet actum beatificum circumſcripto omni merito. Sed hoc illatum eſt inconueniens: quia unus angelus non dependet ab alio angelo in merendo; ergo multo minus ab homine. ¶ Præterea ſi per hoc, ꝙ quis bene uſurus eſt dono, meretur donum; ſicut exēplificatum eſt de milite; tunc poſſet homo mereri primam gratiam; quia præuidetur a deo dante ea bene uſuris. Et ſic gratia non eſſet gratia; quia eſſet ex meritis; licet non poſitis in effectu; tamen præuiſis: ergo angelus non meretur beatitudinem. Nec exemplū militis eſt ad propoſitum; quia equum ſimpliciter datū nō meretur ſequēti pugna; qa ſiue benè ſiue non benè pugnauerit, equus manet ſibi. Si uero equus datur non ſimpliciter; ſed per modum præmij; non dum eſt militis, donec legitimè certauerit. & ſic ut tale non præcedit meritum: nec facit miles equum ſuum, antequam militauerit. ¶ Pręterea tunc ſtatus beatitudinis non eſſet ex ſe certus, quia licet certo ſine, & termino mundus durabit, poſſet tamen ultra durare; & ita angelorum obſequia plurificari: & ita obſequium eorum non eſt ſimpliciter certum; & per conſequens nec primium, quod reſpondere debet obſequijs. ¶ Illa ergo opinione tamquam minus probabili dimiſſa, notandum eſt ſecundum eundem doc. ꝙ moræ ponendæ ſint circa angelos. Et de hoc multipliciter dici poſſet. ¶ Poſſent enim poni duę morę. Vna, qua ſunt in termino. Alia, qua ſunt in uia. Sic dicit quidam doctor. ꝙ ſimul fuerunt in gratia creati in primo inſtanti; & in illo nihil meruerunt. In ſecundo inſtanti illi meruerunt, & non illi qui poſuerunt obicem, quem ſi non poſuiſſent, præmiati fuiſſent ſicut alij. ¶ Poſſunt tamen poni tres moræ: & hoc multipliciter. Vno modo, ꝙ in prima fuerunt omnes in naturalibus ſuis. Et in ſecunda mali in peccato; boni in merito congrui, non cōdigni. In tertia mali ī pœna, boni in gloria, & præmio. Et hęc uidetur uia magiſtri; quæ uidetur dicere, ꝙ mali demeruerunt ſibi apponi gratiam, quando apponebatur bonis. ¶ Alio modo poſſent poni illę moræ tres. ita ꝙ in prima omnes fuerunt in naturalibus. In ſecunda boni in gratia mali in demerito, & culpa. In tertia utrique in termino. ¶ Et differt ille modus a priori; quia in priori ſecundum magiſtrum, in ſecunda morula mali peccauerunt, antequam apponeretur gratia bonis; quę appoſita fuit eis in tertia mora. in qua habebant boni ſimul duratione gratiā, & gloriam. Et ita meritum bonorum in ſecunda mora non fuit condigni; quia defuit gratia; ſed tantum congrui. Vnde ſecundum magiſtrum meritum, quod ſequebatur pręmium, fuit meritum condigni, quod præſupponit gratiam. ¶ Vel tertio modo poſſunt poni tres moræ: ita ꝙ omnes in prima mora creati fuiſſent in gratia, & meruerunt. In ſecunda boni ſteterunt in merito, & mali ceciderunt. In tertia fuerunt omnes in termino. ¶ Poſſunt etiam poni



poni quatuor morę: & hoc dupliciter. Primo modo, ꝙ in prima fuerunt omnes in naturalibus. In ſecunda mali ceciderunt. In tertia bonis appoſita eſt gratia, & meruerunt. In quarta boni pręmiati, & mali ſunt damnati. Vel ſecundo, ꝙ in prima mora omnes fuerunt in naturalibus. In ſecunda omnes in gratia. In tertia boni meruerunt ſtantes in gratia: & mali deliquerunt. In quarta fuerunt omnes in termino. ¶ Ad
E inquirendum autem quis horum modorum ſit probabilior; ſubdit aliquas propoſitiones probabiles. ¶ Prima. Merentes uſque ad nunc præmiationis in illo nunc pręmiati ſunt. In primo enim nūc non ſunt in uia; quia eſt nunc præmij: ideo in illo nō poteſt demereri, nec impedire, quin reddatur pręmium. Item homo in tota uita ſua exiſtens in merito: in inſtanti mortis non poteſt demereri, nec ponere obicem ne præmietur: eſt enim terminus uiæ. Meruit enim ut tunc daretur ſibi impeccabilitas: ne tunc poſſet ponere obicem. Et ideo de merentibus per totam moram uiæ, non poteſt dici ꝙ in inſtanti remunerationis illi ponerent obicem, & illi non. Hoc enim eſt ponere, ꝙ inſtās præmiationis non ſit terminus; ſed ꝙ tunc talis ſit in uia. Et per hoc improbatur prima uia; ponens tantum duas moras: & malos in mora termini poſuiſſe obicem. ¶ Secunda propoſitio. Meritum duratione præceſsit præmium. Patet ex probatione ſecundæ concluſionis primi articuli; & per hoc improbatur prima uia ponendi tres moras, quia dicit in tertia mora appoſitam fuiſſe gratiam; per quam boni meruerunt ſimul, & pręmiū. ¶ Tertia propoſitio. Tota uiæ mora angelis præfixa erat æqualis omnibus angelis. Hoc eſt uериſimilius; quia ſicut tota mora uię homini eſt præfixa uſque ad inſtans mortis; ita etiam iſtis, & illis præfigeretur aliqualis mora exiſtendi in uia. ¶ Ex illo ſequitur quarta propoſitio; ꝙ quando boni ultimatè meruerunt; tunc in eodē inſtāti mali demeruerunt ultimatè: quia illud inſtans immediatè ſequebatur terminus uiæ: ideo ulterius nec mereri, nec demereri poterant. ¶ Quinta propoſitio. Omnes creati ſunt uniformes; quia nullus in culpa eſt productus; ergo omnes innocentes. Et uidetur hæc propoſitio tollere acceptionem perſonarum. de quo petrus Actuum. x. In ueritate comperi; quia non eſt perſonarū acceptor deus. ¶ Sexta propoſitio ęquè probabilis: ꝙ quilibet angelus aliquando fuerit in gratia: ſiue in inſtanti creationis; ſiue poſt; quia deus nō diſcreuit inter illos, & iſtos antequam ipſi per actus ſuos ſeipſos diſcreuerunt ſecundū Augu. ſuper Gene. Non enim prius eſt deus ultor, quàm aliquis ſit peccator. Ideo uſque inſtans meriti, & demeriti erāt omnes uniformes. Et non uidetur, quare magis illis, quàm iſtis apponi debuit; appoſita autē eſt ſtantibus, ergo & his, qui poſtea ceciderunt. ¶ Et per hoc patet, ꝙ ſi ponantur tres morę tantum; neceſſariò prima eſt omniū in gratia. Secūda illorū in merito; iſtorum in demerito; & tertia utrorumque in termino. Si uero diceretur, ꝙ aliquando fuiſſent in puris naturalibus; neceſſe eſt tunc ponere quatuor moras ſecundum ultimum modum ſupradictum. ¶ Et per hoc patet reſpon F
ſio ad ſecundū articulum: quando meruerunt boni, & demeruerunt mali. Variatur enim reſponſio ſecundum diuerſos modos ponendi moras. Si ponuntur tres, meruerunt illi, & iſti peccauerunt in ſecunda mora. Si ponuntur quatuor: boni meruerunt in ſecunda, in qua appoſita eſt gratia: & continuauerunt meritū perſeuerando in tertia. In tertia uero mali peccauerūt. Non enim poterant peccare in ſecunda, in qua receperunt gratiam; quia non ſtant ſimul gratia, & peccatum: ſiue in ſecunda mora meruerunt, uel non: quia utrūque fieri potuit. Et ita ſecundū omnes modos ſtat cōcluſio ſecūda primi articuli, ꝙ meritū pręceſsit pręmiū. ¶ Ad rationes ergo pro opinione magiſtri appoſita adductas. ¶ Ad primū cōceditur, ꝙ angeli nobis miniſtrātes merentˉ pręmiū acci-

dentale; ſed non eſſentiale. Nec hoc premium habent, quando merentur: ſed poſt meritum: nec tamen expectatione premij accidentalis affliguntur; quia habent beatitudinem eſſentialē, quam maximè uolunt, quam per conuerſionem ſuam in deum meruerunt. Sicut nec animę beatę affliguntur de expectatione ſecundę ſtole, & minus angeli, quia minus inclinantur. Quod ultra arguitur, tunc meritum illud non eſſet neceſſarium, nec perfectum: conceditur reſpectu beatitudinis habitæ: quia reſpectu illius omnino non eſt meritum. Vnde uidetur, ꝙ obſequia iſta ſunt quaſi quædam opera redundantia ex perfectione beatitudinis habitæ: ſicut & actus fruendi deo in beatis: quamuis ſint perfectiſsimi; non tamen ſunt nouæ beatitudinis meritorij. ¶ Ad aliā dicitur, ꝙ magnum eſt præmium angelorum; & magnum fuit eorum meritū uolendo finem ultimum motu intrinſeco charitatis propter ſeipſum, quando mali auerſi ſunt ab illo ſuperbiēdo. Nec magnitudo meriti ſtat in multiplicitate actuum; ut dictum eſt; ſed in intenſione actus, & perfectione gratię. Nūc autem angeli in mora meriti intenſiorem actum diligendi deum habuerunt, quàm forte aliquis habere poſſet ſecundum communē legē; & illud meritum preceſ

Arti. 3. ſit premium. ¶ Quantum ad articulum
Dub. 1. tertiū eſt dubium primū. Vtrū angelus
G potuit peccare in aliquo inſtāti primo.

Dubiū hoc quęrit, cum peccatum principaliter conſiſtit in uoluntate: utrum aliqua uolitio poſsit tota ſimul produci. Si enim ſic; ſicut ordinata, ita deordinata poteſt ſimul produci; ſequitur, ꝙ in aliquo inſtanti primò potuit angelus peccaſſe. De illo dubio latius in. iij. de merito Chriſti. q. vj. ſecundi quodlib. Ockam. Reſpondetur igitur, ꝙ potuit in aliquo inſtāti primo peccaſſe: etiam potuit in tempore peccaſſe; & non in inſtanti. Probatur; quia potuit uolitionem ordinatam ſimul producere etiam partialiter partem poſt partem. Primum probatur: quia potuit eſſe in gratia; & poſt peccaſſe mortaliter per uolitionem in ordinatam. Per hoc peccatum tota charitas ſimul corrumpitur, ut omnes concedunt. Simul autem ſunt peccatum, & corruptio charitas. Corruptio hic largè accipitur pro deſitione, ſiue ſucceſsiua, ſiue inſtantanea; non ut eſt ſpecies motus. Non enim ante peccatum corrumpitur gratia: quia tunc pœna præcederet culpam. Nec poſt: quia tunc ſtaret ſimul cum culpa. Igitur ſimul ſunt corruptio charitatis, & culpa; ſed charitas ſimul corrumpitur; ergo culpa ſimul committitur. Item probatum eſt quæſtione præcedenti, ꝙ potuit peccaſſe in primo inſtanti ſuæ creationis. Secundum patet; quia uolitio eſt intenſibilis, & poteſt intendi. Intentio autem fit per additionem gradus poſterioris ad priorem; ut nunc ſupponitur; ergo pōt eſt partialiter produci, & intendi.

¶ Secundum dubium. An morę illę de Dub. 2,
quibus dictum eſt in ſecundo articulo; H
fuerunt inſtantaneæ ſeu indiuiſibiles, an temporales. Reſpondetur poſt Sco. quæſt. j. diſtinctio. iiij. ꝙ ultima mora exiſtendi in termino correſpondet toti tempori poſt inſtans primum beatitudinis bonorum, & damnationis malorum. Et illa mora finem non habet; ſicut nec beatitudo, nec damnatio. ¶ De prima mora, in qua erant uniformes; quamuis illa poterat eſſe inſtantanea, & indiuiſibilis, tamen magis uidetur concordare ſcripturæ, & correſpondebat tempori; ita ꝙ aliquo tempore ſtetit in innocentia, & beatitudine naturali: ut uult. Alexan. parte. ij. quæſtio. cix men. xj. allegans illud Ezech. xxviij. Ambulaſti perfectus in uijs tuis a die conditionis tuæ, donec inuenta eſt iniquitas in te. Sed ambulatio in perfectione non eſt inſtantanea; ſed eius, qui aliquantulum perſeuerauerit in perfectione. Non enim ambulat im perfectione, qui ſolum per inſtans manet; cum ambulare ſucceſsionem dicat. Item Orige. Hoſtis ſerpens antiquus cōtrarius eſt ueritati; non tamen a principio, neq; ſtatim ſupra pectus, & uentrem ſuum ambulabat; ſicut Adam, & Eua non ſtatim peccauerunt. Sunt tamen etiam auctoritates, quas alii ad oppoſitum allegant; quæ hinc inde exponuntur. ¶ De ſecunda morula, in qua illi meruerunt, iſti peccauerunt. Dicitur, ꝙ nō fuit indiuiſibilis propter duo. Primò, quia angeli mali peccauerunt pluribus peccatis diuerſę ſpeciei: ut diſt. ſequenti dicetur, & non habuerunt ſimul omnes illos actus; ergo unum per alium. Sic ergo in tota illa mora, qua habuerunt huiuſmodi actus fuerunt in uia, alioquin actus poſteriores nō fuiſſent eis demerita; ſed quaſi penę exiſtentium in termino. Secundò: quia angelis bonis pro magno merito adſcribitur, ꝙ uicerunt prelium tentationū. De quo Apo. xij. Factum eſt prælium magnū in cęlo: Michael, & angeli eius præliabantur cum dracone &c. Si enim eſſet præciſè unum inſtans: in quo mali demeruerunt, in illo non fuiſſet illa pugna; nec tentationis uictoria: quia ſi tantum fuiſſet unum inſtans, ſimul peccaſſent mali, & boni meruiſſent. Sed in illo inſtanti naturæ in quo mali peccauerunt: peccatum eorum non tentauit bonos. Non enim tentauit eos, niſi poſterius natura, quā erat commiſſum a malis. Poſterius ergo uicerunt boni tentationem; quā mali peccando tentarunt bonos. Fuit enim peccatum malorum incentiuum tentationis in bonis, quam boni ad magnam eorum laudem uicerunt. Cum enim angeli boni non fuerunt præſcij caſus malorum (caſus dico in peccatum a ſtatu rectitudinis) prius fuit peccatum elicitum a malo angelo, antequam fuiſſet tētatio bonis. Et ideo in ſecunda mora fuerūt multæ morulę; quia multi actus eliciti a malis. ¶ Et ita uidetur probabile, ꝙ in primo inſtanti fuerunt uniformes creati in ſtatu naturæ ſiue gratia. In ſecunda mora erant uniformes in gratia. In tertia morula uię, mali multipliciter demeruerūt, & boni multipliciter meruerunt. In quarta fuerunt in termino. Et hoc uidetur rationabile; quia ſic experti erant de omni ſtatu; & maiorē occaſionem habuerunt intenſius eliciēdi actum meritorium poſtea; quia experti erant, ꝙ hoc non poterant in primo inſtanti. Verum, ꝙ omnia illa poſſent ſaluari per diuerſa inſtantia naturæ ſine ſucceſſione temporali; ideo nihil hic temerè aſſerendum; ſed opinando dicta intelligantur. Sed omnino probabile uidetur, ꝙ mora demeriti nō fuerit indiuiſibilis; ſiue ponatur tertia, ſiue quarta. Et ex hoc ſequitur, ꝙ nec mora meriti; quia erat æquale ex propoſitione quinta. Et tantum de illa quæſtione.



## DISTINCTIO. VI.

IN diſtinctione ſexta poſt determinationem conuerſionis, & auerſionis in genere; agit de effectu conſequente. Et primò quoad malos. Secundò diſtin. vij. ſimul quoad bonos, & malos. In hac ergo diſtinct. agit de conſequenti ruina, quantum ad ruētium qualitatem, culpam, locum, prelationem, & hominum tentationē. Et poteſt ſententia magiſtri in tribus concluſionibus ſummari. ¶ Prima concluſio. Lucifer angelorum primus, cum aliquibus de ſingulis ordinibus ſibi adherentibus per ſuperbiam a deo auerſus, in hunc aerem caliginoſum, & quātum ad aliquos in infernum carceraliter eſt detruſus. ¶ Secunda concluſio. Sicut in angelis bonis, & hominibus uſq; in diem iudicij prelationes exiſtūt; ita in dęmonibus alius unius prouincię: alius unius hominis, alius unius uitij præſidentiam uſurpare, ad deceptionē hominum non omittunt. ¶ Tertia concluſio. Dęmone ad unum uitium tentāte ab homine piè iuſteq; uiuente uicto, poteſtas adimitur tentandi alios in ſimili uitio.

## QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionem mouetur hęc quæſtio. Vtrum pri[illegible]mũ peccatũ primi angeli pertinens ad ſpeciem ſuperbię fuerit ſimpliciter irremediabile. ¶ In quęſtione erunt tres articuli. Primus inquiret, quale fuit peccatum primi angeli. ¶ Secundus, an fuerit remediabile. ¶ Tertius, mouebit dubia. ¶ Quãtum ad primum pro clariore quęſtionis deciſione, notãdũ, ꝙ in cõi duplex eſt actus uoluntatis .ſ. uelle, & nolle. Eſt.n. nolle actus poſitiuus uoluntatis, quo fugit diſconueniens: uel quo reſilit ab obiecto diſcõueniẽte. Et eſt, ut ita dicã: quoddã uelle negatiuũ; ſ. uelle aliquid nõ eſſe, uel non ſic, aut ſic eſſe. Velle autem, eſt actus, quo acceptat aliquid, ut bonum, uel cõueniẽs; & eſt uelle affirmatiuũ, quo aliquis cõplacet in obiecto. ¶ Velle autem eſt duplex, quantum hic ſufficit, ſcilicet uelle amicitię, & uelle cõcupiſcentię, & hoc reſpectu unius obiecti; quia idem actus poteſt ſimul eſſe amor concupiſcentiæ, & amicitiæ reſpectu diuerſorum obiectorum, finis ſcilicet, & medij propter finem: ut dictum eſt ſupra diſt. j.q.v. Amor, ſeu uelle amicitiæ eſt, quo alicui uolo bonũ. Velle concupiſcentiæ eſt illius obiecti, quod uolo alij amato amore amicitię, uel concupiſcentiæ. Et de hoc latius ubi ſupra. ¶ Eſt autem ordo illorum actuum, quia regulariter omne nolle præſupponit uelle. A nullo enim refugio, niſi quia non poteſt ſtare tanquam conueniens ei, quod diligo.

Arti. 1. Nota. 1

¶ Duorũ uelle ſimiliter eſt ordo; quia uelle concupiſcentię pręſupponit uelle amicitię tanquam uolitio medij uolitionis finis. Nõ enim uolo aliquid tanquam bonum, & conueniens alicui niſi illud uelim, & amem, cui bonum uolo. Et hic proceſſus non ſolum eſt in actibus uoluntatis ordinatis; ſed ſimilis eſt proceſſus in actibus uoluntatis deordinatis; nullum enim nolle eſt actus primus uoluntatis deordinatè; ſed præſupponit uelle deordinatũ. Cũ enim uoluntas non habet nolle, niſi in uirtute alicuius uelle; ſi uelle eſt ordinatum, acceptãdo .ſ. ſecundũ rectã rationẽ uolibile cũ circũſtãtijs debitis; nolle quod habetur, cõſequenter erit ordinatũ, nã ſi ordinatè uolo aliquid; ordinatè nolo, quod illi diſconuenit. Similiter etiã ſi uelle amicitię fuerit ordinatũ; uelle cõcupiſcentiæ: quod ſequitur illud; erit ordinatũ. Siquidẽ ordinatè uolo ei bonũ, quod ſecundũ rectã rationẽ diligo uolẽdo ipſum eſſe bonũ. ¶ Ex quibus ſequitur corollariè, ꝙ primus actus uolũtatis ordinatus eſt ordinatus amor, ſeu uelle amicitię. ¶ Secũdo: ꝙ primus actus inordinatus eſt inordinatum uelle amicitię. ¶ Tertio: ꝙ ſi primus amor amicitię ordinatus eſt, omnes actus eũ cõſequentes uelle, & nolle ſunt ordinati; niſi contingeret error in intellectu.

Nota, 2 B

¶ Cõſequẽter notãdũ, ꝙ beatus Anſel. in de caſu diaboli. c. iiij. diſtinguit inter affectionẽ commodi, & affectionẽ iuſtitiæ. Eſt autẽ iuſtitia infuſa, quę dicitur gratuita. i. charitas. Et eſt iuſtitia acquiſita, quæ dicitur moralis. Et eſt iuſtitia innata, quæ eſt ipſamet libertas uoluntatis: quæ naturaliter inclinatur ad bonum honeſtum. ¶ Affectio cõmodi eſt ipſa uoluntas nata inclinari ad cõmoda, & bona ſibi. Et actus eius. ſ. uelle cõmoda, fundatur in amore amicitiæ ſuiipſius. Affectio iuſtitię eſt libertas innata uolũtati, qua eſt moderatrix affectionis cõmodi; id eſt moderatrix ſuiipſius, ut eſt affectiua commodi. Nam ſi eſſet uoluntas aliqua nõ libera. i. quę naturaliter appeteret cognitũ per intellectum, & non liberè: ſicut appetitus ſenſitiuus naturaliter appetit ſenſatũ; & ita ſolũ habens affectionẽ cõmodi, & nõ affectionẽ iuſtitię, illa non poſſet nolle commoda ſibi oſtenſa per intellectũ. Nec etiã non ſummè uelle talia; quia ille appetitus ſe haberet ad ſuam cognitiuam; ſicut modò ſe habet appetitus uiſiuus ad uiſum, in neceſſario conſequendo oſtenſionem ſuæ cognitiuæ, & inclinationem ad obiectum



iectum oſtenſum a tali potẽtia; non. n. haberet, unde ſe refrenaret. Vnde ſicut appetitus uiſui non refrenatur ad ſummè appetendum pulcherrimum uiſibile oſtẽſum: ita appetitus ille intellectiuus nõ liber ſummè inclinaretur actualiter ad ſummum commodum intelligibile oſtenſum; nec haberet in ſua poteſtate illud nolle, uel non ſummè uelle: propter quòd etiam in ſic uolendo nõ peccaret; nec actus ille tanquam non exiſtens in ſua poteſtate ſibi imputaretur. Ipſa autem uoluntas per naturalem ſuã libertatem poteſt refrenare, & moderari affectionẽ cõmodi. i. ſeipſam inclinatã ad commodũ, quãtum ad actum eliciendum, ne ſequatur illam inclinationem; & quantũ ad ſubſtantiã actus, & quantũ ad intẽtionẽ: ita ꝙ illam refrenationem non oportet uoluntatẽ actu appetere; nec illa intentione, ſicut inclinat affectio commodi. Et licet uoluntas ad ſic moderandum affectum commodi iuuatur iuſtitia morali, & ut meritoriè poſſet; datur ſibi facultas a iuſtitia gratuita, ſimpliciter tamen poteſt moderari ex naturali libertate; licet magis difficulter, & nõ meritoriè. ¶ Vnde patet, ꝙ affectio cõmodi, & affectio iuſtitię ſecundum rem eſt ipſa uolũtas, quę in quantum eſt appetitus intellectiuus præciſè nata eſt uelle commoda; & inquantum eſt libera, nata eſt moderari ſeipſam, ne effrenatè uelit. ¶ Et quoniam uoluntas eſt libera, & per hoc in ſua poteſtate habet ſuum actum quantũ ad ſubſtantiam, & modum; hoc eſt quantum ad uelle, & non uelle; & quantũ ad ſic, uel ſic uelle; & poteſt ſeipſam moderari; tenetur ſeipſam ſic refrenare, & moderari ſecundũ regulã iuſtitię, quę accipitur a uoluntate ſuperiore. Quòd ſi non facit, peccat, quia regulę cui tenetur, & poteſt ſe conformare actus ſuos eliciendo, ſe non conformat. ¶ His prę miſſis, ꝑ articulo primo, eſt ꝑ articulo ſecundo concluſio prima. Primus actus inordinatus primi angeli, fuit inordinatus amor amicitiæ reſpectu ſui. Probatur; quia primus actus inordinatus eſt amor amicitiæ, ut oſtenſum eſt; uel ergo reſpectu dei, uel reſpectu alterius creaturę: uel reſpectu ſui. Nõ primum; nec ſecundum; ergo tertium, quod eſt concluſio. Cõſequentia nota. Maior patet a ſufficiẽti diuiſione. Et minor probatur, ꝙ nõ reſpectu dei, quia deus non põt inordinatè amari amore amicitiæ. Nam deus, eſt tale amabile, quod ex ſola ratione ſui, ut obiecti dat completã, ꝙ deus eſt tale bonum, ꝙ actus amãdi ipſum in ſe, & propter ſe non poteſt eſſe malus, ſeu inordinatus. ũde ſolus amor amicitię dei eſt intrinſecè bonus; nec poteſt eſſe malus. De quo in tertio diſt. xxiij.q.j. ꝙ etiam primus actus inordinatus non fuit amor amicitiæ reſpectu alterius creaturæ: quia aliam creaturã non plus ſeipſo inordinatè dilexit. Tum quia inclinatio naturalis magis inclinat ad ſe, quàm ad aliud creatum ſic amandum. Tum quia amicitia fundatur ſuper unitatem. viij. Ethicorum. Nihil autem cum eo ita erat unum, ſicut ipſemet cũ ſeipſo. Et amicabilia ad alterum ꝓcedunt ex amicabilibus ad ſe ipſum. ex. ix. Ethicorum. Et ita relinquitur tertiũ; ꝙ primus actus inordinatus fuit amor amicitię ad ſeipſum. Ad hoc ſatis concordat dictum beati. Auguſtini. xiiij. de ciuitate dei. c. ulti. Fecerunt ciuitates duas amores duo. terrenam, ſcilicet amor ſui uſque ad contemptũ dei. Cęleſtem uero amor dei uſque ad contemptum ſui. Primæ ergo ciuitatis; cuius caput diabolus radix eſt: fuit amor ſui amicitiæ: quæ radix germinauit uſque ad contemptũ dei, in quo fuit cõſummata illa malitia. Et ſic patet cõcluſio, ꝙ inordinatio ſimpliciter prima, fuit ſimpliciter in primo uelle deordinato, quod eſt uelle amicitiæ: nõ alterius niſi ſui.

Arti. 2. Cõcl. 1. C

¶ Secunda concluſio. Primus actus inordinatus uelle concupiſcentiæ fuit inordinatũ uelle beatitudinis. Probatur; quia primum concupiſcere inordinatum non proceſſit ex affectione iuſtitiæ: ſed ex affectione commodi. Sed ſecundum beatum Anſelmum cap. iiij. de caſu diaboli, maximum commo-

Cõcl. 2. D

dum maximè appetit uoluntas non ſequens regulam iuſtitiæ, maximum autē cōmodū eſt beatitudo perfecta . igitur. ¶ Itē primū peccatum in concupiſcendo fuit aliquid uelle. Nihil.n.refugit uolūtas nolēdo; niſi quia oppoſitum eius ſibi concupiſcit. Aut ergo illud concupiſcit amore honeſti, aut amore utilis, aut amore delectabilis; quia non eſt niſi ille triplex amor, quo obiectum aliquod amatur. ij. Ethicorum, ubi diuidit Philo. bonum honeſtū, delectabile, & conferens. Non amore honeſti; q̃a tunc non peccaret. Nec amore utilis; quia ille non eſt primus amor; utile. n. reſpectu alterius eſt utile, igitur non primò concupiſcitur; ſed illud, ad quod eſt utile: ergo primò peccauit amando inordinatè ſummum delectabile; delectabile enim ſummum, eſt beatitudo, unde talis. ergo. ¶ Item appetitus ſenſitiuus appetit obiectum perfectiſſimū potentiæ apprehenſiuæ, cuius actum ſequitur, & in illo maximè quietatur; ut patet de uiſu, guſtu &c. ergo uoluntas ſeparata ab omni appetitu ſenſitiuo primum appetit, quòd eſt conuenientiſſimū intellectui, cuius apprehenſionē ſequitur in appetēdo; & per conſequens beatitudinē includentē obiectū actū, & delectationē conſequentē. ¶ Præterea. illud primò appetitur uoluntate non regulata per iuſtitiā; quòd ſi eſſet ſolum appeteretur, & nihil aliud ſine eo, talis eſt delectatio; non enim excellentia, uel quodcunque aliud ſi eſſet triſte appeteretur; delectatio autem ſine aliquo tali appeteretur. Videtur igitur, ꝙ primus angelus peccando amore concupiſcentię primò cōcupierit beatitudinē. Nam ſicut primus actus perfectione, ſcilicet appetitus uiſui eſſet in appetendo pulcherrimū uiſibile ſuę cognitiuę: in quo etiam perfectiſſimè delectaretur, & quietaretur; ita uolūtati coniunctæ appetitui ſenſitiuo, nō ſequēti iuſtitiā, nec rectam regulam rationis, uidetur primum appetibile eſſe aliquod ſummè delectabile appetitui ſenſitiuo, cui uoluntas maximè conformatur in agēdo. Et ideo in hominibus ſecundum diuerſitatē cōplexionum, & dominiū appetituū ſenſitiuorum. Si quidē quęlibet cognitiua habet appetitum ꝓprium. In quolibet aūt uolūtas ſecundū prędominiū appetitus ſenſitiui inclinatur ad actū eius, & ideo quidā ſequētes inclinationem primā ſine regula iuſtitię primò inclinātur ad luxuriā, quidam primò ad ſuperbiam, & quidam aliter. Voluntas ergo ſeparata ad nihil inclinata propter inclinationem appetitus ſenſitiui deſerta a iuſtitia: ſequitur inclinationē abſolutam uoluntatis, unde uolūtas, & illa eſt ad maximè cōueniens ſuæ potentiæ cognitiuæ. hoc autē eſt beatitudo. Nā in quo maximè perficitur cognitiua, in illo maximè perficitur appetitiua correſpondens illi cognitiuæ. Maximè autem perficitur intellectus, quæ eſt cognitiua uoluntatis beatitudine. Fuit ergo primū peccatum cōcupiſcētię primi angeli inordinata; cōcupiſcentia beatitudinis. ¶ Potuit autem eſſe inordinata; quia nō ſecundum regulam iuſtitiæ dictantē, qñ & quātū, quo fine, per quæ media a quo, quomodo, & ſic de aliis circūſtātijs appetēda. Aliquo iſtorū modorum ꝓbabile eſt, ꝙ exceſſerit uoluntas eius, uel plus appetēdo, inquantū eſt bonū ſibi, quàm amādo illud bonū in ſe. Plus. ſ. appetendo illud eſſe bonum, ut eſt obiectum beatificum, & bonum ſuū, quàm appetendo illud eſſe bonum in ſe: ut deus ſummus. Et in hoc eſt ſumma peruerſitas uoluntatis, quæ eſt uti fruendis, & frui utendis ſecundum beatum. Aug. lxxxiij. q. xxx. Vel alio modo potuit appetere ſtatim eā: cū tamē deus uelit eam habere poſt morulam uię. Vel tertio modo appetēdo eā ex naturalibus habere, nō habēdo eā gratioſè: cū tamen deus uelit eam haberi ex gratia, & meritis. Debuit ergo libera uoluntas moderari affectiones commodi quantum ad illas circumſtantias, quas recta ratio habuit oſtendere, quibus debuit beatitudo minus appeti ſibi, quàm deo: & debuit appeti pro tempore, pro quo deus uoluit; & ex meritis, pro quibus



uoluit deberi appeti; ergo quia aliquo illorum modorum ſequendo affectionem commodi non moderando eam per iuſtitiam infuſam ſi habuit, uel acquiſitam, uel innatam, ſiue naturalem, quæ eſt ipſamet libertas; peccauit.

Cōcl 3. E ¶ Tertia concluſio. Primum peccatum luciferi, quod fuit inordinatus amor amicitię ſui ipſius, reducitur ad primam ſpeciem ſuperbiæ. ¶ Ad intellectum huius concluſionis aduertendum, ꝙ ſuperbia dupliciter accipitur. Vnò modo generaliter, ſecundum ꝙ inuenitur in omni peccato; & ſic eſt cōtemptus obedientię. ſiquidem omnis peccans contemnit legiſlatorem, cuius legem tranſgreditur, & ita non loquimur hic de ſuperbia: quia ſic omne peccatū eſt ſuperbia. Alio modo accipitur, ut eſt ſpeciale uitium diſtinctum ab auaritia, inuidia, Diffinitio ſuperbię. & ſic de alijs uitijs capitalibus. Et a ſanctis communiter deſcribitur; eſt amor, uel appetitus inordinatus proprię excellētię. Vbi excellētia nō debet accipi, ut dicit reſpectū ad alios; ſed generalius ut dicit magnitudinē ad ſe, uel ad alios. Vt ſit ſenſus; proprię excellentię, id eſt proprię magnitudinis habitę uel habēdę ſeu concupitę alioquin ſpecies eius nō benè aſsignarētur: inter quas ſola quarta dicit reſpectū ad alios. Ponit enim beatus Grego. xxiij. moral. §. vij quatuor ſpecies ſuperbiæ. Quatuor quippe ſunt ſpecies, quibus omnis arrogantiū tumor demōſtratur. Prima, cū bonū, aut a ſemetipſis habere ęſtimant. Secunda, aut ſi ſibi datū deſuper pro ſuis ſe accepiſſe meritis putant, aut cum iactant ſe habere, quod non habent, aut deſpectis cæteris ſingulariter appetūt uideri, quod habent. Hæc Grego. Verum ſuperbia non eſt uitium intellectus, ſed uoluntatis inordinatè appetentis ſecundum has quatuor ſpecies. Ex quo ſequitur excecatio intellectus. Prædicta igitur uerba Grego. ita poſſunt intelligi. Prima, appetitus inordinatus, quo quis uult bonum ſuum eſſe a ſe, non ab alio. Secunda; qua uult bonum ſuum eſſe ex meritis, & non ex gratia. Tertia, qua uult habere bonum ſibi indebitum. Quarta, qua uult boñum habere ſingulariter, quo ſcilicet excellit alios. Tunc probatur concluſio; quia inordinatè ſe diligens uult ſe eſſe magnum bonū; immo maximum, quantum poſſet proportionari actui, quo ſe diligit, & ſic uult bonum ſuum eſſe magnum in ſe; nō ex aduentu, uel dono alterius, & maius omnibus alijs, quæ non ita diligit. Nam diligere ſe eſt ſibi bonum uelle; uel ſe bonum uelle. Et hæc eſt prima ſpecies ſuperbię quā Beatus Auguſtinus præſumptionem uocat.

¶ Quarta concluſio. Cōcl.4. F Primum uelle concupiſcentiæ (quod fuit inordinatus amor beatitudinis aliquo trium modorum ſupra poſitorum) reducitur ad peccatum luxuriæ, prout luxuria dicit generaliter omnem inordinatam concupiſcentiam delectationis, ſiue carnalis, ſiue ſpiritualis. Probatur: quia uelle concupiſcentiæ fuit ſecundum affectionem commodi, & non iuſti: ſed maximè commodum, & delectabile eſt ipſa beatitudo: pertinet ergo ad luxuriam ſpiritualem. licet enim luxuria propriè (ut eſt uitium capitale diſtinctum contra alia capitalia) ſit in actibus carnis uenereis, extenditur tamen ad omne delectabile mouens appetitum inquantum delectabile: ſicut & auaritia, licet propriè ſit in bonis exterioribus: tamen cōmuniter accipiendo dicitur generaliter quilibet inordinatus appetitus boni utilis: quomodo etiam inordinatus ſcientiæ appetitus auaritia dicitur. Et ideo illa ſeptenaria uitiorum diſtinctio (quæ capitalia dicuntur) non uidetur omnino ſufficiens: ſi ſtrictè, & propriè accipiantur in omnibus malis actibus. Nam infidelitas, & deſperatio, idolatria non compræhendūtur ſub illo numero ſeptenario ſic accepto: ſed ſunt radices quædam multum cōmunes, ex quibus ut frequētius peccata oriuntur. De quo infra. diſtinctio. xlij. latius eſt tractandum.

¶ Quinta concluſio. Cōcl.5. G Primos actus inordinatos amoris amicitię, & concupiſcētię, ſicuti ſunt diuerſi actus inordina

ti uolendi,& nolendi, qui ad diuerſa ui
tia capitalia poſſunt reduci. Patet;quia
ſequebatur inordinatus amor propriæ
excellentię poteſtatis,& dominij ſuper
alios,& ſic de alijs. ¶ Itē multiplex nol-
le oppoſitum illis, qui inordinatè uo-
luerunt; & nolle beatitudinem minus
ineſſe ſibi, quàm deo in ſe; uel quàm
deum eſſe, uel nolendo expectare bea-
titudinem uſq; ad terminum uiæ, uel
nolendo eam habere ex meritis,ſed ex
ſe; & conſequenter nolendo illa, quæ
eis fuerunt impedimento; ne ſuum uel
le inordinatum conſequerentur; puta
nolendo deo ſubeſſe, nolendo deum
potentem eſſe; & tandem odiēdo deū,
nolendo ipſum eſſe; in quo tanquam in
ſummo malo uidetur conſummata eo-
rum malitia; ſicut enim nullus actus me
lior eſt, quàm diligere deum; ita nullus
peior; quàm deum odire. Et hoc etiam
uidetur eſſe de intentione ſancti Bona-
uent. dicentis: ꝙ eſt loqui de peccato
ad triplicem ſtatum: quātum ad inchoa
tionem, conſummationem, & confir-
mationem. Quantum ad inchoatio-
nem, peccatum diaboli initiatum eſt in
præſumptione. Conſummatum in am-
bitione. Confirmatum in inuidię, &
odii auerſione. ¶ Pręſumptio eſt in uo-
luntate; cū quis uult bonū magnū eſſe
ſecundum ſe,& nō per aliud,ſeu aduen
tu alterius. Ambitio eſt,qua uult uolun
tas bonum,quod habet, uel habere cu-
pit excellere alios, & eis dominari.
Odiū eſt, quo quis habere non poteſt
cupita, & contrariantibus inuidet.
¶ Diabolus ergo ſtatim ut ſuā uidit pul
critudinem,inordinatè ad ſe conuerſus
præſumpſit uolens ſuam perfectionem
eſſe a ſe;& per eam dominium ambiuit
quia quod habere non potuit, prout uo
luit,deo inuidit; & affectu odij contrai
uit. Et in hoc firmatus eſt; quia hoc
ipſum a deo omnino ſeparauit; & per-
fectum obſtaculū poſuit; ſicut perfecta
charitas perfectè deo iūgit; ſic ergo ſu-
perbia pręſumptionis, primum fuit ge-
neratione. Superbia ambitionis, primū
fuit cōſummatione. Et odiū dei auerſio
fuit in mali confirmatione. Et per hoc
concordari poſſunt multę auctoritates
ſanctorum,& doctorum: quę non uni-
formiter diabolū peccaſſe aſſerūt; quia
his omnibus peccatis peccauit. ¶ Sed H
utrum aliquis poteſt odire deū uolēdo
ipſum nō eſſe. Scotus uideť in dubium
uertere; pro eo,ꝙ ſicut nihil pōt eē ob
iectum uolitionis niſi ſub ratione bo-
ni; ſic nec nolitionis niſi ſub ratiōe ma
li. In deo autē nulla apprehenditur ra-
tio mali ab angelo. Nec pōt dici,ꝙ pro
pter iuſtitiam poſſit odiri; quia etiā in
ſua iuſtitia non apprehēditur aliqua ra
tio mali, ſicut nec in ſeipſo; licet enim
in effectu eius appareat aliqua ratio ma
li.ſ.mali pœnę,non tamen in ipſo. Et ſi
hoc ſit uerum; dicit tunc eſt dicendū,ꝙ
odium nō eſt reſpectu dei in ſe,nec re-
ſpectu iuſtitię eius; ſed quantum ad effe
ctum appropriatū iuſtitię eius Et ꝑ hoc
poteſt dici ad illud Pſal. Superbia eorū,
qui te oderūt,aſcendit ſemper. Oderūt
non quantū ad ipſum in ſe; ſed uolēdo
iuſtitiā eius nō eſſe uindicātē. Et ſi hoc
eſt uerū; tunc dicendū, ꝙ odiū dei non
eſt maximū peccatū; quia non reſpicit
deū in ſe,ſed eſt contra ipſum in cōpara
tiōe ad effectū. ¶ Similiter ſequitur tūc,
ꝙ amare deum non habet actū directē
cōtrariū; ſed tantū contrarium dilectio
ni effectus. Hæc Scotus. Sed de hoc ma
gis uidendum eſt in quarto in materia
de beatitudine. ad quem ſcilicet quartū
etiā ipſemet Scotus remittit. infra diſt.
xliii.q.ij.ſcdm aliquorum librorū diui-
ſionem dicēs. Nō credo, ꝙ talis actus
charitatis habeat oppoſitū contrarium
actum; quia deus nō pōt odiri ab aliqua
uoluntate, ut dixi in quarto. Hęc Sco- Arti. 2,
tus. ¶ Quantum ad ſcdm articulū conſi I
derandum, ꝙ peccatum eſſe irremiſſi-
bile,uel irremediabile poteſt dupliciter
intelligi. Vel de potentia dei abſoluta,
uel ordinata. De potentia abſoluta ma
nifeſtum eſt,ꝙ omne peccatum eſt re-
miſſibile,& remediabile; quia oppoſitū
non includit contradictionem. Po-
teſt etiam deus peccatum non uindica
re,nec imputare ad pœnam. Pōt.n. deus



peccatori ad tēpus parcere non infligē
do pęnā;& ita in ęternū. Poſſet etiam
de potentia abſoluta tollere obſtinatio
nem diaboli,& infundere gratiam,ut ſe
quēti diſtinctiōe patet,& per cōſequēs
remittere peccatū. Sed de ꝑotētia ordi
nata dicitur peccatū irremiſſibile; quia
ſecundum legem dei ſtatutam, non re-
mitteť uel ex ſe,uel ex parte ſtatus. Ex
ſe omne peccatū uiatoris ē remiſſibile.
Ex parte ſtatus omne peccatum uſque
ad terminum durans eſt irremiſſibile.
Statuit enim deus nullum peccatū re-
mittere,niſi in uia ſecundū illud Eccl.
xj. Si ceciderit lignum ad auſtrum, aut
ad aquilonē,in quocūq; loco ceciderit
ibi erit. ¶ Secundò notādum,ꝙ angelus
apoſtata non tantum uno; ſed pluribus
peccatis peccauit,ut dictū eſt. Vnde ma
litia dęmonis incepit ab immoderato
amore amicitię ſui, & ꝓceſſit ꝑ multos
actus amoris cōcupiſcentię ad contem
ptū dei: & conſummabatur in odio dei,
quòd eſt peccatum maximum; primum
aūt peccatū nō fuit maximū, ſicut enim
in bonis ꝓceditur a magis bono ad mi-
nus bonum, ſcilicet a dilectione finis,
ad dilectionem mediorum, a fruitione
ad uſum: ſic econuerſo in malis, a mi-
nus malo ad maius malū ſecūdum Au-
guſtinū. Ab amore dei ad cōtēptū ſui
eſt progreſſus in bonis, & ab amore ſui
uſque ad contemptum dei in malis.
Cōcl. 1 ¶ His præmiſſis eſt prima cōcluſio ad il
lum articulū ſecundū Scotū. Quandiu
angelus malus fuit in uia, peccata ſua
non fuerunt irremiſſibilia. Patet; quia
quandiu fuit in uia habuit liberum arbi
triū uertibile; qa nondum fuit obſtina-
tus. Loquiť de obſtinatiōe, quę opponi
tur confirmationi; homo.n. exiſtens in
uia, etſi in peccato induratur; quia ta-
men poteſt reſilire, non dicitur pro-
priè obſtinatus; alias ſequenti peccato
nō peccaſſet, ſicut nec modo, & per cō
ſequens potuit pęnitere, & recipere ue
Cōcl. 2 niam. ¶ Secunda cōcluſio. Angelo ma-
lo perdurante in peccatis uſque ad ter-
minum, omnia peccata facta ſunt irre-
miſſibilia. Patet; quia lex diuina ſtatuit
quemlibet peruenientem ad terminum
conſeruare in gratia, ſi habeat; aut re-
linquere, ſeu deſerere in culpa, ſi in ea
inuentus fuerit. Vnde glo. ſuper illud
ſupra allegatum. Si ceciderit lignū &c.
Locum, quem hic præparaueris, ſcilicet
in uia, in futuro habebis. ¶ Allegant ta-
men ſancti plures congruitates reme-
diabilitatis peccati hominis, quę non
fuerunt in peccato angeli; ut ꝙ homo
peccat alio inſtigante; diabolus nullo in
ſtigante; diabolus ſua malitia; homo oc
caſionaliter malitia aliena; diabolus na
tura ꝑfectior; hō natura infirmior &c.
¶ Quantum ad tertium articulum. Du- Arti. 3.
bitatur primò circa illud, quod dictum Dub. 1.
eſt in ſecunda concluſione; ꝙ primus L
angelus peccauit inordinatè concupi-
ſcendo beatitudinem, nam appetitus
beatitudinis eſt naturalis; quia eſt om-
nium ſecūdum beatum Auguſtinum &
Boe. ergo eſt rectus; quia a deo eſt. Et
per conſequens uoluntas conformans
ſe appetitui naturali non poteſt eſſe in
ordinata. ¶ Item boni angeli affectione
cōmodi uoluerūt beatitudinē. ¶ Illa.n.
affectio cōmodi fuit in bonis, ſicut in
malis: ergo uel oēs peccauerūt; uel nulli
¶ Ad illa reſpondetur. Concedendo,
ꝙ appetitus beatitudinis eſt naturalis;
id eſt uoluntas naturaliter inclinata eſt
ad appetendum beatitudinem. Et iſta
naturalis inclinatio non eſt actus ali-
quis elicitus; ſed eſt ipſa uoluntas nata
appetere beatitudinem; cum autē actu
appetit; elicit actum, ut libera. nam in
omni actu ſuo elicito eſt libera,& quan
do infertur, ergo recta. Dicitur; ſi recta
dicit rectitudinem naturalem, uerum
eſt: quia natura bona. Moraliter autem
nec eſt recta, nec diſtorta; quia rectitu-
do,& eius oppoſitum tantum conuenit
primo actui liberè elicito; & ex conſe-
quenti actui imperato. Et cum dicitur.
Voluntas conformans ſe appetitui na-
turali non poteſt eſſe inordinata. Re-
ſpondetur: ꝙ illa non eſt uera. Nam uo
luntas naturaliter inclinatur ad confor
mitatem appetitus ſenſitiui, & tamen
eliciendo actum conformen appetitui

ſenſitiuo non eſt ſemper recta, licet appetitus ſenſitiuus ut talis, nõ poſsit eſſe nõ rectus; quia nõ habet regulam, cui poſsit ſe difformare; ut pote qui non eſt liber. Voluntas autẽ aliam regulam habet, ſcilicet uoluntatem ſuperiorẽ dei, cui tenetur ſe conformare. Et ſecundũ illam naturalem inclinationem, quæ in poteſtate eius eſt (quantum ad actum conformiter, uel difformiter eliciendum) moderari. Cui regulę cum ſe conformat in eliciendo, nel non eliciẽdo, in ſic, uel ſic eliciendo recta eſt; ſi uero ſe non conformat culpabilis eſt, & diſtorta: licet conformiter eliciat inclinatione naturali, uel appetitus ſenſitiui.

Exẽpli cauſa. Fameſcens naturaliter appetit cibum, tamen uoluntas ſe conformans tempore ieiunij non eſt recta, & homo naturaliter appetit uiuere, & tamen uoluntas contra rationem rectam ſe conformãs; ut dum tempore perſecutionis, dum recta tatio iudicat eſſe moriendum pro fide Chriſti non eſt recta. Sed uerum eſt, ꝙ uoluntas conformans ſe legi naturali ſcriptæ in cordibus noſtris; ſecundum apoſtolum Roma. ij. hoc eſt dictamini legis naturæ, ſcilicet concluſionibus ex principijs practicis per ſe notis euidenter ſequentibus, eſt ſemper recta; quia illa principia ſunt neceſſaria; nec unquam poſſunt eſſe falſa. Ab illa lege recta ratio non diſcordat. ¶ Ad ſecundum conceditur, ꝙ angeli boni affectione commodi uoluerunt beatitudinem; ſed non ſine affectione iuſti, hoc eſt uoluerunt beatitudinem tanquam ſummum ſuum commodum; ſed moderatẽ ſecundum regulam iuſtitiæ. Non enim minus fuerunt boni naturaliter ad appetendum beatitudinem inclinati, quàm mali; ſed moderabantur illam per libertatem uoluntatis, per quam uolebant eam, ſed nõ plus ſibi, quam deo benè eſſe in ſe.

Nec prius, aut aliter ſeu propter alium finem uolebant conſequi beatitudinẽ, quàm prout deus ordinauit. Nec finaliter propter ſe; ſed propter deum, cui per beatitudinem magis uniebãtur; quę omnia defuerunt angelis malis, & contraria affuit uoluntas, ergo illi peccarunt non iſti. ¶ Si dicis. Sicut principium in ſpeculabilibus: ita finis in agibilibus. ij. Phyſicorum. Sed circa principia non contingit errare aſſentiendo eis. ij. Metaphyſicæ. In foribus quis delinquit. ergo nec circa ultimum finem ipſum appetendo. Reſpondetur, ꝙ quãtum ad illud eſt ſimile, ꝙ ſicut in ſpeculabilibus ex principijs deducuntur concluſiones ſpeculatiuæ: ita intellectus practicus ex cõſideratione finis inquirit media ad finem; & principia practica ſumuntur a fine. Concluſiones uero practicæ oſtendunt media ad finis conſecutionem congrua. Et ideo ſicut non contingit errare intellectum in principiis ſpeculatiuis: ita nec circa principia practica aſſentiendo; quia ſũt æquè neceſſaria. Eſt ergo comparatio intellectus practici ad intellectum ſpeculatiuum, non intellectus ad uoluntatem, ſeu appetitum: & ideo nihil ad propoſitum. Non enim neceſsitatur uoluntas ad uolendum, & finem, & media ordinata ad finẽ propter ſuam libertatẽ; ſicut intellectus neceſsitatur ad aſſentiendum principiis, & concluſionibus ex eis deductis. ¶ Secundò dubitatur. Dub. 2.

L Vtrum diabolus potuit appetere ęqualitatem dei. Et uidetur ꝙ nõ. Tum quia peccauit ex electione; quia nec ex paſſione, nec ignorãtia. Electio autem nõ eſt impoſsibilium. iii. Ethicorum. Sed impoſsibile eſt angelũ eſſe æqualẽ deo. Tum quia angelum eſſe æqualẽ deo: cũ includat contradictionem; non eſt aliquod ens; & ita nõ cõpręhẽdit ſub obiecto uoluntatis, ſiue ſit bonum, ſiue ens in genere. Tum tertiò. quia nihil poteſt eſſe uoluntas, niſi ſit oſtenſum per intellectum: ſed angelum eſſe æqualẽ deo includit contradictionem, & ideo non poteſt oſtendi niſi per intellectum errantem, ſed in angelo non præceſsit error culpam; quia non pęna culpam. Tũ quartò: quia angelum eſſe æqualẽ deo, includit angelum non eſſe angelum, & ita angelum non eſſe. Sed nullus poteſt



appetere ſe non eſſe ſecundum Augu. iij. de libe. arbi. ¶ In oppoſitum eſt magiſter. Dicit enim. Poſtquã creatus eſt, eminentiam naturę, ac profunditatem ſcientiæ ſuę perpendens, in ſuum creatorem ſuperbiuit, intantum ꝙ etiã deo ęquare ſe uoluit: ut in Eſa. dicitur. cap. xiiij. In cęlum conſcendam, ſuper aſtra cęli exaltabo ſolium meum, ſedebo in monte teſtamenti, in lateribus aquilonis aſcendam ſuper altitudinem nubiũ, ſimilis ero altiſsimo. Similis quidẽ deo eſſe uoluit, non per imitationem, ſed per ęqualitatem potentię. Reſponſio. quamuis ſint, qui dicant, ꝙ ſimilitudo imitationis poſsit etiam ordinatè concupiſci in uirtutum perfectione, & inordinatè in his, quę non placent deo: ut in pręſidentia uindicandi potẽtia &c. Aequalitas uero nullo modo poteſt appeti ordinatè: & omnimoda ęqualitas nullo modo eſt appetibilis. Aequalitas tamen in aliqua conditione, ut præſidẽtia ſcientia poteſt appeti, inordinatè. Et hanc appetiit diabolus, quia appetiit p̃ eſſe ſua auctoritate ꝓpria ſine meritis, ſine datore, ita ꝙ nulli ſubeſſet. Hęc eſt opin. ſancti Bonauen. & ſatis cõcordat

M Alexan. ¶ Sed illis non obſtantibus probabilior uidetur opinio Sco. diſt. præſenti. q. j. ſecundum quam reſpondetur ad dubium: ꝙ angelus potuit appetere ęqualitatem dei: nõn ſolum per imitationem, ſed per ęquiparantiam, quia uoluntas ſicut poteſt quodlibet ens amare amore amicitiæ, ita quodlibet ens poteſt concupiſcere amatum. Nam ſecundum quemlibet actum habet ens in communi pro obiecto adęquato. Sicut ergo ſe põt amare amore amicitię tanquam finem, poteſt etiam ſibi concupiſcere quodcũque concupiſcibile. Cum ergo ęqualitas dei eſt concupiſcibilis ſecundum ſe, ergo potuit ſibi illã concupiſcere. Nec impedit impoſsibilitas cõſecutionis: quia uoluntas eſt impoſsibilium. iii. Ethicorum. ¶ Item quicquid potuit concupiſcere alii, potuit concupiſcere ſibi, ſed potuit concupiſcere diuinas p̃fectiones, omnipotẽtiã, uniuerſalem pręſidẽtiã, ſummã ſapientiã deo, ergo ſibi. ¶ Itẽ angelus peccans potuit deũ odire, & ita uelle non eſſe, ſicut de dãnatis dicitur in Pſal. Superbia eorũ, qui te oderunt, aſcendit ſemper. Potuit etiã cũ hoc uelle illũ gradum eminẽtię dei eſſe in aliquo. ¶ Dicitur ergo, ꝙ angelus potuit uolitione cõplacentię appetere ęqualitatem dei; eo modo quo infirmus deſperans de ſanitate uult ſanitatem complacenter, ſed non uolitione imperatiua de medijs ſanitatem inducentibus. Nõ enim quęrit media: qa non exiſtimat ſanitatẽ ſibi poſſe acquiri; & illa uolitio cõplacentię eſt impoſſibilium, & ſufficit ad demeritum, & meritũ: quia licet ſit impoſſibile, quod appetitur: poteſt tamen uoluntas illa conſentire pleno conſenſu: & ita licet uolitiõe efficaci nõ potuit appetere ęqualitatẽ dei; ſimplici tñ uolitione cõplacẽtię potuit ſibi cõcupiſcere tantũ bonũ; & tanto deſiderio, quãto cõcupiſceret, ſi eſſet ſibi poſſibile. ¶ Itẽ ſecũdũ Augu. N uoluntas poteſt frui utendis, & ita põt frui ſe, & cũ non ſit fruẽdum, niſi ſummo bono fruẽdo ſe põt ſibi concurrere tantũ bonũ, quantum põt concupiſcere ſummo bono, & hoc eſt ęqualitas diuina. ¶ Per hoc ad rationes. Ad primũ, Ad primum. quando arguitur, peccat ex electione. Diſtinguendum de electione ſecũdum Sco. quia aliqñ accipitur ꝓ actu uoluntatis cõſequente plenã appręhenſionẽ intellectus quomodo dicitur peccare ex electiõe, qñ nõ eſt ignorãtia, nec paſsio perturbãs in intellectu. Alio modo accipitur ꝓ actu uoluntatis cõſequẽte ſyllogiſmũ practicũ, ſeu cõcluſionem ſyllogiſmi practici, qui nõ eſt niſi uolitio efficax obiecti inquirens medium, per qđ poſsit attingi obiectum. Primo modo electio eſt impoſsibilium; quia uoluntas eſt impoſsibilium, non tamen uoluntas errans, ſed etiam pręſuppoſita plena appræhenſione intellectus. Secundo modo electio non eſt impoſsibilium; quia nullus de impoſsibilibus ſyllogizat practicè quærens ex fine media, quibus cõſequatur finem. ¶ Vel planius dicitur ꝙ

electio uno modo dicit plenam acce-
ptionem, uel uolitionem. Alio modo
uolitionem efficacem ſequentem ſyllo-
giſmum practicum media oſtendentem
ad finis conſecutionem. Primo modo
poteſt eſſe cuiuſcunque, cuius poteſt ha
beri cognitio. Secundo modo non eſt
niſi alicuius, ad cuius eſſe operatur uo-
luntas; quantum poteſt; quia nihil uult
efficaciter, niſi ad quod diſponit me-
dia; perquę poteſt conſequi uolitum;
& illo modo non eſt impoſsibilium, nul
lus enim de impoſsibilibus conſiliatur,
quibus medijs acquirat, & ſic debet uer
bum Philoſophi intelligi. Electio non
eſt impoſsibilium; uoluntas autem eſt
impoſsibilium, puta immortalitatis.
Et ſequitur. Voluntas quidem finis eſt
magis. Electio autem eorum, quæ ſunt
ad finem. Hoc etiam modo angeli non
peccauerunt ex electione, hoc eſt ex uo
litione efficaci, per quam uellent niti
ad conſequendum propoſitum. Potue-
runt tamen peccare ex electione, hoc
eſt non ex ſurreptione, ſed ex perfecta
Ad ſecũdum. uolitione illius æqualitatis. ¶ Ad ſecun
dum dicitur, ꝙ obiectum uoluntatis
eſt ens quodcunque, ſiue appręhenſum
in ſe abſolutè, ſiue in ordine ad aliud.
Poteſt enim intellectus rem comparare
ad rem tam uerè, quàm falſè ſine tamen
errore; quia poteſt formare propoſitio
nes ex quibuſcunque terminis cathego
rematicis unum prędicando de alio, ſi-
ue prædicatio ſit uera, ſiue falſa; poſ-
ſibilis, uel impoſsibilis. Et ſic componē
do, & diuidendo non errat dum non
aſſentit credendo eſſe, quod non eſt.
Non enim appręhēdendo falſum (hoc
eſt formando propoſitionem falſam)
errat: ſed credendo ſeu aſſerendo; er-
ror non reſpicit notitiam appræhenſi-
uam, ſed adhæſiuam: & uoluntas quod-
libet tale apprehenſum ab intellectu, ſi
ue in ſe ſiue alicui poteſt uelle; non cu-
rando an illud, quod uult alteri, poſsit
conuenire illi, uel non. Sic in propoſi
to poteſt uelle ſeipſum; & poteſt uelle
perfectionem diuinam ſibi, licet ſit im
poſsibile. Nec requirit uoluntas oſten
ſionem dictatiuam intellectus; ſed aſſen
ſum intellectus eius propoſitionis, quã
formauit. Sed ad oſtenſionem obiecti
complexam, uel incomplexam abſque
notitia adhæſiua in intellectu poteſt ſe
actuare uolendo illud, quod per intel-
lectum apprehendit; immo poteſt ſe uel
le, quod intellectus credit fieri non poſ
ſe. ¶ Per hoc ad formam argumenti; O
cum arguitur angelum eſſe ęqualem, cũ
includat contradictionem, non eſt ali-
quod ens. Illa propoſitio ęquiualet dua
bus. Illis .ſ. angelum eſſe ęqualem deo,
includit contradictionem. Et illam:
includens contradictionem nõ eſt ens.
Prima poteſt habere multiplicem ſen-
ſum; quia ſubiectum poteſt accipi per-
ſonaliter, uel materialiter. Si perſona-
liter ualet illam. Angelus, qui eſt ęqua-
lis deo, includit contradictionem; &
ſic eſt falſa. Tum quia affirmatiua, cu-
ius ſubiectum pro nullo ſupponit pro-
pter alienationem huius termini ange-
lus. Tum quia res, ut talis non inclu-
dit contradictionem; ſed propoſitio-
nes contradictorię includunt contradi
ctionem; aut uerius ſunt contradictio,
propter quod falſa eſt etiam ſi ſubiectũ
ſupponeret; ut ſi ualeret illam; ange-
lus, qui ſignificatur eſſe ęqualis deo in-
cludit contradictionem. Si ſubiectum
accipitur materialiter, ſicut forte acci-
pitur de rigore uerborum, ualet illam:
hęc propoſitio angelus eſt æqualis deo,
includit contradictionem, & illa eſt ue
ra loquendo de incluſione illatiua, quo
antecedens includit conſequens. i. ad
eam ſequitur contradictoria. Sed tunc
ſecunda propoſitio eſt falſa, ſcilicet in-
cludēs contradictionem nõ eſt ens quia
illa propoſitio, quæ includit contradi-
ctionem eſt ens rationis, uel reale. Ve-
rum uoluntas uolens angelum ęqualem
eſſe deo non uult illam propoſitionem;
ſed uult angelum; & perfectionem di-
uinam, quæ ſunt res. Et illas uult cer-
to modo ſe habere, quo modo eſt im-
poſsibile ſe habere. ¶ Vel poſſet breuius
reſponderi negando, ꝙ impoſsibile non
compræhenditur ſub ente, prout eſt
obiectum



obiectum uoluntatis: quia non tantum
ens, quod eſt, uel poteſt eſſe, ſed etiam
quod eſt imaginabile, eſt obiectum in-
tellectus, & uoluntatis; modo impoſsi-
bile eſt imaginabile. Alioquin quomo-
do intellectus ſciret impoſsibile eſſe
falſum, aut impoſsibile eſſe impoſsibile;
ſi non appręhenderet, ſiue intelligeret
impoſsibile. Notitia enim adhęſiua
pręſupponit apprehenſiuam: quicquid
autem poteſt intellectus appręhendere
uel imaginari: poteſt uoluntas uelle uo
litione ſimplicis complacentiæ, non ſē
Ad tertium. per efficaci uolitione. ¶ Per hoc ad ter-
tium patet eſſe falſum, quod aſſumitur,
ꝙ angelum eſſe ęqualem, quia includit
contradictionem, non poteſt oſtendi,
niſi per intellectum errantem. Poteſt
enim; quia appręhendi; ſed non niſi er-
Ad quartum. rando credi. ¶ Ad quartum dicitur ne-
gando, ꝙ nullus poteſt appetere ſe non
eſſe: & maximè antecedenter, quia qui
libet mortaliter peccans uult non ſub-
eſſe deo in eo quo peccat: & ex con-
ſequenti uult ſe nõ eſſe, niſi ſubſit deo.
Non tamen oportet, ꝙ omnis uolens
antecedens uelit conſequens: quia non
omnis ſciens ſeu credens antecedens,
ſcit, aut credit conſequens: immo põt
ſimul aſſentire antecedenti, & diſſenti-
re conſequenti. Hoc eſt: poteſt aſſenti-
re alicui propoſitioni tanquam uerę:
& diſſentire alteri, quæ tamē poteſt ex
prima in bona conſequentia inferri; dũ
ſ. neſcit illam eſſe conſequens ad primã,
ſed aſſentire antecedenti, & diſſentire
conſequenti ſcito eſſe tali, eſt impoſsibi
le ſic uoluntas poteſt uelle antecedens,
& nolle conſequens; etiam uoluntate
efficaci, dũ non appræhendit ut conſe-
quens: ſed efficaciter uelle antecedēs,
& efficaciter nolle conſequens ſcitum
eſſe tale eſt impoſsibile, licet forte poſ
ſit uoluntate non efficaci, quo poteſt
uelle impoſsibile creditum eſſe tale.
Nec ſolum antecedenter poteſt uolun-
tas uelle ſe non eſſe, ſed etiam poteſt
hoc ſimpliciter uelle, & efficaciter uel-
le, ut patet de interimētibus ſeipſos nõ
credentes eſſe uitam poſt hanc uitam.
Siquidem multi fidelium, & gentilium
ſeipſos interemerunt uolentes nõ eſſe.
¶ Vltimò dubitatur de peccato inferio
rum angelorum, ſeu minorũ quale fue-
rit. Dimiſsis uarijs reſpondetur ſecun- Dub. 3.
dum Alex. parte ij. q. cxj. quem imitatur P
ſanctus Bonauen. ꝙ peccatum minorũ
angelorum fuit conforme peccato dia
boli; non quantum ad intenſionem ſiue
magnitudinem, peccarunt enim, & ipſi
peccato ſuperbię. Et loquendo confor-
miter prędictis ex inordinato amore
ſui inordinatè appetierunt propriam ex
cellentiam, ſcilicet maiora bona. maio
rem libertatem, per quam nõ ſubeſſent
in omnibus deo. Beatitudinem quoque
& ipſi concupierunt inordinatè, quia ut
Anſelmus dicit. Appetierunt beatitudi
nem non ſeruando iuſtitiam &c. conſe
cuti ſunt peccata inuidię &c. ut de pri-
mo angelo dictum eſt. Sumpſerunt oc-
caſionē ex peccato primi angeli, cuius
ſuperbiæ conſenſerunt. Magisq; uolue-
runt ſub umbra illius quieſcere, quę per
mittit fręna concupiſcentię laxari. ita
ꝙ non miniſtrarent, ſed quadam poti-
rentur ſub illo uoluntaria libertate.
Quod uidebant ſe nõ poſſe habere ſub
uniuerſali dominio dei, qui pręcipit qđ
bonum eſt, & omnimodè reſtringit uo
luntatem inferiorum. Cognoſcebant
enim ſe eſſe conditos ad beatitudinem
percipiendam per merita, & miniſteria.
Volebant autem ſine meritis, & mini-
ſterio eſſe beati: & ſine limite obedien-
tiæ ſibi præfixo propriam uoluntatem
implere, quæ omnia pertinent ad ſuper-
biam. Maius autem fuit peccatum pri-
mi angeli. Tum quia maior fuit in eo li
bido appetitus. Tum quia non habuit
ante ſe exemplar aliquod malitię: ad
nullius enim peccantis malitiam pecca-
uit, ſed inuentor peccati ſui, ut dicit
Iſido. Tum quia generaliter omnibus
aliis præeſſe, & nulli ſubeſſe concupiuit,
ſecus fuit in minoribus angelis, in qui-
bus fuit minor libido in appetendo:
qui etiam peccandi occaſionem acce-
perunt a diabolo. Videntes eum com-
moda appetere, & inordinatè ſuperbi-

re, imitationis occaſionem ex ſuo pec
cato acceperũt, neque etiam omnibus
prçeſſe appetierunt, ſed luciferi ſuper-
bię conſenſerunt, & magis ſub eo, ut di
ctum eſt, quàm ſub dei poteſtate eſſe.
& tantum de illa quęſtione.

## DISTINCTIO. VII.

IN diſtinctione ſepti
ma magiſter agit de
effectu conſequen-
te auerſionem, & cō
uerſionem angelo-
rum, tam quoad bo
nos, quàm malos.
Agit enim de confirmatione bonorũ,
& obſtinatione malorum, per quas illi
benè uelle, iſti malè non poſſunt: de
utriuſque arbitrii libertate, de malorũ
uiuaci ſenſu, & acumine. De magicis
artibus, quę per eorum miniſteria fiũt,
& eorum reſtricta poteſtate: qua non
permittuntur facere tanta mala, quan-
ta per naturę ſubtilitatem uellent, &
poſſent. Vnde in his concluſionibus sē
tentia magiſtri poteſt ſummariè com-
pręhendi. ¶ Prima concluſio. Angeli ſtā
tes confirmati ſunt in gratia, cadentes
obſtinati in malitia. In utriſque liber-
tate arbitrii ſemper ſalua. ¶ Secunda
concluſio. Licet angeli mali ſint obdu
rati, uiuaci tamen ſenſu non penitus
ſunt priuati. ¶ Tertia concluſio. Dęmo-
nes rerum per magicas artes ſuo fallaci
miniſterio apparentium, non ſunt crea
tores, neque omnium, quæ per naturę
ſubtilitatem poſſent, deo prohibēte, &
angelis, ſunt actores.

## QVAESTIO VNICA.

A CIRCA illam diſtinctionē
mouetur hæc quæſtio. Vtrũ
obſtinatio diaboli in malo,
ſtare poſsit cum libero eius
arbitrio. In quæſtione erunt articuli
tres. Primus de obſtinatione. Secũdus
de arbitrij libertate. Tertius mouet du-
bia. ¶ Circa primum doctores uariè aſsi Arti. 1.
gnant obſtinationis effectum, & cau- Nota. 1
ſam. Quidam dicunt, ꝙ diabolus ſic ſit
obſtinatus in malo; ꝙ non poſsit in ali
quem actuũ bonũ, ſemperq; ſit in actu
malo. Cauſam aſsignant, quia cũ ſit ſpi-
ritus ſeparatus, eius eſt naturæ, ꝙ cui-
cunque adhęret, immobiliter adhęret,
& ideo ſi conſideretur ante adhęſionē,
uoluntas angeli poteſt liberè adhærere
huic, uel eius oppoſito in his, quæ non
naturaliter uult: ſed poſtquam adhæſit:
immobiliter adhæret, & reſilire non po-
teſt In hoc ponentes differentiam in-
ter liberum arbitrium angeli, & homi-
nis, quia liberum arbitrium angeli fle-
xibile eſt ante electionem, non poſt;
hominis uero ante, & poſt. ¶ Alij tenēt
oppoſitum, uidelicet, ꝙ angelus malus
poteſt in multos actus bonos, ſed non
meritorios. Huius opinionis eſt doctor
ſubtilis diſ. præſenti. Vnde ponit tria.
Primò; ꝙ angelus malus poteſt ſe ſuſpē
dere ab omni actu uolũtatis, ita ꝙ uolũ
tas ſua ex ſua libertate pōt ſe facer̄ ſine
actu. Secundò, ꝙ pōt elicere actũ bonũ
non ſolum bonitate naturali, ſed etiā
bonũ bonitate ex genere, & bonitate
morali. Tertiò modo pōt elicere bonũ
actum bonitate meritoria, ſiue gratui- B
ta. ¶ Ad quorum clariorem intellectum
ponit utilem diſtinctionem quadrupli-
cis bonitatis, quàm placuit hic inſere-
re. Et idem tangit in quodlibet quæſt.
xviij. Valent ab hoc dicta Ockam.
quæſt. x. ſecundi ſententiarum, quæ
tanguntur infra in. iij. diſtinct. xxiij.
quęſt. j. Valet etiam pro illa quęſtio-
ne. quęſtione. xix. ſecundi Ockam,
cum quærit, an angelus malus ſemper
ſit in actu malo. Eſt enim bonitas natu
ralis, & eſt triplex moralis. Prima eſt
bonitas ex genere, altera eſt bonitas
ex circũſtātia, ſiue uirtuoſa, tertia boni
tas meritoria, ſiue gratuita, uel boni-
tas ex acceptatione diuina. ¶ Boni-
tas naturalis eſt, quę cōuenit rei in quā
tum eſt ens poſitiuum ſecundum gra-
dum ſuæ entitatis, ſecundum quam res



eſt melior, quę eſt eſſentialiter pfectior
Hęc eſt in omnibus rebus ſecundum ma
gis, & minus Reliquæ tres bonitates
propriæ, & primò conueniunt actui uo-
luntatis elicito, & per illum actibus
imperatis. ¶ Bonitas ex genere eſt
bonitas, quę conuenit uolitioni, ex
hoc, ꝙ tranſit ſuper obiectum conue-
niens tali actu ſecundum dictamen re-
ctæ rationis. Sic omnis ſumptio cibi po
tētia naturaliter nutrire eſt bona ex ge
nere. Nam uolitionis comedendi obie-
ctum ſecundũ rectā rationē eſt cibus po
tens nutrire. Sic uelle comedere uene-
nũ, uel argillam, eſt actus malus ex gene
re. Et dicit̄ ideo bonus ex genere: quia
ſicut genus ſpeciu ocatur, & cōtrahitur
per differentias ad ſpeciē, & eſt primũ in
diuiſione ſpeciei; ita obiectũ eſt primũ,
quod requiritur ad actũ uoluntatis; ſine
quo actus uoluntatis eſſe nō poteſt. Et
ex eo cōtrahitur prima ratio bonitatis,
quę eſt conueniētia actus ad obiectũ. Et
hæc eſt quaſi materialis, & formalis, ſiue
perfectibilis p rationes circũſtantiarũ
¶ Bonitas ex circũſtantia, ſiue uirtuoſa,
eſt, quę cōuenit actui ex hoc, ꝙ elicitur
a uolũtate ſecũdũ omnes circũſtantias,
quas recta ratio dictat ſibi debere cōpe
tere in eliciēdo. Bonũ enim eſt ex cau-
ſa integra ſecundũ Diony. cap. iiij. de
diuinis nominibus. Et eſt bonũ quaſi ex
ſpecie moris, quia iam actus habet om-
nes differentias cōtrahētes bonũ ex ge
nere. ¶ Quarta bonitas gratuita, ſiue
meritoria, eſt quę cōuenit actui ex hoc
quia elicit̄ uirtuoſè, & cōformiter prin-
cipio mędendi: quod eſt gratia ſiue cha-
ritas. Hoc eſt actus bonus meritoriè eſt
actus uirtuoſus elicitus a uoluntate ſe-
cundũ inclinationē charitatis ſibi inexi
ſtētis. Exemplum primi. Sic omnis actus
poſitiuus eſt bonum naturale, immo id,
quod eſt poſitiuum in peccato eſt bonũ
bonitate naturæ. Exēplum ſecundi. Da-
re eleemoſynam rem utilem ei, cui da-
tur. Exemplum tertij. Dare eleemoſy-
nā de proprijs indigenti, in loco quo ſi
bi poteſt cōpetere, & propter deum. Exē
plum quarti. Iſtud opus facere non tā-
tum ex inclinatione naturali ſicut po-
tuit fieri in ſtatu innocentię, uel forte
hoc fieri poſſet a peccatore nondum
perueniente ex pietate naturali motũ
ad proximum, ſed ex charitate, ex qua
faciens eſſet amicus dei reſpicientis ope
ra eius ad præmiādũ ¶ Hæc quadruplex
bonitas ita ordinata eſt, ꝙ ſemper prior
pręſupponitur ſequēti, & non econuer
ſo. hoc eſt, prima ſequentibus tribus.
Secunda ſimiliter ſequentibus duabus
& tertia quartæ, & non econuerſo.
Non enim poteſt actus eſſe bonus ſe-
cundo, tertio, aut quarto modo; niſi
ſit bonus primo modo. Nec poteſt eſ-
ſe bonus tertio, aut quarto modo; niſi
ſit bonus primis duobus. Nec eſſe po-
teſt bonus quarto modo, niſi ſit bonus
alijs tribus modis, non autem econ- C
uerſo. ¶ Huic quadruplici bonitati op-
ponitur triplex malitia; poſitiua, uel
priuatiua quoad tres ſequentes bonita-
tes; ſed priuatiua tantum primę boni-
tati: quia nihil eſt malum naturaliter,
ſed dumtaxat non ens, non eſt bonum
naturaliter. Secundæ opponitur mali-
tia ex genere, quia ſcilicet tranſit ſuper
obiectum diſconueniens: ut uelle come
dere uenenum, uel argillam, odire deũ.
Tertię opponitur malitia ex circũſtātia,
quia habet circumſtantiam actum inor
dinantem, puta contra dictamen ratio-
nis rectæ licet tranſeat ſuper obiectum
conueniens ſecundum dictamen ratio-
nis rectæ, aut careat aliqua circũſtantia
debita in eſſe actui, ut ſit bonus uirtuo-
ſè: ut uelle comedere cibum naturę cō
uenientē contra pręceptum ęcclęſię. in
tempore ſcilicet prohibito, ut carnes in
ſexta feria. Quarta malitia eſt in demeri
to, dũ actus non elicitur ſecũdũ inclina
tionē charitatis, uel quia nō ineſt, uel ſi
ineſt, non tamen ſecundũ eius inclina-
tionē elicitur. Quælibet triũ ultimarũ
malitiarũ poteſt accipi poſitiuè: ſcilicet
cōtrariè, uel priuatiuè reſpectu bonita-
tis ſibi oppoſitę. Et ut priuatiuè accipi-
tur, tantũ priuat ipſam bonitatē, hoc eſt
reddit actum non bonum tali bonita-
te. Vt accipitur cōtrariè: ponit aliquid

ultra carentiam illam repugnans tali bonitati. ¶ Sed nota, ꝙ malitia ex genere accepta priuatiuè, & contrariè conuertuntur, id eſt ſeparantur; quia non poteſt eſſe malitia priuatiua ex genere: quin ponat malitiam contrariam: quia actus non poteſt eſſe, quin tranſeat ſuper obiectum. Obiectum autem neceſſariò eſt conueniens, uel diſconueniens, actui. Et ita actus bonus ex genere neceſſariò tranſit ſuper obiectum conueniens. Malus ex genere, ſuper obiectũ diſconueniens. Malitia oppoſita tertiæ bonitati contraria, & priuatiua non cõuertuntur. Poteſt enim aliquis actus carere aliqua circumſtantia requiſita ad perfectionem actus uirtuoſi; & tamen non elici cum circumſtantia repugnãte, quę redderet illum actum uitioſum, puta ſi det eleemoſynam pauperi non ex circumſtantia finis, quia non conſiderat, nec ſecundum alias circumſtantias requiſitas ad actum uirtuoſum. Iſte quidem actus non eſt bonus, uel uirtuoſus moraliter; quia non eſt circumſtantionatus, eo ꝙ non eſt ordinatus in debitum finem. Nec tamen malus contrariæ, ſicut eſſet, ſi daretur propter finem malũ, ut puta propter uanam gloriam, & ita non eſt uitioſus. Sic etiam malitia tertio modo contrariè, & priuatiuè nõ conuertuntur; quia actus poteſt eſſe malus hac malitia priuatiuè, ita ꝙ non eliciatur ex gratia, & tamen non erit demeritorius. Vt ſi actus uirtuoſus, & bonus tertia bonitate eliciatur nõ ex gratia, iſte non eſt meritorius; & tamen nõ erit demeritorius. Et ita in tertio, & quarto membris poteſt poni actus indifferens; qui licet ſit malus priuatiuè, id eſt non bonus, non tamen eſt malus contrariè, id eſt uitioſus. Licet illa diſtinctio non in omnibus concordat modo loquendi doctoris noſtri, qui dicit omnes circumſtãtias eſſe obiecta; quia tamen ualet ad intelligendum multa dicta doctorum, placuit eam hic pone-
D re. Et ſecundum illam diſtinctionem reſpondet ille doct. ut præmiſſum eſt.

¶ Sed contra illam reſponſionem, & opiniones utraſq; ponit Ockam q. xix. ſecundi aliquas concluſiones; quarum probationes impugnant opiniones iam tactę.

Cõcl.1. ¶ Prima concluſio. Angelus dãnatus neceſſariò eſt in aliquo actu uoluntatis. Neceſſariò dico non de potentia dei: quin poſsit eam priuare omni actu; ſed neceſſariò de potentia creaturę: ita ꝙ nulla creatura poteſt eam priuare omni actu. Probatur cõcluſio; quia impoſsibile eſt diabolum ſeu damnatum eſſe ſine pęna, & triſtitia: ſtante illa ſententia ſaluatoris. Ibunt hi in ſupplitium ęternum. Matth. xxv. Et iterũ. Ignis eorum non extinguetur; & uermis eorum non morietur. Marci. ix. & Eſa. ulti. Triſtitia autem nõ poteſt eſſe ſine actu nolendi: dicente Auguſtino. xiiij. de ciuitate dei. c. xv. Animi dolor, qui triſtitia nominatur: diſſenſio eſt ab his rebus, quæ nobis nolentibus acciderunt, & pręmiſit. Dolor carnis tantummodo, offenſio eſt animę ex carne, & quædam ab eius paſsione diſſenſio. Sicut igitur per potentiam creaturę nõ poteſt eſſe dãnatus ſine pęna, & triſtitia: ita non poteſt eſſe ſine actu nolendi pęnam, & illo unde triſtatur.

Cõcl.2. ¶ Secunda concluſio. Aliquis actus eſt in angelo dãnato, qui non eſt in eius poteſtate. Probatur; quia licet uoluntas non poteſt ſe facere ſine omni actu, poteſt tamen ſe ſuſpendere ab omni actu, qui eſt in poteſtate ſua, & elicere alium: & per conſequens ſi actus nolendi pęnam eſſet in eius poteſtate, poſſet ſuſpendere ſe ab illo actu, & facere ſe ſub actu diligendi ſeipſum ſine omni alio; & ita poſſet ſe facere ſine pęna.

Cõcl.3. ¶ Tertia concluſio. Deus totaliter, & immediatè cauſat aliquem actum in uoluntate angeli mali. Probatur; quia aliquis actus eſt in uoluntate angeli mali, a quo ſe ſuſpendere non poteſt ex concluſione prima: Sed ab omni actu ſuo poteſt ſe ſuſpendere ex probatione ſecũdæ concluſionis. Nam omnis actus ſuus eſt in ſua poteſtate, cum ſit eſſentialiter libera; & patet per illud Augu. lib. j. retract. c. xxij. Nihil ita eſt in poteſtate uoluntatis,



tatis, ſicut ipſa uoluntas. i. uoluntatis actus: uellę, & nolle. Ergo aliquis actus eſt in angeli uoluntate, qui nõ eſt ſuus effectiuè; nec poteſt eſſe ab alio, quam a ſolo deo: ergo. ¶ Itẽ ſi nõ cauſaretur a ſolo deo, aut cauſaretur a uolũtate, uel ab habitu. Non a uoluntate, quia tũc poſſet eã non elicere. Non ab habitu, quia habitus non neceſsitat uoluntatẽ, nec in uia, nec in patria. Eſt enim in poteſtate uolũtatis uti habitu, uel nõ. ¶ Itẽ declarabitur in quarto, ꝙ uiſio beatifica, & fruitio eſt a ſolo deo in beatis, & ita nõ in poteſtate uoluntatis. ut ſupra tactũ fuit in primo diſt. j. Et ita uidetur, ꝙ actus ille in quo eſſentialius conſiſtit miſeria: ſit etiã a ſolo deo: qui eſt iuſtiſſimus retributor meritorũ, & demeritorũ. ¶ Iſtis præmiſsis aſsignatur ratio cõfirmationis bonorũ, & obſtinationis malorũ. Pro quo eſt illa prima concluſio.

Cõcl.1. E ¶ Aliquis actus repugnãs formaliter omni actui peccati, eſt in beato a ſolo deo in fieri, & cõſeruari. Illa cõcluſio probatur: quia actus beatificus clara .ſ. dei uiſio, & perfecta dilectio eſt in beato a ſolo deo, ut nunc ſupponitur; & iſte formaliter repugnat omni peccato. Non enim ſtãt ſimul offenſio dei, & dilectio dei perfecta ſuper omnia.

Cõcl.2. ¶ Secũda cõcluſio. Nulla potentia creata poteſt impedire actum beatificũ. Patet: quia qđ a ſolo deo producitur, & conſeruatur, a creatura deſtrui non poteſt. Voluntati enim eius quis reſiſtit. Rom. ix.

Cõcl.3. ¶ Tertia concluſio. Stante actu beatifico in uoluntate, nõ patet ipſa uoluntas elicere actum peccati. Patet quia contraria nõ poſſunt ſimul ſtare. Sed omne peccatũ repugnat actui beatifico. Et quia uoluntas beati non poteſt in actũ peccati ſtante actu beatifico. Ille uero nõ eſt in ſua poteſtate; ſed ſolius dei, qui illum perpetuò conſeruat in beatis; patet ratio confirmationis, qua peccare non poſſunt. Et licet actus beatificus non ſit in poteſtate beati, nõ tamẽ ideo cogitur; quia illo actu formaliter uult, & diligit deum non minus, quam ſi eſſet ab eius propria uolũtate cauſatus.

Cõcl.4. ¶ Quarta concluſio. Angelus beatus eſt impeccabilis ſola uoluntate diuina, ſua propria natura. Probatur; quia deus cauſat in uoluntate eius actum beatificum tãquam totalis cauſa; & eum cõſeruat. Itẽ non coagit ad cauſandum malũ in eis; & hoc ſola uoluntate ſua, & per hoc angelus non poteſt peccare. Tenet cõſequentia; quia ſubiecto exiſtente ſub uno contrariorum non poteſt recipere aliud, ergo exiſtens ſub actu beatifico non poteſt accipere actum peccati, & ita nec producere; quia eſt formaliter cõtrarius actui beatifico. Eſt autẽ ſemꝑ ſub actu beatifico; quia agens, & cõſeruãs fortius eſt in cauſando, & cõſeruãdo quã agens effectũ cõtrariũ in producendo. Deo ergo agente, & cõſeruãte illũ actũ, nõ poteſt creata uoluntas etiã de potentia ſua abſoluta ꝑducere actũ cõtrariũ. Poſſet autem deus actũ beatificũ deſtruere in angelo, & relinquere angelũ ſuis naturalibus, & tũc per arbi. libertatẽ poſset peccare ſicut ante cõfirmationẽ potuit. Sic ergo patet, ꝙ cõfirmatio bonorũ nõ eſt ex natura angeli, ſed ex conſeruatione dei.

F ¶ Quo ad obdurationem dãnatorũ, quæ ſimpliciter in duobus cõſiſtit .ſ. in nõ poſſe habere bonã uolũtatẽ, & in nõ carere mala. Eſt hæc prima cõcluſio.

Cõcl.1. ¶ Angelus malus nõ poteſt habere aliquẽ actũ bonũ, bonitate uirtuoſa, & meritoria. Patet: quia nullũ actum habere poteſt niſi cõcurrente deo. Sed omne auxiliũ gratiæ ſpecialis auxilij dei ſubtrahit deus, ſine quo non poteſt habere huiuſmodi bonam uoluntatem. Et hoc innuit beatus Augu. in de fide ad petrum parte prima. De angelis; hõc diſpoſuit, & impleuit: ut ſi quis eorum bonitatem uoluntatis perderet, nunquam eam diuino munere repararet. Et præmiſit de intellectuali creatura generaliter. Ita cognoſcendi, & diligendi ſe facultatẽ uoluntatemq; donauit; ut etiam eam unuſquiſq; habere poſset, & perdere. Si quis tamen ſponte eam perderet; deinceps arbitrio ſcilicet ſuo reſumere non ualeret, ut illius eſse ſanctę co-

gitationis initium gratuitę dono beatitudinis denuò reuocandis, quibus uellet infundere, cuius fuit in ipſo creationis exordio nullis præcedẽtibus meritis ſpiritus, & corpora locis atq; affectionibus pro eo, ut ipſe ſapiens uoluit mirabiliter ordinare. ❡ Ex quibus uerbis Augu. duo eliciuntur. Primum, ꝙ perdita bonitate ſiue ab angelis, ſiue ab hominibus, facultate ꝓpria. i. arbitrij libertate reſumi nõ poteſt. Nec aliter niſi diuino munere reparari poteſt. Secundũ, ꝙ uoluntatem bonam perditam ab angelis, eis de ſuo munere nunquam reparat.

Cõcl. 2. G ❡ Secunda concluſio. Angelus malus non poteſt carere actu malo. Patet; quia non poteſt non uelle beatitudinẽ, quam deus nõ uult dare. Nec poteſt nõ nolle pęnam, quam deus uult infligere; & ita contra deum. Nec nolle eſſe in tali loco, quo a deo deputatus eſt. Qui actus inquantum ſic per eos fertur in obiectum, inordinati ſunt; licet non imputantur ad noua demerita, & peccata: quia ſunt extra ſtatum uię, & nunc in termino; ſunt tamen pęna peccati. Grauis enim pęna eſt uelle beatitudinem; & tamen carere ea; ſic nolle pęnam, & tamen ſuſtinere eam &c. Ex illis autem actibus ſcilicet conſideratione perpetua acerbiſsimę pęnę gehennę: & actualis conſiderationis beatitudinis amiſſę cum omnimoda deſperatione recuperandi, in quibus pęnis iuſtiſsimè detinetur a deo: omni auxilio dei deſtitutus; ſpiritu impatientiæ agitatur, & ſurgit in cõtinuũ murmur, & odiũ dei puniẽtis. Ex quo etiã in plures alias peiſsimas cadit uolũtates. Et per hęc patet ratio obſtinationis. Sed forte quis replicaret. Quãuis illi actus poſſunt ſic elici a uoluntate dęmonis: poteſt tñ ex arb. libertate nõ elicere; quia in omni actu elicito eſt liber ad oppoſita, ut ſupra dictũ eſt. Ad hoc dicitur, ꝙ actus illi pęnales nolle pęnã: & nolle carere beatitudine, nõ ſunt in poteſtate dæmonis: ſed cõſeruãtur a deo tãquam a cauſa totali. Etiam ſi diabolus nõ primò eliceret cũ deo: deus ſolus in uolũtate eius produceret, cuius pęnã perpetuò cõſeruat, quę ſine huiuſmodi actibus uoluntatis nulla eſſet.

H ❡ Sed diceres. Cum ex odio dei in dęmone ſequatur maxima pęna, & triſtitia: in eo ꝙ audiendo deum uult deũ nõ eſſe omnipotentem, iuſtũ, omnibus ſuperiorem. In cuius omnimoda poteſtate & ipſe & omnis creatura pleniſſimè cõſtituta eſt. Et uult eũ ſimpliciter nõ eſſe, quorũ oppoſita contra ſuã huiuſmodi uolũtatem eueniũt. ex quo ſequitur maxima triſtitia. Vnde uidetur ſicut in beatis maximũ gaudiũ ſequitur ꝑfectã dilectionem dei, in qua eſt eſſentialiter beatitudo; ita maxima pęna dãnatorũ ſequitur ad odiũ dei, in eo ꝙ neceſſariò ſubeſſe oportet ei, quẽ ſummè odiũt: ſequit̃, ꝙ odiũ dei a quo immediatè ꝓduceret̃, & cõſeruaret̃ in diabolo. alioqn ſi eſſet partialiter a diabolo poſſet nõ elicere: & ꝑ hoc ſe a maxima pęna odiũ cõſequenti liberare: cõſequens tñ falſum. Cũ enim odiũ dei ſit actus eſſentialiter malus; ſicut dilectio dei amicitiæ eſt eſſentialiter bona; ſequitur ꝙ deus eſſet auctor peccati, & grauiſsimi peccati: quod eſt abſurdum. Sic enim deus peccaret cũ peccatum grauiſsimũ tãquam totalis cauſa produceret. ❡ Ad illud concedunt multi, ꝙ deus eſt totalis cauſa ſui odij in uolũtate diaboli quãtum ad omne poſitiuum, ſiue abſolutũ in actu odiendi deum. Et dicunt in hoc cõſiſtere obſtinationis rationem; quia actus odiendi deũ non eſt in poteſtate uolũtatis diaboli; nec poteſt eũ a ſe remouere etiã de ſua potentia abſoluta. q actus habet formalem repugnantiã ad actum diligendi deum. & ita eum non cõpatitur ſecũ: nec per cõſequẽs aliquẽ actũ bonũ. Cum nullus actus ſit bonus; qui caret circũſtantia finis ultimi, q eſt deus. Et ideo quãdiu ſtat ille actus in uolũtate; uoluntas eſt obſtinata. Quòd aũt deus poteſt cauſare actũ illum odij, quantũ ad eſſe abſolutũ: probat, quia quicqd deus põt cauſare cũ cauſa ſecunda cõcurrẽte in genere efficientis, põt ſe ſolo cauſare; ſed odiũ poteſt cauſare cum dęmone: ergo ſe ſolo. Neq; enim



aliquis actus poſitiuus põt produci deo non concurrente. Nec dicunt, magis horrendum eſt dicere deum eſſe cauſam totalem odij, quam dicere eum eſſe cauſam eius partialem, & principalem. Secundum autem dicere oportet, niſi negaretur deũ eſſe cauſam principalẽ, & uniuerſalẽ omniũ effectũ abſolutorũ. Cõſequẽter dicũt odiũ dei nõ eſſe eſſentialiter malũ, aut peccatum: quia põt ſeparari a deformitate morali, & meritoria nõ minus, quã dilectio dei in angelo ſeparari põt a bonitate morali, & meritoria: utputa ſi a deo infunditur, & nõ a uolũtate creata elicitur. Sic enim, quia non elicitur a uolũntate libera: nõ erit actus bonus moraliter, nec meritorius: cũ ad utrãq; bonitatẽ requiritur, ꝙ ſit a uoluntate creata liberè elicitus. Vnde talis actus odij inquãtum a deo eſt: nõ habet rationẽ culpę: ſed pęnæ. Producitur enim a deo: nõ in malũ: ſed in bonũ finem, quia in iuſtã pęnã maximã diaboli. Nec ſic producẽdo deus peccat, quẽ peccare eſt ſimpliciter impoſsibile. Nã nũquã aliquis peccat, niſi quia facit, quod tenetur nõ facere, aut nõ facit qđ tenetur facere. Deus autẽ nõ tenet̃, nec obligatur tãquã alicuius debitor: ideo nõ põt facere quod nõ debet, nec nõ facere, qđ debet. Vnde licet omnis actus peccati poſitiuus ꝓducat̃ a pctõre homine, & deo coagẽte: & hoc faciẽdo peccat, nõ tñ deus cooperãdo. Vel poſſet dici, ꝙ licet deus odiũ ſũi nõ cauſat in diabolo ſine diabolo liberè eliciẽte, cõſeruat tñ tãquã totalis cauſa: & ita nõ põt diabolus ab eo reſilire, parũ tñ refert illud a primo. Quia cõſeruare dei eſt ꝓductionẽ eius cõtinuare: immo cõſeruãdo ꝓducit ſecundũ beatũ Aug. Vide ad hoc Ockã ubi ſup. q. xix. ſecũdi, & q. xix. primi quodlibet. Si hoc nõ placet, oportet cõcedere, ꝙ diabolus obſtiñatus poſsit nõ odire deũ, & ſaluare obſtinationẽ ex alijs actibus malis: ſecundũ ꝙ dicit ſecũda cõcluſio.

Cõcl. 3 I ❡ Tertia cõcluſio. Angelus in malitia obſtinatus põt habere actũ bonũ de genere: qa põt uelle beatitudinẽ, & nolle pęnã. Et utrũq; eſt obiectũ debitum uelle, & nolle. Quodcũq; enim obiectũ põt ordinatè appeti, & refutari: ſimpliciter eſt obiectũ cõueniẽs; ſiue adſint aliæ circũſtantiæ bonę, aut eorũ oppoſitę. Et hoc eſt, qđ uult magiſter hac diſt. c. j. cũ dicit. Mali ꝑ malitiã adeo ſunt obſtinati; ꝙ bonã uolũtatẽ habere, ſiue bene uelle nõ ualẽt. Et ſi bonũ ſit, qđ aliqñ uolũt, uolũt enim aliquando aliquid fieri, quod deus uult fieri, & utiq; illud bonũ eſt, & iuſtũ fieri; nec tñ bona uolũtate hoc uolũt. Volũtas autẽ diuina trãſire nõ poteſt ſuper indebitũ obiectũ. Exẽplũ; ut punire uolunt animas dãnatas; quas & deus uult puniri.

Artic. 2. K ❡ Quãtum ad ſecundũ articulũ, pręmittẽdũ, ꝙ multiplex diſtinguitur libertas. ſ. a ſeruitute, a coactione, ab immutabilitate ſeu neceſſitate.

Triplex ſeruitus qđ triplex eſt libertas.

❡ Libertas a ſeruitute eſt, qua aliquis nõ eſt ſubiectus, uel addictus ſeruituti culpæ miſeriæ uel temporalis pęnę. Et ſecundũ hãc triplicẽ ſeruitutẽ, poſſet illa libertas oppoſita tripliciter ſubdiſtingui. ❡ Libertas a coactione eſt, qua quis nõ poteſt uiolentari ad faciendũ aliquid, uel patiendũ cõtra naturalẽ inclinationem, quo modo graue motũ ſurſum uiolentatur. Iſta libertas etiam cõuenit intellectui; quia licet aliqua cognitio poteſt cauſari in intellectu immediatè a deo: ita ut illa non ſit elicita ab intellectu; nec in eius poteſtate; nõ tamẽ intellectus per illã cogitur intelligere; quia intelligere per quãcũq; intellectionẽ, nõ eſt cõtra naturalem inclinationem intellectus. Et illa libertas nõ excludit neceſsitatem, quia in caſu intellectus neceſſariò intelligeret: non tñ coactè. ❡ Libertas immutabilitatis, uel neceſsitatis prout neceſsitas opponitur cõtingentię: eſt quędã indifferentia, uel cõtingentia ad utrũq; oppoſitorũ. i. facultas agendi, & non agendi, patiendi, & nõ patiendi. Et ſic diſtinguitur cõtra principiũ naturale. ij. phyſi. & ix. methaphiſicæ: quod neceſſariò agit cęteris paribus. Voluntas libera omnibus alijs eodem modo ſe habentibus poteſt uelle, & non uelle. De hoc latius

quęre diſt.j.q.vj.diſt.x.quæſtione ij.pri
Cõcl.1. mi ſcripti Ockã. ❡His premiſsis eſt pri
L ma concluſio. Angeli a deo in bono cõ
firmati a ſeruitute culpę, miſerię,& pę-
nę penitus ſunt liberati. Patet conclu
ſio ex dictis; quia nulli horum ſunt ſu-
biecti, neq; peccare poſſunt, nec pęna
quacunq; affligi. Quia ſicut in beati-
tudine nihil eſt coinquinatũ. Apocal.
xxj. Ita neq; luctus, neq; clamor, ſed
Cõcl.2. nec ullus dolor ibidem. ❡ Secunda cõ-
cluſio. Angeli damnati, hac libertate
cui opponitur ſeruitus, ſunt priuati.
Patet; quia ſunt addicti perpetuo miſe-
Cõcl.3. rię, culpæ, pęnæ. ❡ Tertia concluſio.
Vtrorumq; bonorum,& malorum uo-
luntatis arbitriũ a coactione eſt liberũ.
Probatur illa concluſio; quia ſi uolun
tas poſſet cogi, maxime per actum uel-
le, aut nolle: quem in ea deus cauſaret;
& tanquam cauſa totalis in ea conſer-
uaret; ſed hoc non: ergo. Conſequen
tia nota cum maiore. Quia actu a ſe
elicito uoluntas non cogitur: cum om
nẽ talẽ ſecũdũ propriã potentiã natu-
ralẽ elicit. Minor probatur: qa illũ actũ
a deo cauſatũ, nõ recipit cõtra natura-
lem inclinationem; ergo nõ uiolenter.
Añs patet: quia nullũ actũ recipit uio-
lenter; quẽ poteſt recipere naturaliter;
ſed omnẽ uolitionẽ põt accipere natu
raliter; quia omnem poteſt ꝓducere na
turaliter; ſed quãcũq; poteſt elicere na-
turaliter, põt etiã recipere naturaliter.
❡Itẽ uolũtas nõ inclinatur ad cuiuſcũq;
uolitionis oppoſitum naturaliter; ergo
nullã recipit uiolenter. ❡Nec ualet di-
cere, ꝙ licet nõ recipiat uiolenter; tñ
per eã uiolenter tẽdit in obiectũ, quia
nõ eſt a ſe elicitus. ❡Item quicq̃d acci
dit uolũtati cõtra uelle ipſũ uiolentat;
ſed uolũtas dãnati põt uelle ſe nõ habe-
re talẽ actũ a deo in eo cauſatũ. Item ꝑ
illũ actũ uolũtas neceſsitatur: ergo co-
gitur. ❡Primũ nõ ualet, quia exiſtente
uolitione in potentia a quocũq; pro-
ducatur per eã uolũtas æquẽ tendit in
obiectũ. ſicut uiſionem in oculo exiſten
te, ſiue ſit increata ſiue a potentia,
& obiecto producta: per eam oculus in-
dendo tendit in obiectũ. Implicat enim
uelle reſpectu alicuius obiecti eſſe in uo
luntate;& uolũtatem nõ uelle obiectũ.
In eo autem, ꝙ uult: non uiolentatur.
❡ Secundũ etiã nõ probat: quia exiſten
te uolitione in uoluntate, nõ poteſt uo
luntas ſimul oppoſitũ uelle: uel actum
repugnãtem habere. Sed actus illi de
quibus arguitur formaliter repugnãt;
ut uelle,& nolle eiuſdem. Nec tertium;
quia ſtant ſimul, ꝙ uoluntas per actum
a deo in ea cauſatũ neceſsitatur; ita ꝙ
illo ſtãte nõ põt in eius oppoſitũ. Et ꝙ
illũ actũ a deo cõſeruatũ in ea nõ poſsit
remouere. Nõ tñ cogit: quia ſtãte illo
actu uolens per eũ tendit in obiectũ: non
minus, quã ſi eſſet per ſeipſam elicitus.
❡Quarta cõcluſio: quã uis uolũtas ange Cõcl.4.
li tã cõfirmati, quã obſtinati, quantũ ad M
omnẽ actũ a ſe elicitũ, ſit libera tertio
mõ: nõ tñ ad oẽm actũ, quẽ recipit im-
mediatẽ a ſolo deo. Probat: qa reſpectu
cuiuſlibet actus eliciti habet ſe cõtingẽ
ter; qa põt elicere, uel nõ elicere, nõ aũt
ad actũ a ſolo deo cauſatũ; illũ enim nõ
poteſt nõ recipere; neq; per eũ receptũ
nõ tendere in obiectũ. ❡Ex quo patet,
ꝙ cõfirmatio, & obſtinatio tollit liber
tatem arbitrij illo tertiõ modo, quãtũ
ad actus a deo immediatẽ cauſatos; nõ
autem quantũ ad alios a uoluntate eli-
ciendos. Vnde quantũ ad actũ beatifi-
cum, boni non ſunt liberi. Et neq; ma-
li quantũ ad actum, in quo eſſentialius
conſiſtit miſeria. Sunt aũt liberi quantũ
ad alios: ut illi ad miniſtrandũ nobis, &
ad cuſtodiã noſtri: illi ad tentãdũ. Tales
sũt oẽs actus accidentaliter ſe habẽtes
miſeriã, uel beatitudinem: hoc eſt, ſine
qbus manere põt beatitudo in cõfirma
tis;& miſeria in obſtinatis. ❡Quinta cõ Cõcl.5.
cluſio. Sicut li. ar. in bonis per cõfirma-
tionem reddit liberius,& eleuat: ita in
malis per obſtinationem deprimit. Pri-
ma pars patet: quia per cõfirmationem
aſſequit cõfirmatus plures modos liber
tatis. ſ. a culpa, a pena, a miſeria. Etiam
quo ad tertium libertatis modum; quia
minus põt quantũ ad actus multos im-
peratos, impedire a cauſis extrinſecis
propter



propter confirmationem in bono, quã
añ. quia ad actus indecentes, imperfe-
ctos, minus impedientes: nec cogi nec
allici poſſunt ſicut ante cõfirmationẽ.
Poſſunt ergo in quoſcunque actus bo-
nos ſine ipedimẽto. Scđa pars patet: qa
per obſtinationẽ tollitur ab eis libertas
prima; qa abducunt alias addicũtur ppe
tuę ſeruituti culpæ,& pęnę. Nec quo ad
tertium modũ poſſunt aſſurgere in bo-
nas uolũtates: ſed tãtũ ad malas depſsi,
ad quas eliciendas ſunt malẽ liberi.
❡Quãtum ad tertiũ articulũ, eſt dubiũ.
Vtrũ aliquis locus ſit dæmonibus diſcõ
Arti.3. Dub.1. N uenienſ, & pęnalis. ❡ Ad hoc breuiter
dicitur, quia de pęnis dãnatorũ hominũ
& demonũ magis pertinet ad diſ.xliiij.
liiij. Vide pro illo dubio Ockã. q.xix.
ſcđi.& i.quodl.q.xix. Dicit ergo, ꝙ nul
lus locus eſt cõueniens, uel diſcõueniẽs
naturę ſpũs ſeparati tanquã eius ſalua-
tiuus, uel corruptiuus; quia quãtũ eſt ex
ipſo, natura ſua equaliter oẽm locũ re-
ſpicit. Locus tñ aliquis dr cõueniẽs, uel
diſcõueniẽs in ordine ad uolũtatis actũ.
Vnde locus, in quo uult eſſe, dicitur cõ
ueniens, & in quo uult nõ eſſe, diſcõue
niẽs. Vñ neq; ignis; neq; aer ille caligi-
noſus, quo detruſi ſunt, eẽt demonibus
diſcõueniẽs, niſi ꝑ quãto nolũt ibi eſſe,
& ibi detineri. Locũ tñ iſtum in quo de
tinentur maxime odiũt; quia intenſiſsi
me ibi detineri nolunt. Tũ quia appetit
diabolus liberũ uſum potẽtiæ ſuę: ut ſi-
cut natura ſua eſt indifferens ad quod-
cunque corpus, ſic poſsit ſe facere præ-
ſentem cuicunque corpori. Intendit au
tẽ hũc appetẽdi actũ ſupbia; cõſummat
inuidia ꝓpter quã nuſquã uellet deter-
minatẽ eſſe propter ſententiã, & actio
nẽ diuinã. Iſtud autẽ nolle,& apprehẽ-
ſionẽ noliti ſui. ſ. deteſtionẽ in hoc loco
poteſtate diuina, quã ſumme odit, ſequi
tur grauiſsima triſtitia: tanto grauior
quãto nolle eſt intẽſius; & apprehenſio
noliti certior. Hoc autem nolle: & hæc
apprehenſio noliti, non eſt in poteſtate
demonis: quia conſeruatur a ſolo deo
in pœnam ſui peccati: & ideo grauior ẽ
triſtitia. Nec tñ ęqualis eſt triſtitia in
omnibus: ſicut nolle nõ eſt æquale in
omnibus. Intenditur enim proportiona
liter peccato, quo illam pœnam meruę-
runt. Sicut enim actus nolendi non eſt
in poteſtate eorũ: ita nec modus eius,
& intẽſio. Et ideo eſt probabile ꝙ imme
diatẽ cauſetur a deo. ❡Sed di. Locus ille O
ſ. caliginoſus aer, cõueniens eſt tenta-
tioni hominũ, quã uolũt: ergo uidetur,
ꝙ locũ iſtũ uelint, & delectentur in eo
propter hominum tentationes, in quo
rum uictoria delectantur. ❡ Item ſi lo-
cus ille eſt in eis diſconueniens propter
pœnam peccati: poſſet eis etiam eſſe in
conueniens ſine peccato precedente:
quia quicquid deus poſitiuum facere
põt cum peccato alterius: poteſt etiam
facere ſine peccato; & ſic locus eſſet di
ſconueniens, uel conueniens ratione
naturę: & non tãquã in pęnã peccati.
❡Ad primũ dr, ꝙ etſi demones uelint tẽ
tarẽ hoĩes: & uelint uincerẽ; nõ tñ de ſua
uictoria delectãtur, aut gaudẽt. Quia ſi
cut oĩs dolor,& triſtitia repugnat beati
tudini: ita oẽ gaudiũ, & letitia miſeriæ.
Et licet gaudiũ ſequatur naturaliter ap
prehẽſionẽ uoliti; nõ tñ ſequitur in de-
monibus: quia deus nõ concurrit ad de-
lectationis productionẽ. Si quidẽ ſicut
delectatio realiter diſtinguitur a uoli-
tione; ita põt deus cõcurrere ad actum
uolendi cauſandum in uoluntate de-
monis, abſque hoc, ꝙ cõcurrat ad cau-
ſandum delectationem in eodem. Et li-
cet uelint homines tẽtare: nolunt tñ
eſſe in loco etiã tẽtamini apto: eo mõ
quo ibi ſunt. ſ. cõtra libertatẽ ſuę moti-
uę potẽtię: & tanquã in carcerẽ, & in pę
nã pcti: & a deo hoc agẽte. ❡Ad ſcđm di
citur, ꝙ locus ille nõ eſt eis diſcõueniẽs
precisẽ: quia peccauerunt; ſed quia eſt
inflicta pęna ꝓpter pctm; & formaliter
quia nolũt ibi eſſe: & cõtra hanc uolun
tatem detinentur ſicut in carcere. Et
licet omnia illa poſitiua poſſet deus fa-
cere ſi peccatum non præceſsiſſet: & eſ
ſet tunc ęquẽ afflictiuũ; tamen nõ me-
retur dici pena; quia pęna cõnotat af-
flictionis correſpondentiam ad pecca-
tũ precedẽs: ſicut etiã afflictio brutorũ

proprie non poteſt dici pęna. Tamen
de potentia ordinata non infligit deus
pęnam, niſi pręceſſerit culpa. Vel in eo,
cui culpa imputatur; ut in nobis. Vel
in alio; ut in chriſto qui pęnā ſuſtinuit;
non propter ſua; ſed propter noſtra
peccata. Et tantum de illa quæſtione.

## DISTINCTIO. VIII.

EGIT ſupra de cō-
uerſione, & auerſio
ne angelorum. In
ſequenti. iiij. diſtin
ctione agit de ua-
rijs habitudinibus,
diſtinctionibus, &
officijs eorundem. Et primò de habi-
tudine eorum ad ſua, uel aliorum cor-
pora diſtinctione præſenti. Secundò
quantum ad eorum diſtinctionem, &
miniſteria. In hac ergo diſtinctione
inquirit, an ſint corporei; an aſſumant
corpora. De apparitionibus corpora-
libus quo deus, uel angeli apparuerunt
patribus. De illapſu quibus in exiſtunt
mentibus hominum, uel eorum corpo-
ribus. Cuius ſententia in his tribus
colligitur concluſionibus. ¶ Prima cō-
cluſio. Probabile eſt angelos eſſe natu
ra incorporeos; aſſumere tamen quan-
doq; corpora ſuis actionibus, & mi-
niſterijs congrua. ¶ Secunda conclu-
ſio. Etſi deus quandoq; incorporeis
figuris per ſe uel angelos in eius loquē
tes perſona apparuit: uiatoribus tamē
ſuam propriam ſpeciem non oſtendit.
¶ Tertia concluſio. Dęmones nec mē
tibus, nec hominum corporibus ſub-
ſtantialiter illabuntur: eis tamen per
malitiæ effectum iunguntur, & per eo-
rum prohibitionem expelluntur.

## QVAESTIO. I.

A CIRCA hanc diſtinctionē
mouetur hęc quæſtio pri-
ma. Vtrum angeli natura-
liter incorporei poſſint aſ-
ſumere corpora, & in eis exercere ope
ra uirtv. In quęſtione erunt quatuor
articuli. Tres ſecundum tria, quæ tan-
guntur in titulo. Quartus mouet du-
bia. ¶ Quantum ad primum quęritur, Artic. 1
utrum angeli ſint corporei, quod nihil Nota. 1
aliud eſt quęrere, quā utrum angelus ſit
natura compoſita ex quodam potentio
nali, materiali & perfectibili, & forma
illi inhęrente, eamq; perficiente: ſicut
homo componitur ex materia, & for-
ma intellectiua eam inhęſiuè perficien-
te. ¶ Secundò notandum, ꝙ olim fuit Nota. 2
hæc quęſtio multum dubia, diuerſis do-
ctoribus diuerſa de ea ſentientibus, ut
tangit magiſter in textu. Vnde uiden-
tur quidam tenuiſſe partem affirmati-
uam; nihilq; eſſe ſimpliciter incorpo-
reum, præter ſolum deum. Ad hoc al-
legatur illud Orige. in periarch. So-
lius dei .i. patris, & filij, & ſpiritusſancti
illud propriū eſt: ut ſine materiali ſub-
ſtantia, & abſq; ulla corporeę adiectio
nis ſocietate intelligatur exiſtere. ¶ Itē
illud Bern. homil. vj. ſuper can. Demus
deo ſoli ſicut immortalitatem, ſic in-
corporeitatem: cuius natura ſola neq;
propter ſe, neq; propter alium, ſolatio
indiget inſtrumenti corporei: liquet
autem omnem ſpiritum creatum cor-
poreo indigere ſolatio. ¶ Item illud
Grego. in homil. epiphanię: ubi nomi-
nat angelum rationale animal. Animal
autem compoſitum eſt, & corporeum.
¶ Item ex Augu. ea quæ magiſter alle-
gat in textu. ¶ Sed oppoſitum nunc cō
muniter dicunt omnes doctores con- a
corditer: cui etiam uidetur magiſter
conſentire. ¶ Vnde ſecundū hoc po- Concl.
nitur hæc concluſio ad illum articulū. B
Angeli tā boni, quā mali ſunt naturali-
ter incorporei, & immateriales: ita ꝙ
nō habent corpora ſibi unita tāquā par
tē ſui eſſentialē. Probatur cōcluſio au-
ctoritate, & ratione. Auctoritate beati
Diony. de diuinis nominibus. c. iiij. cir-
ca principiū. Intelligibiles omnes ſpi-
ritualeſq; ſubſtātię uelut incorporales,
& omni materia carentes intelligūtur.
Ad idē plura adduci poſſunt ex libro de
cęle. hierar. Itē Damaſ. diffiniēs ange-



lū dicit. Eſt ſubſtantia intelligibilis in-
corporea. Et addit ad hoc Richar. ſi-
gnū, ꝙ corpus modicę quātitatis a ma-
xima multitudine dęmonū obſidetur.
Vnde legitur Mar. v. ubi dicitur ex per
ſona dęmonis. Legio mihi nomen eſt.
Continet autē legio ſecundū Richar.
6666. Si ergo corpora haberēt dęmo-
nes; tot nullo modo intrare poſſēt cor
pus humanū tā modicū. ¶ Itē conſonat
ratio, quia creatura aliqua eſt merè cor
poralis; ut elementa, & mixta nō uiuē-
tia. Aliqua eſt cōpoſita ex ſpirituali, &
corpore; ut homo. Ideo etiam erit ali-
qua creatura purè ſpiritualis; alioquin
modi eſſendi in creaturis nō eſſent cō-
pleti. ¶ Item creatura merè ſpiritualis
perfectior eſt corporali, & cōpoſita ex
corporali, & ſpirituali. Si ergo illa defi-
ceret, in uniuerſo deficeret nobiliſſima
creatura, & eſſet creatura quaſi acepha
la carens digniori ſua parte. Ad Ori-
genē dicitur, ꝙ Orige. in illo ſicut in
multis aliis ſequens antiquorū philoſo-
phorū opinionē deceptus eſt; ita dicit
beatus Tho. ¶ Ad beatū Bern. dicitur,
ꝙ aliquid dupliciter dicitur eſſe incor-
poreū. Vno modo, quod nō indiget ſo-
latio corporis, nec ꝓpter ſe nec propter
alios, & ita ſolus deus eſt incorporeus.
Alio modo, quod nō indiget propter ſe.
Nā quātū ad operationes proprias nul
lo modo corporibus adiuuatur; indiget
tamē corpore aliquando in miniſterio
aliorū, ſeu propter alios. Sic angelus cū
mittitur, indiget, quandoq; corpore
propter eos, quibus mittitur: & illo mo
do angeli ſunt incorporei. Primo mo-
do accipit beatus Bern. ut patet ex cō
textu uerborū ſuorū. ¶ Ad beatū Greg.
dicitur, ꝙ accipit animal rationale trā-
ſumptiuè pro omni illo, quod habet ra-
tionē ſiue intellectū. ¶ Ad auctoritates
beati Augu. quas magiſter allegat, ſol-
uit ipſe dicens eū locutū ſecūdū aliorū
opinionē: nō propriā. ¶ Quantū ad ar-
Artic. 2 ticulum ſecundū nota, ꝙ ſicut colligi-
C tur ex dictis doctorū Alex. Sco. Tho. &
aliorū: ſpūm aſſumere corpus, eſt ſpiritū
coadſiſtere corpori diffinitiuè ut mo-
torē intrinſecū mobili tāquā inſtrumē
tū ad ſui, uel dei repræſentationē. ¶ Di-
citur primò in hac deſcriptione coadſi-
ſtere corpori: in hoc enim dicitur ſpiri
tus aſſumere .i. ad ſe aſſumere corpus:
quia coniūgitur ei per indiſtantiā loca-
lē non ſolū per operationem. ¶ Et ad-
ditur diffinitiuè, ad excludendū deum,
qui licet apparuerit patribus in figuris
corporalibus: Abrahę i tribus uiris, Moy
ſi in igne, populo in nube &c. Illa tamē
corpora nō aſſumpſit deus, alioquin cū
omnibus ſit intuitiuè pręſens; & omnia
operetur in omnibus, omnia corpora aſ
ſumeret; & maximè in omnibus, in qui-
bus ſe manifeſtauit creaturæ rationali:
& ita aſſumeret corpus prędicatoris uer
bū dei prędicātis. Nec dicitur aſſumpſiſ
ſe colūbæ ſpeciē; in qua apparuit ſpiri-
tuſsāctus. Nec ſtellā magis apparentē,
nec igneas linguas, nec ignē in rubo,
aut in monte Sina. Sed omnes illę appa
ritiones factę ſunt per angelos huiuſmo
di corpora figuralia aſſumētes; & in per
ſona dei loquentes. Vnde Aug. ij. & iij.
de trin. penè per totū materiā illam di-
ſputās oſtendit. c. xj. tertij omnes illas
apparitiones: in quibus manifeſtè ſcri-
ptura deū apparuiſſe, & locutū fuiſſe pa
tribus, & populo: dicit angelorū (in per
ſona dei loquentiū) miniſterio factas.
Vnde ait. Illa omnia, quę patribus uiſa
ſunt; cū deus illis ſecundū diſpenſatio-
nē ſuam tēporibus congruā pręſentare
tur: per creaturam facta manifeſtū eſt.
Et ſi nos latet quomodo ea miniſtris an
gelis fęcerit: per angelos tamē eſſe fa-
cta non ex noſtro ſenſu dicimus. Extat
enim auctoritas diuinarum ſcriptura-
rum, unde mēs noſtra deuiare non de-
bet. Et deinde proſequitur auctorita-
tes illud probātes apoſtoli .ſ. ad Heb. &
ex actibus apoſtolorū, ac libris ueteris
teſtamenti: per totum illud capitulum.
Et circa finem recapitulando dicit. Sa-
tis demonſtratum eſt, cum antiquis pa-
tribus noſtris ante incarnationē ſalua-
toris; cum deus apparere dicebatur; uo
ces illæ ac ſpecies corporales per ange
los factę ſunt; ſiue ipſis loquentibus, uel

agentibus aliquid ex perſona dei. Sicut etiam prophętas ſolere oſtēdimus: ſiue angelis aſſumentibus ex creatura, quod ipſi non eſſent: ubi deus figuratè oſtenderetur hominibus. Ecce cum dicat angelos aſſumpſiſſe figuras, in eis deum apparuiſſe. Non autem, inquit, illas figuras aſſumpſiſſe, cuius mihi (ſine temeritate loquor) alia ratio non apparet, niſi quia angeli huiuſmodi corporalibus figuris coextiterunt diffinitiuè, non autem deus. Et propter hoc puto Sco. addidiſſe hāc dictionē diffinitiuè. ¶ Dicitur cōſequenter in deſcriptione; ut motorem intrinſecū mobili, ad deſignandum, ꝙ aſſumptio illa non eſt per informationem, ſicut anima aſſumit.

Nec per hypoſtaticam unionem, ſicut uerbum aſſumpſit humanam naturam; ſed dūtaxat per motionem, & uſum corporis ad operationē: ſicut artifex utitur inſtrumento. ¶ Additur ad ſui, uel dei repręſentationem .i. ſignificationem. Hoc uerum eſt de angelis bonis tantū; quia mali ſępe aſſumunt corpora non propter dei repręſentationē; quia nō propter ſolū motū ſpiritus dicitur aſſumere corpus; alioquin intelligētia motrix orbis aſſumeret orbē. Et ſicut Alex. dicit: ſi moueret magnā turrim, illam aſſumeret, quod nō conceditur. Et in hoc etiā tangitur cauſa finalis huius aſſumptionis. Nā ſecundū ſanctū Bonauent. angeli nō indigent ſolatio corporis propter ſe: ſed ut nobis congruētius condeſcendāt: indigent ſolatio .i. adiutorio. Indigent, inquā, ad aliquas operationes exercēdas, indigēt ad ſeipſos manifeſtādos; indigēt ad noſmetipſos lętificādos, ſiue cōfirmādos. Loquitur de bonis angelis. Et ideo aſſumunt corpora ſicut inſtrumenta, uel organa ad operādū, ſicut ſigna ad manifeſtādū, ſicut cooperimēta uel habitacula ad cōſeruandū. Vnde corpus aſſumptū coniungitur illi ſicut inſtrumentū motori, ſicut ſignū ſignificatori, ſicut habitaculū habitatori &c. Hæc ſanctus Bonauē.

Not. 2. ¶ Secundò notandum, ꝙ quia finis
D imponit neceſſitatem his, quæ ſunt ad finē; ideo angelus aſſumit corpus prout congruit operationi, & ſignificationi. Vnde non aſſumit corpus cęleſte; quia cęlum non eſt ſuſceptiuum illorum accidentium, in quibus apparet. Poteſt autem aſſumere corpus mixtū a natura iā formatū; ut cadauer mortui, uel aliquid tale. Poteſt etiam aſſumere corpus nōdum a cauſis naturalibus cauſatum, uel formatum; ſed quod, quaſi tunc dū uolunt aſſumere, formatur ſubito, & completa operatione diſparet, ſicut fuit de Raphaele Tobię per totū. & Phanuale. Gen. xxxij. Et de angelo apparēte Manuæ in ſpecie uiri. Iudicum. xiij. Tunc dicunt aliqui (ut recitat ſanctus Bonauent.) ꝙ corpus tale formatur de natura elementari ſimplici .ſ. aeris hoc modo. Nam elementum aeris de ſui natura eſt rarefactibile, & cōdēſabile: ſi adſit uirtus, quæ hoc poſſit. Vnde ſicut uidemus aquam ſolidari in glaciē, & cryſtallum ex frigore; ſi contingit aliqua uirtute occulta, quæ nos latet, angelum aerem condenſare poſſe ſecundū magis, & minus ad uoluntatem angeli operantis. Hoc autē corpus cū condēſatur, poteſt ſuſcipere figurā, & effigiē talem, qualem uult angelus; & ita corpori organizato effici conforme. Poteſt nihilominus in una parte condenſari plus, in alia minus, in alia minime: & ſic conformari neruo, oſſi, & carni. Poteſt ēt in una ſui parte recipere plus de luce, in alia minus, in alia minime, & ſecūdū hoc habere in ſe diuerſos colores; & ita corpori humano effici quaſi in omnibus cōforme; et ita idoneum inſtrumētū, ſignū & habitaculum: ut ab angelo aſſumatur. ¶ Alijs tñ nō placet, ꝙ corpus aſſumēdū ſit de ſimplici elemēto; ſed ꝙ ſit ex aere cū admixtione alterius elemēti; ſicut in nube, quod nō eſt corpus plenè mixtū: habet tñ in ſe naturam plurium elementorum. Et per hunc modum corpus ab angelo aſſumptum principaliter ab aere putatur eſſe formatum, concurrēte ad hoc natura alicuius uaporis terreſtris, uel aquoſi: quo faciat tam ad uarietatem condenſationis, quā ad multiformitatē coloris. Hāc aūt nō oportet angelū de lōginquo mendicare; cū aer ꝑ magna ſui parte mixtus ſit uaporibus. Non eſt ergo corpus aſſumptū ab angelo mixtum plena mixtione. Tū quia tale corpus nō poſſet tā ſubito generari, aut formari, quia non eſſet natum generari niſi ſecundum determinatum proceſſum naturę. Nam ſi appareret in corpore hominis non prius geniti ꝑ naturā: illud corpus nō poſſet gnrari niſi in matrice. Nec pōt dici, ꝙ angelus ſubito inducat illā formā in materiā; quia nō pōt naturalem formam inducere; ſed tātū pōt actiua, & paſſiua conſequēter applicare & corporibus cęleſtibus in ſitu cōuenienti approximare; ut inducatur forma qualis nata eſt a talibus agentibus particularibus induci. Itaque corpus quaſi qđ ſubito formatur reſoluitur: eſt mixtum imperfecta mixtione, qualis poteſt induci ab agentibus naturalibus; quaſi ſubito facta approximatione elementorum; ita ꝙ magis aſſimilatur impreſſioni, quæ eſt imperfectè mixta. Cuius ſignum eſt (dicit Sco.) quia quando diſparet tale corpus: nō remanet aliquid talis corporis, in quod eſſet naturaliter reſolubile immediatè corpus aſſumptū: ſi fuiſſet pfectè mixtū. Corpus enim humanum ſi eſſet perfectè mixtum, non

Cōclu. eſſet natum redire niſi in cadauer. ¶ Il-
E lis pręmiſſis eſt hæc concluſio: quo ad illum articulum reſponſalis. Angeli tam boni, quàm mali poſſunt aſſumere corpora in quibus apparēt homini. Iſta cōcluſio manifeſta eſt ex ſcriptura utriuſque teſtamēti. Vbi habetur angelos in humanis corporibus apparuiſſe. Ad illa corpora angeli habebant ſpecialem coniūctionē; alias non magis apparuiſſent angeli, quā alia creatura. Nō autē fuit illa cōiunctio tanquam formę ad perfectibile: nec tanquam ſuppoſitantis ad naturam ſuppoſitatam; ut patet ex illo articulo. Nec alia dari poteſt niſi motoris, & mobilis: & talis qñ ſit ad ſignificandum ſui uel dei præſentiam eſt aſſū-

Artic. 3 ptio: ergo. ¶ Quātū ad tertiū articulū: de operationibus, quas operātur in corporibus aſſūptis: ſupponit, ꝙ multiplex eſt opatio. Quędā ad locū, quę uocatur motus localis. Alia ad formā abſolutā. & hæc eſt multiplex ſecundū multiplicitatē formarum. Nā ſunt formę nō uitales: ſimiliter quędā uitales. Et harū aliquę ſunt uegetatiuę potentię tantum, alię ſenſitiuæ, alię potentię intellectiuę. Formę, ad quas eſt operatio uegetatiua ſunt formę ſubſtantiales totales, ad quas eſt generatio. Vel pertiales, ad quas eſt nutritio, uel augmentatio. Formę potētię ſenſitiuę, & intellectiuę ſunt formę accidentales .ſ. cognitionis ſenſitiuę & intellectiuę. ¶ Scđm hęc po Cōcl. 1.
nūt cōcluſiones: & primo de motu locali: de quo eſt hæc cōcluſio prima. Oēm motum localem poteſt cauſare angelus in aſſumpto corpore ſecundum ſpeciem: & ita motum membrorum palpebrarum, manuū, pedum, linguę &c. motū etiam inſpirationis, & reſpirationis: etiā motū qui uidet̃ eſſe progreſſiuus. Probatur cōcluſio: quia nō eſt aliquod corpus ita imperfectū in uniuerſo, quin habeat in uirtute ſua actiua aliquod ubi ut patet de grano reſpectu cētri. Ergo multo magis habet hoc angelus reſpectu corporis aſſumpti. Non enim negādū eſt a perfectiore, qđ cōuenit imperfectiori: cū ſemper dignificāda ſit natura. Quod uerū eſt de his, quę nō importāt imperfectionē: quale eſt mouere: quod etiam deo cōuenit. ¶ Secunda cō Cōcl. 2.
cluſio. Angelus in corpe aſſumpto non G
pōt in opatiōes uitales potētiæ uegetatiuę. Probat̃ tā de ope nutritiōis, & augmētationis, quā gñationis. De primis duobus patet: qa illa opa nō pñt eē niſi cōpoſiti ſubſtantialis: in quo forma uiuēs pducit partialē formā eiuſdē rōnis in materia nutrimēti &c. ſed ibi nō eſt cōpoſitū uiuēs; nec forma uegetatiua: ergo. Sed nec angelus in materiā exteriorē pōt ducere quācunque formā abſolutā materialē: pōt tñ applicare paſſiuis actiua, ut pbat magiſter d. vij. In corpore autem aſſumpto nihil eſt actiuum formę uiuētis: neq; cōuerſiuum nutri-

mēti in ſubſtãtiã aliti. Similiter in opere generationis; quę fit ꝑ deciſionē ſeminis a uiuēte: in quo eſt uirtus formatiua fętus &c. requiritur compoſitũ uiuēs, de cuius nutrimenti tertię digeſtionis ſupfluo ꝑducitur ſemen &c. quę omnia deficiũt in corpore aſſumpto ꝑ angelum. ¶ Et dicitur notanter, ꝙ non poteſt in operationes uitales; quia angelus poteſt in comeſtionē, q̃ præcedit nutritionem. Illa .n. non eſt niſi diuiſio cibi per motũ localē maxillarũ, & traiectio eius in uentrem ſimiliter per motum localē. Et tunc poteſt fieri exhalatio, & reſolutio in humores, uel elemēta. Illi enim motus, locales non poſſunt fieri circa aſſũpta corpora uirtute actiua angeli. Vnde dixit Raphael Tobiæ. xij. Videbar quidem uobiſcum manducare, & bibere: ſed ego cibo inuiſibili & potu, quæ ab hominibus uideri non poteſt, utor. Si quidem uiſus fuit cibum maſticare, & traijcere: ſed conuerſus nō fuit in corpus uiuens. Et licet non poſſit fieri uera nutritio, poſſet tamen fieri iuxta poſitio elementi per angelum: quòd poteſt ſubito imperfectè miſceri, ſi uellet: ut ſic apponendo corpori appareat augmentari, & creſcere. Sic etiã poteſt dęmon alicui ſuccumbendo in aſſumpto corpore in ſpecie mulieris alicuius ſemen ſuſcipere, & ſeruare illud in ſua naturali qualitate conuenienti naturali generationi, quouſque transfundat illud in matricem alicuius fęminę ipſi incubando: & per hunc modum fęminas imp̃gnare. Vbi nihil facit, niſi ꝙ primò recipit ſemen a uiro ei in ſpecie fœminæ ſucccumbendo: & poſtea mouet illud localiter transfundēdo in fœminę matricem ei incubando. Et ſic ſi ſemen illud receptum, & transfuſum non amittit ſuam uim naturalē, & qualitatem conuenientem; poteſt per ipſũ fieri conceptio, & generatio: ac ſi primò de uiro a cuius corpore deciſum eſt immediatè transfuſum fuiſſet in fœminam illã. De hoc beatus Aug. xv. de ciui. dei. c. xxiij. dicit. Quoniam creberrima fama eſt: multique ſe expertos, uel ab eis, qui experti eſſent, de quorũ fide dubitandum non eſt, audiſſe cõfirmãt, ſyluanos atque faunos (quos uulgo incubos uocant) improbos ſępe extitiſſe mulieribus, & earum appetiſſe, & peregiſſe cõcubitum: & quoſdam dęmones, quos duſios galli nuncupant: aſſiduè hanc immunditiam, & tentare, & efficere: plures taleſque aſſeuerant: ut hoc negare impudentię uideatur. Hæc illę. Et hoc modo attribuitur angelo; non quidem bono. (Abſit enim ut tam uilibus ſe immiſceat) ſed malo generare; non ꝙ dę ſua ſubſtantia generet; ſed quia conſtituendo ſe primo ſuccubum; deinde incubum ſemen receptum tranſfundit. Nec dęmon ſic pater eſt pueri geniti, ſed uir a quo deciſum eſt illud ſemen: & a dęmone ſuccubo receptum. Et ita intelligenda ſunt, quę de incubis & ſuccubis in hiſtorijs, & ſanctorum legendis leguntur. Cõcl. 3 H ¶ Tertia concluſio. Angelus in aſſumpto corpore non poteſt producere actus potentię ſenſitiuę: cognitiones, ſcilicet & appetitiones: hoc eſt neque uiſionem, neque auditionem &c. Patet: quia illi actus requirunt animam ſenſitiuam tanquam principium actiuum: & organum perfectè mixtum corporis uiuentis tanquam ſubiectum: uel totum compoſitum ex potentia, & organo. Talia autem deficiunt in corpore aſſumpto: ergo. Cõcl. 4 ¶ Quarta concluſio. Omnes cognitiones, quas angelus habere uidetur per membra, ſeu partes aſſumpti corporis: non ſunt niſi cognitiones intellectiuę, quas etiam habere poſſet corpore non aſſumpto. Patet: quia mouendo linguam, uerba format, quibus loqui uidetur. & per hæc uerba conceptus ſuos aliis exprimere. Percipit etiã uoces loquentium; & intelligit ſermones eorum, quæ ſine cognitione fieri non poſſunt. Hæ autem cognitiones in angelo non ſunt ſenſitiuę: ergo ſunt intellectiuę. Tenet conſequentia a ſufficienti diuiſione. Et antecedens patet per concluſionem præcedentem. Hæc ſunt de intentione doctorum cõmuniter Alexan. Tho. Sco. Bonauen. & cæterorum. Vide ad idem Ockam. q. xx. ſecundi libri.

Arti. 4. Dub. 1. I ¶ Quantum ad articulum quartum mouentur aliqua dubia. Primum cõtra concluſionem ſecũdam articuli tertij. Nam angelos ueritatis non decet fictio: ſed ſi in corpore aſſumpto, quod apparet uiuum non operarentur opera uitę uerè: ſed tantum apparenter eſſet fictio. Item in operibus angelorum non debet aliquod eſſe fruſtra. Fruſtra autem in corpore aſſumpto eſſent aures, &c. niſi per illas ſentiret. ¶ Ad primum dicitur negando, ꝙ ſit fictio in eo, ꝙ angeli in aſſumpto corpore apparenter, & non uerè opera uitę operantur. Fictio enim eſt ſignum falſi; ut quando aliquid adhibetur ad ſignificandum aliquid uel aliqualiter. ſ. quod uel qualiter nõ eſt. Quandocunque autem eſt correſpondentia ſeu adæquatio ſignati ad ſignum: ita ꝙ res ſignificatę ita ſe habent ſicut ſignificantur: non eſt fictio: licet ſignum ſit alterius naturę, quàm ſignificatum. nam uocibus quę accidentia ſunt ſignificamus ſubſtantiam. Et ſicut cum aliquis geſtu corporis ſignificat qualitatē mentis alterius, cuius perſonam induit; licet in eo non ſunt qualitates mentis, quas figurat, non tamen ibi eſt fictio. Sic intelligibilia ſub figuris ſenſibilibus propter ſimilitudinem quandam ſiue fictionem ſignificamus: licet intelligibilia non ſint ſenſibilia. Ita non repugnat ueritati ſanctorum angelorum, ꝙ corpora aſſumpta apparent uiuentia: licet non ſint. Non enim aſſumuntur ad repræſentandum uitam ipſorum corporum; ſed ad repræſentandum præſentiam angelorum qui uerè uiuunt. & ut per ſimilitudinem humanorum operũ, deſignentur proprietates, & opera angelorum ſiue earum rerum, ad quas repręſentandas corpora aſſumit. ſic angelus Raphael loquebatur Tobiæ apparenter comedit & bibit &c. Vt per hoc ſe exhibuerat cõg uum itineris ſocium, & ductorem: ac diuinam miſericordiam ei impenſam manifeſtaret; ac in multis K inſtrueret. ¶ Per hoc patet reſponſio ad ſecundum. Ad quod dicitur, ꝙ membra in corpore aſſumpto non ſunt fruſtra: licet per ea uitalia opera angeli nõ exerceant: quia ad hoc non ſunt aſſumpta; ſed ad ſignificandum proprietates angelorum: & ad congruam informationem eorum, ad quos mittuntur. Non eſt enim figura oculi in aſſumpto corpore ut per ipſum angelus uideat: ſed ut ſignificet uirtutem cognitiuam angelorum. ¶ Secundò dubitatur. Si comeſtio angelorum non fuit uerè operatio uitalis; tunc comeſtio chriſti cum diſcipulis non fuiſſet probatio ſufficiens ueræ reſurrectionis: cum tamen ad hoc chriſtus cum diſcipulis comedit, ut ſe uerè reſurrexiſſe ad uitam comprobaret. Dub. 2. L ¶ Pro illo dubio uide Augu. epiſtola. xlix. & eſt ad Deo gratias. de ſex quęſtionibus in. q. j. Reſpondet Sco. diſt. illa: ꝙ ad probandum reſurrectionē chriſti ueram ſunt multa alia argumenta efficaciora in euangelio: cum quibus & comeſtio chriſti ſatis probat ueram reſurrectionem, etſi non per ſe tantum. ¶ Vel dicitur ſecundum eundem, ꝙ comeſtio chriſti fuit uera comeſtio ordinata ad ueram nutritionem: quia Sco. non reputat inconueniens, ꝙ corpus glorioſum poſſit cõuertere corpus non glorioſum in ipſum: ſicut corpus non glorioſum eſſe ſimul poteſt cũ corpore glorioſo; nec propter hoc eſt corruptibile, ꝙ poteſt aliquid conuertere in ſe. Poſſet enim deus corpus glorioſum facere in minima quantitate: & augere illud per comeſtionem; nec tamen aliquid corrumperetur de nutrimēto, & aucto. Hæc Sco. Illa enim nutritio; & augmentatio non fieret per ſuſceptionem nutrimenti in poros per reſolutionem partium corporis glorioſi cauſatos: cum corpora glorioſa ſint incorruptibilia. Nec fieret ad reſtaurationem deperditi: ſed fieret per appoſitionem nutrimenti, & eius conuerſionē in corpus glorioſum. Sed de hoc alibi. Dub. 3. M ¶ Tertiò dubitatur. Quare Abraã angelis ſibi apparentibus cibos obtulit; cum ſciret angelos eſcis non indigere;

& illos intelligeret eſſe angelos. Quod
ex eo patet: quia eos adorauit. Reſpon
det Alex. de Hal. par. iij. q. xxxiiij. mem
bro. vj. ꝙ Abraam primò putabat eos eſ
ſe homines, & cibo indigere: propter
quod cibos obtulit; ſed poſtea cogno-
uit eos eſſe angelos; dum ſe ad Sodo-
mæ ſubuerſionem deſcendiſſe declara-
bant: ut habetur Geñ. xviij. ¶ Et ſi re-
plicatur, ꝙ prius adorauit, quàm ci-
bum obtulit: & ita prius eos fuiſſe an-
gelos recognouit. Dicendum, ꝙ illa
adoratio non fuit latria, quę deo offer-
tur; nec dulia, quę angelis exhibetur:
ſed dulia, quę exhibeẽ hominibus reue
rentię cauſa. Vnde cum adorauit eos
Abraam: nondum cognouit, ut ange-
los: ſed adorauit ut homines quos uidit
in reuerenda perſona. Poſtmodum au-
tem intellexit eos angelos: & deum in
eis apparuiſſe; unde trinitatem in uni-
tate cognouit; ut dicit Augu. in lib. de
trini. Vnde de ipſo canitur Tres uidit,
& unum adorauit. Cum ſcilicet dixit.
Loquar ad dominum deum meum; cum
Dub. 4. ſim puluis & cinis. ¶ Vltimò dubitatur.
N Vtrum angelus ad hoc, ut loquatur in-
digeat plectro linguę aſſumpti corporis.
Reſpondetur ſecundum Alexan. ubi ſu-
pra. q. xxxv. circa fi. ꝙ angelus poteſt
formare uoces ſenſitiuas in aere ſine
lingua, & inſtrumentis corporeis ad hoc
a natura determinatis. Quod patet:
quia uoces in pręceptorũ datione Exo.
xx. angeli formauerunt: ſic in baptiſma
te, & trãſfiguratione Mat. iij. & xvij. au
dita ex uox. Hic eſt filius meus dilectus
&c. Similiter loquebatur per aſinam Ba
laam, cuius tamen lingua non fuit aptũ
inſtrumentum ad loquendum. Vnde li-
cet ſint certa inſtrumenta ad uocem ar
ticulatam formandam neceſſaria. ſ. lin-
gua, palatum, dentes &c. Verum eſt
ad formandum uocem ab homine; hoc
eſt: hęc inſtrumenta ſunt neceſſaria ho-
mini: ſed non angelo. Nam quod agit
anima corpori coniuncta per organum
corporeum: hoc facit ſpiritus ſeparatus
ſine organo corporis aſſumpti: licet an
gelus formans uoces, non facit eas ſine
fractione aeris, uel alterius medij. Sed
frangere poteſt aerem, uel aliud mediũ
ſine corporis aſſumptione: ſicut homo
citharizat ſine uocali ſono. Et tantum
de hac quæſtione.

## QVAESTIO. II.

CIRCA tertiam concluſio- A
nem textus quæritur. Vtrũ
dęmones humana corpora
poſsidẽtes illabantur anima
bus, & ſuis præſtigijs illudant humanis
ſenſibus. ¶ In quęſtione erunt articuli
tres ſecundum tria; quę quæruntur. Pri
mus de obſeſsione corporum. ¶ Circa Arti. 1.
quam aduertendum poſt ſanctum Bo- Nota. 1.
nauen. ꝙ dęmones per naturæ ſuę ſub-
tilitatem, & ſpiritualitatem poſſunt na-
turaliter quæcunque corpora penetra-
re: & in eis ſine aliquo obſtaculo impe-
dimenti ſubſiſtere: nulla enim corpo-
ralis dimenſio impedit ſpiritum. Non
enim naturę ſubſtantiarum in genere,
ſeu uniuerſaliter: ſed naturę corporum
dimenſionatorum extra ſe exiſtentium
repugnat penetratio: nullum ergo cor-
pus obſtaculum ſpiritui præbere poteſt.
Sed ſicut lumen penetrat aera uſque ad
profundum, & ibidem manet: ita ſpiri-
tus corpus humanum ſubintrare poteſt:
& in eius interioribus habitare. ¶ Poſ-
ſunt etiam dæmones ratione ſuæ na-
turalis potẽtię corpora, in quibus ſunt:
commouere, & turbare, uexare, ac af-
fligere: & naturales operationes talis
hominis impedire: niſi prohibeantur a
ſuperiori uirtute: & dum hęc faciunt
deo permittente, dicuntur corpora ob-
ſidere. Permittit autem deus huiuſmo-
di fieri ſiue ad gloriæ ſuæ oſtenſionem
in poteſtatiua eorum eiectione: ſiue ad
peccati punitionem: ſiue ad peccantis
correctionem: ſiue ad noſtram erudi-
tionem. Sed ex qua illarum cauſarum
hęc determinatè deus permittit, hoc
latet humanam induſtriam: quia iudi-
cia dei occulta: certum autem, ꝙ non
permittit iniuſtè: nec ſine cauſa. ¶ Qui
bus pręmiſsis, eſt hęc concluſio. Dęmo-
nes



nes dum non prohibentur a ſuperiori
uirtute: poſſunt humana corpora ſub-
ſtantialiter ſubintrando obſiderè. Pro-
batur multiplici auctoritate ſcriptura
atteſtante: demones eiectos a corpo-
ribus a Chriſto, & Apoſtolis, non au-
tem eijciuntur niſi prius inhabitent, &
obſideat: ergo &c. Item Augu. in lib.
de diuinatione dictionum loquens de
dæmonibus ait. Suadent miris, & inui-
ſibilibus modis per illam ſubtilitatem
ſuorum corporum hominum corpora
non ſentientium penetrando. Si ergo
poteſt corpus penetrare; poteſt etiam
ibi quieſcere: ergo poteſt inhabitare.
¶ Item conſtat, ꝙ aliqui a dæmonibus
obſidentur, aut, ergo, quia dæmon
habet in eis effectum, aut quia eſt in eis
ſecundum ſubſtantiam. Si primum; er-
go omnes peccatores eſſent obſeſsi a
diabolo: quod falſum eſt. Ergo ſecun-
dum. ſ. ꝙ quia ſunt in eis ſecundum ſub-
ſtantiam, obſeſsi dicuntur. ¶ Ex hoc
colligitur, ꝙ obſeſsio dęmonis dicit in-
timam, & ſubſtantialem pręſentiam dę-
monis corpori humano. Pręſentia inti-
ma dicit præſentiam indiſtantem, & pe
netratiuam ſubſtantialem tamen. An
autem etiam dicat operationem eius in
corpore ipſum conturbando, impedien
do, & affligendo, dubium eſt, conſiſtit
autem in acceptione termini. ſi quidem
intima dęmonis pręſentia cognoſci nò
poteſt ab homine, niſi per aliqua eius
C opera in corpore. ¶ Sed contra hanc cõ
cluſionem uidetur eſſe illud, quod dici-
tur in gloſ. ſuper illud Pſal. Dominus
in templo ſancto ſuo: quę dicit. Simu-
lacris aſsidere poteſt ſpiritus immundus
intrinſecus eſſe non poteſt. Si ergo non
poteſt eſſe intrinſecus in ſimulacris, mul
to minus in corporibus humanis. Item
Beda ſuper actus. Implet Sathanas cor
alicuius, non quidem ingrediens in eũ;
nec in ſenſu eius. ¶ Ad illa dicitur ſecun
dum Bonauen. Ad primum, ꝙ eſſe in-
trinſecum in aliquo poteſt eſſe duplici-
ter. Vel ſicut contentum reſpectu con-
tinentis, ut aqua reſpectu uaſis, & ſic dę
mon poteſt eſſe intrinſecus in ſimula-
cris. Alio modo eſſe intrinſecum dicit
aliquid quòd dicit influit in intima rei,
et influendo perficit, & conſeruat: &
hoc modo non conuenit dęmoni: nec
reſpectu ſimulacri, nec reſpectu homi-
nis: & illo modo loquitur illa gloſ. ¶ Ad
Bedam dicitur, ꝙ loquiẽ de ingreſſu in
hominem, q attenditur ex parte ſpiritus
rationalis: ut patet ex uerbis pręcedẽti
bus; q̃ ẽt ponit magiſtęr in textu. Vult
.n. ꝙ nõ ingrediatur mẽtem, de quo ſta
tim dicetur. ¶ Quantũ ad ſcđm articulũ Artic. 2
ſciendũ ꝙ illabi duo dicit. ſ. intimã præ- D
ſentiã eius, qđ illabitur, & cui illabitur.
Scđò dicit omnimodam, & plenam pręs
ſidentiã, & dominium illabentis ſuper il
lapſum: quorum ſi alterum deeſt, non
eſt illapſus. Per hoc reſpondetur p̱ duas
concluſiones ¶ Prima eſt: ſi dæmon po Cõcl. 1
teſt eſſe ſubſtantialiter pręſens, animæ
illabi tamen ei eſt ſimpliciter impoſsibi
le. Prima pars patet: quia dæmon poteſt
ſubſtantialiter eſſe præſens corpori hu
mano ex præcedenti articulo: ergo
etiam animę. Tenet conſequentia: quia
quandocũq; aliqua duo ſunt ſubſtãtiali
ter præſentia eidem tertio: illa ſunt ſub
ſtantialiter ſibiipſis pręſentia: ſed tã dæ
mon, quã anima poſsũt eſſe ſubſtãtiali
ter pręſentia eidem corpori: ergo & ſi-
biipſis. Conſequẽtia nota. Maior patet:
quia ſubſtantialiter ſunt ſibi præſentia,
quorum ſubſtantiæ ſunt ſimul. ſed ſi ſub
ſtantiæ aliquorũ ſunt ſimul cum tertio
ſine indiſtantia a tertio: ſunt etiam ſi-
mul & indiſtantia a ſeipſiſ. Minor eſt ma
nifeſta de anima, q̃ eſt ſubſtãtialiter p̄-
ſens corpori, qđ informat. Patet & de
dęmone, ꝙ eſt ſubſtantialiter præſens
corpori, quod obſidet ex pręcedenti ar
ticulo. Secunda pars probatur: quia im-
poſsibile eſt dęmonem plenè pręſidere,
& dominari animę: & in ea op̱ari quic-
quid uult: quia hoc tolleret ab anima
arbitrii libertatem. Item tolleret ab ani
ma pręſidentiã diuinã. Impoſsibile eſt
enim plura præſidere uni ſecundum ple
num dominiũ, maximè ſibi cõtraria, ſeu
aduerſa. ¶ Scđa concluſio. Solus deus Cõcl. 2
illabi poteſt mẽti rationali, ſiue animę.

Patet: quia etſi aliqua poſſunt eſſe intima animę per localem indiſtātiā; ſolus tamen deus habet in mente rationali plenum dominium regitiuum: ſolus .n. poteſt impedibiliter in anima producere quicquid uult, atque ab ea tollere, q̄ uult: ergo ſolus deus illabitur. Tenet cōſequētia ex quid nominis illabi: quod eſt eſſe intimè pręſens alicui ſecundum ſubſtantiam; & pręſidentiam, ac plenū dominium regitiuū. ¶ Sed diceres gloſ. ſuper illud Lucę. iiij. Ecce homo habēs dęmonium. Intrauerat diabolus, unde exierat Chriſtus. Chriſtus autem exierat, ubi illapſus erat. igitur. Reſpondeō ꝙ gloſ. illa loquitur de ingreſſu, & egreſſu non ſecundum illapſum, uel ſubſtantiam: ſed ſecūdum effectū gratię, & malitię. Vnde non uult gloſ. plus dicere, niſi ꝙ ubi fuit gratia, ibi cooperatiōe diaboli incepit eſſe malitia: quamuis ſi intelligeretur de ingreſſu ſecundum ſubſtantiam: non eſſet contra concluſionem. Sic tn̄ intelligi nō pōt: quia ſcd̄m ſubſtātiam etſi ingredi poſſet dæmon animā; non tamē poteſt egredi Chriſtus, quia nihil poſitiuū eſſe pōt in quo nō ſit ſubſtantialiter pręſens Chriſtus, q eſt deus

Arti. 3. infinitus. ¶ Quantū ad tertium articulū uidēdum. Vtrum dęmones ſuis pręſtigijs poſſunt illudere ſenſus humanos.

Nota. 1. E ¶ Notandū primò, ꝙ accipiendo terminos propriè: differētia eſt inter errorē, deluſionem, & præſtigium. Nā error ſuperius eſt ad reliqua duo: & deluſio ſuperius ad præſtigium. Nam omne præſtigium deluſio: & omnis deluſio eſt error: & non econuerſo. ¶ Eſt autem error generaliter iudicium falſum: quo. ſ diſſentitur uero, uel aſſētitur falſo. ¶ Deluſio, ſiue illuſio eſt iudicium falſum proueniens ex uariatione circa obiectum, potentiam, uel medium: qua qđ non eſt apparet: uel res aliter, quā eſt apparet. ¶ Pręſtigium ſecundū. Alexan. de Hal. par. ij. q. xliij membro. iij. ar. j. dicitur. dæmonis illuſio, q̄ non habet cauſam ex parte mutationis rei; ſed tātum ex parte cognoſcentis: & hoc ſiue quātum ad organum, ſiue ad uirtutem, ſeu potētiā.

Not. 2. ¶ Secundò notandum ꝙ ſecundū eundē ibidē illuſio poteſt fieri tripliciter. Aliquando ſola agitatione hominum oſtēdentium, & occultantium: ſicut in trāſiectoribus. Aliquando uirtute quorūdā corporum mineraliū, quę cęteris rebus appoſita faciunt eam uirtute naturali ſibi indita apparere talem, qualis nō eſt. Sic ēt dicit ſc̄tūs Bona. ꝙ ex poſitione candelę, & diſpoſitione paleę apparent eſſe ſerpentes operatione naturali. Et his duobus modis fieri poteſt illuſio ſine dęmonum cooperatione, quāuis & ipſi his modis uti poſſunt. Tertio mō fit operatiōe dęmonū; quia res exiſtens nō apparet; uel nō exiſtēs apparet; aut res exiſtentes aliter, quā ſe habēt apparēt. ¶ Quō aūt hoc contingat: ponuntur uarij modi a doctoribus; qui tn̄ ad tres reduci poſſūt. ¶ Primus modus eſt ꝑ mutationem aliquam in obiecto oſtendendo uel occultando propter quod illuſus iudicando errat. Primo modo fit illud: ut tactum eſt oſtendendo. Poteſt enim diabolus formare formas ſicut poteſt diuerſarum formarum corpora quaſi ſubito formare, & aſſumere: ut dictū eſt. Formas igitur diuerſas a ſe formatas poteſt uiſui obiicere: ſeu alteri ſenſui offerre: & illas frequenter mutare. Illas autem formas ſenſus uolens, nolenſque appręhendit. Vnde ſiue uelim, ſiue nolim uideo albū debito modo ſanis oculis, & diſpoſitis obiectum: oblatum ergo ſenſui natura appręhendit. Nec diabolus illam uiſionem cauſat in oculo; ſed potentia cum obiecto per diabolum oblato. nihil enim refert ad uerā, & naturalem uiſionem cauſandam: a quo obiectum oculis offeratur: nec ſic uidendo uiſus decipitur circa obiectum propriū: quia taliter eſt obiectum coloratum album, uel nigrum &c. qualiter iudicat. Sed decipitur circa obiectum per accidens: cum propter formam talem, qualem in re aliqua uel perſona eſſe cognouit: rem aliquā, uel perſonam, quæ ibi non eſt: ibi eſſe iudicat per phantaſiam uel magis per intellectum: ut ſi formam Petro ſimilem obijcit, iudico me uidere Petrum. Et ſecūdum diuerſas formarum oblationes, & mutationes ſubitas oblatæ formę, iudicat ſēper alia, & alia: & ſic deluditur. Sic legitur in beati Hiero. epiſtolari de ſanto Hilarione, diabolum ſe transfiguraſſe in perſonas mulierum nudarum &c. Et in miraculis beati Hiero. diabolum ſe trāſfiguraſſe in perſonam ſyluani. Et Nicetā in perſonam Simonis magi: ut dicitur in itinerario Clemētis. Sic ēt pōt occultare rē obiectam, ut non iudicetur eſſe pręſens, uel iudicetur alia aliquid inter obiectum huiuſmodi, & organum interponendo, quo totum non uideatur; uel inter partem eius magnam, uel paruam: ut aliqua pars occultetur, loco cuius aliquid aliud uideatur: quod tamen pars obiecti iudicetur: & ita res alia iudicetur. Poſſet etiam propter uariationem, quā cauſaret in medio, uel lumine multipliciter ſenſū illudere, ut aliud iudicaret, quàm eſſet in re: ſicut & nunc ſenſus propter huiuſmodi uariationes frequenter decipitur. Et ſi ponerentur ſpecies ab obiecto multiplicatæ per mediū ad organum: poſſet iterū multipliciter illudere prohibendo ſpecierū multiplicationem: & ſic impediret uiſionem: aut ſpecies ab alijs obiectis multiplicatas medio ingerendo. Si tamen poſſent conſeruari in medio ſine obiecto, quod non creditur: alias multipliciter poteſt ſpecies impedire, aut tranſmutare localiter: propter quod eiuſdem rei non uariatè cauſaretur alia, & alia uiſio. Oīa .n. illa per ſolū motū localem rerū, aut ſpecierū efficere poſſet. Et horū modorū aliquo poſſet reddere hominem inuiſibilem: licet oculis, & proſpectui pręſētem. Vide ad hoc Augu. xviij. de ciui. dei. c. xviij. ¶ Secundo modo poteſt fieri per aliquam mutationem factam circa organū ſenſus; nam & humor ſanguineus, uel uapor igneus deſcendens ad oculos, facit res uiſis apparere rubeas; & mutatio ſitus organi facit rem alibi apparere, quàm ſit. Quandoq; unam rē apparere duas: & ita de aliis. Has organi indiſpoſitiones pōt dæmon in organo cauſare per motū localē humorū uaporis, uel ſitus. Et per modicam huiuſmodi uariationem circa organum obiectū, uel mediū uariatur iudicium, & apparet res aliter, quā eſt. ¶ Tertio modo poteſt fieri illuſio per mutationem aliquam factam in ſpecie, uel habitu in ipſa potentia, aut memoria reſeruata, uel reſeruato. Intelligo autem per habitam ſpeciē derelictum aliquid in potentia cognitiua, uel reſeruatiua a cognitione habita ad ſimilem cognitionem motiuam. Illudit hoc modo diabolus non immittendo nouas ſpecies, uel phantaſmata in potentiam: niſi mediante obiecto de nouo oblato. Sed mouendo ſpecies iā habitas. nam cū phantaſmata inexiſtentia offerunt forti oblatione uirtuti interiori: & cum uirtus interior fortiter illis intendit: ſimilitudo rei uidetur eſſe ueritas. Quod manifeſtum eſt in phrenetico propter aſcenſum fumoſitatum ad cerebrum, ex modica occaſione exteriori uidetur ei, ꝙ uideat, uel audiat multa, quę nō ſunt ꝑſentia. ſic ꝑ fortem conuerſionē intenſionis phantaſma uidetur ueritas. Sic beatus Aug. exēplificat, ut recitat ſc̄tūs Bona. ꝙ quidam tanta conuerſione cogitabat cuiuſdam mulieris imaginem: ꝙ ei carnaliter commiſceri uidebatur etiam uigilando. Et ſicut in ſomnio uidetur dormienti, ꝙ uideat, audiat, & ſentiat multa in ueritate: cum ſpecies ſeu phantaſmata mota ueniunt ad organa ſenſuum. Sic dæmon poteſt phantaſmata, & ſpecies ſeu habitus mouere: ipſoſq, præſentare potentiæ cognitiuæ: & per hoc imaginationem ad eas conuertere. & per immiſsionem fumorum ſpūs animales immutare; & phantaſmata diuerſimodè uariare ac intentioni offerre: & facere diuerſa homini apparere. Et hoc modo frequentiſsimè utitur dæmon: ut dicit ſanctus Bonauen. Et huius ſignum eſt: quia nunquam facit hominem aliquid ſomniare de aliquo, cuius imaginem nec in toto, nec in parte unquam habebat in interiori organo uirtutis imaginarię: nunquam enim cęcos a natiuitate fa-

cit ſomniare de coloribus:nec ſurdos
de ſonis:nec eis talia repræſentat in ui
gilia, uel in ſomnis. Et hmõi illuſio pro-
Concl. priè dicitur præſtigialis. ¶ His premiſsis
F conclusio ad hunc articulum. ¶ Demon
ſuis preſtigijs, ac multiplicibus dolis il-
ludere poteſt ſenſibus humanis. Proba-
tur illa concluſio per beatum Aug. in de
ſpiritu & anima. c. xxviij. & in de ciui.
dei. lib. xviij. c. xviij. ad idẽ aliquid tãgit
Aug. ſed in loco pfato ſic inquit. Quedã
mulierculę poſt Sathanam conuerſæ il-
luſionibus, & phantaſmatibus ſeductę:
credunt ſe, & confitentur nocturnis ho
ris cum Diana paganorum dea: & cum
Herodiade, & innumera mulierum in-
ultitudine equitare: earumque iuſsio-
nibus obtemperare. Ipſe namque Satha
nas, quæ ſe transfigurat in angelum lu
cis; cum mentem cuiuſque mulierculę
cęperit: & hanc ſibi per infidelitatem
ſubiugauerit: ilico diuerſarum perſona
rum ſpecies mente, quam captiuam te
net, in ſomnis deludens, modo læta:
modo triſtia: modo cognitas, modo
incognitas perſonas oſtendens; per de-
uia quæque deducit; & cum ſolus hic
patitur ſpiritus infidelis non in anima:
ſed in corpore opinatur euenire. Id cir-
co nimis ſtultus, & hebes eſt: qui hæc
omnia, quæ in ſpiritu fiunt, etiam ac-
cidere arbitratur in corpore. Hæc Aug.
¶ Cum ergo diabolus in ipſa imagina-
tione dormientium quædam mira fa-
cit: ſicut etiam Aug. ante iam dictam
auctoritatem dicit; & hoc deludendo
imaginatiuam, quę eſt potentior, quam
ſenſus extra. Non mirum, ꝙ quædam
etiam deludendo facere poteſt modis
prędictis in ſenſibus extra. ¶ Itẽ in uitis
patrum legitur, ꝙ quidam duxerunt
quandam puellam ad ſanctum patrem,
quæ uidebatur eis equa: ſed ſanctus ille
pater depræhendit eam eſſe puellam,
& oratione ſua pręſtigium diaboli fuga-
uit. ¶ Item Boe. iiij. de conſola metro.
iij. Et Aug. lib. xviij. c. xviij. de ciui dei.
de ſocijs Vlyxis: tangit ibi de transfor
mationibus ſociorum Vlyxis in uarias
beſtiarum formas carminibus circe deę:
quæ fieri non potuit ſubſtantialiter, ſed
tantum apparenter: & ſecundum ali-
qua accidentia exteriora ſecundum ali
quem modorum prædictorum. Pote-
rat enim diabolus aliam formam alte-
rius corporis oſtendere, & eos occulta-
re, uel modo pręſtigij intuentium ocu-
los fallere &c. Vide ad hoc late Aug.
ubi ſupra lib xviij. de ciui. dei. & ſanctũ
Tho. in de potentia in. q. xvj. arti. ix. &
x. ¶ Quantum ad articulum quartum Arti. 4.
eſt primum dubium. Vtrum dæmones Dub. 1.
poſſunt facere miracula. Pro reſpon- G
ſione ad hoc dubium: notandum poſt
Alex. de Hales. par. ij. q. xliij. membro.
x. prope finem. Miraculum largè ac-
ceptum eſt operatio, uel opus, quod fit
præter ſolitum naturę curſum. Ad idem
facit quod dicit Aug. in de utilitate cre
dendi. Miraculum eſt arduum aliquod,
& inſolitum ſupra ſpem, & facultatem
exiſtens admirantis. Arduum dicitur
ſecundum Alexan. ſupra poteſtatem na
turę. Inſolitum, quod eſt contra ſoli-
tum, curſum naturæ. Supra ſpem uir-
tutis humanę. Supra facultatem, id eſt
ſupra rationem, & poteſtatem admiran
tis. Propter primum, eclipſis ſolis non
eſt miraculum. Propter ſecundum, crea
tio animæ intellectiuę non eſt miracu-
lum. Propter ultima duo reſpectu dei
nullum eſt miraculum; quia nihil eſt ſu-
pra facultatem dei. ¶ Hoc poteſt con-
tingere dupliciter: uel quantum ad rem
factam, uel quantum ad faciendi mo-
dum. ¶ Quantum ad rem factam: quan-
do effectus; uel res producitur non con
currente cauſa ſecunda naturali; aut in
ſubiecto non habente ordinẽ naturalem
ad talis effectus ſuſceptionem. Exemplũ
primi. ut eſt creatio noui effectus inſo
liti ſecundum ſe totum de nihilo. Exem
plum ſecundi: ut ſuſcitatio mortui ca-
daueris, illuminatio ceci nati. In pri-
mo nihil nouum producitur; ſed om-
nia dudum producta uniuntur corpori
cadaueris non habentis ordinem: hoc
eſt diſpoſitionem naturalem ad animæ
ſuſceptionem, ſicut partus uirginis, di-
menſionũ penetratio, replicatio eiuſdẽ
corporis



corporis ſimul ad loca diſtincta circum
ſcriptiuè locantia ſunt miracula. ¶ Se-
cundo modo quantum ad modum faciẽ
di tantum; cũ aliquid producitur a cau-
ſis naturalibus; ſed in mora breuiore,
quam ſit ſolitus naturæ curſus propter
inconſuetam, & ſubitam applicationẽ
actiuorum, & paſsiuorum. Illo modo
productio ſubita ranarũ de puluere ter-
ræ: quæ tamẽ fieri poſſet per naturã tẽ-
pore longiore, dicitur miraculum, quan
tum ad modum, nõ quantũ ad factũ. Et
hoc uerum ſi hmõi effectus educãtur de
potentia materię: ſic quaſi ſubito quali
ficatę, uel diſpoſitę. Formæ enim ſubſtã
tiales nõ producuntur, ſeu generantur
in materiam; niſi materia diſpoſita; in
termino autem diſpoſitionis forma edu
citur inſtantaneę ſiue ſubito: ſicut eſt ui
dere in ligno igne appoſito, quod dum
ſufficienter calefactum eſt; & exiccatũ
in omnibus eius partibus: uniformiter
ſubito erumpit flãma. Et licet ſucceſsiuè
calefiat, & exiccetur: tñ forma ignis nõ
ſic ſucceſsiuè producitur; ſed expectat
ſufficientẽ diſpoſitionem combuſtibi-
lis, qua exiſtẽte ſimul producit in omni
bus partibus cõbuſtibilis ęquè diſpoſitis.
Quantò ergo diſpoſitio materiæ accele
ratur per celerẽ actiuorũ applicationẽ,
& impedientium remotionem, tãtò ef-
fectus celerius producitur. Vnde ſi illa
ſucceſsiua, & moroſa applicatio, matu-
rantiũ fructus arboris fieret ſubito: ſu-
bito produceretur fructus, ſicut fieri po
tuit in uirga Aaron, ſubito producente
gemmas, flores, & fructus. Nume. xvij.
& ita de alijs generabilibus. Et ſicut
dicit beatus Augu. in de mira. ſcriptu-
ræ: ꝙ nihil eorum, quę fecit deus per
Moyſen, & Aaron contra naturam fa-
ctum eſt. i. non contra poſsibilitatem
naturæ quodammodo ordinatè ad illa:
ut cum ex aqua factus eſt ſanguis: & ra-
næ ex puluere, cinifes, & locuſtæ &c.
Erat enim materia illorum in potentia
ad huiuſmodi formas: & ita poſsibili-
tas naturalis educendi formas huiuſmo
di de potentia materiæ aquæ, pulueris,
ac cinerum &c. Sic ergo in his operi-
bus non fuit miraculum, quantum ad
factum: ſed quantum ad modum faciẽ-
di, ut protinus fieret, quod per natu-
ram fieri poſſet ſucceſsiuè. ¶ Et hunc
modum ſubdiſtinguit Alexan. Nam aut
huiuſmodi operatio fit ſubito. i. in inſtã
ti: & ſic fit a diuina uirtute: & ſic pro-
priè dicitur miraculum. Vel fit ſubito
ſeu repente. i. in tempore quaſi imperce
ptibili, & ſic dicit, ꝙ uerè non eſt mira-
culum dicendum: ſed mirabile. Sed quia
difficile poſſunt illa diſtingui, quando
ſic, uel ſic fiat: ideo frequenter mira-
culum pro mirabili; & econuerſo, mi-
rabile pro miraculo accipitur. Vide-
tur tamen, ꝙ illa ſubdiſtinctio clarius
ſic poni poſſet: ꝙ illæ conuerſiones, uel
mutationes in inſtanti, uel repentè poſ
ſunt dupliciter fieri. Vel ſic, ꝙ effectus
illi nõ producuntur a principijs naturę:
ſed immediatè a deo ſiue in inſtãti, ſiue
ſucceſsiuè. & tũc eſt uerè miraculum ſe
cundũ primum modum, licet eundẽ effe
ctũ natura poſſet producere in tẽpore.
Alio modo põt effectus produci a princi
pijs naturę in inſtanti, uel in tẽpore ſu-
bito propter inſtantaneã, uel repentinã
applicationem actiuorũ paſsiuis pręter
ſolitum naturæ curſum. Et tunc non eſt
proprijſsimè miraculum: ſed propriè
mirabile; hoc eſt miraculũ ſecundo mo
do. Nam & natura poteſt producere ef-
fectũ in inſtanti diſpoſito recipiente. Sic
tenet philoſophus de luminẽ, & uiſio-
ne. ¶ Aduertendum inſuper, ꝙ adhuc Not. 2.
miracula diſtinguuntur in miracula ue- H
ra, & miracula falſa, ſiue mendacia.
Vera dicuntur ea, quę ordinantur ad
bonum finem. ſ. eruditionem eccleſiæ,
& ſalutem fidelium. Talia ſunt miracula
bonorum angelorum, & ſanctorum.
Miracula falſa, & mendacia ſunt, quę
ordinantur ad deceptionem, & ſubuer
ſionem uidentium: licet quandoq; res
illę ueræ res ſint, quæ uidentur. Vn-
de omnia miracula dæmonum ſunt ſi-
gna falſa, & prodigia mendacia. Et ſe
cundum hoc dicit apoſtolus. ij. ad Theſ.
ij. de Antichriſto. Cuius eſt inquit,
aduentus ſecundum operationem Sa-

thanę,in omni uirtute, & ſignis,& prodigijs mendacibus: & in omni ſeductione iniquitatis his, qui pereunt. Intendet enim decipere homines per miracula ſua; & facere credere non deum eſſe deum,& ſeducere in interitum ſempiternum. Et ideo omnia eius miracula ſiue fiant per ueram rerum immutationem, ſiue per apparentiam ſolum, & illuſionem: falſa ſunt, & mendacia

Nota. 3 I ſigna. ¶ Cõſequenter aduertendum ex dictis queſtionis præcedentis huius diſtinctionis, ꝙ tam angeli boni, quàm dæmones extra ſe non poſſunt producere nouam formam ſubſtantialem, uel accidentalem, niſi tamquam obiectum ſui cognitionem in alio. de quo infra. Sed omnis eorum operatio eſt in ſolo motu locali: quo poſſunt repente applicare actiua paſsiuis, ad productionem effectuum a cauſis ſuis naturalibus. Vnde beatus Augu. iij. de trini. c. viij. dicit. Sicut ergo nec parentes dicimus creatores hominum, nec agricolas creatores frugum: quamuis eorum extrinſecus adhibitis motibus iſta creanda dei uirtus intus operetur. Ita non ſolũ malos: ſed nec bonos angelos putare fas eſt creatores. Sed pro ſubtilitate ſui ſenſus, & corporis, ſemina iſta rerum nobis occultiora nouerunt; & ea per congruas contemperationes elementorum latenter ſpargunt, atq; ita gignendarum rerum, atq; accelerandorum incrementorum præbent, occaſiones. Hæc illę. Et accipit hic Augu. creare pro inductione formæ, ultimę ſiue ſpeciuocę: quoniam ad creationem propriè dictam productionem. ſ. rei de nihilo. Ad hanc enim creationem creatura occaſionem dare non poteſt. Non ſunt ergo creatores: quia formam inducere non poſſunt, materiam pręparare poſſunt: non aliquid producendo in materia, ſed applicãdo eam actiuo, ut ab ipſo recipiat formam. Nec propter hoc impotentior eſt angelus natura: licet non poteſt producere formam, quã natura producit: nec generare ſibi ſimile, quod aſinus poteſt; quia perfectior eſt, & in alijs perfectionibus potentior: ut in motibus corporum, in aſſecutione finis ultimi modo perfectiſsimo. ¶ Per hoc reſpondetur ad dubium per tres propoſitiones. ¶ Prima, ꝙ miracula

propriè ſecundum primum modum dicta dæmones facere non poſſunt. ppõ. 1. K

Patet: quia non poſſunt facere, aut inducere res, aut formas nouas in ſubiectum; uel materiam non diſpoſitam ad earum ſuſceptionem. ergo. Tenet conſequentia ex quid nominis miraculi illo modo accepti. Antecedens patet ex

proximo notabili. ¶ Secunda propoſitio. ppõ. 2.

Dæmones poſſunt facere miracula ſecundo modo dicta. Patet: quia poſſunt repente actiua paſsiuis applicare pręter ſolitum naturæ curſum, propter quem ipſa actiua producunt ueras res de nouo, quæ taliter ſeu tam ſubito produci non poſſent: niſi dęmonum miniſterio actiua applicarentur. Ergo. Conſequentia nota. Antecedens patet. Nam Exo. vij. dicitur, ꝙ uirga Aaron proiecta uerſa eſt in colubrum. Fecerunt autem malefici per incantationes Aegyptiacas & arcana quædam ſimiliter, & proiecerunt ſinguli uirgas ſuas quæ uerſæ ſunt in dracones. Siut ergo uerſio uirgæ Aaron in colubrum fuit uera; ſic & uirgarum magorum Pharaonis in dracones facta eſt ſecundum beatum Auguſtinum, ubi ſupra non phantaſticè. ſed uerè. Vel collectione ſeminum, uel aliter, ut patet per gloſ. ibidem.

¶ Quòd uero Strabus dicit ſciendum, ꝙ diabolicis figmentis oculos ſpectantium deludebant; ut res in ſua natura manentes aliud uiderentur. Reſpondet Alexander, ꝙ Strabus loquitur illud non aſſertiuè: ſed diſiungit illud cum gloſ. Auguſtini, cuius ſententia iam poſita eſt: unde dicit utrumq; diſiunctiuè, ſic uel ſic. Vnde ait gloſ. Sciendum, quia uel diabolicis figmentis oculos ſpectantium deludebant: ut res in ſua natura manentes aliud uiderentur. Vel ſecundum Auguſti-



num. Dęmones quamuis mali naturam ſuam non amiſerunt. Ideo dum per incantationem eorum malefici aliquid efficere conantur; diſcurrunt per mundum: & ſubito ſemina eorum, de quibus hoc agitur, afferunt. Sicq; ex illis permittente deo, nouas rerum ſpe-

põp. 3. cies producũt. hæc gloſ. ¶ Tertia propoſitio. Omnia dæmonum miracula, etſi aliquando quantum ad rem de nouo productam uera ſunt: tamen quantum ad finem ſigna ſunt mendacia. Patet: quia omnia operatur ad fallendum, & perdendum homines: ut di-

Dub. 2. L ctum eſt. ¶ Secundò dubitatur de carminibus,& incantationibus,an habeant aliquam cauſalitatem reſpectu effectuum eos conſequentium. Ad hoc dubium reſpondetur breuiter. Primò, ꝙ carmina magorum nullam habent in ſe uim effectiuam reſpectu effectus cõſequentis. Illa enim non ſunt niſi uoces, & ſcripta certo modo prolata: aut certis characteribus deſcripta: quæ non habent ex ſe maiorem uim, quàm ſonus ex aere fracto cauſatus, aut atramentum,uel alia ſubſtantia,unde cauſantur. Quæ manifeſtum eſt ad talem effectum uim,aut ordinem naturalem non habere. Sequitur autem effectus tales operationes dęmonum modis ſupradictis: uerè uel illuſoriè hunc cauſantibus propter quoſdam priuatos contractus, ſeu pacta cum ſibi adhærentibus,ut dicit Augu. Habent enim ſpiritus maligni pactiones cum aliquibus hominibus; & conſeruant pacta, ac promiſſa: non quia ueraces: ſed ut alij eis adhęreant; quia ſi nulla pacta ſeruarent, nulli eis ſeruirent. Et ut hi,quibus promiſſa ſeruantur,eos colãt: quia ex ſua ſuperbia pręcipuè appetunt diuinos honores. Permittit autem deus eos in aliquos propter eorum peccata, uel aliam occultam cauſam exercere ſuam poteſtatem,non tamen iniuſtam. Habent ergo pactum cum maleficis: ut dum hæc uerba proferunt tali modo: puta ante ſolis ortũ,uel in tali loco tali geſtu: aut faciũt hoc puta curuãt acũ: percutiunt palliũ &c. ſequitur ille effectus,quẽ nõ uerba, uel acus incuruata, aut pallij percusſio: ſed ipſe diſcurrens operatᷣ,ut ſup. gloſ. allegata tangit: imitãs in hoc peruersè Chriſtũ dñm in eccleſia ſacramenta inſtituentẽ,per quorũ uſum gratia animę cõfertur: nõ a ſacramẽtis effectiuè,ſed a Chriſto ſuo ſacramẽto tãquã ſigno efficaci aſsiſtẽti. Et ſicut grã talis nõ cõferretᷣ ſine ſacramẽto: ita diabolus nõ operatur talia ex ſuo pacto ceſſante maleficio: unde dicit Sco. in iiij. diſt. xxxiiij. ꝙ trufatica eſt hęc q̃ſtio: an liceat tollere maleficiũ intẽtione curãdi maleficiatũ: licet eñ immo meritoriũ eſt deſtruere opera diaboli; nec in hoc eſt infidelitas aliqua; quia deſtruẽs nõ acqeſcit operibus malignis: ſed credit dęmonẽ poſſe,& uelle fatigare: dũ tale ſignũ,ſeu maleficiũ durat: & deſtructio illius ſigni imponit finẽ tali fatigationi. Nõ tñ licet miniſterio dęmonũ ꝑ alias incantationes curare priores: ſed curandæ ſunt ſanctorum orationibus fuſis ad dominum,eleęmoſynis,& pijs operibus; uel ſi deo amouere nõ placet,patienter ueniunt tolerãdæ. ¶ Poſſunt etiam quãdoq; maleficia, & incantationes fieri per adhibitionem rerum naturalium maleficiatis, ut uenenatarũ herbarũ,radicum,lapidum,& cęterorum ſimilium, quorum occultas proprietates nouerunt dęmones. Et nõ eſt dubium,quin talia applicata ſuis paſsiuis poſſunt habere non ex dęmonum uirtute: ſed ſua naturali proprieta

te operationem efficacem. ¶ Tertiò du Dub. 3. M

bitatur. Vtrũ dęmõ poſsit malas cogitationes immittere. Supponitᷣ ex pręmiſsis: ꝙ dęmon nõ poteſt ſua uirtute aliquam cogitationem in nobis producere,ſeu immediatè generare: hoc eñ ſolius eſt potentię cognitiuæ noſtræ,& omnipotentię diuinę. ¶ Secũdò, ꝙ obiecta poteſt offerre,& ſpecies, habitus, & phantaſmata mouere, qbus oblatis,aut motis ſequitᷣ cognitio, ſiue cogitatio, niſi potẽtia cognitiua circa alia ſit uehemẽtius occupata. ita eñ experimur in nobis, ꝙ nonnunquam apertis ocu-

ſis prætereuntem non uidemus: uel ſaltem nos uidere non attēdimus propter fortem imaginationē circa aliqua interiora. ¶ Item notandum, ꝙ ſecundū ſanctum Bonau. q. x. præſentis diſtinctionis immittere cogitationem dupliciter accipitur. Vno modo, ut eſt principaliter, ac ſufficienter cauſare, uel efficere cogitationes in mente hominis. Alio modo largius: ut eſt principaliter, uel occaſionaliter, aut excitatiuē mouere ad cogitationis formationem. ¶ Tūc dicitur, ꝙ primo modo accipiendo immittere; nec angelus bonus, nec malus poteſt mēti noſtrę immittere cogitationes. Hoc enim ſolius dei eſt, qui ſolus poteſt ſufficiēter. i. ſine cōcurſu alterius cauſæ infundere cogitationes eas in mente creādo, & ſic immittere. omniū enim affectuū ipſe eſt cauſa principalis, & efficiens: ſine quo ſicut nihil factū eſt: & ita nec etiā fieri poteſt. Et ita nulla creatura præter eum poteſt eſſe cauſa totalis cuiuſcunq; effectus. Accipiendo autem immittere ſecūdo modo ſiue largē: ſic poteſt angelus bonus, bonas: & malus, malas immittere, modis

N ſupra tactis. ¶ Sed tūc eſt dubiū: an poſſit compellere ad cogitationes malas. Et uidetur ꝙ ſic: qa poteſt offerre imagines turpes, aut intus mouere ſpecies turpiū cogitationū productiuas, quibus oblatis, uel motis nōpoteſt potētia nō cogitare. ſicut oculus apertus, & diſpoſitus non poteſt uiſibile oblatum non uidere. Reſpondent quidam, ut recitat ſanctus Bonauent. ꝙ dęmones poſſunt compellere ad cogitationes malorum; ſed non ad cogitationes malas: intelligentes per cogitationes malas uitioſas. Cogitatio enim quæ eſt de malo, nō eſt mala; niſi dum ſequitur affectio mala, quę eſt in poteſtate noſtra. ¶ Aliter reſpondetur, & melius, ꝙ non poſſunt compellere ad cogitationes malorum ſimpliciter, licet poſſunt offerre obiecta, & mouere phantaſmata. Ratio: qa mens noſtra non poteſt ſimul multa cogitare. Dum ergo eſt uehementer circa ſalutaria occupata: non poteſt neceſſitari ad dimittendū illa, & ſe conuertere ab iſtis. Poteſt autem uoluntas imperare intellectui, ut ſe conuertat perſeueranter ad cōtemplationem diuinorum; & his intendens non poteſt ab eis facile diſtrahi. Sic enim experimur, ꝙ aſſuetus in turpibus uix ab eis auelli poteſt. Similiter amore fixus in aliquo uix a cogitationibus amati poteſt remoueri. Et ſi parū per ad alias cogitationes diuertitur: citius ad priores reuertitur. Dum ergo mens fuerit otioſa, & non circa utilia occupata, poteſt diabolus immittere cogitationes turpes, & malas: ſecus ſi fuerit in bonis uehementer occupata. ¶ Ex illis elici poſſunt duæ notabiles regulæ morales ad uitādum cogitationes malas, & turpes. ¶ Prima. Solicitè curandum eſt, ne contingat animum a bonis, & utilibus cogitationibus reuocare: illis enim manētibus aliæ malæ ſubintrare nō poſſunt. Huic concordat illud Hiero. ad Paulinum. Semper aliquid operis facito: ut te diabolus inueniat occupatum; non enim facile capitur a diabolo, qui bono uacat exercitio. Quod non tam de exteriori opere, & exercitio: quā de interiori intellectu ueritatem habet. ¶ Secunda regula. Formanda eſt affectio de dilectione dei, & æternorū: & locum non inueniet cogitatio turpium. Nam ſecundum Aug. Sic quicquid uenerit in animum: illuc rapiatur, ubi impetus dilectionis currit. Sic enim ut dicit ſanctus Bonau. Facile eſt ei, qui ſolitus eſt in bonis animum exercere, malas cauere cogitationes; quia tali multò facilius eſt, & delectabilius in bonis uerſari cogitationibus, quàm ſic in carnalibus fędis, & turpibus imaginibus. ¶ Per prædictam autem immiſſionis diſtinctionem auctoritates multæ, quæ ſibi uidentur contrariæ: concordātur faciliter. ¶ Vltimò dubitatur. Dub. 4.

O Vtrum diabolus poſsit in nobis malas affectiones incendere. ¶ Nota incēdere corporaliter non eſt ignem generare; ſed igni pabulum miniſtrare, ignē cōbuſtibili, uel combuſtibile igni appli



applicando. Sic in ſpiritualibus. ignis eſt cōcupiſcentia, ſiue libido peruerſa. Pabulum iſtius ignis ſunt cogitationes carnales, & terrenę, & delectationes fędę. Incēdere igitur eſt cogitationes, & delectationes, uel affectiones malas ſubminiſtrare, nō ut principale agens: ſed ut excitans, & mouens. Oppoſito igitur modo ſe habent immiſsio, & incenſio ſecundum doctores. Nā immittere reſpicit agens principale: incendere agēs non principale: ſed excitans, & ſubminiſtrans. Patet autem ex præmiſsis, ꝙ dęmon non poteſt in nobis ſua poteſtate producere cogitationes, & affectiones: ſed poteſt nos mouere, & excitare ad eas formandas. Ideo dicitur a ſanctis, & doctoribus, incenſor malorum, non immiſſor. Et per hoc patet reſponſio affirmatiua ad dubium.

¶ Vtrum autem dęmones ſecreta conſcientiæ noſtræ ſcrutari poſsint: diſtinctione ſequenti tractabitur. Et tantum de illa quæſtione.

## DISTINCTIO IX.

EGIT ſupra de angelorum habitudine quātum ad corpora aſſumpta, & aliena: conſequenter agit de habitudine eorū, quantum ad diſtinctionem, miſsionem & miniſteria in tribus ſequentibus diſtinctionibus. In pręſenti de eorum diſtinctione: in decima de eorum miſsione; in undecima de cuſtodiæ adminiſtratione. ¶ Colligitur autem ſententia textus in his tribus concluſionibus. ¶ Prima concluſio. Ter trini ſunt angelorum ordines ſub hierarchia triplici, nominibus & donis excellentioribus impoſitis diſtincti. ¶ Secūda concluſio. In eiſdem angelorum ordinibus poſt creationem per gratuita dona diſtinctis, plures ſunt angeli diſpares in gratia, atq; donis. ¶ Tertia. Aſſumendi ſunt homines ad ſingulos ordines angelorum ſecundum numerum ſpirituum beatorum. ¶ Concluſiones illæ in textu declarantur.

## QVAESTIO I.

CIRCA hanc diſtinctionē quæritur primò. Vtrum nouem angelorum ordines in hierarchia triplici. ſ. dona gratuita, & officia ſunt diſtincti. ¶ In quæſtione erunt articuli tres. Primus declarabit terminos. Secundus reſpondebit per concluſionem. Tertius dubia mouebit. ¶ Quantum ad primum circa hunc terminum hierarchia. Notandum, ꝙ hierarchia dicitur a hiera, quod eſt ſacer: & archia quod eſt principatus, quaſi ſacer principatus. Et deſcribitur ſic a ſancto Bonau. Eſt rerum ſacrarum, & rationabilium ordinata poteſtas in ſubditis debitum retinēs principatum. Et eſt triplex. Supercæleſtis, quæ dicitur diuina. cæleſtis, quę eſt angelica: & ſubcęleſtis, quæ eſt humana, ſiue eccleſiaſtica. Quia enim hierarchia non eſt niſi in ſubſtantia intellectuali: Subſtantia autem intellectualis eſt triplex: diuina, angelica, & humana: ideo triplex eſt hierarchia. ¶ Hierarchia ſupercęleſtis eſt ſacroſancta trinitas ac diuina perſonarum unitas. quam ſic Diony. c. iij. de angelica hierarchia deſcribit. Eſt pulchritudo diuina, ut ſimplex, ut bona, ut perfectionis auctor: pura nullam prorſus admixtionem diſsimilitudinis accipiens rerum: ſingulos pro meritis lucis ſuę participes faciens, & ſacroſancto myſterio perficiens: quantum quiſq; initiatus congruè illius in ſe exprimere immutabilem nititur effigiem. ¶ In definitione tangitur increatè hierarchię perſonarum pluralitas, eſſentiæ unitas, communicabilitas, ſumma perfectio & perfectionis liberalis diffuſio. ¶ Perſonarum pluralitas in eo, ꝙ dicitur pulchritudo diuina. Pulchritudo enim conſiſtit in pluralitate, & ęqua-

A

Arti. 1.
Nota. 1

litate: ut uult Aug. in de uera religio-
ne. Vnitas eſſentiæ: in eo ꝙ additur
ſimplex. Excludit namq; ſimplex om-
nem eſſentię diuerſitatem. Communi-
cabilitas innuitur cum dicitur bona. Et
ſecundum aliam tranſlationem dicitur
optima. Sic enim in deo eſt unitas; ut
tñ ſit ſumma bonitas, per quam eſt per-
fecta communicatio, & ſic perſonarū
pluralitas. Summa perfectio notatur
ubi ſubditur: ut perfectionis auctor pu-
ra. Nullam prorſus admixtionem rerū
diſsimilitudinis ſuſtinens; quo excludi
tur omnis imperfectio. Signatur perfe
ctionis ſuæ liberalis cōmunicatio ad ex
tra cum concluditur: pro meritis lucia
B ſuæ participes faciens. ¶ Hierarchiam
creatam tam angelicam, quā humanā,
ſiue eccleſiaſticā: ita deſcribit Dion.
ubi ſup. Eſt ordo ſacratior, & ſciētia, &
operatio: quæ ad dei ſimilitudinē pro
uiribus nititur: ac pro modo ſuo ad imi
tationē dei ex indulta ſibi diuin. tus in-
telligētiæ luce ſubuehitur. In qua tāgit̄
q̄dā imago, ſiue ſimilitudo hierarchiæ
creatæ ad increatam. Nam ordo ſacra
tior, id eſt ordinata poteſtas reſpondet
patri, ſciētia filio, actio ſpiritui ſancto,
ſecundū memoriam intelligentiam, &
uoluntatē. ¶ In eo, quod ſequitur imi-
tationis ſimilitudo deſignatur. Vnde
breuiter hierarchia creata, eſt ſacra
quædam poteſtas, plures continens or-
dines: cōmunicās inferioribus determi
nato ordine, quod a prima poteſtate di
uina ſuſcepit, continens plures ordi-
nes, propter excludere ſingulos ordi-
nes, quorum nullus dicitur hierarchia
per aliud innuitur diſtinctio ordinum.
Vnde eius proprietas, & operatio: ut
idem Dionyſ. dicit: eſt dei cooperato-
rem fieri, diuinamq́; in ſe operationē
quantum poteſt palam cunctis oſtende
re, uidelicet alios perficere, illuminare
& purgare; ut in ſequentibus oſtendit,
Et cum dicitur, quod a prima poteſtat.
diuina ſuſcepit, intelligendum eſt me-
diatè, uel immediatè: propter hierar-
chiam mediam, & infimam. Hic ergo ſo
C lum de angelica dicendum. ¶ Et hæc ſe-
cundum Dionyſ. eſt triplex. ſ. Eparchia:
id eſt ſuprema. Meſarchia, i. media. Et
hyperchia, id eſt infima. Sumitur au-
tem hæc diſtinctio uel ſecundum pro-
prietates, quas ponit Dionyſ. quæ ſunt
ſcientia, ordo, actio. ¶ Secundum ſcien
tiam diuinam accipitur ſuprema. Eſt
enim ſuprema eorum, qui cōuerſi ſunt
ad deum, eius ſoli contemplationi in-
hærentes, in ipſius cognitione amore,
ac firma tentione conquieſcunt. Quę
omnia per ſcientiam diuinam hic intel
liguntur. Vt dicat ſcientia actum totius
partis intellectiuæ; tam cognitiuæ, quā
affectiuæ. ¶ Secundum ordinem ſcilicet
potentiæ .i. potentiam ordinatam re-
ſpectu inferiorum attenditur media
hierarchia. ¶ Et penes actionem miniſte
rialem, ſiue adminiſtratiuam, & execu
tiuam ſumitur ultima. ¶ Vel clarius, &
aliter accipitur hæc diſtinctio: ſecun-
dum tres ſtatus, & officia, quæ ſunt: ſta-
tus contemplatiuorum, pręlatorum, &
actiuorum. Penes ſtatum contempla-
tiuorum, eſt hierarchia ſuprema. Penes
ſtatum prælatorum eſt hierarchia me-
dia. Penes ſtatum actiuorum, eſt ſumpta
hierarchia infima. Vnde ſupremæ hie-
rarchiæ eſt immediatè conuerti ad deū
per actus contemplationis; & non oc-
cupari circa exteriora principaliter.
Medię eſt in præſidentia, qui præſident
cæteris eos ordinando principando: &
ad ſalutis miniſteria exequenda diri-
gendo, quorum executio angelorum
eſt ultimæ hierarchiæ. Et poteſt ſumi
familiaris manuductio ex ordinatione
terreni regis curiæ: in qua inueniuntur
tres ſtâtus curialium, ſunt enim qui ſem
per aſsiſtunt regi, de quorum conſilio
omnia regis procedunt edicta. ſicut le-
gitur Heſter. j. c. de ſeptem ducibus
Perſarum, qui ſemper uidebant faciem
regis Aſſueri &c. Secundus eſt ſtatus
officialium, qui mandata regis per prio
res accipientes cæteros ad eorum exe-
cutionem dirigunt, atque ordinant.
Tertius eſt ſtatus ferendariorum, ac
nuntiorum, per quos mandata regis
populis omnibus regno ſubiectis inti-



mantur, & executorum, qui iuſſa com-
plentes in regno operantur. Ita in pro-
D poſito applicetur. ¶ Conſequenter no-
tandum, ꝙ ordo ſecundum magiſtrum
deſcribitur. Eſt multitudo cęleſtium
ſpirituum, qui inter ſe aliquo munere
gratiæ ſimilantur. ſicut in naturalium
donorum participatione conueniunt.
¶ Dicitur multitudo, &c. quia unus an-
gelus ordinem non conſtituit; ſed mul
ti. ¶ Dicitur qui inter ſe aliquo mune-
re gratiæ ſimilantur; propter angelos
diuerſorum ordinum, qui ſe excedunt
in munere gratiæ, & naturæ. Ideo ſequi
tur; ſicut in naturalium donorum par-
ticipatione conueniunt. Ex quo poſ-
ſet probabiliter ſuſtineri contra beatū
Thomam: ꝙ omnes angeli eiuſdem or-
dinis eſſent eiuſdē ſpeciei: eo ꝙ omnes
conueniunt in naturalibus; quod non
poteſt intelligi de conuenientia ſecun
dū numerum; quia illa non eſt pluriū;
eo ꝙ nihil idem numero ē in pluribus;
ergo de ſpeciuoca. Si enim de generi-
ca conuenientia intelligeret; tunc an-
geli diuerſarum hierarchiarum cōſtitue
rent unum ordinem; immo omnes an-
geli. Omnes enim conueniunt in na-
turæ ſimplicitate, & incorruptibilitate;
in habere donum gratiæ, & gloriæ &c.
Patet igitur, ꝙ ordo fundatur in dono
naturæ: completur autem dono gratię.
Nam meliora naturalia diſponunt ad
maiora dona gratuita; ut dicit ſanctus
Nota. 3 Bonauent. ¶ Tertiò conſiderandum;
E ꝙ in qualibet hierarchia tres ponuntur
ordines. In prima ſecundum omnes
ſunt ſeraphin, cherubin, throni. In me-
dia hierarchia & infima diuerſitas inue
nitur. Nam beatus Diony. in medio
ponit dominationes, poteſtates, & uir-
tutes. Sed beatus Greg. & Bern. ponit
dominationes, principatus, & uirtutes.
Similiter in tertia hierarchia ponit Dio
ny. principatus loco uirtutū: ecōuersò
Greg. ponit uirtutū ordinē loco princi
patus ordinis. ¶ Cuius diuerſitatis hæc
eſt rō. Quia diuiſio ordinū ſumitur ex
diſtinctione hierarchiarū. Et quia prima
hierarchia attēdit̄ penes ſciētiā, & ſtatū
cōtēplationis in cōuerſione ad deū. qui
cōſiſtit in actu cognitionis, dilectionis,
ac perfectæ quietis, & ſecuritatis; quæ
tentionis nomine intelliguntur, cor-
reſpōdēter ad tres uirtutes theologicas
Primę quę sūt uiſio, fruitio, tētio. Ideo
ponūtur tres ordines primę hierarchię,
cherubin, ſeraphin, throni, quorū nomi
nū interp̄tationē textus ponit. Quantū
ad perfectā tētionē eſt ordo thronorū.
Quantū ad perfectā cognitionē eſt or
do cherubin. Quantū ad perfectā dile-
ctionē eſt ordo ſeraphin. Et in hoc om
nes concordant ¶ Diſtinctio ordinum
ſecundæ hierarchiæ ſumitur uel penes
perfectionem, & ordinationem poteſta
tis, & potentiæ, uel penes officia. Pri-
mo modo diſtinguit Diony. Secundo
modo Greg. Nam perfectio poteſtatis
conſiſtit in tribus. ſ. in præſidendo, &
& penes hoc attenditur ordo domina-
tionum. In reſiſtendo; & penes hoc
accipitur ordo poteſtatum. Et in ope-
rando; & penes hoc ſumitur ordo
uirtutum. Virtutes enim ſunt, per quos
deus miracula, & ſanitates operatur.
Poteſtates; per quos tyrannica pote-
ſtas dęmonis coercetur. Dominatio-
nes; per quos angeli boni in ſuis offi-
cijs, ac miniſterijs diriguntur. Et quia
maius eſt pręſidere angelis, quàm coer-
cere dæmones: maius iſtud, quàm ope-
rari uirtutes: patet ordinatio illorum
ordinum ſecundum maiorem. & mino-
rem dignitatem. ¶ Secundo modo ſe-
cundum beatum Grego. ordinantur pe
nes officia ſtatus medij. ſ. pręlatorum.
Et quia quidam præſunt angelis, qui-
dam bonis hominibus, quidam malis
ſpiritibus. Primi ſunt dominationes,
ſecundi principatus, tertij poteſtates,
Et patet ſimiliter ordo dignitatis ſe-
cundum ordinem dignitatis præſiden-
tiæ. Plus enim eſt præſidere angelis,
quàm hominibus bonis, aut dęmoni-
bus, & plus bonis hominibus, quàm dę-
monibus. Dominationes autem ſunt,
qui pręſunt angelis. Principatus, qui pręſunt bonis hominibus. Poteſtates, qui
præſunt diabolicis ſpiritibus. ¶ Di-

ſtinctio tertię hierarchię uel accipitur ſecundum actionem miniſterialem, uel ſecundum infimum ſtatum actiuorum. Secundum primum modum ſic ſumitur diſtinctio. Quia actio miniſterialis angelorum, aut eſt circa regimen principum; & ſic eſt ordo principatus, quorum actio eſt in cuſtodia, & regimine principum: aut eſt in regimine multitudinis, & cuſtodia: & hoc pertinet ad ordinem archangelorum. Aut circa regimen, & cuſtodiam unius perſonæ: & ſic eſt ordo angelorum. Et ita diſtinguit Diony. ❡ Et patet ratio ordinis; quia plus eſt miniſtrare principi, quàm multitudini, ſeu uni genti. Princeps enim caput eſt multitudinis pręſidens genti. Et plus eſt pręſidere multitudini, quàm uni ex multitudine tantum. ❡ Beatus autem Grego. diſtinguit choros angelorum infimæ hierarchię penes ſtatum infimum. ſ. actiuorum, qui conſiſtit in operando, uel in docendo maiora, aut in docendo minora. Secundũ primum ſumitur ordo uirtutum, quorum eſt miracula operari. Penes ſecundum ſumitur ordo angelorum, quorum eſt maiora nuntiare. Penes tertium accipitur ordo angelorum, quorum eſt minora docere. Et patet ordo dignitatis; quia plus eſt facere, quàm docere, & plus docere maiora, quàm minora. ❡ Quæ autem diſtinctio uerior ſit: & de qua hierarchia ſit ordo principatus; & ſimiliter ordo uirtutum. (Nam unus ordo non poteſt pertinere ad diuerſas hierarchias) ille nouit, qui creauit, & diſtinxit. Videtur tamen pręferenda auctoritas Diony. qui creditur doctrinã ſuam ab apoſtolo (cuius erat diſcipulus) accepiſſe.

Not. 4. ❡ Vltimò notandum, ꝙ nomina ordinum impoſita ſunt a donis gratiarum, quibus ſeſe excellunt.

F Eſt enim donum unum dignius altero. Nam omnibus eminet charitas ſecundum beatum Augu. deinde ſcientia. deinde tentio &c. Vbi tria ſunt conſideranda. Primum, ꝙ dona illa gratuita communia ſunt omnibus angelis; ſiquidem omnes ſunt beati, omnes deo perfectè fruuntur, omnes ſemper uident faciem patris, omnes firma tentione adhærent deo. Vnde beatus Diony. c. v. cęleſtis hierarchiæ dicit. In omnibus ſacratiſsimis diſtinctionibus, ſuperiores quoſque eminẽtioreſque ordines inferiorum agminum non carere fulgoribus, atque uirtutibus. Poſterioreſque ſuperiorum intelligentię exortes non eſſe. Et ſequitur. Omnium cœleſtiũ uirtutum ſit ęqua ſocietas, atque ad dei ſimilitudinem, lucemque diuinam. Licet alij alios excellant; graduſque diuerſi ſunt; una tamen intentione nituntur. ❡ Secundum, ꝙ ordo ſuperior omnia dona gratuita inferiorum excellentius poſsidet. ❡ Tertiũ, ꝙ cum nomina ordinum ab excellentiori dono, illi ordini conuenienti ſumendum ſit; non tamen omnes ſimpliciter ab excellentiori dono; in eis nomen accipiunt; quia cum in omnibus ordinibus charitas excellit cætera dona, omnes dicendi eſſent ſeraphin. Vnde ut ſeruetur diſtinctio ordinum in nominibus, ab eo dono quilibet ordo nominatur, quod in eo excellentius eſt, a quo tamen ſuperiorũ ordo nullus nominatur. Itaque cum dona immediatè in deum, tamquã in obiectum ordinantia, qualia ſunt uirtutes theologicę: ſint ſimpliciter excellẽtiora, ut dicit apoſtolus. j. Cor. xii. Adhuc excellẽtiorẽ uiã uobis demõſtro. Sequiẽ cap. xiij. Si linguis hominũ loquar, & angelorũ, charitatẽ autẽ &c. Et commendata charitate ſubdit. Nũc autẽ manẽt fides, ſpes, & charitas, tria hæc. maior horũ charitas. Sicut ergo in uia hęc ſunt dona excellẽtiora, ita & eis correſpõdentia in patria; ſcilicet uiſio, fruitio, tentio ſunt nobiliora. Ab illis ergo tribus, quibus angeli feruntur in deũ, tãquam in obiectũ beatificũ, ſumũtur, & nominãtur tres ordines ſupremę hierarchię. Et primus a fruitione, ſiue charitate nominatur, & dicitur nomine ſeraphin, quæ eſt ſimpliciter donũ excellẽtiſsimũ. Secũdus a ſciẽtia, aut uiſione denominatur cherubin: quãuis in eo excellat donũ charitatis; eo ꝙ ab illa primus nomẽ habet. Poſt charitatẽ uero



excellentius donum, uiſio, ſeu ſcientia. Poſt illud tẽtio correſpondens ſpei, ꝑ quam quieſcit in eo angelicus ſpiritus; ut in ſuo bono. Ideo ab illo dicitẽ, & denominatur tertius throni; ſiue ſedes, ꝙ quietem importat. ❡ Inferiores ordines a donis nominantur: quibus feruntur in creaturas obiectiuè; ubi ſimiliter dicendum eſt. (Exempli gratia.) Inter illa uidetur maius donum dominari angelis bonis modo prędicto. Ideo primus ordo ſecundę hierarchiæ, ab illo denominatur ordo dominationũ, deinde bonis hominibus principari. Vltimò malis ſpiritibus, licet quilibet ordo ſuo inferiori dominetur, ac principetur &c. Sic ergo ſecundus ordo nomen habet principatus. Tertius poteſtates ſecundum unam uiam: & ſic de alijs deſcendendo.

Arti. 2. ❡ Quantum ad articulum ſecundum eſt concluſio prima.

Cõcl. 1. Angelorum

G beatorum multitudo innumera in nouem choros, ſeu ordines eſt diſtincta. Primum ſcilicet angelorum beatorum multitudo innumera, patet Danielis cap. vij. dicentis. Milia milium miniſtrabant ei, & decies centena milia aſſiſtebant ei. Secundum. ſ. ꝙ diſtincti ſunt in nouem ordines probatur per beatum Gregorium homil. xxxiiii. quę eſt dominicæ tertię peregrinationis ex uerbis apoſtoli ad Ephe. & Col. ubi nominatim exprimit poteſtates, uirtutes, dominationes, & thronos. Quibus, dũ quinque adduntur angeli, archangeli, cherubin, ſeraphin, quibus plena eſt ſcriptura, patet eſſe nouem. Idem patet per beatum. Diony. c. vj. cæleſtis hierarchiæ, ubi ait. Omnes ſimul cæleſtes, immortaleſque ſubſtantias, in nouem ordinibus diuinus ſermo diſtinxit, proprijſque, ac ſingularibus uocabulis appellauit. Poteſt eadem concluſio oſtendi per ſufficientiam ex notabilibus ſumendam.

Cõcl. 2. ❡ Secunda concluſio: Nouem ordines, qui a ſe inuicẽ differunt, tres hierarchias, ſupremam mediam, & infimam conſtituunt. Probatur illa concluſio quoad duas partes. Prima ex priori concluſione manifeſtè ſequitur. Secunda patet per beatum Dion. ubi ſupra. Has haud dubium quin ordines eximius præceptor, internas tertiò repetitas diſtinctiones ad ſanctæ diuinitatis diuiſit imaginem. Et per lõgum proſequitur hierarchias ſingulas, & ordines in eis conſtitutos. Ad propoſitum tñ dicit: Prima quidem, quę corã deo uerſatur ſemper: idq; ex diuina dignatione ſuſcepit: ut illi inhæreat iugiter, nulliſq; interiectis ſpiritibus inſeratur. Nam ſanctiſsimos thronos cherubin, ac ſeraphin iuxta deum: nulliſq; medijs inſertis agminibus eminẽti propinquitate locatos ait: Hac reuera hierarchia nulla eſt præſtantior, quę ſummi dei ſplendoribus maiore propinquitate coniuncta eſt. Secunda dominationibus poteſtatibus, uirtutibuſq; conficitur. Tertia ex angelis, archãgelis, principatibuſq; conſtat. Hęc Diony. ſentẽtialiter in translatione noua.

❡ Tertia concluſio. Cõcl. 3.

Licet ordinum diſtinctio ex naturalibus donis initiatiuè accipitur: tamen per munera gratuita completiuè perficitur. Prima pars patet per magiſtrum in litera, ſuperiores ſunt, qui natura ſunt magis ſubtiles, & intelligentia amplius perſpicaces. Et diſt. iij. ait magiſter. In exordio ſuæ conditionis, alij ſuperiores, alij inferiores conſtituti ſunt; ſed quod ab exordio habuere, fuit naturale. Nam ſecundum magiſtrum non fuerunt conditi in gratuitis. Et probatur ratione; quia gratuita præſupponunt naturalia; & ubi naturalia ſunt meliora, eſt etiam maior capacitas, uel maius adiutorium uoluntatis liberæ ſe diſponendi ad gratuita. Eſt autem ueriſimile, ꝙ angeli boni ad deũ conuerſi: ſecundum totum conatũ ſuorum naturalium ſe conuerterunt. Et per hoc ubi perfectiora naturalia: ibi maior conatus, & ita maior gratia. Secũda pars patet ꝑ qd nominis ordinis, quod ponit magiſter ubi ait. Ordo eſt, multitudo cęleſtium ſpirituum, qui inter ſe aliquo munere gratiæ ſimilantur. Item ſupremus ordo ab incendio charitatis, dicitur, ſeraphin. Charitas au-

tem eſt donum ſumme gratuitum. Et
Artic. 3 hoc de ſecundo articulo. ¶ Quãtum ad
Dub. 1. articulum tertium eſt hæc prima dubi-
H tatio iuxta primam cõcluſionem de nu
mero angelorum, an ſit magnus. Bea-
tus Thomas reſpõdet par. j. q. xlviij. ar.
iij. ꝙ angeli ſecundum ꝙ ſunt immate-
riales ſubſtantię, ſunt in quadam, multi
tudine maxima omnem materialem
multitudinem excedentes. Ratio ſua qa
cum perfectio uniuerſi ſit illud, qđ deus
pręcipue intendit in creatione rerum;
quãtò aliqua ſunt magis pfecta, tãtò in
maiori numero ſunt creata a deo. Sicut
ergo in corporibus attenditur exceſſus
ſcđm magnitudinẽ, ita in rebus in corpo
reis põt attẽdi exceſſus ſcđm multitudi
nẽ. Corpora aũt incorruptibilia, q̃ ſunt
pfectiora inter corpora, excedũt quaſi
incõparabiliter ſcđm magnititudinem
corpora corruptibilia; qa tota ſphera
actiuorũ, & paſsiuorũ eſt, quaſi modicũ
reſpectu corporũc ęleſtiũ. Ideo rõnabile
eſt, ꝙ ſubſtantiæ immateriales excedãt
ſcđm multitudinem ſubſtãtias materia
les quaſi incomparabiliter. ¶ Sed quic-
quid ſit de cõcluſione: ratio uidetur in
multis deficere. Primò: quia ad perfe-
ctionem maiorem non ſequitur maior
numerus. Immo uidetur oppoſitum; ꝙ
quantò maior eſt receſſus ab uno ſum-
mo, & pfectiſsimo, tantò maior multi-
tudo, ſaltem in pluribus. Verum eſt, ꝙ
diſtantia primò ſecundum diſsimilitudi
nem cõcomitatur multitudo maior di-
ſtantium. Nam maior eſt multitudo mi
neralium, quàm plãtarum: & plantarũ,
quã animaliũ brutorũ & animaliũ, quã
hominũ. ¶ Itẽ ꝙ addit de corporibus cę
leſtibus incorruptibilibus, ꝙ ſint perfe-
ctiora corporibus corruptibilibus; non
uidetur uerũ: cum uiuẽtia ſint perfectio
ra non uiuentibus ſecũdum beatũ Aug.
Cęlũ autẽ non uiuit, ideo non eſt eſſen
tialiter pfectius hominibus; nec anima-
libus brutis. Et ita ratio ſua magis eſt ad
oppoſitum. ¶ Ideo reſpondetur ad du-
bium, ꝙ maxima eſt multitudo angelo-
rum; licet eius numerus nobis ſit in-
certus. Vtrumq; probatur auctoritate
ſcripturę. Nam Iob. xxv. dicitur. Nun-
quid eſt numerus militũ eius, ideſt ange
lorum. Glo. In cognitione humana ſu-
periorum ſpirituum numerus nõ eſt, qui
milites dicuntur: quia decertant cõtra
aereas poteſtates: non labore, ſed impe
rio. Item Daniel. vij. Milia milium mi-
niſtrabant ei, & decies centena millia
&c. dicit gloſſa. Non ꝙ tãtus numerus
ſit ſeruorum dei, ſed ꝙ humanus ſermo
maiorem exprimere nõ potuit. Et glo.
Greg. Supernorum ciuium numerus, &
infinitus, & definitus eſt, deo numerabi
lis, nobis innumerabilis eſt. Item præ-
dicta uerba danielis tractãs Diony. ca.
xiiij de cœleſti hierarch. di. Supremos
humanos numeros in ſeipſos inuoluẽs,
atque multiplicans, per hos cœleſtium
ſubſtantiarum ordines nobis eſſe in-
numerabiles, apertis rationibus pan-
dens. Sunt enim profecto plurimę cœ-
leſtium ſpirituum beatæ militiæ, quæ
mortalium noſtrorum numerum infir-
mum, breuemque modum longè tran-
ſcendunt; atque ab ſola ſua eminentiſsi
ma, & cęleſti intelligentia atq; notione
ſcitę ſint, atq; diffinitę: quoniam illis
opulentiſsimè largita eſt ſumma deitas
immenſæ auctor ſcientiæ atque ſapien-
tiæ fons, & principium. Cauſa autẽ tan
tę multitudinis. (licet uariè nitantur de
clarare) tamen finaliter reducitur ad di
uinam uoluntatem, quę nulla indi-
gentiæ uelocitate: ſed ſola benigniſsi-
ma uoluntate ad potentię ſuę declara-
tionẽ, & regni ſui honorem, tot excel-
lentiſsimos ſpiritus creauit, p quos uni-
uerſi gubernacula uſque ad profundiſ-
ſima terræ miniſtrat. ¶ Secundò dubi- Dub. 2.
tatur: Vtrum omnes angeli eiuſdem or I
dinis ſint eiuſdem ſpeciei eſſentialis. Et
uidetur, ꝙ ſic: ex deſcriptione ordinis,
qua dicitur: ꝙ angeli eiuſdem ordinis
in naturalium donorum participatione
conueniunt. Licet de idẽtitate, & diuer
ſitate ſpeciuoca angelorum ſupra. diſt.
iij. tactũ ſit: tñ pro maiori ibidẽ docto-
rũ declaratione, & ſententię doctorum
apertione, placuit etiam hic mouere.
Beatus Tho par. j. q. xlviij. articu. iiij.



recitat plures opiniones dicens. Quidã
dixerũt omnes ſubſtantias ſpirituales eſ
ſe unius ſpeciei, etiam, animas. Alij, ꝙ
omnes angeli ſunt unius ſpeciei, ſed nõ
animę cum angelis. Quidam, ꝙ omnes
angeli unius hierarchię, aut etiã unius
ordinis ſunt eiuſdẽ ſpeciei. Sed omnes
eas reputat falſas. Tenet, ꝙ impoſsibilè
eſt duos angelos eſſe eiuſdem ſpeciei;
quia ſecundum eum, quę conueniunt
ſpecie, & differunt numero conueniũt
formaliter, & differunt materialiter.
Angeli non habent materiam: ergo.
¶ Sanctus Bonauẽ. duas recitat opinio
nes: & utraſq; reputat probabiles. Vna,
ꝙ in angelis eſt diuerſitas ſecundũ ſpe-
ciem, & etiam genera ſubalterna, ut
hierarchia ſit, quaſi unum genus, & or-
dines ſub ea quaſi tres faciant ſpecies.
In uno autem ordine multi ſunt angeli
numero differentes. Et quãtum ad hoc
ultimum ꝙ plura ſint indiuidua in una
ſpecie angelica, concordat Alexan. de
Hales parte. ij. q. xx. ar. ij. ¶ Alia poſitio
eſt, ꝙ angeli omnes ſint eiuſdẽ ſpeciei
ſpecialiſsimæ. Tũ propter ſupernę illius
ciuitatis unionem. Tum propter uniuer
ſi perfectionem. Et ſubdit. Licet autem
utraque illarum poſitionum habeat pro
babilitatem; quia tamen per ſcripturã
non innoteſcit nobis diuerſitas opera-
tionum. (Nam qui diuina inſpiratiõe,
ut Diony. & alij cognouerũt, & officiũ,
& naturam angelorum, dicunt, ꝙ om-
nia quæ ſunt omnium ordinum in om
nibus reperiantur. Licet magis excellẽ-
ter in uno) uidetur magis theologica,
& probabilis poſitio: niſi occurrat ma-
nifeſta auctoritas in contrarium, ꝙ om
nes angeli ſunt eiuſdem ſpeciei; ſicut
& omnes homines. Et quemadmodum
in hominibus ſunt gradus, & ordines,
& quoad naturalia, & quoad officia cõ-
miſſa ſiue dignitates, & quoad gratui-
ta: ſalua tamẽ unitate ſpeciei humanę.
Sic intelligendum eſt in angelis, & quã
uis omnes angeli ſint ijdem ſpecie; nõ
tamen coniunguntur hominibus unita
te naturę, ſed obſequio beneficentiæ.
Et homo ſimiliter angelo, quia ille iſtũ
adiuuat: iſte illum reparat. Quod nõ eſ-
ſet, ſi homo, & angelus eſſent eiuſdem
naturæ. Hæc Bonauen. Et ad huius po-
ſitionis probabilitatem, perſuaſiones
plures adducit: & contraria ſoluit. ¶ Ad
dubium igitur poteſt cautius dubitari,
quàm determinatè reſpõderi. Si autem
urget improbus exactor una ex duabus
opinionibus recitatis per ſanctum Bo-
nauen. acceptari poteſt; quoniam re-
ſponſio, ſiue opinio ſancti Tho. omni-
no uidetur improbabilis; & nulla ratio-
ne fundata; quin quæ numero ſolum di
ſtinguuntur, etiam ſi fuerint compoſi-
ta ex materia, & forma: ita diſtinguun-
tur per formas, ſicut per materias. Sicut
enim in eis non eſt eadem materia nu-
mero, ita nec eadem forma numero.
Ideo non omnis diſtinctio per formam
eſt ſpeciuoca. Duæ nanque animę huma
næ diſtinguuntur eſſentialiter numero
ſeipſis, & non per materiam. Nam ſi ei-
dem materiæ inhærent non minus diffe Dub. 3.
runt, quàm dum diuerſas informant; K
ſaltem differentia eſſentiali. ¶ Dubita-
tur tertiò iuxta tertiam concluſionem
textus de aſſumptione hominũ ad cho-
ros angelorum. Vtrum ad ſingulos or-
dines angelorum fiet aſſumptio ſaluan
dorum. Ad illud dicitur ſecundum Bo-
nauen. ꝙ ad ſingulos ordines angelorũ
aſſumentur ſaluandi. Cuius ratio; quia
homines ſaluandi poſſunt in uia ad tan
tam gratiæ eminentiam eleuari; & in
patria ad tantam gloriam ſicut angeli.
igitur poſſunt ad ſingulos ordines aſſu
mi. Tenet conſequentia: quia eſt pari-
tas in gloria: non eſt diſparitas in ordi-
ne. Licet enim ad diſtinctionem ordi-
nũ duo concurrant, natura ſcilicet &
gratia. Natura tanquam fundamentũ,
& diſpoſitio. Gratia tanquam comple-
mentum, & conſummatio; tamen ma-
gis attenditur diſtinctio ordinum ex
dono gratiæ, quàm ex diſpoſitione na
turę, ꝙ nõ commenſuratur gratia na-
turæ. Hoc ẽ quãdo nõ eſt tanta gratia,
quanta eſt naturę capacitas. Aut quan
do capacitas gratiæ non ſequitur per-
fectionem naturæ. Nam diſpoſitio na-

turæ ad gratiam non eſt diſpoſitio neceſsitatis,ſed eſt diſpoſitio congruitatis. Ideo non eſt neceſſe ſecundum diſpoſitionem naturalium ſequi gratiam; ut ſemper ubi eſt perfectior natura, ſit maior gratia. Preſertim quia natura eſt diſpoſitio remota. Nam licet gratia prę ſupponat naturam capacem: tamen diſpoſitio liberi arbitrii per conuerſionē ad deum eſt diſpoſitio immediatior, quã naturæ capacitas. Et illa poteſt eſſe tanta in uiatoribus hominibus; quanta fuit in uiatoribus angelis; quamuis nec illa diſpoſitio neceſsitet; quia gratia non eſt ex meritis, Roman. xj. Vnde alterum duorum dicere oportet: aut ꝙ ſit æqualis capacitas gratiæ, & gloriæ in diſpari natura: aut ꝙ capacitas angelorũ nunquam fuerit repleta. Hoc eſt ꝙ capacitas gratiæ, & glorię ſit æqualis in omnibus angelis, & animabus: ita ꝙ cuiuſcunque gratiæ capax eſt angelus, tãtæ capax eſt anima. Vel ſi maior eſt in angelis, illa nunquam eſt repleta. Primum tamen eſt probabilius; quia ſi anima Chriſti habuit ſummam gratiã creaturę poſsibilem, non poteſt eſſe maior capacitas in angelo, quã in anima Chriſti. Antecedens patet de anima Chriſti & uirginis glorioſę, quę in gratia, & gloria omnes angelos tranſcendunt. ¶ Item niſi ſic non ſufficienter reſtauraretur ruina angelorũ; quin cum de ſingulis ordinibus aliqui ceciderunt, hoc eſt qui ceciderunt ſi permanſiſſent, ad ſingulos ordines ſublimati fuiſſet. Ideo ut perfecta ſit reſtauratio ex hominibus, oportet, ut ad ſingulos ordines homines aſſumantur. Aſſumuntur igitur, ut uult Grego. homil. xxxiiij. ad ſingulos ordines homines terreni, ordinum officia in terrenis imitantes. unde ait. Diſtinctę conuerſationes hominum ſingulorum agminum ordinibus cõgruũt, & in eorum ſortem per conuerſationis ſimilitudinem deputantur. ¶ Dubitatur

Dub. 4. L quarto. Vtrum omnes homines beatificandi ad ordines angelorum ſint aſſumẽdi. Quòd ad ſingulos ordines aliqui aſſumendi ſint; patuit dubio pręcedenti. Sed an omnes ſint aſſumendi; an ex aliquibus conſtituatur decimus ordo ſecũdũ euangelicã parabolã de drachma. x. perdita; quia non habetur expreſſa ſcripturæ auctoritas; nec ſufficiens ratio; ſunt opiniones, quarum tres recitat ſanctus Bonauen. ¶ Prima, cui uidetur magiſter cõſentire, tenet, ꝙ omnes homines beatificandi aſſumentur ad nouẽ ordines angelorum; ut non ſit opus ultra illos ponere. x. ut ſic in tribus hierarchijs; & in tribus ordinibus ſingularũ hierarchiarũ expreſsius trinitatis myſteriũ deſignetur. Et quia nullũ eſt donum gratuitũ in hominibus, cuius ſimile nõ eſt in angelis; ideo angelis ſociantur ſecũdũ donorũ ſimilitudinẽ. Etiã ſi angeli ſtetiſſent; etiam ſicut nunc ad eorum ordines aſſumendi fuiſſent; licet illa aſſumptio tunc fuiſſet tantum hominum beatificatio; nunc uero eſt hominum beatificatio, & angelorum reparatio. ¶ Excipitur tamen beata uirgo; quæ cũ creditur ſuper omnes angelorum ordines exaltata; per ſe conſtituit ordinem. Sed priuilegium ſpeciale non eſt reducendum ad communem legem. Sic ſingulare priuilegium uirginis non eſt numerandum cum angelorum ordinibus, quorum diſtinctio eſt ſecundum legem cõem. ¶ Scd̃a opinio, ꝙ ex hominibus conſtituetur decimus ordo. Soli. n. dicit illi hoĩes angelicis ſociabũtur ordinibus qui in uitæ caſtimonia eis in terris ſimiles extiterunt; unde tenet, ꝙ reparatio angelica ex ſolis uirginibus fiet; quia ſẽper cognata ẽ angelis uirginitas. ¶ Sed hæc opinio minus probabilis eſt, cum multi carne corrupti multis uirginibus in gloria præferantur; ut patet de beato Petro, Maria Magdalena. ¶ Tertia opinio, ꝙ ſupra nouem ordines additur decimus ex his, qui in iſta uita non peruenerunt ad tantam meritorum ſuorum excellentiam, ut exaltentur ad ordines angelorum: ſed tantum meritis Chriſti ſaluati, decimum tenent gradũ. Quales ſunt paruuli baptizati; & in leue. circumciſi, ante rationis uſum defuncti. Quod dicunt figuratum eſſe. iiij. Reg.

Opi. 1.
Opi. 2.
Opi. 3.



Reg. xx. in deſcenſu ſolis per decem lineas. Nam ſol iuſtitię Chriſtus propter illos deſcendit ad decimum gradum. Itẽ in. x. drachma perdita, & inuenta. Id etiam perfectione numeri denarij cõuenire dicunt: ut numerus ſupernę ciuitatis hac perfectione nõ careat. Nihilominus tamen manet in nouem ordinibus angelorum, & tribus hierarchijs perfecta repręſentatio trinitatis. Et licet in omnibus ſaluandis inueniatur donum gratuitum ſimile dono angelorũ, non tamen in tanta excellentia, ut mereatur inſeri ordinibus angelorum. Prima opinio, & ſimiliter tertia ſatis probabilis uidetur; ſed non ſecunda ſecundum Bonauẽ. ¶ Dubium quintum. Vtrũ

Dub. 5. M pręſidentia, & pręlatio ordinis ad ordinem euacuabitur in iudicio. ¶ Notandũ ꝙ aliquid tripliciter dicitur alteri præferri; aut ſolum per modum excedẽtis, & influentis: ut natura cęleſtis elemento, aut per modum imperantis; ut dominus miniſtro. Ad rationem autem perfectæ prælationis hæc tria concurrunt. Et hoc modo nunc in pręlatione ordinis ordini; ordo ſuperior excellit in naturalibus, & gratuitis. Influit etiam aliquo modo purgando, illuminando, perficiendo. Etiam agenda circa nos iniungit. ¶ Tunc reſpondetur. In iudicio euacuabitur prælatio ordinis ad ordinem, quo ad duos modos ultimos; non quo ad primum. Patet: quia illuminatio, quã inferior ordo recipit a ſuperiore, ſimiliter, & imperiũ, attenditur per comparationem, quo ad nos, quibus miniſtrant, non per comparationem ad deũ, in quo quieſcunt. Ceſſabit autem miniſterium noſtrum: ergo. Secundum patet: quia ordo excedet ordinem in gratuitis, & naturalibus poſt iudicium ſicut ante. Et ſecundum hoc intelligenda eſt auctoritas apoſtoli. 1. Corint. xv. Cum euacuauerit omnem principatũ, & poteſtatẽ, & uirtutem. Euacuauerit quantum ad actus hierarchicos, & quantum ad imperium. Similiter illud magiſtri diſt. vj. quamdiu durat mundus, angeli angelis; dęmones dęmonibus præſunt. Sed in futuro omnis euacuabitur prælatio: ut docet Apoſtolus. ¶ Dubium ſextum. Dub. 6.

N Vtrum omnes angeli eiuſdem ordinis ſint ęquales. Reſpondetur ſecũdum magiſtrum, ꝙ non. Sed eſt etiam in eodem ordine diſparitas, & gradatio quædam; licet non tanta, quanta in diuerſis ordinibus. Et ſicut in ſanctis dicimus, ꝙ unus eſt ordo Apoſtolorum; alter martyrum, alter confeſſorum, &c. nec tamẽ Apoſtolorum inter ſe eſt omnimoda æqualitas; nec martyrum, propterquod de quolibet ſancto dici poteſt. Non eſt inuentus ſimilis illi, qui conſeruaret legem excelſi. Ita & in propoſito dicendum erit. Et hoc quidem neceſſariò habent dicere, qui tenent in eodem ordine plures ſpecies compręhẽdi; cum ſpecies ſe habeant, ut numeri. viij. metaph. Qui uero dicerent omnes angelos eiuſdem ordinis eſſe eiuſdem ſpeciei, ponere poſſunt inęqualitatem in accidentalibus, non in eſſentialibus, ſicut in ſpecie humana. ¶ Vltimò dubitatur. Vtrũ Dub. 7.

O etiam in hominibus ponenda eſt ordinum diſtinctio, ſiue in animabus, ſicut in angelis. Reſponſio. In hominibus multiplex ponitur diſtinctio. Varii etiã gradus in eccleſiaſtica ponuntur hierarchia, quorum alter alteri pręſidet. Non tamen taliter ſicut in angelis. Nã in ordine angelico gratia correſpondet naturæ; ut quò meliora habuere naturalia; nec eis ſunt abuſi, perfectiorem conſecuti ſunt gratiam. Non ſic in hominibus; ubi nec naturalibus; nec officiis correſpondet gratia. Sed frequenter, qui meliora habent naturalia (quia abutuntur eis) minorem habent gratiam. Et in eminentioribus conſtituti gradibus (prohdolor) in gratia, & meritis inueniuntur inferiores.

## QVAESTIO. II.

SECVNDO quęritur circa eandem diſtinctionem. Vtrum per actus hierarchicos ſuperiorum ordinũ; angeli poſſunt inferiores illuminando A

mentaliter eis loqui. Pro illa q̄ſtione
uide plura in Ocka̅.q.xx. ſecundi &.q.
viij.primi quod. ¶ In q̄ſtione erūt arti.
quinq;.Primus de actibus hierarchicis.
Secundus inquiret: utrum angelus poſ-
ſit uidere aliquem actum interiorē crea
turę rationalis. Tertius; utrum unus an
gelus poſsit cauſare notitiam alicuius
rei in mente alterius, aut animę ra-
tionalis. Quartus de principali quæſito.
ſ. angelorum locutione. Quintus mo-
Artic 1. uebit dubia. ¶ Quoad primum notandū
Not. 1. ſecundum beatum Diony. de cęleſti hie
rarchia. cap. iij. prope finem. Tres ſunt
actus, quos habent angeli ſuperiorum
ordinum reſpectu inferiorum; ſcilicet
purgare, illuminare, & perficere: qui di-
cuntur actus hierarchici; quia conue-
niunt ſuperioribus hierarchijs reſpe-
ctu inferiorum. Hi autem actus non di-
ſtinguuntur realiter. Conſiſtunt enim
in inductione diuinæ ſcientiæ, qua infe
rior caruit; in qua inductione, quia re-
mouetur ignorantia, dicitur purgatio:
non quidem a fęditate peccati, ſed ab
ignorantia negationis. Eadem dicitur
illuminatio; quia manifeſtantur, quæ
prius nota non fuere. Omne autem, qđ
manifeſtatur, lumen eſt ſecundum Apo
ſtolum Ephe. v. ¶ Dicitur & perfectio;
quia eſt firmę & perſeuerantis ſcientiæ
traditio; qua perficitur intellectus illu-
minati. ¶ Dicitur purgatio in ordine ad
ſuum oppoſitum, quòd eſt ignorantia.
Illuminatio in ordine ad formam ſcili-
cet notitiam introductam. Perfectio
in ordine ad ſubiectum per hanc noti-
tiam introductam eleuatum. Si ergo an
gelus ſuperior aliquid ignoratum in-
feriori notificans, illo uno actu notifi-
candi prius incognitum, inferiorē pur-
gat ab ignorantia. Illuminat noua co-
gnitione, & notitia; ꝑficit actuando eū
ad cognita. ¶ Differunt ergo purgare,
illuminare, perficere, in connotato.
Nam in ſubtracto ſupponūt pro eodem
ſcilicet inductione ſcientiæ. Purgare
autem connotat pręcedentis ignoran-
tiæ remotionem. Illuminare obiecti ma
nifeſtationem. Perficere ſubiecti eleua

tionē, & meliorationē. Et hoc uult bea
tus Diony. ubi ſupra. c. vij. ita dicens.
Participatio ipſa diuinæ ſcientię, & pur-
gatio, & illuminatio eſt, atq; perfectio:
dum per indultam ſibi ordinatiſsimè ꝑ-
fectorum myſteriorum inductionem;
ueluti ab ignorantia purgat. Ipſaq; diui
na ſcientia illuminat, per quam etiam
purgat, dum quę ante non uidebantur
ſublimioris nunc intelligentiæ luce pā-
duntur. Perficit id idem hoc ipſo lumi-
ne; dum altiſsimorum ſenſuum firmam
perſeuerantemq; ſcientiam tradit. Hæc
Dionyſius. Ex quibus ſatis patet: quid
intelligendum eſt per actum hierarchi-
cum. Quodq; eſt unus in re ſcilicet ſciē
tiæ inductio, & triplex nominatione.
¶ Quo ad ſecundum articulum. Vtrum Arti. 2.
angelus poſsit uidere actum interiorē B
creaturæ rationalis. Recitat Ockam.
quæſtio. xx. ſecundi in principio quæ-
ſtionis opinionem, quam plerique te-
nent: ꝙ nullus angelus poteſt uidere,
ideſt intuitiuè cognoſcere cogitatio-
nes, & affectiones creaturæ: quia cor-
dium ſecreta ſoli deo ſunt peruia. Po-
teſt tamen illa cognoſcere per ſigna ex
trinſeca; ſicut medicus per ſigna extrin
ſeca iudicat de infirmitate, & eius cau-
ſa. Sed non obſtante illa opinione, te-
net idem Ocka̅ imitans in hoc Sco.
in repertorio lib. ij. diſt. ix. ꝙ quilibet an
gelus naturę ſuæ derelictus, uidere po-
teſt intuitiuè cogitationes, & affectio-
nes in alio angelo; debitam approxima
tionem ad ipſum habentem, & ſimiliter
in nobis. Cuius ratio multiplex aſsigna
ri poteſt. Vna. Omne intelligibile in
actu pręſens intellectui perfecto non de
pendente a phantaſmate; & ſibi propor
tionatum poteſt ab eo intelligi. Cogita
tio autem, uel affectio in uno angelo ē
intelligibile in actu, & proportionatum
intellectui angeli alterius; ergo poteſt
ab ipſo cognoſci. Maior patet, quia om
nis potentia cognitiua perfecta non
impedita poteſt cognoſcere naturali-
ter quicquid ſub eius obiecto primo per
ſe continetur; alioquin non eſſet tale
eius obiectum primum. Quod autem



additur non dependēs a phantaſmate;
dicitur propter intellectum noſtrum ꝓ
ſtatu illo, qui non intelligit intelligibi-
le quantumcunq; ſibi pręſens, niſi mo-
tus a phantaſmate: ſaltem extra ſe exi-
ſtens, propter actus proprios. Cęterę
particulę maioris patent; quia inſtantia
dari poſſet de intelligibili in potentia
tantum. Item de intellectu non perfe-
cto, uel impedito. Item de intelligibili
non proportionato, ut eſt diuina eſſen
tia infinita; Minor patet; quia cogita-
tio, & affectio eſt intelligibile; quia per
ſe continetur ſub ente, inquātū tale eſt
obiectum primum intellectus. Et eſt pro
portionatum intellectui alterius ange-
li. Quia quòd eſt proportionatum uni
intellectui angelico; etiam eſt propor-
tionatum intellectui alterius maximè
ſuperioris; quia in quod poteſt potētia
inferior, poteſt etiam ſuperior poten-
tia. Neque uoluntas angeli poteſt aliū
impedire. Quia uoluntas creata ſuo im
perio non poteſt impedire cauſas natu-
rales in ſuis actionibus. Nō enim poteſt
uolūtas creata imperare igni, ne caleat
ita nec cognitioni, & affectioni ſuę; ut
tanquam obiectum naturaliter ſuę co
gnitionis in intellectu alterius angeli
approximato producens, non agat.
¶ Itē ſicut ſe habet uiſibile ad uiſū: ita
intelligibile ad intellectum. Sed omne
uiſibile debitè approximatum potētiæ
uiſiuę perfectè poteſt eam uidere. Igi-
tur omne intelligibile tā reſpectiuū, quā
abſolutū pōt uideri ab angelo; q eſt po-
tentia intellectiua perfecta. ¶ Item oē
actiuū totale, uel partiale reſpectu uni-
us paſsi poteſt eſſe cauſa actiua reſpectu
cuiuslibet alterius paſsi eiuſdē rationis
totalis, uel partialis. Sed intellectio an-
geli poteſt eſſe cauſa partialis reſpectu
actus reflexi, quo angelus uidet ſuā co-
gnitionem, & euidenter ſcit ſe cogno-
ſcere; ergo poteſt ſimiliter eſſe cauſa co
gnitionis conſimilis in intellectu alte-
rius angeli, qui eſt paſſum eiuſdem ra-
tionis, quo alter angelus intelligat ip-
ſum cognoſcere. ¶ Præterea unus an-
gelus poteſt uidere ſubſtantiam, & eſ-

ſentiam alterius angeli; ergo etiā acci-
dētia ſibi inhęrētia cognitiones. ſ. & af
fectiones, ac habitus intellectui eius in
hęrētes. Tenet cōſequentia: qa acciden
tia ſunt ęquè intelligibilia ꝑ ſe, & æquè
approximata alteri angelo, ſicut obie-
ctū cui inhærent. ¶ Verū de facto unus
angelus nō ſemper cognoſcit cogitatio
nes, & affectus alterius; & præſertim ho
minū: quia non ſemper deus cōcurrit,
ſine cuius concurſu nulla actio perfici
poteſt. Vnde uidere cogitatiōes huma-
norum cordiū deus ſibi reſeruauit. Nō
.n. concurrit coagendo cū diabolo, &
forte cū angelis bonis, ac beatis ad ſcru
tandū corda hoim: ne totius ſalutis ini
micus doloſis ſuis artibus ſeuiori tenta-
tione animū humanū inuaderet, & a ſa
lutis conſecutione impediret. Vnde ſe-
creta cordis cognoſcere ſcriptura tan-
quam proprium deo attribuit. ſicut eſt
illud. ij. Paralip. vj.. Tu ſolus noſti corda
filiorum hominum. & ſimilia multa,
quibus ſcrutatio cordis, & renum ſpe-
cialiter deo attribuitur, licet etiam hæ
ſcripturæ, ſic exponi poſſent; ꝙ ſolus
deus uniuerſaliter neceſſariò, & impedi-
biliter uidet corda hominum; quod uti
que ſoli deo conuenit. Angeli autem
boni, & mali, etſi poſſunt naturaliter ui
dere alterutrum cogitationis debitè ſi-
bi approximati: non tamē hoc poſſunt
uniuerſaliter, & neceſſariò; quia impe
diri poſſunt per deum ſuam coactionē
ſuſpendentem. Iſtam materiā unà cum
rationibus. Greg. de arimino latius pro
ſecutus ſum in expoſitione canonis miſ
ſę lectione. xxxj. ideo breuius hic tran-
ſeo. Tenet autem Gręgo. diſt. ix. q. i. par
tē negatiuā huius quęſtionis: & rōnes
Ockā ſoluit ibidē ¶ Quantū ad tertium Artic. 3
arti. in quo uidendum eſt poſt Ockam E
q. xx. ſecundi. & q. viij. primi quodlibet.
Vtrū angelus poſsit cauſare notitiā ali-
cuius rei in intellectu alterius angeli,
aut hominis. Et qa intellectus hominis
uiatoris non poteſt intelligere pro ſta
tu iſto, niſi cōuerſus ad phantaſma. Vn̄
nullam cognitionem habere poteſt: niſi
eā, ad q̄ mediatè, uel immediatè cōcur-

runt phantaſmata. Et tenendo: ꝙ con-
ceptus ſit obiectũ actus intelligendi, ha
bens tantũ eſſe fictum, ſiue obiectiuũ in
intellectu: tunc uiatoris intellectus ni-
hil intelligit niſi ſenſibilia: actus pro-
prios, & conceptus, & nullum purum in
telligibile in ſe. Nihil ergo poteſt ange
lus circa intellectum hominis uiatoris
immediatè; ſed dumtaxat poteſt moue
re phantaſmata, & actiua applicare paſ-
ſiuis, &c. de quo dictum eſt diſt. pręce-
denti. Et per hoc poteſt agere in intel
lectum mediatè, uel indirectè. De in-
tellectu autem hominis ſeparato dicen-
dum ſicut de intellectu angelico. Simi-
liter de intellectu hominis coniuncto,
& beato. ¶ De quo ſunt duæ opiniones.
Vna Sco. diſti. pręſenti lib. ij. qui tenet,
ꝙ angelus poteſt cauſare in intellectu
alterius angeli cognitionem illius obie
cti, cuius ipſe habet habitum, ſeu habi-
tualem cognitionem, & hoc uel produ-
cendo in alio actum tantum; uel ſpeciē
tantum, uel ſimul actum, & ſpeciem. Nã
angelus habens in ſe cognitionem com
plexam extremorum, quorum alius an-
gelus ſimul habet ſpecies, uel habitus:
non autem actum cognoſcendi comple
xum; poteſt gignere cognitionem cõ-
plexi importantis extrema; ſic habitua-
liter nota exiſtere in alio; & non ſpeciē,
quia actu habet ſpeciem extremorũ. Si-
militer poteſt angelus imprimere ſpeciē
in intellectum alterius obiecti, cuius ſpe
ciem prius non habet, & non actum: dũ
alius angelus eſt occupatus circa cogni
tionē alterius obiecti, a quo ab illo auer
ti non poteſt. Sic habens ſpecies, & actũ
cognoſcendi, quibus alius angelus ca-
ret: poteſt utrũq; cauſare in alio. ¶ Mo-
tiuum ſuum eſt, quod ſufficienter eſt in
actu primo reſpectu alicuius effectus,
poteſt illum actum effectum cauſare in
receptiuo proportionato approxima-
to. Angelus habens notitiam habitua-
lem alicuius obiecti (gratia exempli) a.
eſt ſufficienter in actu primo ad cauſan-
dum intellectionem actualem ipſius a.
ergo poteſt illum cauſare in quocunq;
intellectu receptiuo illius effectus. In-
tellectus autem alterius angeli non cõ-
cipientis a. diſtinctè receptiuus eſt, ergo
in eo poteſt cauſare conceptum illius a.
Maior uidetur manifeſta. Minor patet:
quia angelus in ſe habet actum pri-
mum cognoſcendi a. & ſpeciem, &
quæcunq; ponuntur neceſſaria ad co-
gnoſcendum a. Et per hoc poteſt intel-
lectum ſuum facere in actu ſecundo cau
ſando in ſe intellectionem a. ſicut effe-
ctum. Sequitur ergo, ꝙ in intellectu al-
terius paſſiui; quod eſt eiuſdem rationis
cum intellectu ſuo: poteſt illum actum
cauſare. ¶ Sed contra hanc opinionem D
arguit Ockam ubi ſupra. q. ij. ſecũdi. nã
maior probationis nõ eſt uniuerſaliter
uera. Nam accipiatur eadem maior; &
arguatur ſic. Quando aliquid ſufficiē-
ter eſt in actu primo poteſt cauſare ſecũ
dum in quolibet receptiuo, cęteris pari-
bus. Sed uoluntas angeli ſuperioris, uo-
lens cauſare uolitionem in uoluntate
angeli inferioris: eſt ſufficienter in actu
primo reſpectu illius uolitionis: & uo-
luntas angeli inferioris eſt ſufficiens re
ceptiuum, & approximatum. Ergo po-
teſt cauſare uolitionem in uolũtate an-
angeli inferioris. ¶ Nec ſufficit euadē-
do dicere, ꝙ quia uolũtas eſt libera ideo
in ſua poteſtate eſt: ꝙ in ea uelle, uel nol
le cauſetur, uel non cauſetur; ſaltem a
quocunq; ente creato. Secus de intel-
lectione, quia angelus inferior non po-
teſt impedire ſuperiorem; quia uirtus
minor non impedit maiorē in ſua actio
ne naturali, uel libera. Quod autem
principale illatum ſit falſum; patet; quia
tunc uoluntas amare poſſet incognitũ;
quia poſſet uoluntas angeli ſuperioris
ſufficienter in actu, &c. cauſare immedia
tè in angelo inferiori uolitionē; abſq;
hoc, ꝙ inferior cognoſcat ſuperiorem,
uel aliquid in eo. Et ita inferior uellet,
aut amaret incognitum. ¶ Itē tunc an-
gelus poſſet intelligere ſine ſpecie: quod
eſt contra opinantem. ¶ Item ſic ange-
lus poſſet cauſare notitiam euidentem
in alio propoſitionis dubię ſine experiē
tia, & diſcurſu. Nam angelus habens
in ſe diſcurſum demonſtratiuum; poteſt
in ſe



in ſe producere notitiam euidentē cõ-
cluſionis; ergo in alio angelo poteſt
producere notitiã euidentē cõcluſio-
nis ſine quocũq; alio. ſ. ſine demonſtra-
tione: quia alter angelus eſt receptiuũ
E ſufficiēs &c. ¶ Ideo ē alia opinio Ockã,
ꝙ unus angelus nihil poteſt cauſare in
alio, niſi per modũ obiecti: & illo mo-
do, quicquid eſt in uno angelo; poteſt
ſicut obiectum in alio angelo debitè ap
proximato cauſare ſui notitiam intuiti
uam, ſi adſit communis influentia dei
concauſantis. Quòd hoc poſsit; patet
ex ſecundo articulo; quia quicquid eſt
naturale obiectũ unius potētiæ; eſt etiã
naturale cuiuſlibet potētię; eiuſdē ra-
tionis, & æquè perfectè: ſed potētię in-
tellectiuę angelorum ſunt eiuſdem ra-
tionis; quantũ ad modũ cognoſcendi,
& habēt idem obiectum primum: ergo
quodcũq; eſt obiectũ unius, & obiectũ
alterius ęquè approximatum. Cũ ergo
angelus unus poteſt uidere ſuas cogni-
tiones actuales, & habituales, atq; affe-
ctiones; ergo & alius ſufficienter appro
ximatus ſimiliter uidere poteſt; nec ma
gis proportionati ſunt intellectui actus
interiores, quàm exteriores, nec econ-
uerſo: quia omnes æquę includuntur
in obiecto primo intellectus. Quòd ue
ro nihil aliud cauſari poſsit in mente al
terius; niſi quod cauſat per modũ obie
cti; patet ex probationibus ſtatim ſupra
poſitis. ¶ Ad rationem autē Scoti dici-
tur, ꝙ ſi approximatio, de qua loquitur
in maiore, & minore dicit tantum ap-
proximationē localē; non eſt uniuerſa-
liter uera. Si uero dicit approximatio-
nem talē, quæ ſufficit ad agēdum in ta-
le paſſum: tunc minor prędictę rationis
nõ eſt uera. Vnde ad ſufficiētē approxi
mationē inter actiuũ, & paſsiuũ aliquã-
do requiritur identitas realis actiui, &
paſsiui. Aliquãdo idētitas, uel appro-
ximatio ſubiectiua. ita ꝙ agēs informet
receptiuũ: alioquin ſufficit debita loca
lis approximatio. Exēplũ primi. Volũtas
nõ põt cauſare actũ amoris, niſi in ſe ip
ſa; nec intellectus põt cauſare notitiam
actualem de obiecto habitualiter noto
niſi in ſeipſo; & hoc pręſcindēdo cauſa
litatē ſuã per modũ obiecti; ſicut Sco-
tus loquitur. Oportet ergo in his eſſe
talē approximationē actiui, & paſsiui:
ꝙ idē ſit agēs, & paſsũ recipiens. Exēplũ
ſecundi. Habitus amoris, qui eſt in uolũ
tate ſimiliter habitus intellectualis nõ
põt cauſare notitiã actualē, niſi in potē
tia, quã informat. Exēplũ tertij. Nã ad
cauſandũ ꝑ modũ obiecti ſufficit debita
localis approximatio: hoc eſt nõ nimia
remotio actiui a paſsiuo, ſiue ſint idē,
ſiue diuerſa. In propoſito requiritur pri
ma, uel ſecũda approximatio: & nõ ſuffi
cit tertia. Hoc autem nõ eſt intellectus
unius angeli, aut habitus eius ad intel-
lectũ alterius: quia ibi nec eſt identitas
ſimpliciter potentiæ, & potentię: nec
idētitas ſubiectiua habitus unius ange-
li, & intellectus alterius. ¶ Si cauſa quę-
ritur. Dicēdũ, quia angelus, uel habitus
in eo non põt aliquid agere extra ſe in
alio niſi per modum obiecti: ſed in pro
prio ſubiecto habet duplicē actionem.
Vna eſt ꝑducere actualē notitiã obiecti
habitualiter noti; quã habere põt etiã ſi
tunc angelus nec uideret ſe actualiter,
nec habitũ ſuũ: ut ſi actu non cogitet de
ſe, uel habitu ſuo. Alia actio eſt ꝑducere
notitiã intuitiuã ſui tã in ſuo intellectu
aut quocũq; alio debitè approximato,
cuius cauſa non eſt aliud niſi natura rei,
quæ talis eſt. ¶ Quantũ ad quartũ articu Cõcl. 4
lum, qui eſt de principali quæſito. Vide F
Ockã. q. xx. ſecũdi. & in primo quodl. q.
vij. ubi plura habētur ad propoſitum ua
lentia. & dubia alia. Notãdũ ergo, ꝙ lo
qui mentaliter de quo hic ſermo, accipi
tur ad ſimilitudinē locutionis uocalis.
Loqui autē uocaliter, eſt proferre uerba
uocalia, ut aliquis audiat uocali auditio
ne, & intelliga illud, quod per uoces ſi
gnificatur, hoc eſt formet in ſe conce-
ceptus uocibus correſpondentes. Sic lo
qui mentaliter nihil aliud eſt, niſi habe-
re, uel formare in ſe uerbũ mentale, ut
aliquis audiat mentaliter, & intelligat
quod per uerbũ mētale ſignificatur; eſt
autē uerbũ mentale cogitatio actualis.
Loqui ergo mentaliter, nõ eſt aliud niſi

actualiter cogitare, ut ipſe uel alius in-
telligat, quod per cognitionem ſi-
gnificatur. Audire autē mentaliter ni
hil aliud eſt, quàm uidere cogitationē
actualē alterius angeli, uel hominis: ſi-
cut audire uocaliter nō eſt aliud niſi ap
præhēdere uoces a ſe uel ab alio prola-
tas. ¶ Iſta probantur per beatum Aug.
xv. de trini. c. x. Formata propriè cogi-
tatio ab ea re, quam ſcimus: uerbum eſt
quod in corde dicimus: quod nec græ-
cum eſt, nec latinū, nec alicuius alterius
linguę. Ecce ꝙ cogitatio ē uerbū. Quod
autem loqui mentaliter, non eſt niſi ha
bere uerbū mētale. ſ. cogitationis. ſic di
cit paulò ſuperius eodē ca. Quędā ergo
cogitationes: locutiones ſunt cordis,
ubi & os eſſe dicimus. Et poſt. Foris cū
per corpus hæc fiunt, aliud eſt locutio,
aliud uiſio. Intus autē cum cogitamus,
utrūq; unū eſt. Itē et ſi uerba nō ſonāt.
In corde ſuo dicit utiq; omnis, qui co-
gitat. Et probat hoc Auguſtinus aucto
ritate utriuſq; teſtamēti. Quod etiā au
dire mētaliter, nō eſt, niſi uidere cogi-
tationē actualē alterius; patet per eun-
dem ibidem de trin. c. eodem ubi dicit.
Auditio, & uiſio duo quędā ſunt inter
ſe diſtātia in ſenſibus corporis. In ani-
mo aūt nō eſt aliud, atq; aliud uidere,
& audire. Ac ꝑ hoc cū locutio foris nō
uideatur: ſed potius audiatur: locutio-
nes tn̄ interiores: hoc eſt cogitationes
dū cognoſcunt, & audiuntur, & uident:
unde de dn̄o dixit euāgeliſta. Cū uidiſ-
ſet, inq̄t, cogitatiōes eorū. ¶ Ex illis pa
tet, ꝙ angelus loquendo alteri nihil fa-
cit; niſi ꝙ cauſat cogitationē alicuius
obiecti in ſe: quę cogitatio in loquente
cauſata tāquā obiectū cauſat effectiuè
in angelo audiēte notitiā intuitiuā ſui
met cogitationis; & ſic ex cōſequente
aliquo modo cauſat in angelo audiēte
cognitionē obiecti primæ cogitatiōis.
Similiter angelus audiēdo nihil aliud fa
cit: niſi ꝙ appręhendit, ſeu uidet intuiti
uè cogitationē loquentis; & per eas de
uenit in cognitionem obiectorum earū
dem cogitatione uiſarū. Sicut loquens
corporaliter alteri: uoces format, quæ
tāquàm obiecta auditus, cauſant ſui ap
pręhenſionem intuitiuam in audiente:
per quas uoces appræhenſas audiēs (ſi
impoſitionem earum nouit) deuenit in
appręhenſionem obiectorum abſtracti-
uam per uoces ſignificatorū; quàm im-
poſitionē ſi non nouit uoces quidē ap-
pręhendit: ſed nō obiecta per uoces ex
impoſitione ſignificata. Et quamuis ad
locutionē, & noſtrā corporalē, & ange
lorum mentalem, concurrit actus uolū-
tatis. ſ. uelle manifeſtare (nō enim ſim-
plex formatio cogitationis eſt locutio;
ſed formatio cogitationis, ut audiēs ap
præhendat: quod eſt uelle manifeſtare
audienti, quæ cōcipit) tamen illud uel
le manifeſtare non eſt locutio; ſed ipſa
formatio cogitationis. Supponit er-
go locutio mentalis pro formatione
conceptus in loquente; & connotat uo
luntatem manifeſtandi huiuſmodi con-
ceptus. ¶ His præmiſsis reſpondetur ad
hunc articulum, & ad quęſtionem. Pri- Cōcl. 1
ma cōcluſio. Angelus mentaliter alteri G
angelo loqui poteſt: uerbū quoq; loquē
tis pōt ab altero audiri. Prima pars pro
batur: quia angelus pōt cogitare actua-
liter, ut angelus alter huiuſmodi ſuas co
gitationes appręhendit, & ꝑ ea obiecta,
quę cogitat: & hoc faciendo loquitur
alteri. ergo concluſio uera pro prima
parte. Cōſequentia nota. Minor patet
ex quid nominis loqui. Maior ſimiliter
nota eſt; poteſt enim angelus uelle aliū
noſcere ſuos cōceptus; & propter hoc
huiuſmodi in ſe formare, ut alius ui-
deat. Secūda pars patet ex prima: q̄a an
gelus poteſt appręhēdere cogitationes
alterius, quas uult ſibi manifeſtare, &
ita audire. patet ex quid nominis audi
re. Itē unus angelus pōt uidere cogita-
tiones alterius ex articulo ſecundo. er
go audit. Tenet cōſequētia: q̄a idem eſt
uidere, & audire mentaliter ſecūdū bea
tum Auguſtinū: ut in notabili allegatū
eſt. ¶ Secunda concluſio. Nō ſolū in- Cōcl. 2.
feriori ſuperior: ſed etiā ſuperiori loqui
poteſt angelus inferior. Patet: q̄a qui-
libet angelus poteſt formare uerbū, ut
quilibet alter audiat ſeu uideat. igitur.



Cōſequentia nota, ſimiliter & antece-
Cōcl. 3. dens. ¶ Tertia cōcluſio probabilis. Etſi
angelus inferior ſuperiori loquens cō-
ceptus ſuos ei manifeſtat; nō tn̄ ſic lo-
quendo eū illuminat. Prima pars patet
ex concluſione pręcedenti. Secunda
probatur: quia ueriſimile eſt, ꝙ nihil co
gnoſcat inferior; qđ ignoret ſuperior.
Cū, ſecūdū Dion. inferiores reducūt ad
ſupma ꝑ media: ait enim ca. iiij cęleſtis
hierarchię. Statuit ſūmus ille ac ſupſub-
ſtantialis omniū ordo, per ſingulas di-
ſtinctiones primos, & medios extre-
moſq́; eſſe ordines, atq; uirtutes ut. ſ.
inferiorū ſpirituū excellentiores quiq;
præceptores, ac duces ſint, per quos illi
acceſſum habeant ad deū: & ad lucem
ſecretiſsimā dei, ſocietatēq; perueniāt.
Illuminatione autē illuminatus purga-
tur ab ignorantia. ut patet ex illo arti-
culo. Superiorem uero nō poteſt purga
re inferior: alioquin ſuperior ignora-
ret: quod inferior cognoſceret. ¶ Ex
illo ſequitur, ꝙ nō eſt idem illuminare,
& loqui. Poſſunt enim angeli ſibi in-
noteſcere cogitationes actuales rerum
utrimq; habitualiter notarū; & ita de ſi
bi notis loqui; ſicut & homines de re-
bus ſibi ęqualiter notis ſibi loqui poſ-
ſunt. In quo caſu fit locutio ſine illumi
natione; quia hac locutione de nulla re
ignota acquiritur cognitio noua: quod
Cōcl. 4. tn̄ requiritur ad illuminationē. ¶ Quar
ta cōcluſio reſponſalis ad titulum quæ-
ſtionis. Per actus hierarchicos ſuperio-
rū ordinū angeli poſſunt inferiores illu
minare, & illuminando eis loqui. Prima
pars patet: quia ſuperiores angeli noti-
tiā, quā accipiunt immediatè per diui-
uinam reuolutionem inferioribus ma-
nifeſtāt: eiuſq́; mādata inferioribus per
ferunt; ut patet per beatum Diony. de
cęle. hierar. ꝑ totū. Secūda pars patet:
quia cauſando notitias in alijs de re-
bus quas ignorabāt iferiores illumināt:
hoc aūt faciendo eis loquūtur, neque
enim aliter illuminant niſi manifeſtan
do eis conceptus ſuos; quod eſt loqui.
¶ Veruntamen quamuis ita creditur de
facto; poſſet tn̄ deus per inferiorē illu-
minare ſuperiorē; poſſet enim aliquid
reuelare angelo inferioris ordinis, &
mandare, ut manifeſtaret angelo ſupe-
riori. Loquitur ergo cōcluſio de facto;
nō de poſsibili quantum ad hanc partē.
¶ Quantum ad quintū articulum eſt du Arti. 5.
bium primū. Vtrum angelus uidens co- H
gitationes alterius, uideat etiam obie-
cta cognitionū. ¶ Ad quæſtionem reſpō ꝑpō. 1.
detur per aliquas propoſitiones. Pri-
ma. Angelus intuitiuè uidendo cogni
tionem ſingularem alicuius obiecti in
alio angelo, non uidet. i. intuitiuè co-
gnoſcit, tale obiectum quatenus ad ip-
ſum terminatur cognitio huiuſmodi ſin
gularis. Probatur: quia ſtat cognitionē
uiſā intuitiuè in alio angelo eſſe cogni
tionem abſtractiuam obiecti nō exiſten
tis; & tale nō poteſt intuitiuè uideri na
turaliter ab intellectu creato; alioquin
uidens cognitionem in alio intuitiuè:
cognoſceret per cognitionem alterius
intuitiuè, quod alius angelus, cuius eſt
cognitio; non cognoſceret intuitiuè;
quod eſt falſum. Similiter nec opor-
tet, ꝙ cognoſcens cognitionem in-
tuitiuam alterius intuitiuè cogno-
ſcat intuitiuè eius obiectum; quia poſ-
ſet obiectum a primo angelo cogni-
tum eſſe improportionatè inſtans a
ſecundo angelo; ut poſito caſu, ut ſi
diſtantia proportionata per quam obie
ctum uideri poſsit intuitiuè ſit. 100. leu
carum: diſtet aliquod obiectū per. 200.
miliaria a ſecūdo angelo per. 100. a pri
mo angelo; ita ꝙ primus angelus ſit in
medio inter obiectum, & ſecundum an
gelum: tunc ſecūdus angelus uidet co-
gnitionem primi angeli intuitiuè; &
tamen nō poteſt uidere eius obiectum
intuitiuè: eo ꝙ non eſt ſufficienter prę
ſens. Non enim poteſt uideri obiectū
intuitiuè: niſi per cognitionem co-
gnitionis ſuæ, quod non poteſt uideri
per cognitionem immediatè ab obie-
cto cauſatam. Probatur etiam de no-
titia intuitiua obiecti ſufficienter utri-
q; angelo præſentis; quia ponatur, ꝙ
ſingulare intuitiuè uiſum a primo an-
gelo, etiam uideatur a ſecundo ange-

lo immediatè per propriā cognitionem
talis obiecti intuitiuā, uideatq́; ſecūdus
angelus uiſionē primi angeli; nō tamē
propter hoc uidet, ꝙ notitia intuitiua
primi angeli terminetur ad hoc ſingu-
lare obiectū. Probatur: quia ſi ſint duo
ſingularia ęquè approximata, quorum
utrumq; uterq; angelus uidet; nō plus
ſcire poteſt ſecundus angelus, ꝙ cogni
tio primi angeli ſit unius obiecti, quàm
alterius, ſi obiecta ſint ſimillima; quia
neſcit a quo cauſata ſit; & ita ignorat
ad quod terminetur: cū neceſſe eſt in-
tuitiuam notitiā cauſari particulariter
ab obiecto: etiam ſi tantum eſſet unum
ſingulare approximatum: adhuc nō poſ
ſet euidenter ſcire, ꝙ iſta cognitio eſt
huius ſingularis, & ab ea effectiuè par-
tialiter; quia iſta cognitio poſſet a ſolo
deo cauſari. Exemplum huius. Si ſunt
duo ignes, & appareat fumus cauſatus,
non plus ſcio, ꝙ fumus cauſatur ab illo
igne, quàm ab illo; quia ab utroq; po-
teſt indifferenter cauſari. ſi etiam
ſit tantum unus ignis, & uideatur fu-
mus, non poteſt ſciri euidenter, ꝙ cau-
ſatur ab illo igne, quia poteſt cauſari a
ſolo deo. ſic in propoſito. Vnde ad
hoc, ꝙ ſciā euidenter, ꝙ cognitio hęc,
quam uideo intuitiuè, ſit ab hoc ſingula
ri, oportet ꝙ ſciā, ꝙ nullum aliud ſimi-
le ſit approximatum angelo, cuius co-
gnitionē uideo. Et ꝙ iſta cognitio intui
tiua, quā uideo, nō ſit a deo ſicut a cau-
ſa totali, etſi alterū eorum deficiat nō
ſcio euidenter, ꝙ hęc cognitio intuiti-
ua cauſatur ab hoc ſingulari; & per cō-
ſequens nec ſcio, ꝙ eſt huius ſingularis.
Iſta autē nō poſſum ſcire, niſi per diſcur
ſum; ideo licet cognoſcam intuitiuè co
gnitionem alicuius ſingularis: nō tamē
cognoſco illud ſingulare cuius eſt in-
tuitiuè: ſed uel non cognoſco: uel co-
gnoſco per diſcurſum, aut abſtractiuè:
ppō. 2. ut dicetur. ¶ Secunda propoſitio. An-
I gelus uidēs intuitiuè cognitionē uni-
uerſalem in alio, poteſt intuitiuè uide-
re uniuerſale, quod eſt eius obiectū: po-
ſito, ꝙ uniuerſalia habent tātū eſſe obie
ctiuū in anima, & termināt cognitionē
uniuerſalem. Probatur; quia cū ſecun-
dum illam poſitionem uniuerſalia non
habent eſſe niſi obiectiuū in intellectu,
quod eſt eſſe cognitū; quicunq; uidet
intuitiuè cognitionē uniuerſalē; & ita
terminatā ad uniuerſale (hoc enim eſt
uidere cognitionem uniuerſalē) uidet
& ipſum uniuerſale intuitiuè; nec requi
ritur ulterior manifeſtatio, uel explica
tio. ¶ Tertia propoſitio. Angelus uidēs ppō. 3.
intuitiuè notitiā ſingularem in alio an-
gelo, poteſt cognoſcere eius obiectum
abſtractiuè in conceptu communi con-
fuſè, uel diſtinctè ſingulariter rememo
ratiuè: uel etiā per diſcurſum. Primum
probatur: quia poſito, ꝙ diligo ſortem,
poteſt angelus uidere dilectionem meā
intuitiuè, ſi fuerit mihi approximatus;
& ſic uidet, ꝙ diligo hominem, ſed non
uidet, ꝙ diligo ſortem. Sic in propoſi-
to, ſi ſortem intelligo, poteſt uidere in-
tellectionem meā intuitiuè; & per hoc
cogitare, ꝙ intelligo hominem, nō au-
tem ꝙ intelligo iſtum, uel illum. Cau-
ſa eſt: quia obiectū actus alias nō cogni
tū non poteſt cognoſci ab alia potētia,
quā actus nō informat: niſi per diſcur-
ſum, & arguitiuè: alias poſſem intuitiuè
cognoſcere obiectū cognitionis abſtra
ctiuè: quā intuitiuè cognoſco contra
ſupradicta. Arguitiuè autem, & per di-
ſcurſum nō cognoſcitur aliquod ſingu
lare determinatè: ſed tantū in cōceptu
cōmuni; quia cognitio habitu per di-
ſcurſum ęqualiter aſsimilatur omnibus
indiuiduis eiuſdem ſpeciei, ſi ſint ſimil-
lima igitur non poteſt concludi deter-
minatè, ꝙ magis ſit unius indiuidui,
quā alterius. Concluditur igitur con-
ceptus cōmunis oibus indiuiduis ſic ſi-
milibus: ſicut cū intuitiuè uideo fumū:
cognoſco arguitiuè, ꝙ hic eſt, uel fuit
ignis: nō autem an ille, uel alius ignis:
cū fumus tātę quātitatis a pluribus igni
bus ſimilibus cauſari poteſt. ¶ Secundū
ſ. ꝙ uidens cognitionē ſingularē intui-
tiuè, poſsit obiectū eius cognoſcere di-
ſtinctè, abſtractiuè, quandoq; per mo-
dum rememorationis. Probatur: quia
ſi angelus uidens notitiā intuitiuā ob-
iecti



iecti in alio angelo; cuius obiectū prius
intuitiuè uidit, & habitum acquiſiuit;
recordatur ſe uidiſſe obiectū illud in na
tura propria, & ita format notitiā diſtin
ctam; ſeu abſtractiuam illius obiecti. Pro
batur: quia uidendo cognitionē actualē
intellectiuam obiecti in alio; recordatur
ſe talem cognitionē aliquando habuiſ-
ſe per habitum in ſe derelictum, illamq́;
cognitionem in ſe productam fuiſſe
ad pręſentiā huius obiecti; & ita recorda
tur, & cognitionis ſuæ, & obiecti ſuę co
gnitionis. Ad quam recordationem mo
uet notitia intuitiua uiſa in alio ange-
lo, & habitus proprius ſimilis cognitio-
ni in ſeipſo. Sit ergo reſpectu illius co-
gnitionis recordatiuè obiecti. a. in ſecū
do angelo eſt cauſa partialis cognitio
intuitiua eiuſdem obiecti in illo ange-
lo, & alia cauſa partialis eſt habitus in
ſecundo angelo, inclinans ad formandū
cognitionem abſtractiuam eiuſdē obie-
cti. Exemplum: ut ſi fumi diuerſorum
ignium differrent ſpecie: ſi primò intui
tiuè uidiſſem fumum, & ignem: poſtea
uiderem intuitiuè fumum eiuſdem ſpe-
ciei cū priori fumo: & nō uiderē ignē;
formarem in me debitam notitiam obie
ctiuā recordatiuā ignis per hoc, ꝙ uide
rem fumum eiuſdem ignis; quem prius
uidi repræſentatum. Sic in propoſito; ſi
cut fumus naturaliter repręſentat ignē:
ita cognitio obiectum, & cognitiones
diuerſorum obiectorū ſolo numero di-
ſtinctorum differunt ſpecie. Plus enim
differunt, quā duę cognitiones ſynony-
mæ eiuſdem obiecti; quę tamen diffe-
runt numero. Omnis autem differen-
tia maior numerali eſt ſpeciuoca; & ita
ſecūdus angelus uidens cognitionē in-
tuitiuā; cuius ſimilē in ſpecie prius in ſe
habuit: cōcludit eam eſſe eiuſdem obie-
Cōcl. 1 cti, cuius fuit ſua. ¶ Ex quo patet, ꝙ an-
K gelus habens in ſe cognitionem actua-
lem obiecti. a. pōt cognitionem eiuſdē
obiecti. a producere in alio angelo; cui
idē obiectū eſt habitualiter notū; & hoc
mediante habitu in alio angelo dere-
licto ex priore cognitione actuali ipſius.
a. & cognitione intuitiua actualis co-
gnitionis primi angeli: quę ſimiliter eſt
in ſecundo angelo: ita ꝙ ad cognitio-
nem recordatiuam ſecundi angeli obie
cti. a. tria concurrunt. ſ. cognitio intui-
tiua obiecti. a. in primo angelo & illa cō
currit obiectiuè, & cognitio intuitiua
huius cognitionis primi angeli tā quam
obiecti, quę eſt in ſecūdo angelo: & ha-
bitus ſecūdi angeli inclinans ad cogni-
tionem eiuſdem obiecti. a. ¶ Secundò ſe Cōcl. 2.
quitur: ꝙ ſi in primo angelo eſſet habi-
tus ſolus cognitiōis obiecti. a. ſine actua
li cognitione: ille habitus mediante in-
tuitiua ſui cognitione, qua uidetur a ſe-
cundo angelo: & habitu ſecundi ange-
li poteſt producere notitiā actualem re
cordatiuam obiecti. a. Poteſt etiam habi
tus (quia eſt effectus obiecti) ducere in
cognitionem eius tamquam ſuę cauſæ
tā appræhenſiuam, quàm iudicatiuā per
diſcurſum ab effectu ad cauſam. Sed
nunquam actualis, aut habitualis cogni
tio primi angeli obiecti. a. poteſt im-
mediatè in ſecundo angelo producere
cognitionem diſtinctam obiecti. a. ſine
actuali, & intuitiua cognitione ſui, tam
quam obiecti in ſecundo autem angelo
formati: quia neq; eſſentia angeli unius:
neq; actus, nec habitus, nec potētia po-
teſt aliquem actum cauſare in alio, niſi
per modum obiecti. Obiectum autē nū
quam cauſat aliquid ut obiectū ſine ſui
cognitione: alioquin obiectū non eſſet
obiectum. ¶ Non ergo coincidunt illa
cum opinione Sco. qui tenet, ꝙ ange-
lus mediante ſuo habitu, uel ſpecie po-
teſt cauſare cognitionem in alio ange-
lo, quaſi in ſeipſo ſine actuali cognitio
ne habitus, uel ſpeciei. Sic enim habitus
mouet ad cognitionē actualem ſine co
gnitione intuitiua actuali ſui (potentia
in qua eſt) nō ſic aliā. Poteſt enim ha-
bens habitum ſe actuare ad cognitionē
obiecti, cuius eſt habitus: etiā ſi actu nec
cogitat de ſeipſo, nec de habitu; nō ſic
poteſt habitus actuare alium, in quo nō
eſt; niſi cōcurrat in alio cognitio actua
lis intuitiua illius habitus. ¶ Tertiō Cōcl. 3.
ſequitur: ꝙ qui nunquam habuit co-
gnitionem intuitiuam alicuius obiecti

in propria natura,quantumcũq, uideat
cognitionem intuitiuam illius obiecti
in alio angelo;nũquam ex hoc cauſare
tur in eo cognitio illius obiecti diſtin-
cta ſingularis recordatiua. Patet, quia
cognitio recordatiua alicuius obiecti
naturaliter loquẽdo p̃ſupponit neceſſa
riò p̃ceſsiſſe aliã notitiã intuitiuã eiuſ-
dẽ obiecti in eodẽ intellectu,ſi ſit reſpe
ctu incõplexi. Et ideo,qui nunquã uidit
obiectũ. a. in ſe:uidendo eius cognitio
nem in alio angelo, non habet notitiã
diſtinctã illius obiecti: ſicut uidens fu-
mũ,qui prius nũquam uidiſſet ignẽ, per
illã uiſione fumi non habet diſtinctam
cognitionẽ ignis. ¶ Tertium in conclu
ſione tertia adiectum. ſ.ꝙ uidens intui-
tiuè cognitionẽ obiecti in alio angelo,
poteſt diſcurſiuè cognoſcere obiectum
etiã quod prius nũquã diſtinctè cogno
uit. Probatur:quia poteſt primus ange
lus formare huiuſmodi complexa. Hæc
notitia eſt cognitio obiecti.a.& ei aſſen
tire:& cõſimiles propoſitiones, & eas
offerre ſecũdo angelo; hoc eſt in ſe for
màre,ut ſecũdus angelus uideat,& ſecũ
dus angelus uidẽs illa ĩ intellectu primi
angeli,põt illa credere uolũtariè:uel for
te neceſſariò,ſi reputat eũ in oĩbus ue-
racẽ. Per illũ modum uidẽdo intuitiuè
cõplexũ,& eius aſſensũ:põt credere, ꝙ
cognitio pria ſit obiecti.a. ſicut ſi quis
mihi diceret. Vox albedo ſignificat
obiectũ.a.poſsũ ſibi credere,licet nũquã
diſtinctè nouerim obiectũ.a.Et ſic poſ-
ſum uenire in cognitionẽ communẽ.a.
nõ particularẽ diſtinctam:ut puta,ꝙ ſit
ens,uel qualitas,uel color, quos conce
ptus abſtrahit a rebus,quas noui:& for-
mo aliã cognitionem de obiecto. a.quã
primus angelus mihi loquens,ut pono.
¶ Itẽ poteſt angelus per plures propoſi
tiones,quas in ſe format,& eis aſſentit:
alteri angelo deſcribere per particula-
res circunſtantias; ſecundo angelo ali-
quo modo notas obiectũ.a.& ſic duce-
re eum in ſpecialiorem cognitionẽ.a.
Vt ſi quis mihi deſcriberet regẽ Fran-
ciæ (quem numquam uidi) per multas
imagines, & ſimilitudines aliorum mi-
hi notas, tandem deuenire poſſem in
cognitionem multum ſpecialem regis
Franciæ; ſed nunquam in cognitionẽ
Dub. 2. diſtinctã eius in ſe. ¶ Secũdò dubitatur,
L quomodo angelus poſsit loqui uni an-
gelo,& nõ alteri æquè approximato, &
æqualiter intento. Reſpondetur poſt
Ockã. q.vij. primi quodlibet;ꝙ nõ eſt
in poteſtate angeli loquentis oſtendere
unum,& occultare aliud æquè præſens;
neq; occultare aliquid idem uni ange-
lo; & oſtendere alteri cęteris paribus;ſi
cut nec propriã eſſentiã uni põt oſten-
dere,& nõ alteri:aut eſſentiã manifeſta
re,& occultare cogitationem ſuã; cũ tã
tũ agat per modũ obiecti:nõ tantũ quã
tũ ad ſuã eſſentiã,ſed etiã quãtũ ad om
nem actũ tã intellectus, quã uolũtatis:
obiectũ aũt ut ſic agit naturaliter. In
hoc aũt põt manifeſtare uni angelo, &
nõ alteri: uel unum actum, & non alte
rũ:q̃a deus coagit ſecũ reſpectu unius,
& nõ alterius. Angelus aũt: quia ſua uo
luntate cõformatur diuinę uolũtati nõ
uult oſtẽdere,uel occultare niſi ſecũdũ
diuinã uolũtatẽ:& ideo ſecũdũ uolũta
tẽ ſuam deus cõcurrit;& per hoc,ꝙ an-
gelus non uult oſtendere, occultatur:
non per naturalem uirtutẽ ſuã: ſed pro
Dub. 3. pter non cõcurſum dei. ¶ Tertiũ dubiũ
M eſt contra hoc, quod dictum eſt; ꝙ idẽ
eſt uidere,& audire mẽtaliter. Nã poſ-
ſet angelus uel anima ſuas cogitatio-
nes nolle uideri ab.a. Angelo debitè
alias approximato,in quo caſu.a.ange-
lus uideret cogitationes angeli, uel ani
mæ nolentis eas uidere: & tamẽ tũc.a.
nòn audiret: quia in caſu nec angelus,
nec anima loqueretẽ: ſed nullo loquẽte
nõ eſt locutio. Reſpõdetur:quia ſecũdũ
cõmunẽ modũ loquẽdi, auditio prẹſup
ponit locutionẽ: & ſic auditio cõnotat
actũ uolũtatis nõ audientis: ſed loquẽ-
tis; ſicut loqui ut audire ſit uidere actũ
angeli uolẽtis ipſũ uideri:alias angelus
uidẽs eſſentiã alterius animę,uel angeli
audiret eſſentiã alterius, etiã alio igno-
rãte,uel nolẽte. Ad beatũ Aug.dicitur,
ꝙ Augu.loquitur quãtũ ad obiectũ:ita
ꝙ idẽ obiectũ, quod mẽtaliter auditur,



etiã cognoſcitur. Sic nõ eſt in corpora
libus,ubi aliud uidetur,& aliud auditẽ:&
q̃d uidetẽ, nõ auditẽ: nec ecõuerſò. Nõ
aũt uult,ꝙ omne q̃d mentaliter,uidetẽ:
audiatur:licet audiri poſsit. Vel dicatẽ,
ꝙ Auguſt. accipit audire largè pro om
ni cognitione obiecti mẽtaliter audibi
lis:& ſic cõuertibiliter idẽ eſt audire, &
Dub. 4. uidere mẽtaliter. ¶ Quartò dubitatur.
N Vtrũ angelus inferior ignoret aliq̃d,q̃d
nouit ſuperior. Et uidetur,ꝙ nõ:cũ oẽs
angeli beati uidẽt uerbũ,in quo relucẽt
oĩa: ſecundũ illud Auguſtini, & Grego
rij. Quid nõ uidet,qui uidẽtem omnia
uidet. ¶ In oppoſitũ eſt illud Eſa. lxiij.
Quis eſt iſte, qui uenit de Edom tinctis
ueſtibus de boſra; quod dicit propheta
in perſona angelorũ quaſi myſterium
ignorantiũ,& ideo quęrentiũ.Gloſ.in-
terli. Item ad Epheſ.iij. Vt innoteſcat
diſpenſatio ſacramenti.ſ.incarnationis
a ſeculis abſcõditi principatibus,& po-
teſtatibus per eccleſiã. Vbi innuit apo-
ſtolus,ꝙ ſacramentũ redemptionis hu-
manæ abſconditum fuit angelis; & eis
reuelatũ ꝑ eccleſiã. Cui conſonat illud
1.ad Timo.iij. Magnum eſt pietatis ſa-
cramentũ,quod manifeſtatum eſt in car
ne, iuſtificatũ eſt in ſpiritu, apparuit an
gelis,prædicatum eſt gentibus, creditũ
eſt mundo:aſſumptũ eſt in gloria.Gloſ.
Qui prius uiſus humilis, deuicta morte
in maieſtate apparuit, ut agnoſcentes
angeli myſteriũ,quod prius latuit decla
ratum in carne genu illi flectentes,qua
ſi deo,gratias agant:quia didicerũt ue-
ritatem. ¶ Ad dubium reſpõdetur affir
matiuè:quia enim inferiores angeli a ſu
perioribus purgãtur ab ignorãtia,& il-
luminãtur; ergo aliq̃d inferiores igno-
rãt,quod ſuperiores nouerunt. Et ſatis
patet reſpõſio ex arti.j.& iiij. Quòd ue
ro arguitur de uiſione uerbi communis
eſt ſolutio,ꝙ uidentes uerbum tantum
uident in uerbo, quantum eis uerbum
oſtendit,oſtendit autem, quantũ uult.
Eſt enim ſpeculum uoluntariũ, quo ad
creaturas. extra, licet ſit neceſſarium,
quo ad perſonas intra. ¶ Ad beatum Au
guſtinum & Grego. ſecundum magi-
ſtrum diſt.xi. dicitur,ꝙ loquuntur de
his,quæ ad eorum beatitudinem perti-
nent: nam uiſio uerbi beatifica eſt; &
ideo includit omnia, quorũ notitia ad
beatitudinem pertinet. De hoc alibi la
tius. ¶ Sed quid dicendum de hoc, q̃d O
rationes ad oppoſitum dubij tangunt.
Vtrum omnes angeli boni nouerunt
myſterium incarnationis priuſquam in
facto exhiberetur,uidetur uaria eſſe re
ſponſio doctorum ſanctorum:ut tangit
magiſter diſt.xj. Vnde gloſ. ſupra allega
ta ex Eſa. ita ait. Quidam angeli non
plenè cognoſcentes myſterium incar-
nationis,paſsionis,reſurrectionis,uidẽ
tes ad cęlum aſcendere dñm cum multi
tudine angelorũ, & ſanctorum hominũ
propria uirtute,nõ auxilio angelorum,
admirantur incarnationis,paſsionis, re
ſurrectionis,aſcenſionis myſterium, &
quomodo ſibi, & alijs aperiat regnum
cęlorum. Vnde & angelis dominum co
mitantibus dicunt. Quis eſt iſte,qui ue
nit de Edom. Videtur tamen Aug. ſu-
per Gen. dicere: & ſequitur in gloſ. ꝙ
omnes angeli ab ipſa creatione ſua ſta-
tim cognouerunt in contemplatione
ſui creatoris, quid ipſe erat facturus. Et
ſequitur. Hieronymus aũt apertè decla
rat,quia quidã angeli donec perficeretẽ
myſteriũ incarnationis ad plenũ nõ co
gnouerunt. Hec gloſ. Vnde Alex. de
Hal.par.ij. q. xxvj.mẽbro.j. cõcordãs
Aug. & Hierony. dicit. Vtrũq; uerum
eſt; ſed hoc pro diuerſis angelis. Dicit
enim,ꝙ quidã nouerũt a principio nõ
creationis;ſed cõditionis .i.cõfirmatio
nis ĩ gr̃a,cũ dictũ eſt. Fiat lux. Vnde ex-
ponit btũs Aug.v.ſuꝑ Gen.illud.apoſto
li.ſup.allegatũ ad Epheſ. iij. dicens. Sic
fuit abſcõditũ a ſeculis mũdo;ut cũ inno
teſceret principatibus,& poteſtatibus ĩ
cęleſtibus ꝑ eccleſiã:q̃a ibi primitus ec
cleſia quo poſt reſurrectionẽ & illa con
greganda eſt. Illis ergo a ſeculis inno-
tuit;q̃a omnis creatura nõ ante ſecula;
ſed a ſeculis. Sic ergo aliq angeli a prin
cipio cognouerũt myſterium incarna-
tionis, alij uero non cognouerunt a
principio; ſed poſt plenè cognouerunt,

dum impletum fuit. Vel poteſt dici, ꝙ a principio omnes cognouerunt in uerbo; ſed in proprio genere innotuit eis per eccleſiam, dum factus fuit, ac impletum, ac per apoſtolos mundo prædicatum. Vnde Augu. v. ſuper Gen. Nõ in deo tantum innoteſcit angelis, quod abſconditum eſt; uerum & hoc eis apparet cum manifeſtatur, & propalatur. ¶ Sed quid de dæmonibus an cognouerunt Ieſum fuiſſe filium dei. Et hoc quidem uidetur per illud Marc. j. Quid nobis, & tibi Ieſu nazarene, ueniſti ante tempus perdere nos; ſcio ꝙ ſis ſanctus dei. Et eiuſdem. v. Quid mihi & tibi Ieſu fili dei altiſsimi. Simile habetur Matth. viij. & Luc. viij. ſi ergo dæmones cognouerunt: multo magis angeli boni. ¶ Ad quod dicitur, ꝙ dæmones cognouerunt dominum ueniſſe in carne; ut dicit gloſ. Luc. viij. Sciebant dæmones per aduentum domini ſe aliquando in abyſſum mergendos: non futura prædiuinantes ſecundum prophetarum dicta recolentes. Et Augu. ix. de ciui. dei. c. xxj. Innotuit dæmonibus non per id, quod eſt uita æterna, & lumen incommutabile, quod illuminat pios: ſed per temporalia quędam ſuæ uirtutis effecta, & occultiſsima ſigna ſuæ præſentiæ: quæ angelicis ſenſibus etiam malignorum ſpirituum potius, quàm infirmitati hominum poſſent eſſe cõſpicua. Et dicit Alexan. ubi ſupra membro. v. ꝙ aliquo modo cognoſcunt angeli mali; quo non cognouerunt boni; quia quædam cognitio eſt in pœna, uel impedimento malę operationis, aut cohibitione poteſtatis. Et hoc modo poterant angeli mali chriſtum in carne ueniſſe cognoſcere; quo non cognouerunt boni, qui pœnam nõ habuerunt, & eorum poteſtas nõ eſt impedita per chriſti aduentum; ſed aucta; licet tñ cognitio bonorum, quam ex naturalibus, & gratuitis habuerunt de chriſto ueniente in carne fuit clarior, & nobilior, quàm cognitio malorum ¶ Huic autẽ de cognitione dęmonũ uideť obſiſtere illud apoſtoli. j. Cor ij. Si cognouiſſent nunquã dominũ glorię crucifixiſſent. Gloſ. de dæmonibus. Nũquã chriſtum crucifigi ſuggeſsiſſent. Ad hoc dicitur, ꝙ nõ nouerunt per certitudinẽ ſciẽtiæ: ſed per cõiecturã opinionis firmæ. Vnde Hila. ſuper Mat. Magis ſuſpicari, quàm noſſe credendi ſunt. Et beatus Greg. Diabolus redẽptorem in carne ueniſſe ſenſerat; ſed propter humilia, quæ paſſus eſt; quicquid de deitate ſuſpicatus eſt; in dubium uenit pro ſua ſuperbia; & non dei natũ; ſed dei gratia cuſtoditũ credidit. Quòd autẽ nõ habuit euidentem notitiã, ſignũ eſt manifeſtũ, tẽtatio; qua tẽtare auſus eſt dominũ, qua experiretur, an eſſet filius dei. Matth. iiij. uel ſecũdũ gloſ. j. Cor. ij. Non hoc dicebat, ut eſſe deum intelligeret: ſed dubius erat, & taliter extorquere ueritatem, utrum eſſet deus, uolebat. Eſt tamen quędam gloſ. ꝙ cognouerunt eũ filium dei: ſed nõ crediderunt ſe ſua morte damnandos. Vnde ſuper illud Lucæ. iiij. Exibant autem dæmonia a multis clamantia, & dicentia. Tu es filius dei. Gloſ. cum ieiunio fatigatum diabolus uideret, uerum hominem intellexit, ſed quia tentando non præualuit; utrum etiam dei filius eſſet: dubitabat. Nunc ergo per ſignorũ potentiam certior effectus filium dei arbitrabatur. Nõ ergo eum ideo crucifigit, ut filium dei ignoraret; ſed quia eius morte ſe damnandum non præuidit. Hoc enim myſterium a ſeculis eſt abſconditum, quia ſi cognouiſſent ſe morte chriſti arcendos, & damnandos, dominum gloriæ non crucifixiſſent. Hæc gloſ. Et tantum de illa queſtione.

## DISTINCTIO. X.

OSTENSA angelorum diſtinctione per hierarchias, & ordines: in hac diſtinctione determinat de eorum miſſione ad inferiores angelos, & homines. Quærit enim, an omnes ſpiritus cęleſtes ad exteriora mittantur. Quam quæſtionẽ ad nullam partem determinat; ſed opiniones tres (quarum quælibet certis auctoritatibus innititur) recitat. ¶ Quarta ſententia in tribus concluſionibus colligitur, quæ ſequuntur. Prima concluſio, quæ ſententiam cõtinet primę opinionis. In beatorum ſpirituum multitudine aliqui pro officio foris exeunt, alij intus ſemper adſiſtunt. ¶ Secunda concluſio ſententiam opinionis huius contrarię continet. Omnium ordinum ſpiritus ſinguli aliqui mittuntur ſecundũ commiſſa miniſteria nomina aſſumentes; aliqui tamen frequentius: aliqui rarius ad exteriora prodeunt dei iuſſa perferentes. Huius occaſione magiſter ponit nomina angelorum, Michael, Gabriel, Raphael: etiam dæmonum diabolus, Sathan, Belialel, Leuiatham interprætatur, quæ quidem eſſe propria, alij officiorũ cõmunia arbitrãtur. ¶ Tertia concluſio opiniones quaſi mediæ. Supremæ hierarchiæ ſpiritus tantum ad medios, medij ad infimos, ad exteriora infimi mittuntur. Nulli tamen eorum propter hoc a dei præſentia, & cõtemplatione beatifica excluduntur. Singulæ opinionis pro ſua ſententia auctoritates adducit; & ad oppoſitum ſonantes diſſoluit.



## QVAESTIO VNICA.

A CIRCA diſtinctionem quęro. Vtrum omnes ſpiritus intellectuales a ſolo deo mittantur ad homines uiatores. ¶ Quæſtio hæc quatuor breuibus articulis terminatur. Primus: an angeli mittantur ad homines uiatores. Secundus, an omnes boni mittantur. Tertius utrum etiam mali mittantur a deo. Quartus, an ſolus deus, an etiã

Artic. 1 angelus mittat angelum. ¶ Quantum

Nota. 1 ad primum, notandum, ꝙ angelum mitti nihil aliud eſt, quã angelum miniſterium aliquod diuina auctoritate circa alium exercere; ſiue ipſum illuminãdo, ſiue auxilium quodcunq; præſtando. Illa autem miſsio fit quandoq; cum motu locali angeli; ut cum de cęlo mittitur ad terras, in qua miſsione relinquit cęlum, & fit præſens terris; & expleto legationis ſuę officio, redit in cęlũ: quę non fiunt ſine locali mutatione. Sic legitur de angelo manuæ apparente. Cumq; aſcenderet flamma altaris in cęlum: angelus domini pariter in flamma aſcendit. Iudicum. xiij. & Luc. ij. de angelis dominicam natiuitatem paſtoribus nunciãtibus, dicitur. Cum diſceſſerunt angeli ab eis in cęlum. Fieri etiã poteſt ſine locali motu; ut dum deus angelum unum illuminat per alium angelum a priori localiter non diſtante. ¶ Eſt ergo concluſio ad illum articulum certiſsima. Angeli beati a deo mittuntur ad uiatores: ut cęleſtis regni aſcribantur hæredes. Probatur Heb. j. Omnes ſunt adminiſtra. ſpiritus in miniſte. miſſi propter eos, qui hęredita. ca. ſalutis. Deniq; plena eſt utriuſq; teſtamenti pagina. Nec obſtat, ꝙ deus præſens eſt uiatoribus; ꝙq; miſſus eſt mediator perfectiſsimus, & ſaluator chriſtus: miſſus eſt, & cordium illuminator ſpiritus paracletus: quibus ſufficienter ſalus acquiſita eſt toti mortalium generi: quoniam licet ex parte dei omnia ſufficienter exhibita ſunt: quæ noſtræ ſaluti reſtituendę ſunt neceſſaria; tamẽ etiã exigitur aliqua cooperatio noſtri liberi arbitrij ſecundum quam cooperatores dei ſumus; ſicut dicit apoſtolus j. Cor. iij. ꝙ liberũ arbitrium: quia in nobis pigrum eſt, & mutabile: indiget multiplici adiutorio excitante, roborante contra tentationis inſidias defendenti &c. Et quamuis ad omnia ſufficeret deus immediatè, quia tamen quæ a deo ſunt: ordinata ſunt. Ro. xiij. Congruit autem ordini ut inferiora per media reducantur ad ſuprema: ideo mittuntur angeli tanquam mediatores inter deũ, & hominẽ: ut p eos homo inferior ad beatitudinis ſumma reducatur. Hæc etiam miſsio ſecundũ ſanctum Bonau. concordat charitati diuinę angelicę, &

Cõcl. 1 B

humanę. Diuinæ, quę in hoc nobis manifeſtatur, dum nobiliſsimos ſpiritus intima ſibi charitate coniunctos mittit ad procurandum ſalutem noſtram. Angelicæ, dum uidentes nos ſuo auxilio indigere contra malorum angelorum impugnationes multiplices, & fraudulentas, charitate quæ in eis feruet, & perfectiſsima eſt tanquam deſiderantes noſtrā ſalutē his ſe pro nos, ad noſtrū miniſterium deo offerūt dicentes illud Eſa. vj. Ecce ego domine mitte me. Cōgruit etiam charitati humanæ, quæ quia debilis eſt: quamdiu ſumus in uia, indiget foueri, nutriri, & excitari. Congruit ergo, ꝙ angeli, quorum conciues ſumus futuri, cum non poſsint per naturę ſimilitudinem nos excitare ad amorem, ſaltem hoc faciant nobis iuncti per obſequij beneficētiam.

Artic. 2 C ¶ Quantū ad articulum ſecundum: quia Beatus Greg. an ſupiores angeli per ſe, uel ſubiecta agmina nobis miniſtrant, non uult affirmare: eo ꝙ certis teſtimonijs non approbatur; ideo magiſter recitat opinionem, ut ex concluſionibus textus p̄miſsis patet. Ideo breuiter hic Sco. ſe expedit circa hanc diſtinctionē dicens. Abſolutè concedenda eſt auctoritas Apoſtoli Pauli dicen. Omnes ſunt adminiſtra. ſpiritus miſ. &c. Sed diſtinguendum de miſsione interiori, & exteriori. Nam ſecundum communem curſum, & ordinem reuelantur ſecreta dei myſteria prius ſuperioribus, quā inferioribus angelis; & ita ſupiores mittūtur ad inferiores loquendo, & illuminādo eos interius; & alij inferiores mittuntur extra ad nos ſecundum tertiam concluſionem textualem ſupra poſitā. Et ſic poſſunt exponi omnes auctoritates, quas magiſter, & alij hinc inde adducunt. Et dictū eſt ſecundū cōmunem curſum; quia uidetur ꝙ etiā ſupremi, uel aliqui de ſupremis mittuntur, qn̄q; ad exrra. Nā incarnationē Chriſti neſcierunt multi angeli ante tempus incarnationis, paſsionis, reſurrectionis, ac aſcenſionis: ut præcedenti quæſtione deductū eſt. Conſtat autem angelū ad beatam uirginem miſſum ad hoc nūtiādū non latuiſſe: ergo erat de ſuperioribus, & non de infimis, quos latuit hoc ſacrum myſterium. Et per hoc ad auctoritatem Danielis. Milia milium &c. ꝙ intelligenda eſt de communiter aſsiſtentibus, & cōmuniter miniſtrantibus. Auctoritas ergo apoſtoli concedenda eſt ad literā: ſed indiſtinctè de miſsione ad ītra, & ad extra. Sic ergo ad illū articulū tenetur tertia concluſio ſupra textualis, quam etiam magiſter magis uidetur reputare probabilem. Et exponuntur auctoritates contrariæ, ſicut exponit magiſter in tex. Et ſic patet reſponſio ad illum articulum.

Arti. 3. D ¶ Quantum ad tertium articulum notandum poſt Alexan. de Hales parte. ij. q. xxxvi. membr. ij. ꝙ miſsio dęmonis reſpicit ordinationem poteſtatis ad tentandum, quę poteſtas tentandi eſt ſub poteſtate diuina. Et licet intentio diaboli in tentando, contraria eſt intentioni diuinæ, cum illa ſit mala, iſta bona, nihilominus utitur deus tentatione diaboli ad bonum. Tentatione enim, qua diabolus tentauit Beatum Iob, quantum fuit de uoluntate diaboli, fuit ad ſeducendum, ſed eam ordinauit dominus ad bonum ſcilicet ad patientiæ probationem, & coronationem. Sic cum dominus permitti malos tentatione diaboli uinci, deceptio ipſa, qua tentatus decipitur inquantum pœna debita peccatis decepti a deo eſt. Nam & pœna, quia iuſta, bona ęſt, & culpæ ordinatiua.

Cōcl. Eſt ergo concluſio ad illum articulum. Angeli mali a deo mittuntur. Probatur per illud. iij. Regum. ulti. ubi dicitur quod exercitus cœli ſtabat coram domino a dextris, & a ſiniſtris ſcilicet boni angeli, & mali. Et ait dominus. Quis decipiet Achab. Dixit dominus ſpiritui decipere uolenti per mendacia prophetarum Baal. Egredere, & fac ita. Igitur dicendo egredere, & fac ita: miſit ſpiritum mēdacem dominus. Similiter in tentatione Iob, cum ait dominus Sathan. Vniuerſa, quę poſsidet in manu tua ſunt, ueruntamen in



eum non extendas manum, poteſtatem tentandi concedendo, eamq; ordinando miſit eū: malis. n. angelis utitur deus benè, ſicut & homo dei creaturis malè, ut dicit gloſ. Auguſtini ſuper illud Pſal. lxxvij. Immiſsiones per angelos malos. Et Beatus Grego. ij. moralium. Sicut de bonis angelis in hac uita laborantibus auxilium pietatis impenditur: ita iſti ſcilicet mali occultè eius iuſtitiæ neſciendo ſeruientes, miniſterium exequi reprobationis conantur; non enim miniſtrant deo ſoli boni, qui adiuuent: ſed etiam mali, qui probent: non ſolū qui redeuntes a culpa ſubleuent, ſed etiam qui redire uolentes grauent. Itē Mat. viij. ſuper illud. Mitte nos in gregem porcorum. Gloſ. quędam ait. Per porcos ſignificantur mali, & luxurioſi, in quos mittuntur; nec tamen propter hoc deus mittit eos ad ſeducendū, & perdendum animas, cuius eſt ſaluare: ſecundum illud. j. Timo. ij. Qui uult omnes homines ſaluos fieri. Et ſecundum hoc ꝙ deceptio, & fallacia culpā dicit ex parte eius, qui fallit, uel ut dicit culpā ex parte eius, qui fallit: ſed ſcd̄m ꝙ dicit pęnā ex parte eius, qui decipitur: nā deceptio pœna eſt eius, qui decipitur, ꝓpter merita eius; nam peccatū quādoque pœna eſt peccati: & ut ſic eſſe pōt a a deo. Vnde Greg. Volūtas electorū ſpirituum diuinæ deſeruit poteſtati, & reproborum ſenſus ſuę ſeruiens malitiæ, iudicio omnipotentis obtemperat. Sic ergo deus malam diaboli intentionem cognoſcens, ex qua ſequitur ſeductio, ꝙ perditio, mittit, ſed propter bonum, quod deus ex illo malo elicit, unde etſi mali peccant, peccatum & perditionem tentati appetendo; deus tamen iuſtè operatur propter peccata pœnam infligendo. Vnde gloſ. ſuper illud Pſal. ſupra allegatum. Immiſsiones per angelos malos. & eſt Beati Auguſtini. Poſſumus ſine dubitatione malis angelis attribuere mortes pecorum, & mortes primogenitorum, & obdurationes Aegiptiorum. Hanc enim deus cum facere dicitur: non inſtigando, & inſpirando: ſed deſerendo hoc facit: ut illi operentur in filios diffidentiæ: quòd deus iuſtè debiteq; permittit. Miſsio ergo malorum nihil aliud eſt, quàm ordinatio poteſtatis eorum ad puniendum, & per miſsio uoluntatis eorundem ad ſeducendum.

Arti. 4. E ¶ Quantum ad articulum quartum, aduertendum, ꝙ eſt miſsio quædam per auctoritatem; ut quando mittens propria poteſtate non ab alio ſubdelegata alium mittit; alia eſt per miniſterium, uel ſubauctoritatem.

¶ Per hoc reſpondetur ad hunc articulum per hanc concluſionem. ¶ Quamuis a ſolo deo per auctoritatem mittantur angeli, tamen miniſterialiter contingit ab angelo angelum mitti. Primum patet: quia a quocunque angelus mittitur, refertur ad auctoritatem diuinam, tanquam ad cauſam principalem, & primam. ¶ Secunda pars patet per illud Zacha. ij. Angelus, qui loquebatur in me egrediebatur: & alius angelus egrediebatur in occurſum eius; & dicit ad eum. Curre, loquere ad puerum iſtum dicens. Abſque muro habitabitur Hieruſalem. Super quo Grego. In conſpectu conditoris angelica miniſteria ordinata ſunt, ut pro communi fœlicitate beatitudinis, opificem ſuum uidentes gaudeant: cum pro diſpenſatione dignitatis alij aliis ſubminiſtrant. Ad prophetam angelus angelum mittit; & quæ ſecum de deo communiter conſpicit, & docet, & erigit: quia eum per ſuperiorem ſcientiam uirtute cognitionis, & præſtantiorem gratiam culmine poteſtatis excedit. Idem. Dum angelus dicit ad alium angelum. Curre, & loquere: dubium non eſt, ꝙ alius alium mittit. Simile habetur Danielis. viii. ubi dicitur. Audiui uocē uiri inter ulai; & clamauit, & ait. Gabriel fac iſtum intelligere uiſionem. Ecce angelus angelo imperat; & ſic imperando mittit. Nec tamen propter hoc angelus dicitur miniſter angeli, aut angelus angeli; quia omnis illa miſsio, & miniſteria illa reducuntur ad aucto-

ritatem dei; cuius mandatis, & ordinationi omnes parent. Sicut in ſimili Nũtius miſſus a principe per officialẽ ſuũ: non dicitur nuntius officialis, ſed principis. Et tantum de illa quęſtione.

## DISTINCTIO. XI.

IN hac diſtinctione agit magiſter de cuſtodia angelorum, qua miniſtrant uiatoribus; ſimul & miniſterij huius merito, & conſequente premio. Colligitur autem ſententia magiſtri in tribus cõcluſionibus; quarum prima eſt hæc. ¶ Quilibet homo a natiuitatis ſuæ principio ad ſui cuſtodiam bonum habet angelum, ſimiliter & malum ad ſui excercitium deputatũ. ¶ Secunda concluſio. Idem angelus tam bonus, quàm malus deputatus eſt ad cuſtodiam, uel exercitium ſimul uel ſucceſsiuè pluribus. ¶ Tertia concluſio. Probabile eſt angelos beatos noſtris utilitatibus inſeruiendo merito proficere eorumque beatitudinem, & geminam charitatem uſque ad iudicium augeri quotidie. Verum iſtius tertiæ concluſionis oppoſitum communiter tenent doctores.

## QVAESTIO VNICA.

A QVAERITVR circa hãc diſtinctionem. Vtrum cuilibet homini deputatur angelus bonus a natiuitatis ſuæ principio uſque ad præſentis uitæ terminum, eius cuſtodiæ aſsignatus. Premiſſo breui notabili concluſionibus ſequentibus dubia annectentur. ¶ Quantum ad primum aduertendum, ꝙ licet homo habet liberum arbitrium, ita ut quantum ad interiores uolũtatis actus uiolentari non poſsit per potentiam creatam; eſt tamen inconſtans, & cito mobilis: & in utranque partem uertibilis, & poſt primi hominis peccatum, pronior ad malum, multaq; habet inclinantia ad lapſum, inter quę numerantur imperceptibiles demonum ſalutem hominum impedire moliẽtium doli, & fraudes, quorum nulla quies in tentando. Circumeunt enim tanquam leones rugientes, quærentes quem deuorent. 1. Petri. v. Indiget igitur angelica cuſtodia, & præſidio. ¶ Indiget ut ſanctus Bonauen. poſt Alexan. innuit ad quatuor in genere; ſcilicet ad proficiendum in gratia, ad præſeruationem a culpa, ad reſurgendum è noxa perpetrata; & a facinorum mulplici pluralitate commitenda in profectu impeditur, ad caſum pellitur, in lapſu detinetur, & ad ulteriora committẽda peccati admiſsi põdere aggrauatur. ¶ Quo præmiſſo, eſt hæc pro articulo ſecundo concluſio prima. Ad cuſtodiam hominis cuiuslibet uiatoris, deputatꝰ angelus bonus a principio natiuitatis. Patet per magiſtrum in textu allegantem illud Hiero. exponentis illud Mat. xviij. Angeli eorum ſemper uident faciem patris. Magna eſt dignitas animarũ, ut unaquęq; ab ortu ſuæ natiuitatis in ſui cuſtodiam habeat angelum ſibi deputatum. Quod poteſt intelligi uel de natiuitate in utero; quę eſt cum anima in ſui creatione fetui infunditur. Vel de natiuitate ex utero. Item Eſa. lxij. Super muros tuos Hieruſalem conſtitui cuſtodes. Muri ſunt Apoſtoli, cuſtodes ſunt angeli. ut dicit gloſ. Item Eccleſiaſt. xvij. In una quaque gentiũ præſupponit rectores. gloſ. ideſt angelos. ¶ Addit ſanctus Bonauẽ. rationes congruitatis tam ex parte dei quàm ex parte hominis. Ex parte dei ſumptas, ex altitudine diuinæ potentiæ. Ex ordine diuinę ſapientiæ, & ex dulcedine diuinæ miſericordiæ. ¶ Ex primo, ut altitudo diuinæ potentiæ etiam appareat in obedientia ſanctorum angelorum, ex dei mandato creaturæ inferiori famulantium. Et ut aduerſarios ſuos non ſolum per ſe: ſed per ſuos miniſtros deuincat: ut meritò deus ſabaoth, ideſt exercituum appelletur. ¶ Ex

Arti. 1. Not. 1.

Art. 2. Cõcl. 1 B

ſecundo



ſecundo: quia ordinem diuinæ ſapientiæ decet. Nam hic eſt ordo, quem diuina lex in ſuis operibus exequitur, & conſeruat; ut extrema per media reducat ad ſumma. Cum ergo angelus tam ratione immortalis naturæ, tam etiam ratione gratiæ conſummatæ medium tenet inter deum, & hominem lapſum; decens fuit, ut deus per angelos adiuuando, & cuſtodiendo hominem lapſũ ad ſe reduceret. ¶ Ex tertio: quia decet diuinę miſericordiæ dulcedinem, qui ſinum ſuum lapſo homini aperuit, ut nec in aliquo ei deficiat, quod ſpectat ad ſalutis ſuæ promotionem. Et ideo cum homo lapſus uenundatus eſſet, ut faceret malum, miniſtrauit ei præcium ſanguinis filij ſui, ut faceret bonum. Et quia habet aduerſarium impugnantem dedit ei miniſtrum cuſtodientem, & auxiliantem: ut ex nulla parte humana miſeria remaneret ſine miſericordiæ diuinæ ſubſidio, ac beneficio. Congruebat igitur homini lapſo ex hac triplici ratione habere angelicã cuſtodiã. ¶ Neq; ex hoc miniſterio minuitꝰ angelica dignitas: iuxta illud. Maior eſt, qui recumbit, quàm qui miniſtrat: quoniam hoc uerum eſt, quando miniſter recumbẽti miniſtrat propter ſeipſum: ſicut ſeruus regi miniſtrat propter eius dignitatẽ, & imperium. Non autem habet ueritatem, quando miniſtrans habet reſpectũ ad alium, ut dum magnus miles ſeruit non tantum regi: ſed etiam toti familiæ: nec aliquem deſpicit propter utilitatem perſonę. Non enim conſiderat, quis eſt, ſed regem, cuius eſt ſeruus. Sic in propoſito, angelus non homini propter ſe miniſtrat: ſed propter deũ, cuius gerit imaginem. Vel etiam uerbum illud intelligitur de miniſtro ſubiectionis non præſidentiæ. Cuſtodire autem hominem, etſi miniſterium dicat, magis tamen importat angelum præſidere homini, quàm eſſe ſubiectum. ¶ Ex parte hominis congruum fuit, & neceſſarium, ut eum ab inuiſibili aduerſario angelus defendat. Quia enim homo non habet tantum colluctationem aduerſus carnem, & ſanguinem, ſed aduerſus mundi rectores, & aduerſus ſpiritalia nequitiæ in cœleſtibus: ut dicit apoſtolus Ephe. vj. qui ſunt hoſtes inuiſibiles, debet per oppoſitum habere inuiſibiles adiutores ad ſuiipſius defenſionem. Et quia aduerſarius undique impugnat nos. Nam rationem ſeducit per aſtutias, uoluntatẽ allicit per blanditias, uirtutes executiuas corporales. ideſt membra, ut in obſeſsis opprimit per uiolentias. Ideo neceſſe fuit bonum angelum ſpecialiter ad hoc dari; ut hominem defendat ab oppreſsione; ut hominem erudiat, & dirigat contra fallaciam; ut hominem exhortetur, & incitet ad bonum contra blãditias. Et quia diabolus homine erat fortior; & in propoſito malitiæ pertinacior, competebat homini, ut daretꝰ angelica cuſtodia, quæ comprimeret poteſtatem aduerſarij in premiſsis. ¶ Et quia rationes illæ etiam locum habent in ſtatu naturæ inſtitutæ, non lapſę ſolum; ſicut patet in deceptione primi parentis; licet magis nunc, quàm tunc indigeat; patet, ꝙ non ſolum deputatus eſt angelus ad cuſtodiam hominis in ſtatu naturæ lapſę; ſed etiam inſtitutæ ſeu integræ. Quod etiam ex uerbis Beati Hiero. elici poteſt. Magna eſt dignitas animarum, &c. quia ſi deputatio angelicæ cuſtodiæ pertinet ad dignitatẽ animæ: cum anima ſecundum ſtatũ naturæ inſtitutæ dignior fuit, quàm ſecundum ſtatum naturę lapſę: ſi nunc habet angelum ad ſui cuſtodiam deputatum maximè tunc. Et quia in illo ſtatu habuit angelum tentantem, neceſſe fuit, & habere angelum cuſtodientem. ¶ Secunda concluſio: Non deſerit hominẽ angelica cuſtodia, quandiu permanet hic in uia. Probatur: quia non debet ceſſari cuſtodia angeli, quandiu poteſt ꝓficere homini. Sed omni uiatori: & in quodl. eius ſtatu põt ꝓficere uiatori; ergo. Conſequentia nota. Maior ex allegatis ꝑ prima concluſione patet. Minor oſtenditur. Nam effectus angelicæ cuſtodiæ eſt reſpectu boni, & reſpectu mali. Reſpectu boni conſeruandi, & acqui

C

Cõcl. 2. D

rendi,uel augmentandi. Reſpectu mali
euitandi,deſerendi,uel minuendi. Item
eſt reſpectu corporis, & animę. Reſpe-
ctu corporis conſiſtit in repulſione,ſeu
coertione dæmonis; ne opprimat cor-
pora. Reſpectu animæ in arcendo ip-
ſum; ne peruertat animas tollendo, uel
impediendo bona ſpiritualia. Sed cuili-
bet uiatori etiã obſtinatiſsimo poteſt
impendi aliquis dictorum effectuum.
Poteſt enim corpus obſtinatia dæmo-
nis oppreſsione defendi. Neque enim
patitur angelus cuſtos hominem uſque
ad uitæ terminum a dæmone occidi; ni
ſi quando aliter exigit ſententia diui-
ni iudicij; alioquin nullus talis uiueret.
Non enim relinqueret diabolus pecca-
torem gratia priuatum; & ſecundũ præ-
ſentem iuſtitiam damnatum in uita,
præueniens eius conuerſionem ad pœ-
nitentiam. Sic poteſt etiã quantũcunq;
obſtinatus per cuſtodiam angelicam
præſeruari; ne continuè labatur in peius
nunc per occaſionum ſubtractionem;
nunc per modos alios; quo etſi non
uitatur damnatio; tamen hoc agitur,
ut ſaltem tolerabilior fiat; dum ſaltem
ab aliquibus peccatis præſeruatur per
cuſtodiam. Quę enim peccata non cõ-
mitteret homo deſperatus, & obſtina-
tus in malitia. Quod enim multa nõ cõ-
mittit, operatur angelica cuſtodia. ¶ Sic
in omni ſtatu hominis effectum aliquẽ
habere poteſt angelica cuſtodia. In
utero: extra uterũ; ante rationis uſum;
& poſtquam peruenerit ad rationis uſũ.
Nam in utero animato fœtu defendi
poteſt, ne interimatur. & ſimiliter na-
tus in mundum ante baptiſmum, quod
ſi fieret, damnaretur; etiam poſt bap-
tiſmum ante adultam ætatem; & ab in-
teritu corporis, & multiplicibus pe-
riculis, & corporis indiſpoſitionibus:
propter quas minus idoneum redderetur
ſeruire ſpiritui. Et per hoc ab augmen-
to meritorum; & per cõſequens prȩmio
rum impediri. In adulta uero ætate in
ſupradictis poteſt multipliciter profice-
Coro. 1 re. ¶ Ex illo ſequitur corollariè, ꝙ an-
E gelus cuſtos deputatur etiam infanti
nondum ex utero nato. Patet, quia
poteſt ibi a malis erui: & ab aduerſario
defendi; nec obeſt, ꝙ adhuc corpore
coniunctus eſt corpori matris; quia
anima non eſt coniuncta animæ. Et
poſſet anima pueri damnari puta in ute
ro matre ſaluata: & ſecundum hoc au-
ctoritas Hierony. intelligenda eſt de
natiuitate in utero, quæ fit per infuſio-
nem animę, uel extra uterum: quæ per
ingreſſum in lucem huius mundi: ut
dicit Bonauent. in dubijs literalibus
præſentis diſtinctionis. ¶ Item quia cu-
ſtodia pertinet ad dignitatem anima-
rum; nulla anima debet ea priuari, in
quo poteſt habere aliquẽ effectũ: promo
uendo ſalutem; uel impediendo dam-
nationem mediatè, uel immediatè. ¶ Se Coro. 2
cundò ſequitur, ꝙ etiam Antichriſto
deputabitur angelus bonus ad cuſto-
diam. Patet; quia cum angelus bonus
potentior ſit ad bonum, quàm homo ad
malũ; non ſubtrahit cuſtodiam: quãdiu
effectũ aliquẽ habere poteſt, põt autẽ
habere in antechriſto quoad corpus,
& eius animam in præſeruatione ma-
li; etſi non in promotione boni. ¶ Sed
contra hoc uidetur eſſe glo. ſuper illud
Hiere. li. Curauimus babylonem, &
non eſt ſanata: derelinquamus eam;
& eamus unuſquiſque in terram ſuam.
dicit. Medici ſunt angeli, quos a no-
bis repellimus, dum eorum conſilio
non acquieſcimus. Item alia gloſ. ibi-
dem. Caue ne quando relinquat te me-
dicus; ſi enim reliquerit; patet ꝙ receſ-
ſus medici damnatio tua ſit; ergo ange
lus hominem, quem cuſtodit, aliquãdo
derelinquit. Item Dama. dicit, ꝙ Anti-
chriſtus carebit angelorum prȩſidio.
¶ Ad illa dicitur, ꝙ bonus angelus non
dimittit etiam quantuncunq; obſtina-
tos quantum ad actum cuſtodię, qui
reſpicit malum: quia ſemper ſubtrahit
hominem ne labatur in peius; uel in
tot mala, in quot caderet ſemota cu-
ſtodia angelorum. Quantum uero ad
actum, qui reſpicit bonum: obſtinatos
deſerit; & antichriſtum non cuſtodiet.
Et ſic exponendæ ſunt auctoritates



glo. & Dam. cum loquuntur de ange-
li derelictione &c. Intelligitur enim
angelus diſcedere; non ꝙ nõ defendat
ab aduerſario; uel non retrahat a malo;
ſed quia non perducit ad bonum ex-
hortando, & monendo, & ad cuſtodiæ
principalem finem. Unde ſicut arguit
Alexander de Hales quæſtione. xlj. ij.
parte. membro quinto. Feruentior eſt
bonus angelus in cuſtodiendo, & iu-
uando, quàm malus in nocendo. Sed
malus angelus etiam in cruce Chriſto
non defuit; ſicut habetur in Gloſ. Tob.
ulti. Ergo multo fortius bonus ange-
lus nulli homini quantumcunque malo
deeſt; ſed ſemper adeſt expectans quo-
modo poſſet eum iuuare uſque ad ter-
minum. Et licet cuſtodia nõ habet ſem-
per effectum in promotione boni; tamẽ
hoc non ſtat per angelum; ſed per ho-
minem nolentem acquieſcere; non. n.
cuſtodit neceſsitando liberum arbitriũ
ad bonum; ſed perſuadendo, inclinãdo
&c. Et per hoc dicitur derelinquere
quoad iſtos effectus, qui propter liberũ
arbitrium hominis non conſentiẽtis,
& ſe auertentis non conſequuntur, &
ſic etiã eſt intelligẽdum illud Hiere. De
relinquamus eam, quod intelligitur de
illis, qui diſperati ſunt, quia iam in il-
lis tollitur illud, per quod deberet eſſe
medicina. Pęnitentia enim medicina
eſt ad reuocandum hominem ab ægri-
tudine ſpirituali. Impœnitens autem
eſt ad modum ægri deſpicientis medici
nam cum medico: & ideo medicus eum
derelinquit quantum ad hũc effectum,
qui eſt reuocare a morbo, poteſt ta-
men adhuc ei aſsiſtere, ne incidat in pe
iorem morbum; uel ut diutius ſuſtentet.
Sic in propoſito: uide quid dicit Hie-
ro. In fructuoſa eſt anima, quæ non ha-
bet deum hoſpitem; nec præſidium an-
gelorum. Infructuoſa quidem quantum
ad fructum uitæ æternæ. Etiam ſi ange
lus per reuelationem ſciret cuſtoditum
eſſe damnandum, & præſcitum: quia ta-
men quantitatem damnationis igno-
rat; adhuc non derelinquit cuſtodiens,
ne toties peccaret: etſi quantitas dam-
nationis reuelaretur; nihilominus cuſto
dit ne plus peccando maiorem damna-
tione mereatur. Unde quia multi ſunt
effectus cuſtodiæ; poteſt relinquere
quoad unum, & non quoad alium. Cre-
dendum eſt enim, ꝙ multis modis ange
li nos cuſtodiant, ſtudeantq; promoue
re ad bonum, & retrahere a malo; quã-
uis hoc non percipiat hebetudo ſpiri-
tus noſtri: propter quod multi ſuper-
biunt; multi ingrati frequenter ſibi at-
tribuunt, quòd ex angelico habent be-
neficio; & ex hoc minus efficiuntur di-
gni; ut ab angelis adiuuentur; ea pro-
pter perutile eſt noſſe, & intelligere ef- F
fectus angelicæ cuſtodię. ¶ Aſsignan-
tur autem communiter. xij. effectus an
gelicæ cuſtodiæ: qui colliguntur in di-
uerſis paſsibus ſcripturæ. Primus pro
delictis increpare. Iudicum. ij. Aſcen-
dit angelus domini de galgala ad locũ
flentium; & ait. Eduxi uos de Aegypto.
& poſt. Et noluiſtis audire uocem me
am. Secũdus eſt a peccatorum uinculis
abſoluere. Actuum. xij. de Petro di-
citur. Angelus aſtitit &c. & ſequitur.
Et ceciderunt catenæ de manibus ſuis,
quod intelligendum eſt diſpoſitiuè.
Tertius eſt impedientia a bono auferre
quod figuratur Exod. xij. ubi angelus
percuſsit primogenita Aegypti. Quar-
tus eſt arcere dæmones. Tob. xij. Dæmo
nem ab uxore mea cõpeſcuit: dixit To-
bias nobis minor de angelo Raphaele.
Quintus eſt docere, & intus illuminarẽ.
Danielis. ix. Nunc egreſſus ſum, ut do-
cerem te, ut intelligeres. Sextus eſt ſe-
creta reuelare. Gen. xviij. Tres angeli
apparuerunt Abraæ dicentes. Num ce-
lare potero Abraam, quæ facturus
ſum. Septimus eſt conſolari afflictos.
Tob. v. Forti animo eſto: in proxi-
mo eſt, ut a deo cureris. Octauus in
uia dei confortare, tert. Regum.
xix. Angelus ad Heliam dicit.
Surge, & comede; grandis enim tibi
reſtat uia. Nonus eſt in uia deduce-
re, & conducere. Tobiæ quinto.
Ego ducam, & reducam eum ad te.
Raphael ad Tobiam ſeniorem de fi-

lio ſuo. Decimus, hoſtes deijcere. Eſa. xxxvij. Egreſſus angelus domini percuſſit in caſtris Aſyriorum. Vndecimus, tentationes mitigare. Geneſis. xxxij. Iacob luctatus eſt cum angelo: ubi bene dictione accepta cõfortatus eſt poſt luctam; tetigit neruũ femoris eius; & ſtatim emarcuit. Duodecimus eſt orationes deferre. Quãdo orabas cum lachrymis, & ſepeliebas mortuos &c. Tob. xij. Gerſon cancellarius pariſieñ. reducit effectus illos ad numerum ſeptenarium; ſumptũ ex his, quę angelus miſſus ad Petri liberationem operatus eſt. Actuum. xij. quæ in his meritis compręhendit. tracta. viij. ſupermagnificat. Angelus aſtat, fulget, pulſat, ſurgere clamat. Soluit, & eduxit: libertatiq; relinquit.

G ¶ Aſtat, ut ponderemus in trutina cordis, quis ſit finis. Nam & diabolus quærit claudere, uel penitus eruere oculum fidei, ne cogitemus finem noſtrum, qui deus eſt: conueniens igitur eſt, ut aſtet angelus bonus: ac illuminet oculos cordis in uiam, & in finem pacis. ¶ Fulget in carcere mortis huius; ut ſciat unuſquiſq; poſitus in tenebris, qualis ſit ſtatus ſuus proprius; ut iuxta qualitates morborum quærantur qualitates auxiliorum. ¶ Pulſat incitans ad bonum; facit enim nos ſcire impellia ſathan; ut ſcito periculo ſolicitudine maiori fugiatur ad auxilium. ¶ Iubet ſurgere uelociter: dum per ſpeciem diuinam mandata ſeruari ſuggerit alioquin iacet uetus hõ noſter obrutus peccatis de ſe deſperãs, aut non cum minore diſcrimine nimis ſperans. i. pręſumens. ¶ Soluit a catenis uitiorum uinctum a mendicitate, & ferro: concuſſus enim timore caſto & ſancto cum gratiæ domini magnificatione iam ſe præcingit uirtute actionis; iam ſe calciat caligas pręceptorum in pręparatione euangelij pacis. ¶ Aperit ultro portam ferream penitentiæ: tranſit uicum ſatisfactionis arctæ: tandem ſic eductum libertati relinquit; ut ſane deinceps, quæ retro ſunt derelinquens, in anteriora ſe totus extendat, reuerſus quidem ad ſe gratus deo, & angelo ſuo dicit. Nunc ſcio uerè, quia miſit deus angelum ſuum, & eripuit me de manu herodis. Quatu or prima ſpectant ad omnes generaliter, qui purgantur. Spectant alia duo magis ad illuminandos, tamquam ad proficientes. Septimum ad iam eductos, quaſi perfectos. Hæc Gerſon. ¶ Tertia concluſio. Animæ nec prius, quàm coniungatur corpori, nec poſt eius ſeparationẽ deputatur cuſtodia angeli: Prima pars probatur; quia ante coniunctionem animæ anima non eſt: ergo. Antecedens patet: quia infundendo creatur, & creando infunditur. Sed nec embrioni ante animationem angelus proprius pro cuſtode deputatur, quia illa cuſtodia principalius reſpicit ſpiritũ, quàm corpus, ideo non debet ſpecialem angelum ad ſui cuſtodiam habere, ante quam ſpiritus infundatur: etiam priuſquam embrio animetur nihil uidetur diſtinctum habere a corpore matris; ideo cuſtos matris erit etiam cuſtos huius portionis, quæ cenſetur pars matris; ſicut pomum nõdum maturum pars arboris. Secunda pars probatur, quia poſt ſeparationem animæ ipſa eſt in termino meriti, & demeriti proficiendi, & deficiendi. Et ita fruſtra eſſet ibi cuſtodia angelica; cum nullum poſſet habere effectum circa huiuſmodi animam. Quod maximè uerum eſt poſt iudicium particulare ſtatim poſt ſeparationem celebratum. Quia forte ſi mora aliqua interuenit, poſſet indigere cuſtodia propter uiolentiam dæmonum. Nec obuiat, quod legitur, ut recitat beatus Hiero. Ad paulam. Quandoq; angelos animas in cælum deduxiſſe cum laudibus, & claritate; quia hæc miniſteria angelorum non ſunt adhibita ad cuſtodiam, ſed ad glorię declarationem animæ, & eius honorem ampliorem, & conſecutæ beatitudinis teſtimonium. ¶ Quantum ad articulum tertium, eſt primum dubium. Vtrum chriſtus habuit angelum cuſtodem. Reſpondetur ſecundum Alexã. ꝙ chriſtus habuit angelos miniſtros: ſed non cuſtodes. Primum patet Matth. iiij. Acceſſerunt

Cõcl. 3. H

Arti. 3. Dub. 1. I





ceſſerunt angeli, & miniſtrabant ei. Miniſtrabant, inquam, tamquam ſubiecti ſuo domino; ſicut & miniſtrant patri, cui perfectè obediunt. Secundum patet: quia cuſtodire ſecundum Alex. ultra hoc, quod dicit pręſidentiã, & prohibitionem nocumenti in cuſtodiente; connotat in cuſtodito indigentiam. Et ꝙ habeat naturam lapſam, uel labilem, ſeu defectibilẽ nõ ſolum pęnę: ſed etiã culpę: in cuſtodiente autẽ naturam ſtãtem. Nunc in chriſto nulla fuit indigentia: neq; natura lapſa, aut labilis; ſed miniſterium: nihil tale connotat in eo, cui miniſtratur neq; indigentiam: neq; defectibilitatem. Fiunt enim miniſteria etiam ad honorẽ eius, cui miniſtratur; etiam eius, qui miniſtrat. Nam & ſeruire deo regnare eſt; & ſumma libertas, atq; honor creaturę: ut uult Boe. Et licet chriſtus labilis fuit quantum ad naturam aſſumptam: quia mortalis; non tamen indigens præſidio aut cuſtodia; quia & pati, & mori in ſua uoluntate, & poteſtate poſitũ erat. Oblatus enim eſt, quia uoluit. Eſa. liij. & Ioan. x. Ego pono animã meã, & iterũ ſumo eã; nemo eã tollit a me, ſed ego pono eã a me ipſo. Poteſtatem habeo ponendi eam; & poteſtatẽ habeo iterum ſumendi eã. Nec obſtat quod dicitur Luc. xxij. Apparuit ei angelus de cælo cõfortans eũ, & confortatio quędam cuſtodia eſſe uidetur, ſiquidem eſt confortatio poteſtatiua, & miniſterialis. Poteſtatiua benè includit cuſtodiam. Nam qui poteſtate cõfortat, eminentior eſt; & habet cuſtoditum ſibi ſubiectũ. Nõ ſic fuit de chriſto; quoniam etſi ſecundum naturã humanã paulominus minoratus eſt ab angel. maior tñ fuit eiſdẽ, etiã ſecũdũ humanitatem, gratia, ueritate, & poteſtate: ut puta plenus gratia: quãtũ ad partẽ motiuã; & ueritatis quoad cognitiuã. Et ſic plenus quãtũ ad omnẽ potẽtiã, ꝙ non poterat proficere; quia datus fuit ei ſpiritus nõ ad mẽſurã. Ioã. iij. Et ita ſecũdũ totã animę capacitatẽ plenus fuit etiã poteſtate. quia ait. Data ẽ mihi omnis poteſtas in cęlo, & in terra. Matth. ulti. Cõfortatio uero miniſterialis nõ includit, nec coexigit cuſtodiã; quia põt fieri ubi nulla eſt indigentia, uel defectus: ſic armiger militem docẽdo aliqua excitantia ipſum ad fortiter agendum. ¶ Quod uero in pſal. xc. dicitur. Angelis ſuis mãdauit de te; ut cuſtodiãt te in omnibus uijs tuis. Nõ eſt intelligendũ de capite chriſto propter ſe; ſed de membris. Nec obeſt, ꝙ paſſus eſt angelũ tentatorẽ. Matthei. iiij quia illa tẽtatio ſolũ fuit exterius; nõ ad probationem, & & exercitiũ: ſed ad noſtri inſtructionẽ, & aduerſarij cõfutationẽ, ex qua chriſti dignitas nõ minuebatur; ſed manifeſtata eſt in eius uictoria. Nõ ſic de cuſtodia quæ importat imperfectionẽ, & indigẽtiã cuſtodito; quæ non fuit in chriſto. Non enim poterat aduerſarius uiolentiã inferre corpori diuinitati unito; nec per aſtutias ſeducere intellectum a uerbo plenariẽ illuſtratum; nec per blãditias allicere effectũ plenitudine gratiæ confirmatum. Ideo nõ indigebat cuſtode; nec quantum ad defenſionem corporis, nec quantum ad eruditionem rationis; nec quantum ad incitationẽ affectionis. ¶ Secundum dubiũ. Vtrũ angelus ex cuſtodia mereatur augmẽtũ gaudij; & incurrat triſtitiã ex dãnatione cuſtoditi. ¶ Supponitur, ꝙ duplex eſt gaudij augmentum .ſ. ſecundũ intenſionẽ, & ſecundũ extenſionẽ. Primũ attẽditur ſecundũ additionem, & unionẽ plurium graduum gaudij. Secundum penes pluralitatẽ obiectorũ de quibus eſt gaudiũ. ¶ Secundò, ꝙ eſt gaudium eſſentiale, quod habetur de obiecto beatifico, qđ eſt deus. Eſt & gaudiũ accidẽtale, qđ de creatura habetur ſiue de ſe, ſiue de alio. ¶ Tertiò ſupponitur, ꝙ nihil impedit aliquẽ eſſe in termino reſpectu unius, & nõ reſpectu alterius; & ꝑ cõſequẽs poſſe mereri reſpectu unius, & non alterius. ¶ Tunc reſpondetur, ꝙ angelorum cuſtodientium gaudium eſſentiale non augmentatur, neq; intenſiuè, neq; extenſiue. Patet quia quantum ad hoc ſunt perfectè beati. Beatitudo autem eſt ſtatus omnium bonorum congrega

Dub. 2. K

tione perfectus; ſed ubi eſt ſtatus perfectus, ibi non eſt profectus. ¶ Itē ſicut in Deo nō eſt augmētū bonorū; ita nec in angelo beato augmētū charitatis; quia iā cōfirmati ſunt, & in termino; ergo non eſt augmentū gaudij reſpectu Dei. ¶ Secundò dicitur: ꝙ gaudium accidentale angelorum cuſtodientium augetur ex beatificatione cuſtoditorum intenſiuè, & extenſiuè. Secundum manifeſtū eſt; quia deo pluribus gaudent. Primū patet; quia ex euentu effectus deſiderati creſcit gaudium intenſiuè ſi præfuit; aut de nouo generatur; ſicut ex oppoſito triſtitia de aduentu noliti ſecundū Aug. xiiij. de ciuitate dei. Sed angelus deſiderat beatitudinem eius, quem cuſtodit: ergo. ¶ Itē ſi gaudiū eſt angelis de uno peccatore pęnitentiā agente: quantò magis, & maius de beatitudine eiuſdē pęnitentis: nō aūt maius extenſiuè; quia nō de alio: ſed de illo de quo nunc habet gaudium conuerſionis: ergo maius intenſiuè. ¶ Tertiò dicitur, ꝙ augmentum gaudij accidentalis angelus meretur per opera cuſtodiæ. Probatur; quia quantum ad illa reſpectu accidentalis præmij non eſt in termino: ergo mereri poteſt. Tenet conſequentia; quia omne procedens ex charitate eius, qui in uia eſt, eſt meritoriū; ſed opera cuſtodiæ ſunt huiuſmodi: ergo &c. ¶ Quartò dicitur ꝙ ex damnatione cuſtoditi, angelus cuſtos non triſtatur. Probatur: tum quia uehemens gaudium, & delectatio expellit omnem triſtitiā etiā contingentem. vij. Ethicorū. Tum quia beatitudini repugnat omnis triſtitia, & pęna: ſicut econuerſo miſeriæ omnis delectatio, & gaudiū. Et licet ex dānatione eueniat nolitū: nō tñ ſequitur triſtitia in beatis angelis; quia deus nō cōcurrit. Nolitū dico ex conditione, quia beati nō uolūt ſimpliciter malos damnari, quos per ſuam iuſtitiā deus uult damnari; nolūt tamen ex cōditione, quæ ſufficeret ad triſtitiam cū euentu oppoſiti; ſi deus concurreret. Sic ex oppoſito diabolus de dānatione ſeductorum per eorum fraudes non gaudet, licet eueniat uolitū; quia deus ad gaudium cauſandum non concurrit. ¶ Dubitatur tertiò, utrum angelus bonus reſiſtat angelo in cuſtodię ſuę officio. Dubiū illud pro tāto mouet: q̄a Dan. x. legitur, angelū, qui loquebat̄ danieli, dixiſſe. Princeps regni ꝑſarū reſtitit mihi xxj. diebus. Per principē autem perſarū ſecundū glo. Hiero. & Greg. intelligitur angelus. Dub. 3. L ¶ Vnde notādū, ꝙ ſicut cuilibet homini deputatus eſt angelus ad cuſtodiā: ita cuilibet prouinciæ deputatus eſt angelus bonus, & malus ad cuſtodiā, & exercitiū, qui dicuntur principes; eo ꝙ ſunt de ordine principatus ſecundū quoſdā: de quo Hiero. Daniel. x. in glo. Videtur mihi hic angelus eſſe, cui Perſis credita eſt: iuxta illud Deut. xxxij. Quando diuidebat altiſsimus gētes, quādo ſeparabat filios Adā: ſtatuit terminos gentiū iuxta numerū angelorū dei. Ex illis ſunt de q̄bus Paulus. j. Corint. ij. dicit. Sapientiā loquimur inter perfectos, quam nemo principum huius ſeculi cognouit. Si enim cognouiſſent, nūquā dominum gloriæ crucifixiſſent. ¶ Per hoc dicitur ad dubium, ꝙ angelus bonus reſiſtit angelo bono in cuſtodiendi officio, uoluntate nō ſimpliciter contraria; ſed ex conditione diuerſa. Primum patet, quia quilibet angelus bonus cuſtos gentis ſuæ, quantū in eo eſt, procurat bona. Contingit autem, ꝙ bona diuerſarū gentiū adinuicem repugnant; ſicut bonum fuiſſet Perſis, ꝙ filij Iſrael manſiſſent in Babylonia; quia ꝑ illos multi ex Perſis conuertebantur ad cultum unius dei. Filijs autē Iſrael bonū fuiſſet redire in terrā ſuā; ubi erat tēplū dñi, ut ſeparati ab idolatris liberius Deo ſeruirēt; & ut cōmixti inter gentes nō diſcerent opera eorū; ideo angelus Perſarū oſtendēs in cōſpectu dei quātū bonū ſequeret̄ ꝑſis; ſi manerent filij Iſrael; interpellabat apud deum, ut manerēt: angelus uero Danielis, & captiuorum iudeorum in Babylone cū Michaele principe ſynagogæ præces Danielis pro liberatione populi iudeorū, fuſas dño ꝑſētarūt, oſtē-



dentes eas exauditione dignas. Hoc ergo modo contra ſe pręliari dicuntur: ſicut dicitur in Daniele ubi ſupra. Et nūc reuertar, ut prælier aduerſus principē Perſarum. ¶ Secundum patet: quia uoluntates angelorum bonorum ſunt conformes diuinæ uoluntati, quia tamē de futuris Dei uolūtatem ignorāt; ideo quādoq; conſulendo Deum de aliquo futuro circa populos, quibus præſunt: allegant merita contraria: quilibet uult bona ſuæ gentis nō ſimpliciter; ſed ſi ita Deo placuerit: unde quādo eis reuelatur diuina uoluntas ſimpliciter concordant in ea. Et hoc eſt, quod dicit Greg. in glo. ſupra allegatum capitulū: ſubdens, inquit, Spiritus gentibus principātes; nequaquā pro iniuſtè agentibus decertant: ſed eorū facta iuſtè diiudicātes examinant; & uniuſcuiuſq; gentis iuſtitiam, uel culpam ſupernę curiæ conſiſtoria eſt ſui per ſe uolūtas opificis; uoluntas ſumma, quā cū ſemper aſpiciunt, quod obtinere non ualent nunquā uolunt. Et tantū de illo dubio, ac quęſtione: & de tota materia angelorum.

## DISTINCTIO. XII.

EXPEDITO tractatu de natura angelica, quę eſt natura merè ſpiritualis; ſequit̄ tractatus de natura merè corporali in iiij. diſt. ſequētibus. ¶ Et primò agitur de earum productione, quantum ad materiam, quę dicitur creatio diſt. pręſenti. Secūdò, quoad formam, quæ dicitur diſtinctio in tribus diſt. ſequentibus. ¶ In hac ergo. xij. diſtinctione tractat de materiæ confuſæ productione diuerſis eius nominibus, & eius diſtinctione: de tenebrarum quidditate, ac materiæ informis loco & quātitate: & ſecundum hæc ſumatur ſententia textus in tribus concluſionibus. ¶ Prima materia elementorum confuſa diuerſimodè nominata cum cælo a principio ante omnem diem creata; poſtmodum ſex diebus per formas proprias eſt diſtincta. ¶ Secunda concluſio. Tenebrę ſuper faciem abyſsi diffuſę, intelligūtur lucis abſentia, & non aliquæ res poſitiuę. ¶ Tertia. Materia informis nondum formis ſpeciuocè diſtincta in eodem loco, quo nunc formis ſubſtat: in ſuæ creationis principio localiter eſt diffuſa. Has declarat magiſter in textu.

## QVESTIO. I.

CIRCA hanc diſtinctionē quæritur primò. Vtrū materia prima ſit aliqua entitas poſitiua a forma diſtincta. A

¶ Pro reſponſione ad illā quæſtionē eſt notandū, ꝙ philoſophus. ij. de anima circa principium ſubſtantiā diuidit in materiam, & formam: & compoſitum ex his. Compoſitū dicit eſſe hoc aliquid, materiam uero potentiā, formam, ſpeciem, uel endelechiam. i. actum. Vtrum autem illa abinuicem realiter diſtinguantur, quærit quæſtio. Arti. 1. Not. 1. ¶ Fuit autem opinio quorundam, ut recitat Scotus circa hanc diſt. qui dixerunt rem generabilem, & corruptibilē habere in ſe tātum unam realitatem poſitiuam; & iſtā dici materiam, uel formam. Dicunt enim materiam perficere in gradu entitatis: non per aliquid extrinſecum; ſed per ſuum intrinſecum; & ſic dici formā. unde: Forma autem nō eſt terminus extrinſecus materiæ: ſed intrinſecus, & nihil aliud a materia; & ipſa materia, ut aliter, & aliter terminatur; dicitur aliud, & aliud compoſitum; & tamen omnes illi gradus ſunt idem materiæ. ¶ Alia eſt opinio, ꝙ materia eſt quędā realitas poſitiua diſtincta realiter a forma: ex qua, & forma ſibi inhęrente cōſtituitur compoſitum tanquā ex partibus ſuis eſſentialibus. Et per hoc materia eſt ſubſtantia; quia pars compoſiti ſubſtantialis: quę ſubijcitur formis tam ſubſtantialibus; quàm accidentalibus, eiuſdem rationis in omnibus; ſubiectum conſequentiæ manens ſub utroq;

termino trãſmutationis naturalis; ingenerabilis, & incorruptibilis: præſuppoſita generatione, & corruptione cuiuslibet formæ materialis, ſiue extenſæ receptiua, de ſe indifferens ad omnem formam. Sicut in artificialibus, maſſa luti nondũ formata a figulo æquè capax eſt cuiuslibet formæ, quam figulus imprimere maluerit; nec plus inclinatur ad unam, quã ad aliam: & per hoc mutabilis de forma, in formam: quæ licet de ſe ſit informis; non tamẽ poteſt eſſe ſine forma artificiali, uel naturali. Sic materia prima omnem quidem formã appetit: nõ tamẽ plus unã, quã aliã. In eo, ꝙ quãlibet recipere poteſt: una tñ perdita aliã recipit, ſicut liquor trãſlatus de uaſe in uas recipit continuè aliã formã .ſ. uaſis, in quod transfertur; nõ tamẽ poteſt ſtare nuda; & ideo ſecũdũ ſe, & nudè eſt inſenſibilis ſenſu corporali; nullius actiuitatis realis, & ideo minimę entitatis quãtum ad perfectionẽ; non quantum ad incorruptibilitatem cõparando ad alias ſubſtantias perfectibiles accidẽtaliter per formas, quibus ſubſtat tam eſſentiales, quã accidentales. Impugnatio primæ opinionis, & probatio ſecundæ patebit ex concluſionibus.

Not. 2. B

¶ Secundò notandum, ꝙ ens in potentia, ens in actu: ſiue potentia, & actus multipliciter æquiuocantur, cuius ignorantia non modicã confuſionem facit in intelligendis auctoritatibus ſanctorũ, & philoſophorũ. Aduertendũ igitur, ꝙ potentia dicitur a poſſe. quantũ autem nunc ſufficit, triplex eſt poſſe: .ſ. poſſe eſſe: poſſe agere, dare uel perficere; poſſe pati, recipere, uel perfici. Et ſic triplex diſtinguitur potẽtia, uerum potentia communiter accipitur, ut includit negationem priuantem actũ oppoſitũ; & tale dicitur impura potentia. Vt potẽtia primo modo dicatur, qđ nõ eſt tñ natum eſſe. Secũdo modo, quõd nõ agit: natũ tñ agere. Tertio modo, quod nõ patitur: natum tamẽ pati. Potentia primo modo apud aliquos, dicitur potẽtia obiectiua: quia quod ſic eſt in potẽtia; non habet aliquod eſſe reale; quia nõ eſt in rerũ natura; ſed habet tm̃ eſſe obiectiuũ: põt enim eſſe obiectũ cognitionis. Secundo modo, poteſt dici potẽtia actiua. Tertio modo, potentia ſubiectiua. Primo modo antichriſtus eſt in potentia. Secũdo modo, anima in principio creationis; de qua philoſophus. Vitã habens in potẽtia. Tertio modo, aqua eſt in potentia calida; quæ eſt actu frigida. ¶ Et quia actus opponitur potentiæ ix. Metaphyſicæ. Tot modis diciur actus, quot modis potentia. Primo modo, actus uel eſſe in actu dicit rem exiſtentem, de qua .ſ. eſſe ſimpliciter prædicatur: puta quæ eſt extra cauſas, & intellectum. Secundo modo, quod agit præſentialiter, aut perficit. Tertio modo, quod de pręſenti recipit, uel perficit. Accipitur etiam potentia pro ſubiecto alicuius formę, & dicitur potentia ſubiectiua. Et forma inhærens dicitur actus illius potentiæ, & hęc acceptio eſt ſatis cõmunis apud philoſophos. cõprehenditur tñ in prioribus.

Nota. 3 C

¶ Tertiò notãdũ, ꝙ ly hoc aliqd, ſecundũ philoſophũ dicitur cõpoſitum ſubſtãtiale, diuidẽs eñ ſubſtantiã in materiã formã, & cõpoſitũ: dicit, ꝙ materia non eſt hoc aliquid, & ſecundum formam dicitur hoc aliquid: non ipſa forma dicitur hoc aliquid: ſed ſecundum eam tertiũ .i. compoſitũ dicitur hoc aliquid. Dicitur autem cõpoſitum hoc aliquid; quia ipsũ demõſtratur per ꝓnomẽ hoc. Cũ eñ dicimus hoc; demõſtramus quod eſt in proſpectu ſenſus. Et hoc nõ eſt materia ſola, nec forma ſola, ſed cõpoſitũ ex utroq;. Ideo aũt cõpoſitũ dr̃ hoc aliqd ꝑ uel ſecũdũ formã, nõ ꝑ materiã; qa forma dat cõpoſito eſſe ſpecificũ, quo diſtinguit̃ a cęteris materialibus ſpecie. Siquidẽ a nullo materiali diſtinguit̃ ſpecie ſecũdũ materiã: ſed tãtũ ſecundũ formã. Numeraliter tñ diſtinguit̃ a quolibet alio, tã per materiã quã per formã.

Arti. 2. Cõcl. 1. D

¶ His præmiſſis ponitur pro articulo ſecũdo cõcluſio prima. Materia eſt entitas realis, & poſitiua, a forma tã ſubſtantiali, quã accidẽtali realiter diſtincta. Prima pars probatur: quia aliqua generatio naturalis eſt; ergo materia eſt: Antecedens eſt notum ad ſenſum, tam in uiuentibus, quàm in nõ uiuentibus. Conſequentia probatur: quia omne generans; immo generalius omne agens naturale præſupponit ſubiectum ſuſceptiuum termini ſuæ actionis; ſubiectum eſt materia; ergo præſupponit materiam; ultra præſupponit materiam; ergo exiſtente actione eſt materia. Vltima conſequentia nota cum ſecunda parte antecedentis; nam pro eodem accipimus hic ſubiectũ, & materiam. Prima pars antecedẽtis probatur: quia omne generãs naturaliter pręſupponit neceſſariò corruptionem: ergo corruptio, uel illud, quod corrumpitur, erit concauſa generationis. Tenet cõſequentia: quia omne, quod neceſſariò requiritur ad eſſe alterius, eſt cauſa eius; cum quilibet effectus finaliter depẽdet a ſuis cauſis; non eſt autem concauſa in genere cauſę finalis, uel formalis: manifeſtum eſt quia corruptio, uel quod corrumpitur, nec eſt finis, nec eſt forma generationis, uel geniti; ergo efficiẽs, uel materialis. Nõ efficiens; quia uel eſt cauſa efficiẽs ſui contrarij, uel repugnãtis; quod autem corrumpitur, repugnat ei, quod generatur: alioquin nõ corrumperetur. Si materialis; aut ſecundum ſe totum, uel ſecundũ aliquid ſui. Non ſecundũ ſe totum; quia cauſa materialis, uel ſubiectiua manet cum eo, cuius eſt ſubiectum: ſed quod corrumpitur ſecundum ſe totum: nõ manet cum genito. Eſt ergo cauſa materialis ſecundum aliquid ſui: quod manet, & quod erit ſubiectum geniti: & ita eius materia. Breuiter nulla alia ratio aſsignari poteſt, cur generans præſupponit corruptionem; niſi ut habeat ſubiectum receptiuum termini ſuæ actionis. Et quia idẽ ſubiectum non poteſt ſimul ſubijci pluribus formis ultimatis, ſiue ſpeciuocis ſubſtãtialibus: & nullum ſubiectum eſt ſine forma ſpeciuoca; neceſſe eſt priorem formam ſubiecti corrumpi, ſi debeat recipere aliam formam generandam &c. ¶ Item res non poteſt corrũpi in nihil, quin relinquatur aliquid poſt ſe: ergo nec poteſt generari ex nihilo; quin pręſupponat aliquid ante ſe. Conſequentia tenet ex conſequente ſimilitudine. Antecedens eſt notũ per experientiã. Illud autem, quod relinquitur, fuit aliquid corrupti, & nõ forma: quia illa ſecundum ſe & quodlibet ſui deſinit, ergo ſubiectum, uel materia. Tenet conſequentia: quia in compoſito nihil aſsignari poteſt, quod ſit aliquid eius; niſi materia, aut forma. ¶ Item cauſa naturalis efficiens ſi non requirit ſubiectũ, erit cauſa totalis, & ſufficiens ſui effectus, cõcurrente cauſa uniuerſali: ergo ſemper, & ubiq; producet effectũ. Gratia exempli. Ignis nullo applicato cõbuſtibili producit ignem. conſequens eſt contra experientiam. Probatur conſequentia: quia poſita cauſa ſufficiente ponitur effectus. Nec poteſt allegari impedimentum; quia non plus eſt impeditus ignis in aere non appoſito combuſtibili, quàm ipſo appoſito: immo ipſum combuſtibile magis impedit, quàm aer circunſtans ignẽ; quia habet qualitates magis contrarias. ¶ Aliæ plures rationes ponuntur ab alijs; ſed quæ tactę ſunt uidentur fortiores; licet nec illæ cõtra temerariũ dęmonſtrant. Oſtẽſo, ꝙ requirit̃ ſubiectũ in naturali actione ſatis manifeſtũ eſt; ſed ꝙ ſubiectũ illud eſt entitas poſitiua; quia ſubiectum non poteſt eſſe nihil. Tum quia ſuſtẽtat formã, cui ſubiiciatur. Quod autẽ nihil eſt: nihil ſuſtẽtat. ¶ Itẽ forma inhærens ſubiecto dependet a ſubiecto: ſed a nihilo nihil depẽdet. ¶ Itẽ ſubiectũ ẽ pars compoſiti ſubſtantialis, quod uerè eſt: ſed quod uerè eſt, non componitur ex non ente. Secunda pars cõcluſionis probatur: quia ſubiectum formæ nõ eſt forma; ergo diſtinguuntur. Tenet conſequentia, quia quęcunq; ſunt: & nõ ſunt idẽ, diſtinguuntur: Item partes eiuſdem totius inter ſe realiter diſtinguuntur: ſed ſubiectũ, & forma ſunt partes eiuſdẽ cõpoſiti ergo diſtinguũtur. Cõſequẽtia nota curſoriè. Maior patet ex probatione partis primę. Probat̃ etiã cõcluſio au

auctoritate beati Augu. ij. confeſſio-
num. Duo feciſti domine, unum prope
te, & aliud prope nihil, quod uocat ma
teriã; quæ ergo eſt prope nihil non eſt
nihil; ergo aliquid, ſiue ens. ¶ Huic ma
teriæ plura attribuuntur ſecundum phi
loſophum: ſ. ꝙ eſt per ſe principium na
turę, j. phyſicorum: ꝙ eſt per ſe cauſa ij.
phyſicorũ & v. metaphyſicæ: ꝙ eſt pars
alicuius compoſiti. vij. metaphyſicæ.
quod eſt per ſe fundamẽtum formarũ. j.
metaphyſicæ. ꝙ eſt per ſe ſubiectũ mu
tationum ſubſtantialium. v. phyſicorũ.
ꝙ eſt per ſe cauſa compoſiti. ij. phyſi-
corum. ꝙ manet idem ſub utroq; termi
no tranſmutationis. j. phyſicorum. quę
omnia in naturali philoſophia latius ha
Cõcl. 2 bent declarari. ¶ Secunda concluſio.
F Materia prima eſt ens in actu; primo, &
tertio modis capiendo actum, non au-
tem ſecundo modo. Prima pars proba-
tur ex concluſione prima; quia eſt ens
actualiter exiſten. Secunda pars ſimili
ter patet; quia actualiter recipit in ſe
formã. Eſt ergo in actu paſſiuo ſeu re-
ceptiuo reſpectu formæ, quam habet,
quia eam actu recipt, & ab ea actu per-
ficitur. Tertia pars patet. quia nõ agit.
Nullius enim eſt actiuitatis, alioquin
non eſſet materia prima. Supponeret
enim illam materiam in quam ageret.
Cõcl. 3 ¶ Tertia concluſio. Materia eſt ens in
potentia tertio modo; hoc eſt in poten
tia paſſiua reſpectu formæ non habitæ:
quã nata eſt habere: non autem primo
modo, nec ſecundo. Prima pars patet
ex quid nominis potẽtiæ paſſiuę tertio
modo acceptę. Nec huic contrariatur,
ꝙ etiam tertio modo eſt in actu. Nam
reſpectu formæ habitę eſt in actu: & re-
ſpectu habendæ eſt in potentia. Vnde
ſequitur corollariũ, ꝙ ibi eſt in poten-
tia, & actu: non ſolum ſecundum diuer
ſas acceptiones potentię, & actus: ſed
etiam ſecundum eandem, tamen reſpe-
ctu diuerſorum. Patet: quia materia eſt
ſimul in potentia reſpectu formæ non
habitæ ſed habendæ: & in actu reſpectu
Cõcl. 4 formę ſe actu informãtis: ¶ Quarta cõ-
cluſio. Materia prima eſt terminus crea
tionis. Patet per beatum Auguſt. in au-
ctoritate ſup. allegata & magiſtrum in
textu: hæc enim eſt, quæ diuerſis nomi
nibus nominatur Gen. j. In principio
creauit deus cęlum, & terram &c. ut pa
tet in tex. ¶ Quantum ad articulũ ter- Arti. 3.
tium dubitatur primò. Quomodo ſalua Dub. 1.
tur generatio, ut diſtinguitur ab altera G
tione; ſi materia eſt entitas poſitiua; &
per conſequens ens in actu. Tum quia
ex duobus entibus in actu non conſti-
tuitur unum, quod autẽ generatur eſt
unum ſimpliciter. Tum quia in genera
tione eſt tranſitio huius totius in hoc
totum. Sed ſi materia eſt ens poſitiuũ,
eſt incorruptibilis; quia ſubiectum ma-
nens ſub utroq; termino tranſmutatio
nis, & hoc totum nõ tranſit; ſi materia,
quæ eſt pars totius, manet. Tum quia ſe
cundum phyloſophũ vij. metaphyſicæ.
Materia nec eſt quid, nec quale, nec
quantum, & ita nihil, quia non ponitur
reſpectus. Omne autem exiſtens quod
non eſt quid, nec quale, nec quantum
eſt reſpectus intrinſecus, uel extrinſe-
cus. ¶ Ad dubium reſpondetur: quod di
ſtinguitur generatio ab alteratione, tã
ex parte termini, quã ſubiecti. Ex parte
termini; quia terminus alterationis eſt
forma alterationis. Terminus genera-
tionis eſt forma ſubſtantialis. Ex par-
te ſubiecti; quia ſubiectum ſaltem deno-
minationis in alteratione manẽs idem
ſub utroq; termino alterationis, eſt cõ-
poſitum ſubſtãtiale perfectum ſecundũ
ſpeciem, ſed in generatione nullum
compoſitum ſubſtantiale manet idem.
¶ Et per hoc dicitur ad primũ dubiũ in
contrariũ; ꝙ per ens in actu intelligitur
ens totale, & pfectũ in ſpecie: quale eſt
cõpoſitũ ſubſtãtiale per ſe ſubſiſtens. Ex
talibus eñ duobus nõ cõſtituitur unum
actu, quia quę ſũt duo actu, nõ ſunt unũ
actu. Neq; enim ſimpliciter dicit philo
ſophus, ex duobus actu; ſed addit ſic, un
de ait. Impoſsibile eſt enim ſubſtan-
tiam ex ſubſtantijs in exiſtentibus ſic
ut actu. Duo namq; ſic actu numquã
ſunt unum actu. Pręcedenter ergo lo
quitur de exiſtentibus hoc aliquid ſecũ



dum ſe qualia ſũt compoſita ſubſtantia-
lia perfecta. ¶ Ad ſecũdũ dicit̃, ꝙ ly to
tũ, in auctoritate allegata nõ accipit̃ ſyn
cathegorematicè: ut ualet tantũ. i. quę
libet pars: ſed cathegorematicè pro re
totali. ſ. compoſito ſubſtantiali: & ſic in
generatiõe fit trãſitio huius totius &c.
Quia corruptio unius compoſiti ſubſtã
tialis eſt productio alterius compoſiti.
Nec tamen oportet, ꝙ in corruptione,
& productione compoſiti quælibet eius
pars corrũpatur, uel producatur. ¶ Ad
tertium. vij. Metaphyſ. dicitur, ꝙ ma-
teria non eſt entitas completa ſecun-
dum ſe in genere. de quibus dicuntur
prędicamẽta ſecũdũ aliquos, ſicut nec
forma: unde dicit. Dico autẽ materiã,
quæ eſt ſecundum ſe nullatenus, neq;
quid, neq; quantitas, neq; aliquid qui-
bus ens eſt determinatum. Tranſlatio
autẽ noua non habet quid, habet enim
ſic. Dico materiam id, quod per ſe non
dicitur quale, nec quãtum, nec aliquid
aliorum, per quod terminatur ens. Et
hanc ſequitur commentator commen-
to. viij. dicens. Intelligo per materiam
id, quod exiſtẽs per ſe nõ dicitur quale,
nec tantũ: nec aliquid aliorũ prædica-
Dub. 2. mentorum. ¶ Secundò dubitatur. Vtrũ
H a qualibet forma poſſet ſeparari, & ſtare
ſimpliciter nuda materia prima. Reſpõ
detur breuiter, & licet per naturalẽ po-
tentia materia non poteſt ſtare nuda, ta
men per potentiam diuinam poteſt ab
omni forma tam ſubſtantiali, quàm ac-
cidentali ſeparari, & ſeparatim conſer-
uari. Ratio fundamẽtalis eſt; quia nihil
negandum eſt a potentia dei, quod non
implicat contradictionem, materiã ſta
re nudam, nullam contradictionem im
plicat. ergo &c. Cõſequentia nota cũ
maiore. Minor patet ſoluendo ratio-
nis oppoſitum opinantium. Alias ra-
tiones adducit Sco. & Grego. de arim.
Nam omne abſolutum prius alio abſo
luto, a quo realiter diſtinguitur, poteſt
conſeruari a deo ſine poſteriori. mate-
ria eſt res abſoluta prior forma: er-
go &c. ¶ Item quicquid deus poteſt
creare ſine omni alio, poteſt conſerua-
re ſine quolibet ab eo diſtincto, ſed
deus poteſt creare materiam ſine qua-
libet forma: ergo. Conſequentia no-
ta cum maiore. Minor probatur, quia
quicquid deus poteſt creare immediatè:
poteſt conſeruare ſine quolibet diſtin-
cto, quod non eſt ei eſſentiale; ſed nul
la forma eſt eſſentialis materię: ergo
&c. ¶ Rationes beati Tho. par. j. q. lxvj.
ar. j. tenẽtis oppoſitũ nihil arguunt: ar-
guit enim, ꝙ ſi materia eſſet ſine for-
ma, eſſet in actu ſine actu. Item habe-
ret eſſe ſine eſſe: quia omne eſſe eſt per
formam. ¶ Itẽ quantò aliqua faciũt ue
rius unũ, tantò minus ſunt ſeparabilia.
materia, & forma faciunt unum, & ue-
rius, quã propria paſsio cum ſubiecto,
ſed hæc non eſt ſeparabilis a ſubiecto, er
go nec materia a forma. ¶ Itẽ priuatio
nes formarum oppoſitarum ſunt oppo
ſitæ, ergo non conueniunt eidem. Sed
ſi materia ſtaret nuda, ſibi ineſſent priua
tiones omnium formarũ, quarũ multæ
ſunt oppoſitæ. Sed ut dictum eſt; ratio
nes nihil concludunt. Non prima, quia
materia nuda eſt actu, primo modo nõ
per formã, ſed per propriã eſſentiã. Sic
enim capiendo actum actus nõ diſtin-
guitur a re exiſtente, ſic nec eſſe uel exi
ſtentia diſtinguitur a re exiſtente. ¶ Si-
militer ſecunda non concludit; quia
falſum eſt, ꝙ omne eſſe eſt a forma; ſed
eſſe ſpecificum compoſiti ſubſtantia-
lis ẽ a forma; & hoc innuit Boe. dicẽs:
ꝙ eſſe eſt a forma, eſſe autem materiæ
non eſt a forma. Et ſicut forma ſeipſa
ſpecie differt ab alia forma alterius ſpe
ciei; ita materia ſeipſa differt genere, &
ſpecie ab oĩ forma. ¶ Tertia ratio etiam
nihil pbat; qa uel loquit̃ de unitate idẽti
ca; tũc maior uera ẽ, & minor falſa: quia
materia, & forma nõ faciũt unũ identi
ce; quia nõ ſunt idẽ. Si uero ly unũ dicit
unitatẽ unionis; qua ex aliquibus diſtin
ctis cõponit̃ tertiũ; tunc maior eſt falſa,
quia quæ minus faciũt unũ; ſunt minus
ſeparabilia; ut accidẽs, & ſubiectũ: & re
latio, & fundamentum, ſecundum po-
nẽtes relationes. Et magis ſeparabilia
faciunt uerius unũ: nã materia maximè

ſeparabilis eſt a ſingula forma; & tamē cum qualibet informante ſubſtantiali facit uere unum compoſitum ſubſtātiale. ¶ Quarta ſimiliter deficit: quia priuationes propriæ non ſunt oppoſitę, cū priuationes nihil ſint. Nomina tamen priuatiua aliquo modo opponuntur; ſic ꝙ non conueniunt eidem; quoniā cōnotant priuationem formarum circa idem de neceſſitate ſe conſequētium. Nullę autem formę ſunt ſimpliciter immediatè ſe cōſequentes circa materiā: quia ad nullius formæ priuationem neceſſariò ſequitur introductio alterius formæ in materiam priore forma priuatam. ¶ Alias etiam rationes adducit Scotus, quas ſufficienter ſoluit, ſicut &
I priores. ¶ Sed diceres. Si materia ſepararetur ab omni forma ſubſtantiali, uel accidētali; ubi erit: aut in loco, aut extra omnem locū, & ita nullibi erit. ¶ Itē aut habebit partes, aut non. Si primum habebit quantitatem: quia diuiſibilis eſt per quantitatem. Si non; tunc erit ſimpliciter indiuiſibilis, & ita ſpiritus, nō ergo materia. ¶ Ad primum dicitur ſecundum opinionem tenentem, ꝙ quantitas non diſtinguitur a re quanta, materia ſi ab omni forma ſepararetur; ſicut in principio creationis fieri potuit: eſſet in eodem loco, in quo nunc: haberet enim eaſdem partes, & eodem modo extenſas ſicut habet cum informatur forma ſubſtantiali, aut qualitate, quia nec ſubſtantialis forma, nec accidentalis, quæ eſt qualitas, extendit ſubiectū formaliter; ſed eo ꝙ partes nō ſunt ſimul, res habens partes, extenditur, & nō per formam ſuperadditam. Et ſecundum hoc poteſt ſaluari, ꝙ deus in principio creauit materiam ſimpliciter informem, ſiue nudam, quā per dies ſequentes ſucceſſiuè informauit diuerſis formis accidentalibus, & ſubſtātialibus in diuerſis ſuis partibus. ¶ Si autem tenetur opinio, ꝙ quantitas eſt accidens diſtinctum a re quanta. Dicendum, ꝙ materia poteſt ſtare etiam ſine quantitate; & tūc licet haberet eaſdem partes, quas habet, dum fuerat quanta. Partes dico ſubſtantiales, quas deus conſeruat ſine forma: non enim eſſent partes illæ extra ſe localiter, ſeu diuerſimodè: ſed eſſent ſimul ſine ordine ſituali, & quo ad locum; eſſet tamen in loco diffinitiuè ſicut gradus intenſionalis uirtutis, aut ſcientiæ in anima intellectiua: in loco .ſ. niſi deo placeret eo modo, quo indiuiſibile eſt in loco. Et ſi nō datur locus indiuiſibilis, & partes non ſunt extra ſe, niſi per quantitatē ſuperadditam; oportet dicere, ꝙ uel eſſet tota in toto, & in qualibet parte loci; uel non eſſet dabilis locus adæquatus, ſed tantum locus maior; quia quicunq; locus aſsignaretur; dabilis eſſet minor,
in quo eſſet. ¶ Vtrum autem materia K
in principio creata ſit ſimpliciter nuda ab omni forma ſubſtantiali, & accidentali; diuerſa ſenſerunt doctores. Nā beatus Auguſtinus uidetur tenere partem affirmatiuā in libro confeſsionum ſuarum. Ait enim libro .xij circa principiū. Nōne tu domine docuiſti, ꝙ priuſquam iſtam formam materiā formares, atq; diſtingueres: non erat aliquid, nō color, non figura, non corpus, non ſpiritus, tamē non omnino nihil erat; erat enim quędam informitas ſine ulla ſpecie. Et ſequitur. Cur ergo non accipiam informitatem materiæ, quam ſine ſpecie feceras; unde ſpecioſum mundum faceres, ut appellaretur terra inuiſibilis, & incompoſita. & cætera, quæ ibi ſequuntur. ¶ Oppoſitum uidetur dicere Hugo de ſacra. lib. j. parte. j. c. iij. Non puto, inquit, primā omnium rerum materiam ſic informē fuiſſe: ut nullam omnino formā habuerit; q̃a nec aliquid tale exiſtere poſſet omnino, quod aliquod eſſe habeat; & non aliquam formam crediderim. Idē uidetur ſentire magiſter penè ſub eiſdem uerbis eandē ſententiā proferens. ¶ Nicolaus de lyra in expoſitione literali j. c. Gen. recitat opiniones tres de materia, ut infra dicetur: & duplici expoſitione literę eas proſequitur. Secundum primam ponit partes mundi principales, cęlum ſcilicet & quatuor elementa a principio ſimul cum materia in ſuis ſubſtantialibus formis producta; & ita materia numquam fuit informis, quantum ad formas ſubſtantiales etiam ſpeciuocas: ſed tantum quantum ad accidentales. Secundum aliam expoſitionem, quæ eſt Bedæ & ſtrabi: dicit materiam a principio productam ſub una forma communi corporeitatis nondum habentis formas ſpeciuocas, quæ productæ ſunt ſequentibus diebus. ¶ Qui uero negant pluralitatem formarum ſubſtantialium in eodem compoſito; aut primæ expoſitionis opinionem aſſumant, oportet ſcilicet, ꝙ in principio ſit creata materia cum formis ſubſtantialibus ſpeciuocis elementorum. Vel dicere, ꝙ creata ſit informis carens omni forma ſubſtantiali. Et ſi teneretur, ꝙ quantitas non ſit accidens ſuper additum. Dicendum foret, ꝙ materia in principio ſimpliciter informis, ſine omni forma ſubſtātiali, & accidentali ſit producta, quæ eſt actus a potentia diſtinctus; nō tamen informis, ideſt ſine quacumq; diſpoſitione ſeu habitudine partium; quia nihilominus diceretur, ꝙ fuiſſet producta cum diſtinctione ſuarum partium extra ſeinuicem exiſtentium, & extenſarum in eodem loco imaginario, in quo nunc ſunt. Iſta autem moles partium, & extenſio nihil diſtinctum dicit a partibus materiæ ſic extenſis. Hæc omnia poſsibilia fuere apud deum. quod autem horum factum ſit, ipſe nouit, qui fecit.



## QVAESTIO II.

A QVAERITVR ſecundò: utrum cęlum habeat materiam eiuſdem rationis cū materia illorum inferiorū elementorum, & mixtorum. ¶ Quæſtio hæc duos continet articulos. ¶ In primo recitabūtur opiniones cum ſuis motiuis ſine determinatione; ut eligat quiſq;, quæ ſibi probabilior uidetur. ¶ Secundò mouebuntur dubia.

¶ Circa primum aduertendum, ꝙ circa duo quæſita, quorum primum eſt. Vtrū cęlum habeat materiam. Secundum: ſi habeat materiam; utrum talis materia ſit eiuſdem rationis cum materia elementorū, aut mixtorum: diuerſę ſunt opiniones ſanctorum, & philoſophorū, ex quibus dependet ſententia textus Gen. j. ca. In quo ſecundum omnes expoſitores deſcribitur triplex opus dei opificis in prima mundi productione, ſcilicet opus creationis, opus diſtinctionis, opus ornatus. ¶ Opus creationis eſt opus productionis creaturæ de nihilo, quod deſcribitur ante omnem diem, cū legislator Moyſes ait. In principio creauit deus cęlum, & terram. Terra autem erat inanis, & uacua: & tenebræ erant ſuper faciem abyſsi; & ſpiritus domini ferebatur ſuper aquas. ¶ Opus diſtinctionis eſt, quo ab inuicem diſtinctæ ſunt partes mundi principales ſcilicet cęlum, & elementa. Aut per formas ſubſtantiales ſpeciuocas de nouo non quidem creatas; ſed de pręiacenti materia productas: uel accidentales, & per locationem eis debitam, & diſtinctam. Et hoc deſcribitur factum in tribus primis diebus, quorum primo facta eſt lux. ſecundo firmamentum, tertio aqua, & terra. Et licet in die tertia deſcribitur productio plantarum, quę pertinere uidetur ad opus ornatus terrę, tamen quia plantæ immobiliter adhærent terrę quaſi pars toti; ideo cum terra deſcribuntur. Ornatus enim propriè extrinſecum, eſt & ſeparatum, ac per ſe mobile ab eo, quod ornat. ¶ Opus ornatus eſt productio luminarium, & mixtorum in cœlo ex materia elementorum, quibus cęleſtia corpora, & ipſa elementa ornantur. Et hęc deſcribitur ultimis tribus diebus facta ſcilicet quarta, quinta, & ſexta. Quarta, opus ornatus cæli. Quinta, ornatus aquæ. Sexta, ornatus terrę. ¶ Eſt ergo notandum, ꝙ materia: ut ad propoſitum ſufficit, capitur tripliciter. Vno modo pro partibus quantitatiuis: ita ꝙ omne illud dicitur ha-

Art. 1. Not. 1.

bere materiam,quòd habet partes quã
titatiuas. Secundo capitur materia pro
ſubſtantia motui,& tranſmutationi ſub
iecta; iſto modo cęlum habet materiã:
quia habet partes quantitatiuas, & eſt
ſubſtantia motui circulari ſubiecta. Ter
tiò capitur pro ente exiſtente in potẽ-
tia ad formam ſnbſtantialem, quod cũ
forma ſubſtantiali natum eſt conſtitue
re unum totum compoſitum. & ſic ca-
B pit philoſo.j.Phyſic. & ita capitur in ti-
tulo quæſtionis. ¶ Eſt itaque una opi-
nio circa quæſtionis materiam; ꝙ cęlũ
non habet materiã,ſed eſt ſubſtãtia ſim
plex; nõ cõpoſita ex potẽtia,& actu: ſiue
ex partibus eſſentialibus diuerſarum ra
tionum: cui nõ inhęret intelligẽtia mo
trix: ſed coaſsiſtit. Hæc eſt opinio cõmẽ
tatoris in de ſubſtantia orbis. Ratio ſua
eſt: quia ſola tranſmutatio ſubſtantia-
lis arguit materiam, quæ eſt pars ſub-
ſtantiæ: ſed in cœlo non eſt poſsibilis
tranſmutatio ſubſtantialis naturaliter:
ergo non eſt ibi ponenda materia.
Nihil enim ponendum eſt fruſtra, &
ſine cauſa in natura. ¶ Si dicis, quòd
cœlum eſt ſubſtantialiter tranſmutabi-
le ſupernaturaliter; eſt enim productũ
poſt nõ eſſe. Dicitur, ꝙ trãſmutatio ſu
pernaturalis ſubſtãtialis a deo nõ requi
rit materiam. Hæc enim eſt creatio, uel
annihilatio, quę non requirit ſubiectũ
aliquod. Item materia eſt in potentia
contradictionis ad eſſe, & non eſſe ſub
qualibet forma cuius eſt receptiua: ſed
nulla talis ponenda eſt in cęlo: quia ſi
ſic, cœlum eſſet corruptibile naturali-
ter, quod omnes negãt. ¶ Alia eſt opi-
nio huic contraria tenens, ꝙ cœlum
habet materiam. Huius ratio eſt: quia
alias ſpherę cœleſtes eſſent formę a ma
teria ſęparatæ. Quòd eſſent formę pro
batur: quia ſubſtantia, & non materia
nec compoſitum: ergo formę. Conſe-
quẽtia tenet per diuiſionẽ, philoſophi,
ij. de anima. Et antecedẽs manifeſtum
eſt apud eos, qui negant cœlum non ha
bere materiam. Item in cęlo eſt quanti
tas quia partium extenſio, & diuiſibilis
raritas, & denſitas: quæ ſunt conditio-
nes materiã conſequẽtes. ¶ Et hęc opi- C
nio eſt bifurcata; quia tenentium cælũ
habere materiam, quidam dicunt, ut sã
ctus Tho. & ſui ſequaces: ꝙ materia illa
ſit alterius rationis, & ſpeciei in cælo,
ab ea, quę eſt in elementis. Cuius mo-
tiuum eſt; quia materia cęli tantum eſt
in potentia ad formam, quã habet, &
ad nullam aliam; nec habet priuationẽ
annexã: nõ enim appetit aliam formã.
Et propter hoc cælum; quãuis habeat
materiã: tñ non eſt corruptibile: quia
corruptio rei eſt ratione materiæ aliã
formã appetentis. Materia autem infe-
riorũ, ſub quacunq; forma ſtet; appetit
aliã nedũ perfectiorẽ; ſed etiam imper-
fectiorẽ, & per hoc habet annexam pri
uationem. Et quia illo appetitu nõ fru
ſtratur perpetuò: quia naturalis eſt; ideo
quandoque habebit aliam formam ab
ea, quam habet; & ita ſequitur corru-
ptio formę, quam habet; & per conſe-
quens totius compoſiti. Hæc autem di
uerſitas appetitus arguit diuerſitatem
ſpeciuocam. ¶ Alij tenentes cęlum ha-
bere materiam: ſicut Egidius de ro-
ma cum adhęrentibus, quos imitatur
Ockam quęſt. xxij. ſecũdi. ubi latè hãc
materiam pertractat, dicunt materiam
in cœlo, & in his inferioribus eſſe eiuſ-
dem rationis. Cuius rationẽ aſsignãt:
quia materia eſt ens in pura potentia:
& nullam participationem eſſentialem
habens cum actu formali, & nihil põt
ſignari in materia, ũde ſumat diuerſitas
ſpeciuoca: cũ omnis talis diſtinctio ſpe
ciuoca ẽ a forma. ¶ Itẽ operatio arguit
ſpeciẽ ſicut tranſmutatio materiam; ſed
materia nullius ẽ actiuitatis, ſeu operã
tionis: ideo non eſt aſsignare inter ma-
teriam, & materiam ſpeciuocam diffe-
rentiam. ¶ Item ſecundum Beatum Au
guſti. xij. confeſsio. Materia eſt creata
prope nihil: ideo non ſunt ponendi gra
dus entitatis in materia, quia ſi ponerẽ
tur, una eſſet perfectior alia: & ſic inter
perfectiorem, & imperfectiorem nihil
mediaret: & ſic non eſſet prope nihil.
Hæ duæ ultimę opiniones habent dice
re eſſe ſubſtantiam compoſitam ex ma-



teria, & forma inhærente materiæ præ-
ter intellectiuam: nam intelligentia eſt
actus ſeparatus nulli inhęrens: nec de-
pendens ab aliquo ſubiecto, ſed per ſe
ſubſiſtens: ſed forma cæli non eſt ani-
ma, licet materia ſuſceptiua ſit animæ:
quia non tenent ſancti cęlum animatũ
eſſe. Fruſtra enim poneretur illa anima:
cum cœlum moueatur ab intelligen-
tia ſeparata. De hoc infra diſtinct. xiiij.
D q.j. ¶ Quælibet harum opinionum po-
teſt probabiliter ſuſtineri, & rationes al
terius ſoluere. Nam tenens primam opi
nionem, & dicere haberet ad rationes
ſequentium opinionum. Ad primam
negetur conſequentia: ꝙ ideo cœlum
eſſet forma actu intelligibilis. Et cum
arguitur, ꝙ eſt forma, conceditur capiẽ
do formam pro quolibet ente ſimplici,
quòd non eſt materia, ſiue informet,
ſiue non: ſic enim oportet, ut accipia-
tur in diuiſione Philoſophi diuidentis
ſubſtantiam in materiam, formam, & to
tum compoſitum, alioquin non eſſet
ſufficiens: nec euacuaret totam natu-
ram diuiſi, cum non compræhenderet
ſubſtantias ſeparatas. Sed nõ ſequitur,
eſt forma ſeparata, ergo actu intellectua
lis: quia poteſt deus conſeruare formã
aſini extra materiam: & tamen non eſt
intellectualis ¶ Ad ſecundam diceret,
ꝙ licet quantitas, raritas, denſitas cõ-
ſequeretur materiam: non tamen ſo-
lum materiam: ſed indifferenter quam-
cumque rem habentem partes extẽſibi
les, ſiue ſit materia, ſiue forma, ſicut &
quãtitas diſcreta ſequitur omnem rem
habentem partes numerales: ut gradus
intẽſionales. Rem dico unã ſimpliciter
uel aggregatiuè. ¶ Ad rationes aũt pri
mę opinionis dicerent alij ad primã: ꝙ
tranſmutatio arguit materiam. Poteſt
dici, quòd tranſmutatio poſsibilis ar-
guit materiam; modo tranſmutatio cœ
li eſt poſsibilis potentiæ diuinæ: poſſet
enim deus cœlum tranſmutare in ele
mentum, & econuerſo. Et cũ improbaẽ.
Deus in ſuis actionibus non requirit ma
teriam. Dicendum, licet nõ neceſſariò
requirit materiam pręexiſtẽtem: tamen
ex ſua uoluntate pręſupponit materiã
in multis actionibus: ut in productione
animę intellectiuę: ſic in propoſito. ſi-
cut ergo non eſt fruſtra materia in pro
ductione animę intellectiuę: quæ a ſo-
lo deo producitur: ſic nec in cęlo. ¶ Ad F
ſecundum cum arguitur, ꝙ materia eſt
in potentia contradictionis reſpectu
cuiuslibet formę, quam poteſt recipere.
Dicitur, ꝙ uerum eſt reſpectu poten-
tiæ diuinæ; non autem reſpectu poten-
tiæ naturalis; quia reſpectu formæ na-
turaliter corruptibilis eſt in potentia
contradictionis; ita ꝙ poteſt eam na-
turaliter habere, & non habere ſucceſ-
ſiuè: non autem reſpectu formæ natu-
raliter incorruptibilis, qualis eſt for-
ma cœli. ¶ Ad rationes opinionis Tho.
tenentis materiam cæli eſſe alterius ra
tionis a materia elementorum. Reſpon
detur, quòd ſecundum tenentes oppo-
poſitum. Ad illam dicitur, ꝙ materia
cęli ſecundum ſe, eſt in potentia ad om
nem formam; quia quantum eſt ex par
te ſui, poteſt quamlibet recipere: etiam
appetit quamlibet formam; quia eius
appetere formam non eſt aliquis actus
diſtinctus a materia: ſicut appetere in
uiuentibus habentibus appetitum ſenſi
tiuum, uel intellectiuum, ſed eſt ipſa ma
teria nata recipere formam. Quod autẽ
materia cęli non recipit aliam formam;
non eſt propter perfectionẽ formę cæ-
li: ſed propter eius incorruptibilitatẽ;
quæ ex hoc contingit: quia non deter-
minat ſibi qualitatẽ habentẽ contrariã
ſui corruptiuam. Materia enim ſtãs ſub
una forma ultimata ſpeciuoca, nõ reci-
pit aliã ſpeciuocã illa manẽte. Illa ue-
ro corrupta aliam recipit, quamcunque
agens introducit, ſiue perfectiorem, ſi-
ue minus perfectam; & per hoc indiffe-
rens eſt ad omnem formam. Et iſta ſtãt
ſimul, ꝙ cælum eſt incorruptibile; & ꝙ
materia cęli appetit aliam formã. Cor-
ruptibilitas enim rei, non prouenit ex
appetitu materię qua aliam formam ap
petit: ut prætendit ratio; ſed ex eo, quia
determinat ſibi qualitatem habentem
contrariam. Non enim ignis ideo cor-

rumpitur; quia materia ignis appetit
aliam formam, ideſt quia poteſt recipe-
re aliam formam; ſed quia ignis deter-
minat ſibi caliditatem, & ſiccitatẽ ſine
quibus eſſe non poteſt, quæ habent con
trarias qualitates: frigiditatem, & humi
ditatem: a quibus cum caliditas, & ſic-
citas corrumpitur: corrumpitur & for-
ma ignis. Et hoc uult philoſ. in de ſenſu,
& ſenſato cum dicit; ꝙ ignis, & terra
non agunt, & patiuntur ab inuicem in-
quantum huiuſmodi: ſed ſolum inquã-
tum contrarietatem habentia: unde
ſi eſſet mixtum aliquod non determi-
nans qualitatem habentem contrariã;
uel talem contrariam, quæ applicari nõ
poſſet, ut corrumperetur: materia hu-
ius mixti perpetuò ſtaret ſub illa for-
ma; & tamen eſſet eiuſdem rationis cũ
materia alterius mixti corruptibilis.
¶ Et ꝙ arguitur; ꝙ materia cœli non
habet priuationem annexam. &c. Re-
ſpondetur, ꝙ nec materia elementorũ
habet priuationem annexam de rigore
uerborum; quia priuatio nõ eſt aliquid
quod alteri annectitur; cum priuatio
nihil ſit. Sed conceditur ad iſtum ſen-
ſum. i. materia priuatur aliqua forma: &
ſic etiã materia cęli priuat̃ forma ele-
mentari; & ita habet annexam priuatio
nem. ¶ Et ſi dicis. Priuatio dicit nega-
tionem in ſubiecto apto nato: nunc au
tem materia cœli non eſt ſubiectum na
tum recipere aliam formam: ideo non
habet annexam priuationem. Reſpon-
detur, ut dictũ ẽ: ꝙ materia cœli quãtũ
eſt de ſe, ẽ receptiua alterius formæ: ſed
ꝙ non recipit non eſt ex parte materiæ:
ſed q̃a forma cœli nõ habet contrariũ
corrumpens; ideo non arguit diuerſi-
tatem ſpeciuocam huius materiæ & il-
lius. ¶ Ad rationes tertiæ opinionis Egi
G dij de Roma; & Ockam tenentium ma
teriam in cœlo, & elementis eſſe eiuſdẽ
rationis. Reſpondere poſſunt tenen-
tes oppoſitum dicentes, ꝙ omnis diuer
ſitas ſpeciuoca eſt forma: nam materia
a nullo differt ſpecie per formam, ſed
ſeipſa ſpecie differt ab omni forma, &
ab omni compoſito. Non enim res dif-
fert ab alia per aliquod ſibi extrinſecũ:
quia tunc ſublato extrinſeco non dif-
ferret; ſed res quælibet a qualibet alia
re differt ſeipſa, uel per partem eius eſ-
ſentialem. De hoc in j. diſtinct. ij. q. iij.
Sed uerum eſt, ꝙ diuerſitas ſpeciuoca
compoſitorum in materia communicã
tium eſt per formam: ſed in alijs quan-
doque eſt per materiam, ſicut per for-
mam. Nam ita homo diſtinguitur ſpe-
cie ab angelo per materiam, ſicut per
formam: licet ergo operatio, quæ eſt a
forma arguat ſpeciem, tamen operatio
non dicit ſpeciem; quia res ſpecie diffe
rentes etiam differunt ſpecie, quando
non operantur, & ideo dicerent illi, ꝙ
materia elementorum, & materia cęli;
licet utraque ſit pura potentia, tamen
differunt ſpecie ſeipſis. Et hoc ex eo co
gnoſcitur: quia materia illorum inferio
rum non eſt receptiua formę cœleſtis:
nec materia cęli formę elementorum.
Ad Beatum Auguſt. dicitur: ꝙ non lo-
quitur uniuerſaliter de omni materia,
ſed de materia elementari, & hoc faciẽ
do comparationem ad res ſubſtantia-
les: quia accidentia ſunt propinquiora
nihilo, quam materia, quia imperfectio
ra eſſentialiter. Concedunt etiam illi,
ꝙ ponendi ſunt gradus entitatis in ma
teria, quia gradus perfectionis &c. ¶ Ex H
his patet, ꝙ quælibet harum opinionũ
probabiliter poſſet defendi. Prima ta-
men, quæ ſimpliciter negat materiam
in cœlo, dicens cœlum eſſe corpus ſim-
plex, non compoſitum ex partibus eſſen
tialibus: uidetur magis concordare ra-
tioni naturali, quæ non ponit plurali-
tatem ſine experiẽtia, aut neceſſitate,
quorum neutrum locum habet in pro-
poſito; cum illa opinio omnia ſaluat nõ
ponendo materiam in cęlo. ¶ Secunda
quæ ponit materiã in cœlo & eiuſdem
rationis cum materia inferiorum, ma-
gis uidetur concordare ſenſui literali
textus. prout utrumque ponit Ockam.
quęſtio. xxij. ſecundi. Et rationem con
tra tertiam opinionem, ꝙ cœlum habet
materiam eiuſdem rationis cum mate-
ria inferiorum, quam tenet ipſe, tanquã
theolo-



theologię magis conſonam ſoluit: ui-
de ibi. ¶ Nam prima opinio neceſſariò
habet dicere, ꝙ in principio cælum ſit
productum ſubſtantialiter perfectum;
quia cum ſit productum in principio an
te omnẽ diem; ut dicit textus. In prin
cipio creauit deus cęlum, & terram: nõ
potuit produci quantum ad partem; cũ
non habeat materiam; nec ſit ſubſtan-
tia compoſita; ſed ſimplex. Et ꝙ in ſe-
cunda die ſubdiuiditur Fiat firmamen-
tum: intelligi oportet iſtam factionem
firmamenti non fuiſſe quantum ad ali-
quod ſubſtantiale firmamento; ſed quã
tum ad formas aliquas, & proprietates
accidentales. Et ſuo modo dicunt de
elementis, ꝙ a principio ſint producta
ſub formis ſuis ſubſtantialibus, & totum
opus diſtinctionis factum in tribus pri-
mis diebus; & etiam opus ornatus cęli.
Quarta die tantum intelligendum eſt,
quantum ad formas accidentales, & nõ
eſſentiales, ac ſubſtantiales: quamuis
hoc dicere, quo ad elementa ratio non
conuincat; hoc autem uidetur minus
conuenire literæ Geneſis. ¶ Tertia opi-
nio ponens materiam eiuſdem ratio-
nis in cęlo cum materia inferiorum;
magis uidetur concordare litterę. Nã
ſecundum illam diceretur, ꝙ in princi-
pio deus creauit communem materiam
informem, quantum ad formas ſubſtan
tiales quicquid ſit de quantitate. De
qua poſtea ipſam formando fecit cęlũ;
& elementa producendo in diuerſis ma
teriæ partibus formas ſubſtantiales cę-
li die ſecunda, elementorum die tertia.
Et propter hoc nominatur materia il-
la informis diuerſis nominibus, cælum,
terra, aqua, abyſſus: quia de illa tanquã
de parte eſſentiali, & materiali forman
dum erat cęlum, terra, & aqua. ¶ Dici-
tur autem abyſſus propter informita-
tem; quaſi ſine byſſo; id eſt candore for
mæ ſecundũ quẽ intellectum accipien-
dum eſt id Eccl. xviij. Qui uiuit in ęter
nũ creauit omnia ſimul. Simul quãtum
ad materiam, non quantũ ad formã; nã
quantum ad formam non creauit; ſed
fecit. Sola. n. materia creata eſt; id ẽ de
nihilo producta; cętera id eſt formę sũt
de materia eductę: & ſic factæ, & non
creatæ. Vnde notanter dixit. Creauit
omnia ſimul: non fecit. Suo modo ex-
ponuntur cæteræ auctoritates ad idem
ſonantes: ut benè exponit ſanctus Bo-
nauen. diſtin. præſenti. ¶ Et licet Beatus I
Augu. ſuper Gen. ad literã, uidetur te-
nere, ꝙ omnia ſimul ſunt creata. Nam
dies illos ſic exponit, ꝙ non fuerũt ma
teriales; puta diſtinctè partes temporis
ſeſe ſuccedẽtes; ſed ſpirituales importã
tes diſtinctionẽ cognitionis angelicę:
ueſpertinam, & matutinam relata ad
ſex genera rerum conditarum; & ab eis
in genere proprio, & in uerbo cognita
rum. Alibi tamen ſatis concordat præ-
dictæ ſententiæ: ut in. xij. lib. confeſsio
ſupra allegato. ¶ Item in lib. de ſymbo-
lo dicit. Ordinatiſsimo dei munere pri
mo capacitas formarum fieret; poſtea
formarentur quæcunque formata ſunt.
per capacitatem materiam intelligit.
Habetur in Alexan. q. xliiij. membro. ij.
par. ij Item contra Manicheos Primò
materia facta eſt confuſa, & informis,
unde omnia fierent, quæ diſtincta, atq;
formata ſunt: quod credo a græcis cha-
os appellari; ſic enim & in alio loco dici
mus in laudibus dei. Qui feciſti mundũ
de materia informi, quod aliqui codi-
ces habent de materia inuiſa. Et ideo re
ctiſsimè creditur deus omnia de nihilo
feciſſe; quia etiam ſi omnia formata de
prima materia facta ſunt: hęc ipſa tamẽ
materia de omnino nihilo facta eſt. Et
ſequitur. Informis igitur materia illa,
quam de nihilo deus fecit; appellata eſt
primò cælum & terra. non quia hoc iam
erat; ſed quia hoc eſſe poterat, & cælum
poſtea legitur factum. Quemadmodum
ſi ſemen arboris conſiderantes ibi di-
camus eſſe radices: & robur, & ramos, &
fructus. non quia iam ſunt; ſed quia in-
de futura ſunt. Sic dictum eſt. In prin-
cipio fecit deus cælum, & terram: quaſi
ſemen cæli, & terræ: cum in confuſo
adhuc eſſet & cæli, & terræ materia: ſed
quia certum erat futurum eſſe cælum,
& terrã: iã & ipſa materia cælũ, & ter-

ra appellata eſt. Et ſequitur. Hæc ergo nomina omnia, ſiue cælum, & terra, ſiue terra inuiſibilis, ſiue terra incompoſita, & abyſſus cum tenebris, ſiue aqua, ſuper quam ſpiritus ferebatur: nomina ſunt informis materię; ut res ignota notis uocabulis inſinuaretur. Dictum eſt ergo: cælum, & terra inuiſibilis, & incompoſita; & tenebræ ſuper abyſſum: quia informis erat, & nulla ſpecie cerni aut tractari poterat etiam ſi homo eſſet, qui uideret, & tractaret. Dicta eſt aqua; quia facilis, & ductilis ſubiacebat operanti; ut de illa omnia formarentur; ſed ſub his nominibus materia erat inuiſa, & informis, de qua deus condidit mūdum. Hæc ille. Ecce aperte uult, ꝙ cælum, & elementa de eadem materia formata ſunt. ¶ Opinio uerò media minus uidetur probabilis; quæ tenet materiam eſſe in cęlo, ſed alterius rationis; quia minus ſeruit intellectui ſcripturæ: & minus habet rationis ſimul, & auctoritatis. Et ſecundum has opiniones poſſunt poni concluſiones ad quæſtionis titulum reſponſiuè. Et tantum

Arti. 2. Dub. 1. K

de articulo primo. ¶ Quantum ad articulum ſecūdum dubitatur primò. Quo modo illa informis materia, quæ dicta eſt, cęlum, terra, abyſſus, aqua, producta ſit ante omnem diem: cum ante diem primam nullum fuit tempus. Reſpondetur ſecundum Alexand. & ſanctum Bonauent. ꝙ ſecundum omnes materia illa creata eſt ante omnem diem ordine naturæ, quia præſuppoſita aliorum productioni tanquam cauſa ſubiectiua ſuo effectu: cauſa autem prior eſt effectu natura. Vtrum autem fuerit aliqua mora inter productionem materiæ, & lucis primæ diei: ſunt opiniones. Quidam dicunt, ꝙ non fuerit aliqua mora inter materiæ creationem, & diſtinctionis inceptionem. Sed ſtatim cū creatione materiæ, producta fuit lux; quę diem faciebat: nec fuit aliqua morula intermedia. Et uidetur illa reſponſio ſatis probabilis; quia nulla uidetur morulæ illius cauſa. ¶ Alijs uiſum eſt, ꝙ fuerit mora temporis interiacens inter materiæ creationem, & lucis factionem. Et illa mora non erat ſecundum reuolutionem corporum cęleſtiū, quę nondum fuerat: ſed ſecundum mutabilitatem partium materiæ. Et ſic dicit Hugo lib. j. de ſacra. par. j. cap. ix. Illud primum momentum temporis, quādo creata eſt illa omnium uiſibilium, inuiſibiliumque natura: nec nox fuit, nec dies; & tamen tempus fuit; quia mutabilitas fuit. ¶ Vel poteſt dici, ꝙ fuit mora temporis imaginarij; quia menſura motus imaginarij, quę potuit eſſe in illa morula: etſi non fuit.

Dub. 2. L

¶ Secundò dubitatur de cęlo empyreo, quando illud ſit creatum. Reſpondetur ſecundum Alexand. & ſanctum Bonauent. in dubijs literalibus: ꝙ uarij ſunt modi dicendi ſanctorum. Quidam dicunt, ꝙ ſimul creatum eſt in principio cum materia informi cęlum empyreum, & angeli in eo: & hoc quidem cęlum perfectum eſt, & formatum. Vnde Strabus ut allegat magiſter diſt. ij. huius ſecundi. dicit cęlum non uiſibile firmamentū appellauit cum ait. In principio creauit deus cęlum, & terram: ſed empyreum, uel intellectuale: quod non ab ardore, ſed a ſplendore dicitur: quod ſtatim factum repletum eſt angelis. Allegat ad idem Bedam, uideatur ibi textus. ¶ Alij dicunt, ꝙ etſi cælum empyreum in principio creatum eſt, & angelis repletum; tamen de illo ſcriptura non facit expreſſam mentionem: ſicut nec de angelis. ¶ Per cęlum uero, quod in principio creatum dicitur cum terra; intelligitur materia informis, & cōmunis. De qua poſtea formatum eſt firmamentum; & corpora cæleſtia, & cętera creata.

Sunt & aliæ expoſitiones illius textus, quas latius tangunt Alex. & ſanctus Bonauent. Sed hæc nunc ſufficiant &c.



# DISTINCTIO. XIII.

IN diſtinctione tredecima: poſtquam egit de opere creationis rerum corporalium quantum ad informem materiā, ante omnem diem creatam: conſequenter in ſequentibus tribus diſtinctionibus proſequitur de opere diſtinctionis, & ornatus quātum ad eductionem formarum de potentia materiæ, ſub diſtinctione ſex dierū.

Et primò agit de opere primæ diei diſtin. pręſenti. Secundò de opere trium ſequentium dierum, ſcilicet ſecundæ: tertiæ, & quartæ diſtinct. xiiij. Et tertio de opere quintę & ſextę diei diſtinc. xv. ¶ Vel diuidatur ſic. Primò agit de productione illius formæ, quæ eſt generale principium cognoſcendi diſtinctionē corporalium, ſcilicet de productione lucis. Secundò de rebus corporalibus diſtinguendis diſtinct. xiiij. ¶ Sententia huius diſtinctionis in qua agit de productione lucis in tribus colligitur concluſionibus, quarum prima eſt. ¶ Prima die (in loco ſolis poſt formandi) facta eſt lux de materia præiacente, quæ ſuo motu diem diſtinxit & noctem, ueſpere, atque mane. ¶ Secunda cōcluſio. Dies prima naturalis a plena luce orſus aurora, & mane caruit: ac ꝑ ueſperā in ſequēti diei mane paulatim tendens. xxiiij. horarum ſpatiū conſumauit. ¶ Tertia concluſio. Deus pater mundum producens, nullum uocis ſonum edidit: ſed uerbo non inſtrumento; ſed ut uno ſecum opifice ex ſe æternaliter genito cuncta fecit. Has deducit magiſter in textu.

## QVAESTIO VNICA.

A

CIRCA hanc diſtinctionē quæritur. Vtrum lux a nocte prima diſtinguens diem cauſat lumē, tāquam diſtinctam a ſe qualitatē. ¶ In queſtione erūt tres articuli. In primo ponuntur notabilia. In ſecundo concluſiones. In tertio dubia.

Arti. 1. Nota. 1

¶ Quantum ad primum notādum, ꝙ nomen lux impoſitum eſt prima, & principali impoſitione ad ſignificandum id, quo colores manifeſtantur, ut uideri poſsint: ſine quo uiſibile in potentia ſit actu uiſibile: transſumitur tamen ex uſu loquentium ad omne illud, quo manifeſtatur cognoſcibile: ſicut dicit apoſt. Ad Epheſ. v. Omnia quę arguuntur a lumine, manifeſtātur. Et ſequitur. Omne, qđ manifeſtať, lumē eſt. Sic deus, & angeli, lux & lumina dicūtur: ſicut dona, & habitus lumina appellantur, ut lumē fidei, lumen gratię, lumen glorię. Sed hic accipitur primo modo pro aliquo corporali, quo creatura corporalis uideri poterat. Sic & uidere propriè importat actum, quo ſenſus uiſus cognitiuè tendit in obiectum uiſibile. Secundum uſum tamen ſcripturę accipiť pro quolibet actu cognoſcendi; & præſertim ꝓ cognitione certa, & intuitiua. Sic dř Exod. xx. Videbat populus uoces.

Nota. 2 B

¶ Secundò notandū, ꝙ de quidditate lucis plures fuere opiniones: ut recitat ſanctus Bona. pręſenti diſtin. q. iij. Quidam enim dixerunt lucem eſſe corpus, ponentes aliquod corpus eſſe puram lucem ſine admixtione tenebroſitatis: ut corpus ſolare. Moti ſunt illi quibuſdam auctoritatibus beati Augu. unde in de libe. arbi. dicit. In corporibus lux primum locum tenet. Item lib. vij. ſuper Gen. ad literam. Aīa omnē naturā corporeā noīe & dignitate ꝓcellit: per lucē tñ & aerē q̄ ſūt ꝓcellentia corpora, corpus adminiſtrat. Et in epiſt. ad Voluſianum dicit lucem, & aerē eſſe corpora ſubtiliora. ¶ Alia opinio dicit lumen eſſe formā ſubſtantialē corporis luminoſi: ſecundum cuius participationem corpora habent uerius, & dignius eſſe in genere entis. Vnde nobiliſsimum corpus cęlum empyreum eſt pręcipuè, & indeficienter luminoſum, & infinitū. ſ. terra maximè opacū. Intermedia uero ſcđm ꝙ ſunt maius, &

minus nobilia, magis,& minus partici-
pant de luce. Vnde dicunt, ꝙ omnia
corpora naturā lucis participant; quia
uix eſt corpus ita opacū; quin per mul-
tam terſionem,& politionem poſsit fie
ri luminoſum; ſicut patet cum de cine-
re fit uitrum; & de terra carbunculus.
¶ Et illi faciliter reſpondent ad aucto-
ritates beati Auguſtini inductas: dicen
tes, ꝙ lux aliquando capitur concreti-
uè pro luminoſo; aliquando abſtractiuè
ꝓ forma illa, quæ dat eſſe luminoſum.
Primo modo accepit Aug. Vnde in dua
bus ultimis auctoritatibus per lucē in-
telligit ignē. Vel poſſet dici, ꝙ corpus
uno modo dicit omnē rē extēſam; ut. ſ.
eſt ſpecies quantitatis. Alio modo dicit
ſubſtantiam compoſitam ex materia,&
forma. Et cū de corporalibus loquūtur
ſancti, accipiunt primo modo, quo tam
materia, quàm forma, quàm accidentia
extenſa dicuntur corpora; ſic autem lu
cem eſſe corpus dubium nō eſt; cum ſit
extenſa. ¶ Tertia opinio dicit. Lux eſt
accidens corpori inhęrens: ſicut ſapiē-
tia, uel ſcientia: quæ eſt lux ſpiritualis,&
accidens animę. Conſequenter dicunt,
ꝙ per lucem corpus decoratur, per ip-
ſam ſentitur, per ipſam operatur. Quod
ergo lux dicitur forma nobilis: non in-
telligitur quantum ad eſſe primum; ſed
quantum ad eſſe ſecundum: ſicut ſcien
tia,& gratia nobiliſsimę formę ponun-
tur; quamuis ſint accidentia; ſunt autē
nobiliſsimę: quia perficiunt, & nobili-
tant nobiliſsimam creaturam, creatu-
ram. ſ. intellectiuam. Et hæc opinio eſt
beati Tho. par. j. q. lxxvj. art. ij. & iij.
¶ Sanctus Bonauen. hac diſt. q. iij. qua-
ſi mediat inter has opiniones. Vnde di-
cit, ꝙ lux dupliciter accipitur. Vno mo
do pro ipſa forma ſubſtantiali, quę dat
eſſe corpori lucido a quo luminoſum
corpus eſt principaliter actiuū. Alio mo
do lux dicitur eſſe fulgur, qui eſt circa
corpus luminoſum, qui conſequitur exi
ſtentiam lucis in tali materia; & ꝙ eſt
etiam obiectum ſenſus, & operationis
inſtrumentum: & hic eſt accidentale cō
Not. 3. plementum. ¶ Tertiò notandum, ꝙ cir
ca modum, quo lux primo die creata, C
diem ipſum diſtinxit a nocte; duo ſunt
modi diſtinguendi. Vnus doctorum grę
corum. ſ. Baſilij: Damaſce. Grego. qui
dixerunt, ꝙ lux illa emiſsione,& cōtra-
ctione radiorum diem, & noctem fece-
rant. & hoc dicebant eſſe in poteſtate
ipſius lucis: nō per uirtutem propriam,
ſed per præceptionem diuinam. Cuius
ſimile legitur Exo. x. Extendit Moyſes
manum in cælum; & factæ ſunt tenebræ
horribiles in tota terra Aegypti tribus
diebus. Conſtat autem, ꝙ in iſto tri-
duo ſol erat i noſtro hemiſphęrio: quia
tunc in terra Ieſſen, & in alias regio-
nes radios ſuę lucis emittebat: in ſola
Aegypto contrahebat. Et forte ſimile
factum eſt in paſsione domini, in qua
dicitur ſol obſcuratus fuiſſe. Hoc autē
totum factum eſt in paſsione non na-
tura ſolis, ſed diuino præcepto. Et per
hunc modum intellexerunt doctores
græci fuiſſe factum in illo primo triduo.
¶ Et illa diuiſio lucis non eſt intelligen-
da quantum ad ſitum localem, ſed quan
tum ad diſtinctionem formalem: ſicut
diſtinguitur habitus a ſua priuatione. Et
quia ab hoc habitu ad priuationem pro
ceſſus erat, & regreſſus: quantū ad re-
greſſum in habitum, dicitur feciſſe ma-
ne, quod faciebat emiſsione radiorum:
quantum uero ad progreſſum in priua-
tionem, dicitur feciſſe ueſperi. ¶ Alius
modus dicendi eſt ſecundum doctores
latinos. ſ. ꝙ lux illa noctem, & diem fa-
ciebat ſuo motu; ſicut modo facit ſol
ſua latione. Intelligitur enim lux illa
fuiſſe, ubi modo eſt ſol; nam ex illa cre-
ditur quarta die formatus fuiſſe ſol: ut
uult magiſter. Fuit autem producta in
ea parte, ſuper quam eſt noſtrum hemi-
ſphærium: & id hemiſphęrium illuminā
do fecit diem: & progrediens uenit ad
occaſum, & fecit ueſpere: ac deinde re
grediens ad ortum fecit mane; unde re
ſpectu unius,& eiuſdem hemiſphęrij no
ctem, & diem faciebat ſucceſsiuè. reſpe
ctu uero diuerſorum, hoc eſt noſtri, &
alterius ſimul faciebat diem ex una par-
te; & noctem ex parte alia, ex obiecto
illius



illius materię dēſæ, quę erat in medio;
quæ licet adhuc non fuit in forma com
pleta: erat tamē in illa parte indenſata;
ut poſſet facere umbram: ſicut in par-
te alia pro ſui raritate, & quadam ſub-
tilitate poterat ſuſcipere lucis influen-
tiam. Et ideo utrumq; illud inſinuans
ſcriptura dicit. Diuiſit lucem a tene-
bris: quantum ad exiſtentiam lucis in
uno hemiſphęrio,& tenebrarum in alio.
Et factum eſt ueſpere, & mane: quan-
tum ad receſſum a noſtro hemiſphærio:
& quantum ad regreſſum. Hæc beatus
Bonauen. Et hunc modum ſequitur
Alex. & communiter doctores ſequen
Arti. 2. tes in hoc magiſtrum. ¶ Quantum ad
Cōcl. 1. articulum ſecundum eſt hæc prima cō-
D cluſio. ¶ Lux corporalis, quam deus
primo die condidit, ipſum diem a no-
cte ſuo circulari motu diſtinxit. Iſta
concluſio eſt Bedę,& aliorum doctorū
ſecundum opinionem ſecundam nota-
bili tertio declaratam; & poteſt per-
ſuaderi. Quia dicit ſcriptura. Diuiſit
deus lucem a tenebris: quę autem diui-
dūtur a ſe ſunt ſimul: ergo ſimul fuerūt
lux, & tenebræ in diuiſis partibus: ſed ſi
lux illa faceret diē,& noctē per emiſsio
nē,& retractionem radiorum: cum non
ſunt ſimul emiſsio,& retractio: nō eſſet
ſimul, tenebrarum,& lucis diuiſio. ¶ Itē
dicit ſcriptura: ꝙ lux illa faciendo diē,
faciebat ueſpere,& mane: ſi autē ſola ra
diorum emiſsione, fieret dies: & ſola
contractione, fieret nox: nunquam eſ-
ſet ueſpere, aut mane: ſed ſemper eſſet
clara dies, uel obſcura nox. ¶ Item emit
tere radios, & retrahere ſunt operatio-
nes oppoſitę, ergo ſolis ſubſtantijs ratio
nabilibus conuenit: lux autē illa nō fuit
Cōcl. 2. rationalis creatura. ¶ Secunda conclu-
E ſio. Lux corporalis non eſt ſubſtātia; ſed
qualitas ſenſibilis. Probatur concluſio
quoad primā partē; quia omnis lux eſt
per ſe ſenſibilis, nulla ſubſtantia eſt per
ſe ſenſibilis, ergo nulla ſubſtātia eſt lux;
& ita per cōuerſionem nulla lux eſt ſub
ſtantia. Conſequentia prima tenet in ſe
cundo ſecūdę, figurę cameſtres. Maior
nota. Minor probatur: quia ſubſtantia
eſt uiſibilis per accidens: ut patet in ſa-
cramento altaris, ubi nō eſt ſubſtātia pa
nis,& tamen eadem uiſio poſt conſe-
crationē, quę ante & remanet ibi omni
ſenſu comprehenſibile, quod prius fuit.
¶ Item lux in igne eſt accidēs: ergo in
nullo eſt ſubſtantia. Tenet conſequētia:
quia quod uerè eſt ſubſtantia, nulli acci
dit. j. Phyſ. Antecedens probatur: quia
ſi lux in igne eſſet forma ſubſtantialis:
uel ergo ultima, & ſpeciuoca: uel alia
imperfectior, quę eſſet in potētia ad for
mam ſpeciuocā. Non primū: quia tunc
quicūq; haberet lucē, eſſet ignis: & om
nia habentia lucē eſſent eiuſdem ratio-
nis, quod eſt falſum. Nec ſecundū; quia
tunc illa forma eſſet imperfectior for-
ma ignis ſubſtantiali, & ita nō eſſet for
ma alicuius corporis cæleſtis, in qua nul
la eſt forma imperfectior forma elemē
tari &c. ¶ Tertia concluſio. Lux eſt qua Cōcl. 3.
litas accidentalis inhęrens ſubſtantię lu
cidi corporis. Prima pars probatur: quia
lux ē aliquid reale; quia per ſe ſenſibile;
& non eſt ſubſtātia ex prioribus conclu
ſionibus; ergo accidens. ¶ Itē lux eſt in
tenſibilis,& remiſsibilis: ergo nō eſt ſub
ſtantia: & per conſequens accidens. Te-
net cōſequētia; quia ſubſtantia nō ſuſci
pit magis,& minus, ut dicitur in prædi-
camento ſubſtantię. ¶ Quarta conclu- Cōcl. 4.
ſio. Lumen productum a luce tanquā a F
ſua cauſa eſt qualitas accidentalis eiuſ-
dē rationis cū ipſa. Hæc cōcluſio poni-
tur ſecundū opinionem eorū, qui ne-
gant ſpecies ſenſibiles in medio inter
obiectū,& organū. Probatur concluſio,
quia ſicut ſe haberet calor ad calorem a
ſe productum; ita lux ad lucē a ſe proce-
dētem. Calor autem productus eſt eiuſ-
dem rationis cū calore, a quo produci-
tur; ergo & lux cū luce. Cōſequētia no
ta cū minore. Maior probatur: quia nō
uidetur differentia aliqua. Nam ſicut ca
lor producit calorē in ſubiecto ſuſcepti
uo: ita lux lucem, ut experientia docet.
Tūc ultra. Lumen nihil aliud eſt quā lux
producta a luce; ſed a luce non procedit
cauſaliter niſi lux: ergo lumē eſt lux. Mi
nor probatur: quia ſi eſſet aliud a luce:

maximè eſſet intenſio lucis, ſiue ſpecies multiplicata a luce: ſed iſtę non ſunt ponendæ: quia nec ratio: nec experientia probat eas eſſe ponendas; ut ſupra deductum eſt diſt. iij. q. ij. Ideo etiam frequenter apud multos pro eodem accipiuntur lux, & lumen: eſt tamen aliqua differentia rationis nominum. Nam lumen ſupponit pro luce, & connotat eius effluxum a luce: hoc eſt productionem a luce. Probatur, ꝙ lux ſolis nõ poteſt dici lumen: quia nõ eſt producta ab alia luce corporali, lux aũt lunæ, & ſtellarũ, ac nubiũ inferiorũ per irradiationẽ ſolis ſuper ea cauſata põt dici lumen, & etiã lux. Vnde poſſet dici ſecundũ hãc opinionẽ, ꝙ lux eſſet qualitas intẽſa; & lumẽ remiſſa ab ea proce

Cõcl. 5. dens. ¶ Quinta concluſio ſecundũ opinionẽ ponẽtẽ ſẽſibiles ſpecies in medio. Lumen eſt intenſio, ſiue ſpecies lucis. Probatur: quia pręter lucẽ ponitur ſpecies ab ea multiplicata ſubiectiuè recepta in medio, quæ non poteſt dici lux; quia lux eſt qualitas uiſibilis, ſpecies aũt nõ ſunt uiſibiles. Nec uidetur, quo alio nomine aptius nominari poſſũt, quã nomine luminis; quia procedunt a luce, quod pertinet ad lumen. Vnde illæ duæ cõcluſiones fundãtur in quid nominis; ideo probari nõ poſſunt niſi ex uſu loquẽtiũ. ¶ De quidditate luminis ſanctus Bonau. ponit ſeptẽ opiniones, ex q̃bus nihilominus uix colligi põt, ꝙ ſit lumẽ: immo nec adæquata ſignificatio nomi

Arti. 3. nis. ¶ Quantũ ad articulum tertium, du

Dub. 1. bitatur circa primã cõcluſionẽ. Nã lux

G prima die creata nõ diſtinxit noctẽ, & diẽ ſine motu circulari; quia cũ nõdũ ſphęrę cęleſtes fuerunt productæ. ſi fuiſſet mota; aut ſequebatur eius motũ diuiſio: aut dimenſionũ penetratio: aut uacuũ. ¶ Præterea: cũ materia adhuc fuit informis, & nõ ſolida: uidetẽ ꝙ ubicũq; erat lux; illa totũ reliquũ illuſtrabat; etiã quoad profundũ: ſicut nũc ſol totũ illuminat aerẽ. ¶ Item queritur, ubi primò creata eſt lux: an in oriẽte, meridie, uel occidente. Si in oriente: tunc non fecit primò ueſperam; ſed mane, & poſt ueſperam. Si in meridie, uel occidẽte: tunc prima dies nõ fuit integra; q̃a terminabatur ad mane ſequens. Reſpondetẽ breuiter ad primum: ꝙ potuit fieri diuiſio materię per motũ lucis: ſicut nunc fit diuiſio aeris per motum gradientis. Vel poſſet dici, ꝙ cum productione lucis quædam ſphæra fuit a cęteris partibus materiæ diuiſa, cuius pars erat lux illa: ſicut nunc dicitur de ſphæra ſolis, & planetarum: quæ ſimul cum luce fuit circum agitata: utrumq́; potuit fieri, quid autem factum ſit: deus nouit. ¶ Ad ſecundũ dicitur, ꝙ materia licet fuerit informis, quo ad formas ſubſtãtiales, & quaſdam accidentales: fuit tñ quãta, & nõ uniformis raritas in omnibus partibus. Et ideo in partibus inferioribus erat denſior; in partibus ſuperioribus rarior: etiã ſi fuiſſet eiuſdẽ raritatis in omnibus partibus; tamen lux illa non poterat ſimul omnes partes materiæ illuminare; immo ad modicã profunditatẽ: & ideo pars non illuminata

H cauſabat umbram. ¶ Ad tertiũ dicitur, ꝙ creata fuerat in oriente: & ſimul incepit dies, prima cũ luce, & motu eius: nec alterũ pręceſsit; nec tñ propter hoc primò conſtituit mane; quia mane dicit finem pręcedentis noctis: & per hoc quandam obſcuritatem; lux autem fuit producta in plenitudine ſua: ideo non fecit mane. Sed in oriente producta mota eſt ad occidentem; & ſic fecit ueſperam; & inde redijt ad eundem punctum orientis a quo cepit moueri: & ita poſt noctem fecit mane. Hæc eſt opinio Hugo. libr. j. de ſacra. ¶ Alij dicunt, ꝙ ſit producta in męridie. ſ. in maxima ſua perfectione. Dei enim perfecta ſunt opera. Perfectius autem illuminat in meridie, quã in oriente, uel occidente: ſed hoc nihil arguit; quia non fuit lux illa perfectior in meridie, quã in oriẽte: ſicut & nũc ſol nõ eſt perfectior in una parte cęli, quã in alia: licet certas partes noſtras minus illuminet in una parte, quã in alia propter diuerſum eius aſpectum. ¶ Præterea quęlibet pars cęli eſt oriens, & occidens ac



meridies reſpectu diuerſorũ; & ſemper ſol oritur quibuſdam, & ſemper quibuſ

Dub. 2. dam occidit. ¶ Secundò dubitatur con

I tra concluſionem ſecundam. Nam uidetur; ꝙ lux ſolis ſit ſubſtantia ſolis, aut forma eius ſubſtantialis: quia lux eſt ſoli eſſentialis; & nõ eſt materia: ergo forma ſubſtantialis. Quòd ſit ei ſubſtantialis patet: quia ab eo inſeparabilis. ¶ Itẽ nihil aliud uidetur eſſe ſol, niſi lux quædam. ¶ Reſpondetur, ꝙ lux eſt accidẽs ſolis; quia poteſt etiã auferri a ſole per potentiam diuinã: ſicut frequenter habetur in prophetis. Et ſecundũ quoſdã ita ſol fuit priuatus lumine in paſsione domini. Item poteſt augeri. Vnde Eſa. xxx. Erit lux lunæ ſicut lux ſolis; & lux ſolis erit ſeptupliciter ſicut lux ſeptem dierum. Non eſt ergo lux de eſſentia ſolis, ſiue pars eius eſſentialis: licet ſit accidẽs propriũ, ſeu inſeparabile naturaliter: ſicut albedo in cygno. Vnde probabile eſt formam ſubſtantialem cęli conſequi aliquam qualitatẽ actiuam: ſicut formę ſubſtantiales generabiliũ, & corruptibiliũ conſequuntur qualitates actiuẽ. Hæc autẽ qualitas conſequens cor

Dub. 3. pus cęleſte eſt lux. ¶ Tertiò dubitatur

K circa cõcluſionem quartam. Nam uidetur, ꝙ lumen nõ ſit lux: ſol, enim illuminat aerem; ergo producit aliquid in aere, & non lucẽ: quia lux eſt uiſibilis. Aer autẽ illuminatus nõ uidetur; quia non terminat uiſum; ergo quod in eo producitur eſt lumen, & non lux. ¶ Reſpondetur concedendo, ꝙ ſol aliquid producit in medio ipſum illuminando: illud autem eſt lux remiſſa. ſicut in ſimili ſupra diſt. iij. q. ij. dictum eſt de coloribus. Quòd autẽ lux illa nõ terminat uiſum eſt propter eius remiſsionẽ, & aeris raritatem. Vnde ſi aer ingroſſatur in uaporem, uel nubem illuminante ſole: iã lux eius uidetur, & terminat uiſum: ſic etiã de igne in ſphæra ſua, ſi lucidus eſt: lux tñ eius nõ uidetur propter nimiam ſuã raritatẽ. Sic ergo illuminatus habet in ſe lumen, quod eſt lux. quæ remiſſa, quę uiſibilis eſt, dũ intenditur: neq; etiã omnis color uiſibilis eſt. Poteſt enim remitti in tantum, ꝙ non ſufficit mouere uiſum. Et tantum de quæſtione.

## DISTINCTIO. XIIII.

IN diſtinctione decima quarta poſtquã egit de lucis productione; qua cætera corpora cognoſcuntur: conſequenter de aliorum corporum productione proſequitur; & primò corporum ſimplicium cęli, & elementorum. Deinde mixtorum. xv. diſt. In hac ergo diſt. ſecundum trium dierum. ſ. ſecũdi, tertij, & quarti operãtur aquę tracta: Sententia textus in tribus concluſionibus colligitur. ¶ Prima concluſio. Deus die ſecunda cęlum ſydereum produxit dictum firmamentum: non propter quietis ſtationẽ; ſed propter aquarum ſuperiorum, & inferiorum, quas diuidit; in tranſgreſsibilem terminationem. Secunda concluſio. Aquas ſubcęleſtes condenſatas, & partim in cauernis latentibus receptas, deus die tertia, congregauit, & aerem ſeruans ſimul terram, herbam, arboreſq; germinantem fundauit. Tertia concluſio. Die quarta cum ſequentibus ſimplicium corpora ornatui deputatis, ſole; luna, & ſtellis deus ornauit firmamentum; ac tempora; annos, dies, eorumq; partes per eorum deſignauit motũ.

## QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionẽ multa quæri poſſent de cælo, & elementis eorumq; motu, & tranſmutationĩbus. Sed quia illa in libro de cælo, & mundo: ac de generatione, & corruptione Ariſto. diſputari latius ſolent: breuiter tranſeo. ¶ Quærendum tamẽ erit de duobus. Primò de cælo. Secũdò de elemẽtis. ¶ Circa primũ eſt quęſtio. A Vtrũ aquę ſuperiores per firmamentum ab inferioribus diuiſæ die ſecunda ſint de cæleſti, uel elemantari natura.

¶ In quæſtione erunt articuli tres. Primus erit de aquis ſuperioribus per firmamentum diuiſis. Secundus de firmamento, & cęlorum numero. Tertius du
Arti. 1. bia mouebit. ¶ Quantum ad primum
Not. 1. aduertendum, ꝙ de aquis illis ſuperioribus: ut dicit ſanctus Bonauen. propter diuerſitatem poſitionum, & debilitatẽ rationũ, uix poteſt aliquid certum dici. ¶ Vnde fuerunt quidam, qui dixerunt ſupra cælum ſydereum nullas eſſe aquas corporales; ſed ſcripturam illam intelligi debere de aquis ſpiritualibus. Quã opinionem beatus Tho. dicit fuiſſe Origenis. Allegãt etiã illi pro ſe illud Aug. xiij. confeſ. ꝙ illę aquę ſint mortales. Et illud: Benedicite aquę omnes, quæ ſuper cælos ſunt domino. Itẽ: Aquæ quæ ſuper cęlos ſunt, laudent nomen domini. Benedicere, & laudare eſt creaturæ rationalis, intellectualis, & ſpiritualis. ¶ Alij dicunt: quia frequenter ſcriptura uidetur dicere de aquis materialibus, & extenſis, ſicut eſt illud Pſ. ciij. Extendens cę. ſi. pel. q. te. a. ſu. eius. ꝙ aquę illæ ſunt aquę uaporabiles ſupra partem aeris eleuatę. Vnde per firmamentũ intelligi uolunt partem aeris inferiorem. Allegãt pro ſe illud beati Aug. ſuper Gen̄. ad literam dicentis. Quod hoc intelligi poteſt de aquis, quæ ſuſpenduntur in nubibus. Hanc opinionem beatus Baſilius in ſuo hexameron reprobat. Obuiat, & textus Geneſ. qui ponit luminaria, ſolem, & lunam, ac ſtellas in firmamento. Et Daniel. iij. Benedicite aquæ, quæ ſuper cælos ſunt domino. Et ſequitur Benedicite ſol, & luna domino. Ergo iſtę aquæ ſunt ſupra ſolẽ. Vnde dicunt alij: ſurſum ſupra firmamentum eſſe cęlum aqueæ naturæ: quod diuina diſpoſitio ſurſum poſuit ad refrigerandum calorẽ ætheris. Eaſq; aquas ibi quieſcere, uel ſua ſoliditate; uel ſua ſubtilitate, uel dei uirtute illud ordinante. Sed quia non uidetur, ꝙ ſummus opifex naturam aquæ minus nobilem collocaſſet ſupra cælum magis nobile: ideo tertij dicunt; ꝙ ſupra firmamentum, ſicut ſcriptura dicit ſunt aquæ, quæ tamen non habent naturam, uel ſpeciem aquę elementaris. Dicuntur tamen aquę: propter conuenientiam cum elemento aquæ in aliqua proprietate. Habet autem aqua elementaris tres proprietates. Nam habet perſpicuitatem, habet frigiditatem, habet grauitatem. Quantum ad primum conueniunt: quia habet naturam receptiuam luminis, & retentiuam; & ita utraq; earum aquarum eſt receptiua, & perſpicua, licet ſuperiores magis. Quantum ad ſecundum, ſcilicet proprietatẽ frigiditatis, partim conueniunt, & partim differunt. Cõueniũt enim in hoc, ꝙ utræq; ſunt frigidę effectiuè. Differunt autẽ in hoc, ꝙ inferiores ſunt frigidæ formaliter; ſuperiores uero minimè. Quantum ad tertium penitus nõ cõueniunt; quia aquę ſupercęleſtes, nec graues ſunt, nec leues: nec motu recto naturaliter mobiles. Et iſtã opinionem communiter magis approbant doctores. Quicquid ergo ſit de illis opinionibus; tamen aquas eſſe ſuper cælos dubitandum non eſt; quia ſecũdũ beatum Aug. ij. ſuper Gen. Quomodo & aquę qualeslibet ibi ſint, eas tamen ibi eſſe minimè dubitamus: quia maior eſt huius ſcripturę auctoritas, quàm omnis ingenij humani capacitas.

Proprietates aquę elementaris

Not. 2. B

¶ Secundò notandum, ꝙ nomẽ aqua tripliciter accipitur in primaria rerũ diſtinctione. Aliquando accipitur pro informi rerum materia, ut ibi. Spiritus domini ferebatur ſuper aquas. Nã ubi dicitur. In principio creauit deus cęlum, & terram: & terra erat in. & ua. & tene. erant ſuper fac. aby. & ſpi. domini ferebatur ſuper aquas. ſecũdũ ſupradicta illa nomina cęlũ terra, abyſſus, aqua pro eodẽ accipiũtur; ſcilicet pro materia informi: poſtea ꝑ formas ſpecuocas diſtinguenda. Aliquando accipitur pro natura tranſparenti, ſiue perſpicua, & luminis retentiua; ut cũ dicitur. Fiat firmamentum in medio aquarũ: & diuidat aquas ab aquis &c. Aliquando accipitur pro elemento aquæ: ut ibi. Congregentur aquę in unum locũ.

Aqua tripliciter.

Not. 3. C

¶ Tertiò notandum: ꝙ philoſophi ſupra firmamentũ ponunt adhuc

huc



huc aliud cęlum mobile propter duas cauſas. Vna eſt; quia cum una ſphęra non habeat niſi unum motum propriũ; ſi aliqua ſphæra habet duos motus: unus erit proprius ſibi: & ab intelligentia ſibi appropriatè coexiſtente, alius motus conuenit ſibi a ſphæra ſuperiore. Nũc autem firmamẽtum mouetur duobus motibus. Vno mouetur ab oriente in occidens faciendo ſingulo die naturali unã reuolutionem ſuper polos mũdi: Alio modo ecõuerſo ſuper polos zodiaci ab occidente in orientẽ in. 100. annis uno gradu faciẽdo in. 36000. annis unam reuolutionem: quam aliqui dicunt longum annum Platonis. Et iſte motus reniſionis eſt proprius firmamenti. Primum uero motum, qui raptus dicitur, habet a ſphęra ſuperiore: primo ſ. mobili, cuius ille motus eſt proprius. Secũda cauſa, quam tãgit beatus Tho. par. j. q. lxviij. ar. ij. & Alex. par. ii. q. l. qa ſicut firmamẽtum operatur diuerſitatẽ generationis, & corruptionis per acceſſum, & receſſum per diuerſas uirtutes ſtellarum in ea poſitarum. Ita oportet ponere uniforme cælũ non habens partes diuerſarum rationum, ſiue proprietatum: quod ſuo motu operetur continuitatem generationis. Et ſicut firmamentum cum ſphæris planetarum ſuis motibus, & diuerſitate ſunt principia generationis, & corruptionis. Ita primũ mobile ſiue cælum cryſtallinum uniformitate ſui corporis, & motus eſt cauſa cõſeruationis rerũ in eſſe. Prima cauſa
Cõcl. 1. uidetur efficacior. ¶ His pręmiſsis eſt cõ
D cluſio prima. Supra firmamentum productæ ſunt aquæ ab aquis inferioribus per firmamentum die ſecunda productum, diuiſæ. Patet concluſio quantum ad omnes partes ex textu Gen̄. j. hoc clarè dicentis. Etiã per aucto. bea. Aug.
Cõcl. 2. in fine primi notabilis allegatum. ¶ Secunda concluſio. Aquæ ſuperiores non ſunt de elementari natura; ſed de cęleſti ab elementis ſpecificè diſtinctæ. Probatur illa concluſio tamquam magis probabilis. Tum quia tunc per naturam eſſent ponderoſę, & per conſequens ſupra aerem, ignem ſphęras planetarum, & firmamentum uiolenter ſuſpenſæ. nullum autem uiolentum perpetuum. Aque autem ſupra firmamentũ ſunt immortales: & ab omni corruptione ſecretę: ut dicit Aug. xiij. cõfeſ. Tũ quia corpora mundi ordinantur ſecũdũ maiorem nobilitatem, & minorẽ. ergo elementaris aqua minus nobilis, nõ debet locari ſupra firmamẽtum magis nobile. Tum quia habentiũ eãdem naturã idem eſt locus. Quia. n. eadẽ eſt natura glebę & totius terrę: ideo ẽ idẽ utriuſq; locus: ergo idẽ erit locus naturalis omniũ aquarũ elementariũ. Neq; uidetur ad quid ponãtur huiuſmodi aquę non n. ad refrigerãdũ alia corpora cęleſtia, quia illa neq; calida ſunt, neq; frigida formaliter, ſed tantum effectiuè, & uirtualiter. Non. n. ſunt ſuſceptiua peregrinarum impreſsionum: nec uidetur alia cauſa poſſe aſsignari. ¶ Corollariũ. Coroll.
Nomẽ aquę ęquiuocẽ attribuitur aquę elementari. & aquæ ſupercæleſti. Patet qa alia ratione illa, & iſta dicitur aqua, ut habitum eſt notabili ſecundo. ¶ Quã Arti. 2.
tum ad ſecundum articulum de diſtin- E
ctione cęlorum poſt ſan. Thom. parte j. q. lxviij. art. iiij. Notandum, ꝙ cęlum Not. 1.
tripliciter accipitur in ſcripturis. Primo modo propriè: ut diſtinguitur contra elementa, pro corpore ſublimi luminoſo actu uel potentia incorruptibili per naturam circũdans regionem elementarem. Et ita accipitur communiter in ſcripturis: ut ibi. Vocauitq; deus firmamentum cęlum. & ſequitur de ſole, & luna. Poſuit eos in firmamento cęli. Gen. j. Secundo modo accipitur impropriè: ut dicit ꝑ participationẽ ꝓprietatis corporis cæleſtis. ſ. ꝓ corpore leui, & ſublimi diaphano, & luminoſo actu, uel potẽtia. Et ſic includit etiã aerẽ, & ignẽ. Et ſic accipit in hymno puerorũ. Benedicite uolucres cęli dño. Dan. iij. & Luc. viij. Et uolucres cæli comederunt illud. Tertio modo accipitur metaphoricè. Et ſic quandoq; trinitas benedicta dicitur cęlũ: propter eius ſpũalẽ ſubtilitatẽ, & lucẽ, & ſummã ꝑfectionis

Cælum tripliciter accipitur.

altitudinē. de quo cælo exponitur dia
bolū dixiſſe. Eſa. xiiii. Aſcendā in cęlū
i. ad æqualitatē dei. Quādoq; etiā ſpiri
tualia bona, in quibus eſt ſanctorum re
muneratio, cęlū nominatur: ut Mat. v.
Merces ueſtra copioſa ē in cęlis: ut ex-
ponit Augu. Quandoq; tria genera ſpi
ritualium uiſionū. ſ. corporalis, imagina
ria, & intellectualis: tres cæli nominan-
tur. De quibus Aug. exponit, ꝙ Paulus
raptus eſt uſq; in tertiū cęlū. ij. Cor. xii.
Not. 2. ¶ Secundò notandum, ꝙ accipiendo cę
F lum primo modo, propriè poteſt acci-
pi tripliciter. Vno modo abſolutè, ut ſi-
gnificat ſimpliciter corpus compoſitū
ex materia, & forma incorruptibili na-
turaliter: non uitali: nullius peregrinę
paſsionis ſuſceptiuum. Per peregrinas
paſsiones intelligo qualitates primas ad
inuicem contrarias; & ſecundas eas cō
ſequentes; ut grauitatem, leuitatem, co
lorem, ſaporem, & cæteras cōtrariū ha-
bentes. Illo modo quælibet ſtella epici-
clus, & finaliter quælibet pars cęli eſt
cęlū. Secundo modo accipitur conno-
tatiuè, ut ſupponit ꝑ cęlo primo modo
dicto cōnotādo cōtinētiā mediatā, uel
immediatā regionis elementaris. Et ſic
importat quālibet cęleſtē ſphærā, totā
elementarē regionē circūdantē. Et illo
modo epiciclus, aut ſtella non dicitur
cęlū: licet ſit pars cęli. Tertio modo ac
cipitur, ut connotat ordinē ad comple-
tum motum planetę aut firmamenti. Et
ſic omnes orbes, ſeu ſphęræ ad motum
unius planetę requiſitæ dicuntur unum
cælum. Et illo modo ſol ecentricus de-
ferens corpus planetę non dicitur cęlū.
Similiter nec concentricus quoad unā
ſuperficiem, & ecentricus ſecundū aliā:
ſed totū aggregatū ex his. Sic accipitur
cęlum, dū dicuntur eſſe ſeptem cæli pla
netarū. Et illo modo accipitur in prima
& ſecunda concluſionibus ſtatim infra
poſitis. ¶ His premiſsis ponuntur con-
Cōcl. 1. cluſiones ad illum articulum. ¶ Prima cō
G cluſio. Accipiendo celum primo mo-
do, & propriè: & diſtinguendo cælos
penes luminoſitatem, & diaphaneita-
tem, tres ſunt cæli in genere, ſcilicet
ſydereum, cryſtallinum, & empyreum.
Patet, quia unum eſt cælum totaliter lu
cidum. Et hoc dicitur empyreum, non
a colore: ſed a perfecto lumine. Alterū
totaliter diaphanum: ſ. aqueum, ſiue
cryſtallinum: ſic dictum a ſoliditate, &
diaphaneitate, ad modum ac ſimilitu-
dinem cryſtalli, quæ eſt aqua ſolidata,
quod etiam eſt primum mobile. Tertiū
ſydereum partim diaphanum, & partim
actu lucidum: & eſt cęlum ſtellarum.
Stellæ enim ſunt actu lucidæ. Reliquæ
eius partes ſunt diaphanæ. ¶ Et hoc cō
muniter diuiditur in octo ſphæras: ſ.
in firmamentum, & ſeptem ſphæras pla
netarum. Probatio horum patet ex ſe-
quentibus. ¶ Secunda concluſio. Acci Cōcl. 2.
piendo cęlum, ut in præcedenti conclu H
ſione: ſ. propriè, & tertio modo, & di-
ſtinguendo cęlos ſecundum motum, &
quietem: decem ſunt cæli in ſpecie; ſ.
nouem mobiles, & cęlum empyreum
immobile. Probatur concluſio de cęlis
mobilibus, quia tot ſunt cęli mobiles,
quot motus diſtincti in eis: ſed tales
ſunt nouem; ergo nouem ſunt cęli mo
biles. Cōſequentia nota. Maior patet:
quia uni corpori cęleſti nō cōuenit, ni
ſi unus motus proprius ab una intelli-
gentia ſibi propria, ut nūc ſupponitur:
ideo tot ſunt corpora, quot motus. Mi
nor probatur: quia ſeptē ſunt planetæ,
quorū quilibet habet propriū motum a
motu alterius diſtinctum. Nā pro diuer
ſis tēporibus habent diuerſos reſpectus
propinquitatis, & diſtantiæ adinuicem.
Quod ſaluari non pōt niſi per diuerſos
eorū motus. Horū aūt planetarū ponūt
ſeptē. ſ. Saturnus, Iuppiter, Mars, Sol,
Mercurius, Venus, Luna: de quo ſunt
metra: Poſt ſim. ſum. ſequitur ultima lu
na ſubeſt. Itē preter ſphæras planetarū
eſt firmamentū, quod mouetur duobus
motibus: ut patet ex ultimo notabili
primi articuli. Sunt ergo nouem mo
tus: & per conſequens nouem cęli mo
biles. Scilicet primum mobile, quod
uno motu mouetur ab oriente in occi
dens, & rurſum in oriens complens unā
reuolutionē in xxiiij. horis, die ſcilicet



naturali. Et ſuo motu rapit ſecum om
nes ſphæras inferiores: etiam ignis, &
aeris regionem ſuperiorē; quod ex mo
tu comete patet; & firmamētū, & ſeptē
cęli planetarum. Si tamen tenetur opi
nio Thebit philoſophi ponentis in fir-
mamento tres motus. duos prædictos:
& cum his motum acceſſus, & receſſus:
oporteret ponere decimā ſphęram mo
bilem; ita ꝙ nona ſphæra moueretur
duplici motu. Vno proprio. ſ. acceſſus,
& receſſus: & alio communi cum cæte
ris; ſ. diurno ſiue raptus. Et decima ſphę
ra (quæ eſt primum mobile) haberet tā
tum unum motum. ſ. diurnum. De cę-
lo immobili. ſ. empyreo dicitur in du-
Cōcl. 3. bijs. ¶ Tertia concluſio. Accipiendo cę
I lum ſecundo modo: ſ. impropriè, & par
ticipatiuè ſecundū diuerſas diſtinctio-
nes, diuerſus ponitur cęlorū numerus.
Nā ſecundū diſtinctionē generaliorē,
quā ſequitur Dama. tres ſunt cęli. ſ. cę-
lum aereum, ſydereum, & ſuperſydereū.
Aereum cōpræhendit aerem, & ignem.
Sydereū ſphæras planetarum, & firma-
mentum. Super ſydereum cryſtallinum
ſiue primum mobile, & empyreum. Am
bos hos modos tangit gloſ. Deut. x. ſup
illud. En dñi dei tui cęlum eſt: & cęlum
cęli. Sed ſecundū Rabanum accipitur
diſtinctio minus generalis. Nam quia
tā ignis, quā aer diuiditur in partē ſupe
riorē, & inferiorē. Similiter cęlū ſupſy-
dereū in cęlū mobile, & immobile. Ideo
ponit ſeptē cęlos, qui ſunt, aereū, ęthe-
reum, olympium, igneum, ſtellatū, cry-
ſtallinum empyreum. ¶ Aereum dicitur
regio inferior aeris. Aethereum regio
aeris ſuperior, quæ mouetur ad motum
primi mobilis. Ideo æthereum dicitur
quaſi ſemper currens Olympium uero
dicitur inferior regio ignis ab altitudi
ne cuiuſdam montis, qui dicitur olym
pus. Igneum autem dicitur ſuperior re
gio ignis. Cælum ſtellatum dicitur ag-
gregatum ex ſeptem ſphæris planeta-
rum, & firmamento. Cryſtallinum eſt
primum mobile. Empyreum cælum
immobile locus ſanctorum. ¶ Secun-
dum diſtinctionem uerò ſpecialem illo
modo accipiendo cęlum, ponerentur
duodecim, uel tredecim cæli. ſ. quatuor
elementares; & decem, uel undecim
propriè cęleſtes. Et hoc modo acci-
piendo cęlum non pro qualibet ſphæ-
ra: ſed tantum pro ſphæra, uel ſphęris
ad motum unius ſtellæ requiſitis. Si ue
ro diſtinguerentur ſecundum ſpecialiſ-
ſimam diſtinctionem: & ut quælibet ſphę
ra cęlum diceretur: erunt. xxviij. cęli,
. ſ. xxj. planetarum: ponendo pro quo-
libet planeta tres orbes: patet connu-
merando prædictis. Si uero plures po-
nuntur pro quibuſdam planetis. ſecun-
dum hoc plurificantur cæli. De quo
uidere pertinet ad theoricam planeta-
rum. ¶ Quantum ad tertium articulum Arti. 3.
dubitatur de cęlo empyreo, an ſit po- Dub. 1.
nendum. Ad hoc breuiter dicendum: K
ꝙ cęlum empyreum non inuenitur po-
ſitum niſi auctoritate Strabi, Bedę, &
Baſilij. Nā ſecundū illos cælū empyreū
locus eſt beatorū, a principio creatus, &
ſtatim angelis repletū: ut tactū eſt ſupra
in fine diſt. xiij. Vnde Baſilius homil.
ij. hexameron. Sicut damnati in tene-
bras ultimas abiguntur; ita beati remu
nerationem, quæ pro dignis operibus
reſtauratur, in ea luce, quæ eſt extra
mundum: quietis domicilium ſortiun-
tur. ¶ Ratio congruitatis ſumi po-
teſt ex conditione gloriæ. Expectatur
enim in futura remuneratione duplex
gloria: ſcilicet ſpiritualis, & corporalis.
Non ſolum in corporibus humanis glo
rificādis, ſed etiam in toto mūdo inno
uādo. Inchoata eſt autem ſpiritualis glo
ria in principio mundi in beatitudine an
gelorum, quorum ęqualitas ſanctis pro-
mittitur. Vnde conueniens fuit, ut etiā
a principio corporalis gloria inchoare-
tur in aliquo corpore, quod etiā a prin-
cipio fuerit abſq; ſeruitute corruptio-
nis, & mutabilitatis, & totaliter luci-
dum. ſicut tota creatura corporalis ex-
pectat poſt reſurrectionem futuram. Et
ideo illud cælum dicitur empyreum, id
eſt igneum, non a calore; ſed a ſplendo
re. ſicut primum mobile dicitur aqueū,
& cryſtallinū: non ab humore, ſed a dia-

phaneitate,& cryſtalli ſoliditate. Et qa in cælo empyreo inchoata eſt gloria corporum, quietum eſſe oportuit,& immobile. ſicut in ultima conſumatione motus cæleſtium corporum ceſſabit. ¶ Vtrum autem habeat influentiam in illa inferiora, dubium eſt; cum principaliter ordinatũ eſt ad ſtatum gloriæ beatorum. Licet quidā uidentur dicere, ꝙ influit in corpora cæleſtia inferiori. Hoc etiā cęlũ locus dicitur beatorũ ſpirituũ. Non propter neceſsitatem quaſi in eo ſpiritus depēdeant in eſſe: ſed propter congruitatem; ut exterior claritas cōueniat interiori. Et ut nobiliſsimę creaturę nobiliſsimus aſsignetur locus. Vnde Baſilius dicit: ꝙ miniſtrator ſpiritus non poterat degere in tenebris; ſed in luce, & lętitia degendi ſibi habitum poſsidebat. Vnde cælũ illud non eſt locus ſaluans ſpiritus beatos, ſed tantũ cōtinens: ut dicit Alexand: Et licet cęlum empyreum ſit lucidiſsimum, non tamē diffundit lumen ſuum ad inferiora. Vel quia impedit firmamētum, quod in ſtellis non eſt diaphanum. Et quia ſtellis eſt plenum; impedit luminis ſuperioris diffuſionem. Vel quia non habet lucē cōdenſatā, ut corpus ſolis: ideo lumen nō diffundit. Vel quia habet claritatem alterius rationis puta claritatem gloriæ, quam non capiunt corpora inferiora.

Dub. 2. ¶ Secundò dubitatur: utrum cælum mo-

L ueatur a propria forma, uel a coaſsiſtēte intelligentia. Dubium illud locum habet dũtaxat apud eos, qui tenent cęlum eſſe ſubſtantiam compoſitam ex materia,& forma. Quia ſi tenetur, ꝙ ſit ſubſtantia ſimplex non habens formam; non erit dubium, quin moueatur a cauſa extrinſeca: quæ nō erit alia, quā intelligentia: quia nihil mouetur a ſe, per ſe,& primò. vij Phyſic. De his opinionibus habitum eſt ſupra diſt. xij. Poſita ergo opinione, ꝙ cælum ſit ſubſtantia compoſita ex materia,& forma tāquam ex partibus eſſentialibus: de materia dubij fuerunt tres opiniones, quarum una eſt erronea. Reliquę duæ ſunt probabiles; ut recitat ſanctus Bonauēt.

¶ Prima fuit quorundam philoſophorum dicentium: ꝙ cęlum eſſet animatũ, & magnum animal. Quodq́; mouetur a propria forma, quæ eſt anima ſui perfectiua: ſicut mouetur anima. Et hāc animam motricem poſuerunt regi a deo mediante intelligentia. Hæc autem poſitio falſa eſt, & erronea. Nā dicit Dama. ꝙ cęli non ſunt animati; ſed inanimati,& inſenſibiles. Quod autem dicuntur deum benedicere ſeu laudare: dictum eſt per proſopopeiam. ſicut etiā dicitur de alijs inanimatis creaturis. ſ. hymbre, rore, & igne, æſtu &c. Daniel. iij. Et hęc eſt communis ſententia ſanctorum. Ideo beatus Aug. retractat illud uerbum, quod dixerat in libro de immortalitate animæ: ꝙ mũdus animatur. Et ſi aliqui ſancti hoc dicere uidentur: ſicut Hiero. ſuper Eccleſiaſticũ. intelligēdum eſt illud metaphoricè dictũ. Nec tantum hæc poſitio eſt contra catholicicos doc. ſed etiam contra philoſophos, qui ponunt, ꝙ ſubſtantia intellectualis non unitur corpori, niſi mediante uegetabili, & ſenſibili. Et ita ſi cęlum perficeretur anima intellectiua etiam ſentiret, & uegetaret. Et ita naturaliter poſſet corrumpi; cum uegetatio non ſit ſine deperditione partium naturalium: ut patet. ii. de anima. ¶ Illa ergo opinione dimiſſa, ſunt M

aliæ duæ opin. contrariæ: utraq; tamen probabilis. ¶ Prima, ꝙ cælum mouetur a propria forma. Nam cęlum per materiam, quantitatem, & figuram eſt habile ad motum. Haberque formam perfectiorem forma elementari, & mixti non uiuentis: & per conſequens magis actiuam. Per huius itaq; formæ uirtutem mouetur orbiculariter; non minus, quàm elementa mouentur motu recto. Ideo ad motũ cæli nō oportet adhibere miniſteriũ angeli, pluſquā cuiuslibet elemēti. Nec obſtat, ꝙ mouens debet eſſe aliud a mobili, quia eodē modo diceretur de cęlo, ſicut de graui ſimplici, quod ſecũdũ formā mouet: & tñ totũ mouetur. Vnde quod dicitur. vij. Phyſi. Nihil mouetur



a ſe &c. ita intelligitur. Nihil eſt pręciſè, ac totale mouens, & motum: quia ſemper aliquid concurrit actiuè, & non paſsiuè: ſcilicet deus uel aliquid extrinſecum. Et ſi mobile fuerit compoſitum materia concurrit in ratione mobilis,& non mouentis. Nec obſtat, ꝙ continuè recedit ab eo loco, ad quem mouetur. & ita motus eius eſſet ſimul naturalis, & uiolentus. Nā quicquid naturaliter mouetur ad aliquem locum: ab eo recedit uiolenter. Quia hoc uerũ eſt de motu, qui fit propter quietem in loco: ut ubi mobile ſecundum ſe totum mutat locum. Non ſic eſt de cęlo, quòd propriè non mouetur ad locum; ſed magis in loco, uel circa locum. Nec ſecundũ ſe totum mutat locũm. Manet enim ſēper in eadem ſphęra ſe circundante, & locante, Saltem non acquirit alium locum propter ultimam ſphęram, ſi eſſet mobilis. Nec mouetur propter quietē. ſed naturale eſt ſibi in loco proprio circulariter moueri ſicut graui ſimplici, uel leui in ſuo naturali loco quieſcere. ¶ Sed contra illam opinionem uidetur. Nam ſi cęlum mouetur a propria forma, naturaliter mouetur ergo ſi quieſceret, qeſceret uiolenter, quieſcet aũt in renouatione mũdi perpetuò & ita uiolentum eſſet perpetuum. ¶ Sed ad illud poſſet dici, ꝙ illa quies in renouatione uniuerſi erit ita naturalis cęlo: ſicut nunc motus eius eſt ſibi naturalis. Vnde eadem forma, quæ non mouet propter indigentiam ſui, poteſt ſucceſsiuè inclinari ad oppoſita propter mutationem ordinis rerum. Sicut graue naturaliter aſcendit ſurſum propter repletionem uacui. & etiam deorſum, ſi ſub ſe eſſet uacuum. Cęlum ergo mouetur non propter indigentiam ſui, ſed propter generationem,& corruptionem illorum inferiorum. Et ita propter conſeruationem ordinis uniuerſi, qui nunc conſiſtit in generatione, & corruptione inferiorum. Ideo ſi ſtante illo ordine quieſceret, quieſceret uiolenter; in innouatione uero ordo ille mutabitur. Ideo & formę illius inclinatio, quæ eſt ſemper ad conſeruationem ordinis uniuerſi; ideo tunc uiolenter moueretur; & naturaliter quieſceret, ſicut exemplificatum eſt de graui, quod naturaliter inclinatur ad prohibendum uacuum, ubicunque fuerit ſupra, uel infra. Si fuerit ſupra, uiolenter quieſceret in loco naturali: & naturaliter aſcenderet, cuius oppoſitum contingit: ſi non fuerit uacuum ſupra: ſed in latere, uel infra. Et ita magis uidetur, ꝙ cęlũ mouetur ſecundum naturam communem, quā ſecundum propriam. Non enim mouetur propter ſui indigentiam, uel perfectionem aliquam per motum acquirendam: aut propter ſui conſeruationem. quia cęlum eſſet ęquè perfectum, ſi quieſceret. Propter hoc enim mouentur corpora ad ſua loca naturalia; aut naturaliter fugiunt contraria. Sed cęlum mouetur propter conſeruationem aliorũ ſecundum ordinem uniuerſi a deo conſtitutum: ut dictum eſt: & hic eſt motus ſecundum naturam communem. Si quidem omnibus commune eſt conari ad conſeruationem ordinis uniuerſi. ¶ Vel poteſt dici,& redit in idem: ꝙ in innouatione quieſcet; quia deus non concurret actiuè ad eius motum. Nec tamen quieſcet uiolēter, quia omnis creatura ſecundum naturam inclinatur ad obediēdum creatori. Sed forte quies illa ſic eſſet miraculoſa; qa propter ſuſpēſionē diuinę influentię, q̃ miraculoſa uidet̃. ¶ Sed eſt alia opinio cōmunior, ꝙ deus mouet cęlum mediante intelligentia creata, ſiue angelo. Et hoc congruebat ordini, quo deus conſtituit uniuerſa: de quo bea. Aug. ſup Gen. ad literā dicit: ꝙ deus ſic mundũ ordinauit, ut ſpiritũ præficeret omni corpori. Ideo ſicut cōgruũ erat angelos deputari ad miniſteriũ hominũ; ſic & cōgruũ fuit eos deputari ad motũ,& regimen cęlorum, cum in hoc etiam miniſtrant homini uiatori,& diuinę ſubſeruiant maieſtati. ¶ Secundum hanc poſitionem. licet motus cęli ſit ab extrinſeco. ſ. intelligentia: nō tamē ideo nō eſt naturalis, qa ad hoc, ꝙ motus ſit naturalis, ſufficit, ꝙ paſſum

cōnferat uim, ideſt inclinatur ad huiuſmodi motū. Nec in hoc forma cęli eſt imperfectior forma elemētari; quę habet uim motiuã; qa p̃uenitur a nobiliori forma. Sicut uirtus uegetatiua in homine non eſt impfectior ea, q̃ eſt in bruto; licet non educat formam ſubſtantialem animam ſcilicet intellectiuam: quæ præuenitur a nobiliori agēte Deo. ¶ Et ſi diceres. Sic motus cęli non eſſet neceſſarius: quia intelligentia mouet libere, & contingenter. Poteſt dici, ꝙ libere mouet: ſed non contingenter quantum eſt ex parte ſui: quia propter eius confirmationem non poteſt non mouere: ſicut liberè fruitur deo, non tamē contingenter. Veruntamen ſimpliciter loquendo non mouet neceſſariò; ſed contingenter; quia deus contingenter concurrit: quo non concurrente: intelligentia non moueret. ¶ Sed circa hoc poſſet quæri. Vtrū deus immediatè moueat primū mobile, uel mediantè creatura. Ad hoc dicendum, ꝙ in omni operatione deus operatur intimè, & immediatè: cum dei uoluntas ſit prima, & sūma cauſa omnium ſpecierum, & motuū ut dicit Augu. iij. de trini. c. v. & habitū eſt ſupra diſtin. j. q. ij. In aliquibus autē ſic operatur, ut ipſe ſit tota cauſa, in aliquibus cauſat particulariter; & uirtutem cauſandi communicat creaturæ. Prima dicuntur mirabilia, ſecunda naturalia, & utraque quoad deum uoluntaria; ut uult ſanctus Bonauen. Loquendo ergo ſimpliciter de cauſa immediata; ſcilicet deo; non tantum primū mobile; ſed cuncta mobilia immediatè mouet. Sed loquendo de cauſa mouente totali, dicitur ꝙ deus mouet primū mobile mediante uirtute creata; quia motiuitas illa poteſt cōuenire naturæ create; quia finiti effectus. Et ideo ad declarationem diuinę bonitatis debet creaturæ communicari; ita in primo mobili ſicut in alijs: cum nulla ſit ratio diuerſitatis. ¶ Item immenſitas diuinæ potētię, ſapientiæ, & bonitatis hoc requirit; ut deus communicet uirtuti creatæ actum, quem illa natura nata eſt ſuſcipere. Actus autem, qui eſt mouere ſecundum locum quandocunq; corpus: poteſt conuenire creaturę: ergo uidetur, quod deus nullum corpus moueat abſque uirtute creaturę. Hoc uidetur eſſe de intentione. Beatus Augu. iij. de trini. cap. dicentis. Quemadmodum corpora craſsiora, & inferiora per ſubtiliora, & potentiora quodam ordine reguntur: ita omnia corpora p ſpiritū uitę rationalis. Qd̄ uero philo. uidet̄ dicere. ij. cęli: ꝙ primus motor mouet primū mobile. Verum eſt, tanquã cauſa finalis, uel efficiens partialis. Si aliud uoluit, auctoritas ſua recipiēda nō eſt. ¶ Hic poſſent moueri dubia de figura cęli, ac depoſitionum differentijs. Sed quia parum conferunt; & in libro de cęlo, & mundo ſufficienter diſputantur tranſeundum eſt. ¶ Vltimò dubitatur utrum cęlum per aſtra agat in hæc inferiora. Dubium illud latiſsimè extendi poſſet ad aſtrologicas ſuperſtitiones. Dub. 3. P

De quibus illuminatiſsimus Ioan. Gerſon libellum, quem trilogium aſtrologiæ theologizare inſcripſit, catholicè, & utiliter edidit, ad quem remitto lectorem. Imitans tamen Sco. q. iij. huius diſtin. dico, ꝙ cęlum per ſtellas habet actionem in hęc inferiora multiplicē. In elementa, mixta imperfecta, mixta inanimata, animata irrationalia. ¶ In elementa, & quoad generationē, ac alterationē, & quoad loci mutationem.

Nam accedentibus ſole, & aſtris calefactiuis ad Cenith. alicuius regionis, plus conuertitur de elementis inferioribus in ſuperiora: & accedentibus aſtris frigidis effectiuè plus conuertitur de ſuperioribus in inferiora. ¶ De alteratione patet ad ſenſum. accedente ſole aer calefit circa nos, recedente frigeſcit. Videtur tamen, quòd totales ſpecies elementorum ſeruant eandem quantitatem; quia dum in una regione conuertitur multum aquæ in aerem in oppoſita dyametraliter multum aeris conuertitur in aquam. Nam dum hic fit alteratio ad calorem, in regione oppoſita fit ad frigiditatē; quia quan-



tum aſtra accedunt ad noſtrū Cenith: tantū recedūt ab oppoſito. Et per hoc ſaluatur, ꝙ nec committitur uacuū, nec penetratio dimenſionum. ¶ Habēt etiã cauſalitatem quoad motum localem in elementis propinquis igne, & aere: & remotis ſcilicet aqua non terra; quæ in medio mundi quieſcit. Nam ignis, & pars ſuperior aeris feruntur circulariter ad motum primi mobilis; ut patet de impreſsionibus ignitis, ut cometis. Etiam cauſant fluxum, & refluxum maris, quod ſpecialiter attribuitur lunæ: quæ dicitur habere dominium ſuper humida. unde lunam ſequitur tumor maris: ſpecialiorem declarationem reſcindo. ¶ Habent etiam cauſalitatem ſuper mixta imperfecta: ut ſuper impreſſiones nedum quoad generationē earum, ſed etiam quoad motum localem; ut patet de cometa, & etiam exhalatione ſicca, quæ eleuatur. Eleuatur per calorem ſolis, & actionem ſtellarum. Vnde omnem diuerſitatem, & motum huiuſmodi impreſsionum, & tempeſtatum oportet reducere ad cęlum & ſtellas.

Et ſi dicis, ſi tempeſtates, & impreſsiones habent cauſam motuū cæli, & ſtellarum: cū illi ſint regulares, & determinatè, & neceſſariè: aſtrologi de his haberēt certiſsimè, & infallibiliter iudicare. Rn̄detur, ꝙ de his certè iudicare nequeūt aſtrologi: & nō ſciunt pfectè qualitates, & uirtutes cælorū, & ſtellarū ad hmōi effectus cōcurrētiū, quas ſi ſcirēt, determinatè iudicarēt. Nã q̃litas cęli in omnibus ſuis cōbinationibus, motuū directionū, retrogradationū, aſpectuū, nedum planetarum: ſed etiam ſtellarū firmamenti: quarū multo plures incogniti ſunt, quã cogniti cū cęteris circūſtantijs lōgè plus ab hoībus ignorat̄, q̃ ſciatur. Deniq; p̃ſuppoſita mundi creatione, cuius duratio nondum. 7000. annorum cōpleuit; nō potuit per calculationes aſtronomicas ſaltem quoad effectus huiuſmodi haberi calculatio magni anni Platonis. Similiter aliarū conſtellationum, quæ non poterant toties repeti; ut facerent experientiam certã, & naturalē de talibus effectibus conſequentibus: quarū aliqui nunquã fuerūt; aliqui ſemel, uel bis. Et propter horum ignorantiã certa iudicia facere nō poſſunt, etiam de naturalibus effectibus. Et ſi quandoq; talium prę ſumptores quædam uera dicunt: tamē multo plura falſa: unde manifeſtum eſt, ꝙ uera: quæ dicunt nō arte: ſed caſu aut diabolica reuelatione dicūt. ¶ Et ſi dicis: multa uera dicūt. Reſpondet Cancellarius: ſed multo plura falſa. Et ideo uera, quæ dicunt incerta ſunt; & falſis plurimis permixta. Angeli uero, qui creduntur horum habere perfectam notitiam: & temporis, & impedimentorum, & cęterorum: poſſunt omnia dicta, & uentos, & tonitrua, fulgura, pluuias &c. certè quoad temporis magnitudinem locum, certas circumſtantias prædicere. ¶ Habet etiam cęlum cauſalitatem ſuper mixta imperfecta inanimata, ut metalla: quæ in quibuſdam regionibus generantur ex conſtellatione habente reſpectum ad illam regionem, cuius ſola terra, quæ eſt eiuſdem rationis in omnibus, nō eſt cauſa. ¶ Habet etiam cauſalitatem ad mixta animata, alterando corpora mixta ad complexionem, ſeu qualitatem conuenientem, uel diſconuenientem animæ: tale corpus perficiēte. ſicut eſt uidere in arboribus: quæ in hyeme quaſi moriuntur: in æſtate reuiuiſcunt, & ita ſimiliter in ſenſitiuis. Nã organa ſenſuum ſunt corpora mixta, q̃ alterari poſſunt ad gradum conuenientem, uel etiam diſconueniētem ſenſui. Vnde & remittendo, & intendēdo qualitates organi; poſſunt etiam actus ſenſitiui intendi, uel remitti. & una cum organo corrumpi, uel ſaluari. Et p hoc occaſionaliter habere cauſalitatē quodammodo ad intellectum, & eius actus; quia non deordinatur ſenſus in actu ſuo. & per conſequens deordinatur intellectus in actibus ſuis; ut patet in phreneticis, & lunaticis, in quibus eſt imaginatio confuſa. Et per hoc poteſt eſſe occaſio deordinationis uoluntatis.

Poteſt enim appetitum ſenſitiuum alte

rare,ut magis inclinet ad hoc obiectũ,
quam ad aliquid. Et quia ut plurimum
uoluntas in uiatore inclinatur ad illud,
ad quod efficaciter inclinatur appetitus
ſenſitiuus. Per hoc poſſunt aſtra incli-
nare uoluntatem; non tamen effectiuè
in ipſo efficiendo actum uolendi ; neq;
imponere neceſsitatem quouis modo;
quia ſemper manet uoluntas libera per
ſuam libertatem potens contrariè hu-
iuſmodi inclinationi. Nam & homo ma
ximas uincit tentationes , nedum per
gratiã; ſed etiã per uolũtatis libertate.
Vnde auarus ne exponat pecuniam;uin
cit tentationes carnalium uoluptatum
in cibo , potu , uenereis, amore pecu-
niarum. Sic inclinationibus ſuperbię:
exponit enim ſe uilibus lucri amore, &
periculis corporis contra naturalem ti-
morem; & ita de alijs. Quia tamen per
huiuſmodi conſtellationes poteſt appe-
titus ſenſitiuus ad malum diſponi;& plę
riq; homines ſequuntur appetitum ſen-
ſitiuum: ſecundum illud Gen.viij.Sen-
ſus, & cogitatio humani cordis in ma-
lum prona ſunt ab adoleſcẽtia ſua.Ideo
quandoq; aſtrologi pronoſticarent ue-
ra;ſi perfectè uirtutes ſtellarum noſce-
rent. In quo; quia multiplici laborant
ignorantia: patet quia fatuum eſt iudi-
cium aſtrologorum dicentium:ꝙ ex ali
quibus conſtellationibus ſequuntur bel
la,& cętera,quæ a ſola libertate uolun-
tatis dependent:cum etiam in rebus na
turalibus certa iudicia dare nõ poſsint,
quæ tamen cauſaliter a cælo dependẽt;
quantò minus in his, quæ nihil commu
ne habent cum cęlo : ſed tantum a uo-
luntatis libertate cauſantur. Hinc illud
Ptolemei. Homo ſapiens dominabitur
aſtris. dominabitur , inquam quantum
ad actus rationis,quæ influentijs aſtro-
rum ſubiecta non eſt . dominabitur etiã
quantum ad effectus naturales , contra
quos remedium adhibere poteſt. Sicut
regulariter contra aſperitatem hyemis
prouidendo de calefacientibus; contra
caumata, & pluuias prouidendo de do-
mibus ; & ſic de alijs . Et tantum de
hoc dubio , & tota quęſtione.

## DISTINCTIO. XV.

IN diſtinctione. xv.
poſt declarationem
productionis corpo
rum ſimplicium cę-
li,& elemẽtorũ,& cę
li ornatus tribus die
bus primis perfectè:
cõſequenter agit de productione mix-
torum ſequentibus diebus.v.ſcilicet.vj.
conſummata ac.vij.diei requie. Et po-
teſt textus ſententia tribus concluſio-
nibus compræhendi. ¶ Prima. Piſcibus,
auibuſq; ex aqua productis: elementa
aquæ , & aeris ac terra iumentis repti-
libus , ac beſtijs terreſtribus ſunt orna-
ta , quorm aliqua nõ ſua creatione: ſed
hominis peccato noxia ſunt effecta.
¶ Secunda concluſio. Minuta animan-
tia , quæ ex mortuorum naſcuntur ca-
daueribus;cum cęteris animalibus pro-
ducta non creduntur: ex terra uero,aut
aquis , aut terræ naſcentibus orta, cum
eiſdem facta probabiliter aſſeruntur.
¶ Tertia concluſio. Septima die diuina
benedictione ſanctificata deus requie-
uit a productione nouę creaturæ,cuius
non præceſsit ſimilitudo , uel materia.
Et uſq; modo operatur; non ceſſando
continere , ac gubernare condita , &
creata. Harũ declaratio patet ex tetxu.

## QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc dinctionem A
quęritur. Vtrũ elementa,ex
quibus conſtant animantiũ
corpora ; realiter manent
in eis ſubſtantialiter. In quęſtione erũt
tres articuli. Primus recitabit aliquas
opiniones. Secundus ponet concluſio-
nes. Tertius mouebit dubia. Pro illa quę
ſtione uide Ockam.q.iij.tertii quodli.
ubi an materiam diſputat. ¶ Quantum Arti. 1.
ad primum , notandum , ꝙ de materia Not. 1.
quæſtionis plures fuerunt opiniones.
Nam Auicennæ opinio , quam recitat
commenta.iij. cęli. commen.lx. fuit ꝙ
elementa manent in mixtis ſecundum
ſubſtan-



ſubſtantiam,& qualitatem. Differenter
tamen: quia ſecundum qualitatem ma-
nent remiſſa; ſed non remiſſa ſecundũ
ſubſtantiam : quia ſubſtantiæ manent
inuariatè: eo ꝙ ſubſtantiæ nec inten-
duntur,nec remittuntur. Ita ꝙ ſubſtan
tiæ elementorum non remittantur;ſed
tamen qualitates. Commentator con-
cordat quantum ad hoc, ꝙ elementa
ſubſtantialiter manẽt in mixtis. quod-
que qualitates elementorum remittan-
tantur in mixtis. Sed in hoc diſcordat;
ꝙ ſubſtantia elementorum non remit-
tatur . Tenet enim , ꝙ ſicut qualitates:
ita ſubſtantiæ elementorum remittan-
tur in mixto. ¶ His opinionibus con-
cordare uidetur ſanctus Bonauen. quan
tum ad id, in quo concordant , ſcilicet
ꝙ elementa manent in mixtis. Adducũ
tur rationes. Nam mixtio eſt miſcibiliũ
alteratorum unio. Quæ autem alteran-
tur,& uniuntur , manent in eo , in quo
uniuntur. ¶ Item qualitas elementi non
eſt ſine elemento. In mixto autem ſunt
qualitates elementorum; quia qualita-
tes primę. Maior patet.ij.de anima. Hu
miditas aquæ non eſt aqua. ¶ Item mix
tum mouetur ſecundum naturam ele-
menti prædominantis ; ſed ubi eſt effe-
ctus , ibi & cauſa. ubi ergo dominatur
elementum: ibi eſt. ¶ Item in de morte.
& uita. Similiter in de ſenſu, & ſenſato.
In omnibus corporibus duplex eſt cor-
ruptio,ſcilicet intrinſeca, quæ eſt mar-
cedo,& extrinſeca , quæ eſt deſtructio.
Non autem eſt corruptio , niſi a con-
trariis: ergo in corruptione intrinſeca
contraria erunt intrinſeca. Et ita erit
intrinſecum actiuum, & paſsiuum:& ita
elementa. ¶ Item ut arguit ſan. Bonau.
In omni animali eſt ſenſus tactus præ-
ceptiuus qualitatum primarum per ſi-
miles qualitates in eo exiſtentes ; ſed
qualitates illæ indicant elementorum
ſubſtantias: igitur. ¶ Item corpus anima
lis eſt aptum diuerſis operationibus nõ
niſi per diuerſas uirtutes, ſed diuerſas uir
tutes non habet niſi per diuerſas natu-
ras, nec habere poteſt diuerſas naturas,
niſi ſit ex diuerſis compoſitum non niſi
elementis. ¶ Alia eſt opinio negans ſim
pliciter elementa eſſe in mixto ſubſtan
tialiter : nec ſecundum qualitates ſibi,
ſcilicet elementis inhęrentes eaſdẽ nu-
mero: ſed ſecundum qualitates eis ſimi-
les ſiue eaſdem ſpecie . Hæc eſt opinio
Sco. & Ockam. ¶ Quantum ad articu- Arti. 2.
lum ſecundum, eſt cõcluſio prima. Nec B
elementa, nec elementorum formę ma Cõcl. 1
nent in mixto actualiter, & ſubſtantia-
liter . Probatur : quia non eſt ponenda
pluralitas ſine neceſsitate. Nihil autem
cogit ponere illam pluralitatem ele-
mentorum ſubſtantialiter manentium
in mixto. igitur. Minor probatur : quia
nec operatio, quæ magis uidetur con-
cludere formam, nec tranſmutatio, nõ
operatio , quia eadem operatio ſpecie
põt fieri a formis ſpecie diſtinctis. Ideo
identitas operationis non arguit iden
titatem formę. Antecedens patet de ſo
le,& igne, qui producunt calorem: qui
primũ productus a ſole in ſubiecto; po-
ſtea incẽditur ab igne, quia ſunt eiuſdẽ
ſpeciei utrobiq;. Nec trãſmutatio: quia
quęlibet forma tã elementi, quã mixti
habet ſufficientẽ entitatẽ, ut ſit termi-
nus, ſiue gñrationis, ſiue corruptionis.
Ideo ſicut nihil põt ẽe ſub forma aeris,
& ignis: ita nec ſub forma elementi: &
mixti. ¶ Item aut manerent, formę ele-
mentorũ in eadem parte materię mix-
ti; aut non ; ſed una in una parte : alia
in alia parte . Non primum : quia cum
quælibet forma elementi nata eſt con-
ſtituere ſuppoſitum ꝑ ſe ſubſiſtẽs, mixtũ
eſſent diuerſa ſuppoſita ſpecie diſtincta;
& ita diuerſa ſuppoſita ſpecie diſtincta
haberent eandem materiam numero .
Nec ſecundum: quia tunc in mixto nõ
eſſet niſi iuxta poſitio elementorum.
¶ Itẽ ſi formę elementorũ manerent in
mixto , aut ex eis fit compoſitum ſine
alia forma mixti; aut nõ, ſed eſt alia for
ma mixti diſtincta a qualibet elementa-
ri forma. Non primum: quia tunc com-
poſitũ nõ eſſet aliter unũ, quã ligna, &
lapides, unus aceruus . Nec poteſt dici
ſecundũ: quia tũc aut eadem pars mixti
informatur oĩbus formis elemẽtorũ, &

mixti,uel non. Si ſic: redit ratio præcedens. Si non: tunc in mixto eſſet pars cōpoſita una ex forma mixti,& forma ignis. alia pars ex eadem forma mixti,& forma aeris:& ſic de alijs: & iterum nō eſſet mixtio: nec compoſitio: ſed ſic plurium formarum iuxtapoſitio. ¶ Item mixtum generatur ex elemento, uel elementis:& corrumpitur in elementa: ergo talis eſt impoſsibilitas inter formam mixti,& elementi,qualis eſt inter terminos generatiōis: ergo forma mixti,& elementi non compatiuntur ſe in eodem ſuſceptiuo. Vnde ſicut eſt impoſſibile,ex quando ex aqua fit ignis,materiā ſimul pſici formę aquę, & ignis. ita & hic.

Cōcl. 2 C

¶ Secunda concluſio. Ita ſimplex eſt forma mixti, ſicut forma elementi. Probatur; quia forma mixti non habet maiorem compoſitionem ex partibus eiuſdem rationis; nec ex partibus alterius rationis. Primum patet: quia ſicut una forma extenditur. ita & alia. Secundum, quia forma mixti non componitur ex materia,& forma ſicut nec forma elementi.

Cōcl. 3

¶ Tertia concluſio. In mixto manent qualitates ſimiles, quoad ſpeciem qualitatibus elementorum omnium, uel aliquorum. Patet: quia in diuerſis partibus animalium ſunt diuerſæ qualitates elementorum; ut in oſſe ſiccitas, in ſanguine humiditas, in carne caliditas. in cerebro frigiditas. Probatur, ꝙ una pars agit in aliam calefaciendo, uel frigefaciendo. In corporibus uero inanimatis homogeneis ſunt aliquæ qualitates elementorum, hoc eſt qualitates primæ: ut in lapide ſiccitas, & frigiditas: in alijs alię, non tamen ſecundum eſſe intenſum.

Arti. 3. Dub. 1. D

¶ Quantum ad articulum tertium eſt dubium primum. Quomodo ex elementis componuntur mixta, ſi non manent in mixtis elementa. Etiam Ariſt. dicere uidetur elemēta manere in mixtis. Ad hoc dubium reſpondetur: ꝙ mixta componuntur ex elementis non formaliter: ſed uirtualiter. i. in mixtis manent qualitates primę ſimiles ſecundum ſpeciem qualitatibus elementorū. Et in eodē ſenſu elemēta dicūtur manere in mixtis, q̄a qualitates eorū ſecundū ſpeciē manent in mixtis. Scd̄m ſpeciē dico: nō ſcd̄m gradū quia ſolū elemētū determinat ſibi qualitatē unā in ſummo: non mixtū. Nā qualitas prima in ſummo propria eſt uni elemento. & repugnat omni mixto. Etiam mixta dicuntur componi ex elementis: quia frequenter elemēta concurrūt ad generationem mixti. Et dico frequēter, quia nō ſemp cōcurrunt niſi uel ſecundū qualitates primas, q̄ ſimiles ſunt qualitatibus elemētorum. Nā aliquādo mixtum generatur, ex mixto ſine coactione ſubſtantię elementorum. Quandoque mixtum generatur concurrēte uno elemento: ſicut dicitur Gene. j. Producant aquę reptile animę uiuētis, & uolatile ſuper terrā. Et ſequitur. Creauitq; deus cęte grandia, & omnem animā uiuētem, atq; motabilē, quā produxerant aquę in ſpecies ſuas:& omne uolatile ſecundum genus ſuū. Quandoq; mixtum generatur concurrentibus pluribus elementis. Sed quando concurrūt elementa uel omnia, uel aliqua ad generationem mixti: mixtum non generatur per actionem illorum elementorum ſe corrumpentium ſecundum Sco. diſtin. xv. li. ij. Nam in inſtanti, quo generatur mixtum; aut ſunt omnia corrupta, uel aliquid manet. Si omnia corrumpuntur,& nullum manet: & in illo inſtanti in quo introducitur forma ſubſtantialis mixti eſt uera actio, & productio: ergo mixtum generatur ex non ente: ſi aliquid illorum manet: tunc in generatione mixti elementa non corrūpunt ſe mutuo etiam tunc mixtum non generatur, niſi ex illo elemento manente. ¶ Addit hic Sco. declarando modum generationis mixtorum, dicens, ꝙ mixtum multipliciter generatur. Aliquando ex nullo elemento; ut cum generatur ex mixto; ut ex alimento caro; aliquando ex uno tantum: aliquādo ex duobus; aliquādo ex pluribus ſe mutuō alterantibus,& corrūpentibus. Et oportet concurrere aliud agens principale, uel mixti formam inducens: uel uniuer-



ſale; quia ſecundum eum nihil agit ultra gradum proprium. Quod tamen nō uidetur uerum: niſi intelligatur de totali agente. Poteſt enim partiale agens eſſe ignobilius eo, quod per ipſum producitur: ut cęlum agens ad productionem animalis perfecti. ¶ Ponit etiam hanc differentiam inter mixtionem,& ſimplicem generationē. i. generationē, q̄ nō eſt mixtio. Nā mixtio inferius eſt ad generationē. Nā ad generationem ſimplicem nō requiritur, niſi unū actiuū particulare,& unū paſsiuū. Similiter unū quod generatur, & unū qd̄ corrūpitur. In mixtione autem requiruntur plura miſcibilia ſe mutuō alterantia,& corrūpentia, in quorum natura corruptis formis miſcibilium: puta elementorum introducit forma mixti: alia a q̄libet forma miſcibilium, habens tamen aliqualem conuenientiam, ſeu temperamentū mediū cū miſcibilibus. Et ita mixtio eſt miſcibilium prius alteratorum unio in aliquo effecto cōi, in quo ſaluantur uirtualiter miſcibilia: non quātum ad ſubſtantiam; ſed quantum ad qualitates eorum: non tamen ſecundum gradum intenſum, ſecundum quem fuerunt in miſcibilibus, ſed ſecundum gradum remiſſum, ut dictum eſt. ¶ De corruptione dicit, ꝙ dubium eſt: utrū corpora, quę nō nutriuntur: nec fluit aliquid ex illis: ut aurum,& huiuſmodi inanimata homogenea, habeant corruptionem intrinſecam, quæ uocatur marcedo, ex quo nō habent intrinſecam contrarietatem: quam haberent, ſi elemēta eſſent in eis ſecundum ſubſtantiam, eo ꝙ qualitates elementorū, ſine q̄bus nō ſunt elementa, cōtrariātur. Animata uero eterogenea, quorū eſt diuerſa diſpoſitio qualitatiua in partibus: dubiū nō eſt, quin habeāt corrūpentia intrinſeca. Tū q̄a in diuerſis partibus ſunt qualitates contrarię in ſe inuicē actiuæ, quarū una dum corrūpit qualitatē alteri parti cōuenientē, corrūpit illam partē, q̄ ſi fuerit pars principalis,& nō reformat medicamine totum corrumpitur: ut ſi calor epatis ſupercalefaceret cerebrum,& corrūperet frigiditatē eius conuenientē. Tum etiā ex actione caloris naturalis in humidū radicale, qd̄ licet reſtauratur per nutrimentū: tñ & calor agens repatiēdo debilitatur, & qd̄ reſtauratur eſt magis impurū, q̄ illud, qd̄ fluxit,& deperditum eſt. Et ꝑ hoc ſequitur tandem debilitatio caloris, & impuritas reſtaurati, ꝙ ſine qualibet extrinſeca contrarietate animal deficiet. ¶ Et ſi diceres. Lignum per actionem ignis reſoluitur in terrā: quia in cinerem, ita ꝙ prius in eo fuit terra, alias non in terram: ſed magis in ignem corrumperetur. ¶ Item ex roſis, & herbis exprimitur aqua: ergo præfuit in eis. ¶ Reſpondetur poſt Ockam ubi ſupra quæſtio. iiij. quodlibet. iij. quod cineres, in quos lignum reſoluitur, non ſunt terra: ſed ſpecie differunt a terra: licet lignum poſſet conuerti in terram, aquam uel aerem: nec propter hoc præfuit terra, aqua, uel aer in conuerſo: ſed de nouo generatur. Etiam cineres licet non ſint terra, poſſunt tamen conuerti in terram: quia forte magis participant de materia terrę,& quātitatibus eius. ¶ Ad ſecundum dicitur, ꝙ humor, qui exprimitur de roſis, præfuit in roſis: ſed ille non eſt aqua; differt enim ſpeciei ab aqua, ſicut patet ex effectibus utriuſque, qui ſunt diuerſi. Et ita arguunt diuerſitatem cauſarum pro quanto una poteſt in certum effectum, in quem alia ſecundum totam ſuam ſpeciem non poteſt. ¶ Si quęritur, ex quo in mixto non eſt forma elementi manens: utrum præter formam mixti ſit alia forma corporeitatis in mixto. Reſpondet Ockam ubi ſupra quod non: quia fruſtra poneretur. unde forma mixti, & forma corporeitatis per omnia idem ſunt, & indiſtincta.

Dub. 2. F

¶ Secundō dubitatur. Vtrum animæ ſenſitiuæ brutorum ſint productæ ex aliquo, uel ex nihilo.

Quid ſentiendum de animabus brutorum.

¶ Quōd ſint productæ ex aliquo: patet ex textu Geneſ. ſupra allegato. Item philoſophus. xvj. animalium. Solus intellectus intrat ab extrinſeco. ¶ Item animæ brutorum non reſoluūtur in nihil hoc

enim naturaliter eſt impoſsibile. ergo non creantur ex nihilō. ¶ Sed ꝙ non non ſint productæ ex aliquo arguitur: quia de illo queritur, unde ipſum producatur; & erit proceſſus in infinitum: aut dabitur, ꝙ aliqua producatur ex nihilo. ¶ Item dum brutum generat brutum, aut transfundit animam; aut non. Si ſic: tunc non manet anima in generante; quia anima non eſt indiuiſibilis. Si non: tunc brutum non generat animam: quia in deciſione ſeminis ceſſat eius operatio. ¶ De materia huius dubij ſanctus Bonauent. quatuor recitat opiniones ſatis diffuſe, quę ſingulæ ponunt plura improbabilia. Ideo breuiter dicitur ꝙ animæ ſenſitiuæ brutorū (ſicut cęteræ formę materiales) non ſunt de nihilo: ſed eductæ de potentia materiæ, actione cauſæ naturalis, uel particularis: ut in animalibus per propagationem genitis: uel uniuerſalis, ut cæli in animalibus imperfectis per putrefactionem productis. Sunt enim animę ſenſitiuæ materiales extenſę ad ſubiecti extenſionem; & diuiſibiles generabiles, & corruptibiles. Non autem in productis per propagationem transfunditur anima a generante uiuente: quaſi aliquid, quod prius fuerat ſecundum ſe totum, uel partem in propagante: ſed a propagante deſcinditur ſemen, quod eſt ſuperfluum tertię digeſtionis, in quo eſt uirtus formatiua organorum unà cum calore matricis, in qua ſuſcipitur, & uirtus eductiua de materia ſic qualificata nouam animam ſenſitiuā in ipſa materia ſeminis aucta ex nutrimento menſtrui ſeminis educit; & forma ſeu anima ſic de nouo educta de potentia ſeminis, agit mediantibus qualitatiuis diſpoſitionibus ad perfectam membrorum organizationem. Et per hoc ad rationes in contrarium. ¶ Ad primū dicitur, ꝙ ſūt productæ ex materia prima, tāquā ex ſubiecto: quia eductæ de materiæ potentia, ſecundum ꝙ expoſitum eſt ſup. diſt. j. q. j. Et illa materia prima creata eſt ſimpliciter de nihilo. ¶ Ad ſecundum dicitur, ꝙ non transfundit animam, quaſi aliquid præexiſtens in eo: ſed educit de potentia materiæ eam non immediatè: ſed mediante uirtute eductiua in transfuſo ſemine. Et licet propriè loquendo ceſſet actio bruti in ſeminis deciſione reſpectu formę generandæ: quia ſi brutum deſineret eſſe poſt ſeminis deciſionē; nihilominus produceretur anima in materia ſeminis eo modo, ac ſi brutum maneret. Dicitur tamen agere, uel generare formam, tanquam agēs remotum: hoc eſt tanquam cauſa cauſæ ſine qua præcedente non generatur hæc forma.

*Dub. 3. G*

¶ Tertiò dubitatur: quare aues, & uolatilia dicuntur produci ab aqua: & non potius a terra, uel ab aere: cum magis conueniunt cum terra in corporum ſoliditate; & cum aere in ratione ornatus; ſicut enim piſces aquam, & iumēta terram: ita uolatilia aerem ornant. ¶ Reſponſio ſecundū dicta ſuperius in quęſtione pręſenti: ꝙ animalia & mixta nō producuntur ex elementis ſubſtātialiter, uel uirtualiter quātum ad aliquas qualitates, & proprietates. Et ſic non æqualiter ex omnibus: quia in illo hoc elementum dominatur cum cuius qualitatibus, & proprietatibus magis conuenit: in alio aliud. Et in eodem mixto ſecundum certas proprietates dominatur unum elementum, & ſecundū alias aliud. Sic quoad qualitates primas in humano corpore dominatur aer: in lapide terra: quoad qualitates motiuas in homine, terra: in uapore & exhalatione aer. Quantum ad ſoliditatem in omnibus corporibus groſsis dominatur terra: quantum ad locum habitationis, & quietis naturalis uel etiam operationis: in quibuſdam terra, ut iumentis: in quibuſdā aqua, ut piſcibus: in alijs aer: ſ. in auibus: in alijs ignis, ut in ſalamādra. Et ſecundum hoc dicuntur mixta, & animalia nunc produci ex illo elemēto, nunc ex alio. Ad propoſitum dicitur, ꝙ ſcriptura dicens piſces, & aues produci ex aqua, loquitur quantum ad quandam naturalem conformitatem, ſecundum quam delectantur magis eſſe in aqueo

in aqueo



*Humor aqueus quotuplex.*

in aqueo humore. Eſt aūt humor aqueus ſecundum ſanctum Bonauen. in duplici differentia. Quidam habent rationem humoris fluitantis. Alius humoris euaporantis. Et propter hoc ponitur aqua principium duplicis generis animalium ſ. natatilium, & uolatilium. Natatilium ratione humoris fluidi: & ideo illa remāſerunt in aquis. Volatilium ratione uaporis, ideo cū ille uapor ſit commixtus aeri, & feratur ſurſum: uolatilia in aere ſubleuantur, & eouſq; poſſunt aſcendere quouſq; inueniunt aerem humidis uaporibus pingueſcentem. Et hoc eſt, quod dicit beatus Aug. iij. ſuper Gen. ad literam. Iſte inferior aer, qui recipit exhalationes humidas maris, & terræ, & ad ſuſtinendū aues quodammodo craſſatur; non niſi ex aquis accipit animalia. Quod enim humidum eſt: hoc portat animalium corpora: quæ ita utūtur pennis uolantes, quemadmodum piſces quibuſdam alis ſuis natantes. Proinde ſpiritus dei ex aquis dicit eſſe producta uolatilia: aquarum .n. natura, bipertitum locum ſortita eſt: inferiorē. ſ. in unda labili: ſuperiorē in aura flabili: illum deputatū natantibus, illum uolantibus. Hæc Augu. Locū autem ſuperiorem aqua nō ſortitur, niſi eleuata in uapore, in quo loco ſunt aues, non quantum ad quietem naturalem: ſed quantū ad operationes, & motus animales, quę maximè ſunt in uolatu: & quia illum exercent in aere uaporibus pleno. Ratione uaporum, qui eſſentialiter ſunt aqua, dicuntur productæ ex aqua. Ratione aeris, cui commixti ſunt uapores in loco aeris dicūtur ornare aerem. Et per hoc patet ad rationes huius dubij.

*Dub. 4. H*

¶ Dubitatur quartò. Vtrum omnia corporalia, uel ſenſibilia ſint producta propter hominē. Et uidetur ꝙ non: quia ſenſibilia ꝓducta ſunt ante hominis lapſum: ſed ſi homo lapſus nō fuiſſet, nihil animalia ſenſibilia homini profuiſſent: quia neq; ad eſum, neq; ad ueſtitum, neq; ad obſequium: propter lapſum autem hominis nō eſt mutatus productionis eorū finis. ¶ Itē multa animalia ſunt cōtra hominē, quæ nō proficiunt: ſed nocent homini: ergo non ſunt creata propter hominem. ¶ Reſponſio loquendo de fine principali, & ultimo omnia creata ſunt propter deū: ut dicit prouerb. xvj. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dñs. Et Apoc. iiij. Tu creaſti omnia propter uoluntatem tuā. Loquēdo aūt de fine ſub fine, de quorum finium differentia dictū eſt ſup. diſt. j. q. v. ſic omnia ſenſibilia: immo omnia corporalia creata ſunt propter hominem. De ſenſibilibus dicitur Gen. j. ad hominem productum. Creſcite, & multipli. & replete. & ſubijcite eā: & dominamini piſcibus maris, & uolatilibus cęli, & uniuerſis animātibus, quę mouentur ſup terrā. Et poſt lapſum Gen. ix. Terror ueſter, ac tremor ſit ſuper cūcta animātia terrę. & ſuper oēs uolucres cęli cum omnibus, quę mouētur ſuper terrā. Omnes piſces maris manui ueſtræ traditi ſunt; & omne quod mouetur, & uiuit, erit uobis in cibū, quaſi olera uirētia tradidi uobis omnia. De cęteris etiā creatis dicit apoſtolus. j. Cor. iij. & allegat magiſter diſt. j. huius ſecundi: Omnia ueſtra ſunt, ſiue mūdus, ſiue uita, ſiue mors, ſiue pręſentia, ſiue futura. Omnia ueſtra ſunt, uos aūt chriſti: chriſtus autē dei. Et philoſophus. Homo eſt quodāmodo finis omnium.

*Ad qd animalia ſunt ordinata in ſtatu innocentiæ.*

¶ Loquendo tū de animalibus ſenſibilibus aduertendū, ꝙ aliter ordinata ſunt ad utilitatē hominis ſecūdū ſtatum innocentiæ: aliter ſecūdū ſtatū naturæ lapſæ. Secundū ſtatum innocentię, ut dicit ſanctus Bonauent. quadruplici ratione. Prima ad manifeſtādū hominis imperiū in eo, ꝙ ei omnia obedirēt. Secūdò ad decorādū hominis habitationē, ꝓpulchrū .n. erat habitationē hominis animalium multiplicatione, & nō ſolū arborū decorari. Tertiò ad excitādū hominis ſenſū; ut in ipſorū animaliū naturis diuerſis cognoſceret homo multiformē ſapiētiā creatoris. Quartò ad mouēdū eius affectū, ut dū homo uideret animalia ſecundum rectitudinem ſuæ naturæ in finem ſuum ordinatiſsimæ, & abſq; declinatione tendētia:

excitaretur etiam ad amandum deum finem ſuum. Et per hunc modum omnia animantia, & cętera creata profecere homini in ſtatu innocentiæ.

Ad qd, ſtatu lapſę naturæ.

¶ Pro ſtatu etiam naturę lapſę ordinantur animalia innoxia ad utilitatem hominis quadrupliciter. ſcilicet ad cibum : ad ueſtitum : ad obſequium : ad ſolatium. ¶ Noxia uero ſimiliter ad quadruplicem utilitatem, quam ponit Aug. lib. iij. ſuper Geneſ. ad literam ubi dicit.

Animalia noxia cur creata.

Aut pœnaliter ledunt, aut ſalubriter exercent; aut utiliter probant: aut ignoranter docent. quæ poſſent latius extédi. Docent enim humanitatem oſtendendo homini ſuam infirmitaté, probant conſtantiam, exercent patientiā, promouent peccatorū pęnā, quę nō parū proficiunt homini ad propriā cognitionem, & uitæ conuerſionem, ac dei timorem. Et per hoc patet ad rationē

I dubij. ¶ Ad rationes primę opinionis in principio quæſtionis poſitæ, tenentis elementa ſubſtantialiter manere in mixto. ¶ Prima ratio ſoluta eſt in primo dubio tertij articuli, ubi exponitur diffinitio mixtionis. ¶ Ad ſecundum dicitur, ꝙ in mixto non ſunt qualitates eædem numero, quæ in elementis : ſed eædem ſpecie. ¶ Ad tertium dicitur, ꝙ non eſt intelligendum ꝙ elementū ſit formaliter in mixto : & ſic dominetur in ipſo: ſed qualitas motiua eiuſdem ſpeciei cum qualitate elementi eſt in mixto: & per hoc elementū dicitur dominari in mixto. ¶ Ad quartum dicitur, ꝙ philoſophus loquitur de corporibus uiuentium eterogeneorum de homogeneis non oportet, ut ſupra dictum eſt. ¶ Ad quintum dicitur, eſto, ꝙ in quolibet mixto ſint quatuor qualitates primæ, non tamen per hoc indicant ſubſtantiam elementi; ſed eius uirtutem, ad ſenſum ſupra expreſſum. ¶ Ad ultimum dicitur, ꝙ diuerſę uirtutes accidétales non exigunt diuerſas naturas ſpecíuocas, aut ſubſtantiales; quia eidem ſubiecto inhęrent plura accidentia ſpecie diſtincta. Et tantum de quæſtione.

## DISTINCTIO. XVI.

IN diſtinctione decimaſexta, in qua incipit tertia pars principalis huius ſecundi libri. Determinato enim in ſpeciali de productione creaturæ purè ſpirituali ſimul & purè corporali, agit nunc de creatura ex utraq; ſpirituali natura, & corporali compoſita: hoc eſt de homine. Et primò de eius conſtitutione in eſſe naturali. Secundò de eius deſtitutione per lapſum in eſſe criminali diſt. xxj. ¶ Circa primū agit primo de homine, quantū ad eius productioné. Secundò quantū ad eius cōſeruationem diſt. xix. Quo ad primū proſequitur de hominis productione quantum ad principium effectiuum. Secundò quātū ad principiū conſtitutiuū diſt. xvij. In hac igitur diſtinctione determinat qualiter homo factus ſit quantū ad deū: principiū eius effectiuum tractans illud Gen. j. Faciamus hominē ad imaginē, & ſimilitudinē noſtrā. ¶ Colligiť aūt ſentētia textus in ſubiectis tribus cōcluſionibus. ¶ Prima hominē ad imaginē, & ſimilitudinem dei eſſe factū ſcriptura docet. Faciamus, inquit; hominē &c. in pſona patris loquēs, nō ad angelos; ſed ad filiū, & ſpiritūſanctū. ¶ Secūda cōcluſio. Homo factus eſt ad trinitatis imaginē, ſecundū memoriā, intelligentiā, & dilectionē ſecūdū innocentiā aūt, & naturalē iuſtitiā ad eius ſimilitudinem. ¶ Tertia concluſio. Filius natus eſt nō ad imaginem: ſed imago patris ei per omnia æqualis. Homo factus eſt ad imaginem, & imago trinitatis imparis acceſſu ſimilitudinis.

## QVAESTIO VNICA.

A QVIA de imagine in primo diſt. iij. latius tractari ſolet: hac dimiſſa: ideo materia de diſtinctione partium imaginis: hoc eſt potentiarū eius, hanc moueo quęſtionē. Vtrū ſicut anima in-



tellectiua, ſenſitiua, & uegetatiua in eodē homine: ita eiuſdē animę potētię inter ſe, & ab aīa ſint diſtinctę. In q̄ſtione erūt tres articuli. Primus de diſtinctione formarū eiuſdē cōpoſiti. Secūdus de diſtinctione potētiarū eiuſdem formæ. Tertius moueť dubia. Videp illius q̄ſtionis materia Ockam in ſecūdo. q. xxiiij. xxvj. Itē in quodlib. ij. q. x. & xj. Item

Arti. I. Not. I.

Greg diſt. xvj. q. ij. & iij. ¶ Quo ad primū, plures fuerūt opiniones de pluralitate formarū ſubſtātialiū in eodē cōpoſito. Vna fuit Anaxagore ponentis q̄dlibet eſſe in quolibet: hoc eſt de qualibet ſpecie formā eſſe in quolibet cōpoſito: & ita tot formas in quolibet cōpoſito, quot ſunt ſpecies. Harū aūt una ſola patet cętere latent. Hāc rępbat philoſophus. j. phyſicorū.

Variæ opiniones de formis ſubſtantialibus.

¶ Alia fuit opinio multiplicantiū formas ſubſtātiales ſecūdū numerū p̄dicatorū quidditatiuorum de cōpoſito prædicabiliū ut in homine ponūt unā formā, ſecundū quā dicitur ſubſtātia, aliā ſecūdū quā diciť corpus, aliā ſecundū quā diciť corpus animatū, & ſic de alijs deſcendendo uſq; ad ſpecialiſsimā. ¶ Tertia Auicennæ & commentatoris ponentium licet diuerſimodè, ꝙ in mixto ſunt ueræ, & ſubſtantialiter formæ elementorum, de quo habitū eſt diſtinctione præcedéte. ¶ Quarta multiplicat formas ſubſtantiales ſecundū numerū partium eterogenearū: ut aliam ponūt formam carnis, aliā oſſis. ¶ Quinta multiplicat formas ſubſtantiales ſecundum multiplicitatem operationum ſpecie diſtinctarum: ut aliā uiſiuā, aliam tactiuā, aliam auditiuam &c. ¶ Sexta numerat formas ſubſtātiales in homine ſecundū numerū uitarū; hoc eſt ponūt formā dantē eſſe uegetatiuū; aliā quę dat eſſe ſenſitiuū, aliā quæ dat eſſe

B intellectiuū. ¶ Septima, quæ ponit in homine formā corporeitatis, & formā ſenſitiuam, & intellectiuam. ¶ Octaua, quæ ponit duas tantum eſſe formas ſubſtantiales diſtinctas. ſ. corporeitatis, & intellectiuā. ¶ Nona, quæ cōtra omnes prædictas ponit tm̄ unā formā ſubſtātialem in uno cōpoſito, q̄ eſt Alex. de ales parte ij. q. lxij. & beati Tho. parte. j. q. lxxvj. art. iij. & iiij. & eā ſequitur ut ſup. Grego. de Ari. Ockā tenet. ij. quodli. q. x. & xj. ꝙ anima intellectiua diſtinguitur a forma corporeitatis, & a ſēſitiua. Similiter ꝙ ſenſitiua diſtinguitur a forma corporeitatis, ſed nō a uegetatiua. Vnde poteſt elici, ꝙ ſecundū eū in homine ſunt tres formę ſubſtātiales. ſ. corporeitatis, & anima ſenſitiua, quę ipſa eſt & uegetatiua, & anima intellectiua. ¶ Primum ſcilicet, ꝙ in homine ſit forma corporeitatis diſtincta a forma uitali ſic perſuadet. Nā eadem accidentia manēt in genito, & corrupto, ergo habent idē ſubiectum Nō materiā primā: ergo aliquā formā manentē ſub utroq; termino, quę nō eſt alia, quā forma corporeitatis. Quòd autem nō immediatē inhæreāt materię: patet; q̇a forma ſubſtantialis eſt eſſentialior materiæ quā forma accidentalis: ergo mediante forma ſubſtantiali inhęrent materiæ. ¶ Itē niſi ſic: tunc corpus chriſti nunquam fuiſſet pars eſſentialis naturæ humanæ in chriſto; nec fuiſſet idem corpus uiuum, & mortuū: nec fuiſſet deitas unita illi corpori in ſepulcro, niſi per nouam aſſumptionem. ¶ Similiter nec eſſent eadem corpora ſanctorum uiua, & mortua : & per conſequens non eſſent adorāda ſicut corpora ſanctorum; quia ſancti iſta corpora nunquam habuerūt ſi non ſit in eis mortuis eadem forma corporeitatis, quę fuerat in eis uiuentibus, quę uidentur abſurda. ¶ Pro ſecūdo ſcilicet, ꝙ anima intellectiua diſtinguitur a ſenſitiua, ſic arguitur. Impoſsibile eſt, ꝙ in eodem ſubiecto ſint contraria ſaltem naturaliter: ſed actus appetendi aliquid, & renuendi idem ſunt cōtrarij : & tamen ſimul ſunt in appetitu ſenſitiuo; ergo hi duo appetitus nō ſunt idem. ¶ Item. iij. de anima dicit philoſophus. In eodem ſunt appetitus cōtrarij, hoc eſt eſſent cōtrarij ſi eſſent nati recipi in eodē ſubiecto. ¶ Itē eadē forma ſubſtātialis nōpōt habere duos actus appetendi ſimul reſpectu eiuſdē obiecti: ſed frequēter in hoīe eſt actus uolēdi ali

quod obiectū;& in ſenſu actu appetēdi
illud idem. ergo uoluntas , & appetitus
ſenſitiuus non ſunt idem. ¶ Item eadem
forma non elicit ſimul,& ſemel actū ap
petendi aliquid naturaliter: & etiā actū
appetēdi illud idē liberè: ſed appetitus
ſenſitiuus appetit obiectū ſuū naturali
ter. Appetitus intellectiuus appetit idē
liberè: ergo non ſunt idem. ¶ Item ſen
ſationes ſunt ſubiectiuæ in anima ſenſi-
tiua mediatè,uel immediatè:& nō ſunt
in anima intellectiua: ergo diſtinguun
tur. Maior patet : aut ſunt in anima
ſenſitiua, aut eius potentia: & ſi in po
tentia etiam ſunt in anima: cum poten
tia uel ſit realiter anima , uel accidens
ſibi inhęrens:& ſiue ſic,ſiue ſic eſt in po
tētia,etiā erit in anima ſenſitiua. Mi-
nor probatur: quia aliter omnis apprę-
henſio animę ſenſitiuæ in homine eſſet
intellectio: quia eſſet ſubiectiuè in ani-
ma intellectiua. Similiter tunc anima
ſeparata intellectiua poſſet ſentire: quia
ex quo ſenſatio eſt in anima intellecti-
ua,quæ eſt ſeparabilis a corpore, poſſet
deus eam conſeruare in anima intelle-
ctiua ſeparata: & ſic per eam ſentiret,
quod eſt abſurdum. ¶ Item eadē forma
nō eſt extenſa,& nō extenſa: anima ſen
ſitiua eſt extenſa: quia ſubiectum ſenſa-
tionis extenſæ: & anima intellectiua eſt
indiuiſibilis, & in extenſa. ¶ Quòd etiā
ſēſitiua diſtinguitur a forma corporei-
tatis probatur in primo dicto,quo dedu
ctum eſt;ꝙ forma corporeitatis diſtin-
guitur a forma uitali. ¶ Quòd forma
ſenſitiua non diſtinguitur a uegetatiua
probat; quia nulla eſt neceſſitas ponēdi
illā diſtinctionē: q̃a maximè diuerſitas
operationū. Sed illa nō cōcludit: quia
idē pōt eſſe principiū diuerſarū opera-
C tionū. ¶ Veruntamē rationes illæ nō ꝓ-
bāt ſufficiēter,ſicut idē doctor dicit;ꝙ
dictum ſuum ex per ſe notis probari nō
pōt. Et ideo cōtra illa opinionē argui
pōt ex communi principio illius docto
ris: immo philoſophi,& omniū. ¶ Nō eſt
ponēda pluralitas ſine neceſſitate: hoc
eſt ſine ratione euidēti experiētia , uel
auctoritate,cui nō licet cōtradicere: ſed
nihil tale in propoſito: ut patebit ſoluē
do rationes adductas . Iſta ratio ęquè
procedit cōtra omnes opinantes in eo-
dē cōpoſito plures formas ſubſtātiales:
quāuis cōtra ſingulas poſſent adduci ra
tiones ſpeciales ; ideo uidet̃, ꝙ opinio
nona Grego. ſit principalis tā philoſo-
phi,quā aliorū cōmuniter cōformior:
& ideo ꝓbabilior. ¶ Secundū quē Greg. Concl.
ſ. in ij. ubi ſup. ponit hanc cōcluſionē
reſpōſalē. In nullo cōpoſito ſubſtātiali
ſunt plures formę ſubſtātiales totales. i.
quarū una nō eſt pars alterius: ſed unius
cōpoſiti ſubſtātialis eſt tātū una forma
ſubſtātialis; & illa eſt ſpeciuoca. i. conſti
tuit cōpoſitū in certa ſpecie. ¶ Ex quo Corollarium.
ſequitur corollariè,quod in homine ani
ma intellectiua,uegetatiua , & ſenſiti-
ua,& forma corporeitatis nō ſunt reali
ter diſtinctæ; ſed per unā animā indiuiſi
bilē homo intelligit : ſentit , uegetat,
mouetur, eſt homo, animal; corpus; ſub
ſtātia. Probatur ſpecialiter cōcluſio de
hoīe, ubi minus apparet ꝑ beatū Aug. x.
ſuper Gen. dicētē. Anima rationalis nō
ſolū carni prębet animalē uitā: uerū etiā
ſecūdū ipſam carnem aliq̃d cōcupiſcit.
Si anima rationalis ꝓbet uitā animalē
corpori, fruſtra ponitur aīa ſenſitiua,&
animalis. Similiter ſi aīa rationalis cō-
cupiſcit ſecundū carnē hoc eſt ꝑ orga-
nū corporeū, fruſtra ponit̃ alia anima or
ganica. ¶ Itē in li. de ec. dog. c. xv. dicit̃.
Neq; duas animas dicimus ī uno hoīe:
ſicut Iacobus,& alij ſyrorū ſcribūt: unā
animalem, qua animet̃ corpus, & mixta
ſit ſanguini: & alterā ſpiritualē,quæ ra
tionē miniſtrat. Sed dicimus unā ean-
dēq; eſſe animā in homine,quæ & cor
pus ſua ſocietate uiuificat , & ſeipſum
ſua ratione diſponit, habens in ſe liber-
tatem arbitrij: ut in ſua ſubſtantia eli-
gat cogitationes, quot uult. Item Da-
maſ. lib. ij. c. xiij. Anima rationalis or
ganico utitur corpore ; & ei eſt uitæ
augmentationis, & ſenſus, & genera-
tionis tributiua . Et eandem ſenten-
tiam ponit Auguſt. in de quantitate ani
mæ. cap. lxv. ¶ Ex quibus ſatis patet, ꝙ
tam ſenſitiuas , quam uegetatiuas ope
rationes



rationes operatur anima rationalis; &
per conſequens fruſtra poneretur alia
anima ſenſitiua, uel uegetatiua. ¶ Quod
etiā nō oportet ponere formā corpo-
reitatis, uel ſubſtātię diſtinctā ab anima
intellectiua : probatur ſimiliter : quia
eo ipſo, ꝙ aliquid eſt compoſitū ex ma-
teria,& forma quantumcunq; ſubſtan-
tiali , eſt corpus, & ſubſtantia: ideo nō
oportet ponere aliam formam dantem
eſſe ſubſtantiale,& corporeum. Conſe-
quentia nota. Accidens patet de ſubſtā
tia. Nam ad hoc, ꝙ aliquid ſit ſubſtan-
tia: ſufficit , ꝙ per ſe ſubſiſtat: aut ꝙ ſit
pars eſſentialis rei per ſe ſubſiſtentis:
hoc autem non conuenit rei compoſi-
tę per formam tantum ; ſed etiam per
materiam. Conuenit etiam ipſi mate-
rię , & ſubſtantiæ ſimplici materiam
non habenti. Patet etiam de corpore,
ſigno enim præcipuè compoſitum ex
materia , & anima intellectiua. Quęro
an ſit corpus uel nō: ſiue an ſit ſubſtātia
corporea, uel incorporea. Nō poteſt di
ci,ꝙ ſit incorporea: quia eſt compoſita
ex materia,& forma ; etiam ex materia
extenſa. ¶ Item omne incorporeum eſt
ſpiritus: ſicut omne corporeum eſt cor
pus; ſed illud compoſitum non eſt ſpiri
tus: quia diuiſibile : omnis autem ſpiri-
tus eſt indiuiſibilis . ergo erit corpus:
alioquin diuiſio ſubſtantię per corpo-
reū,& incorporeum non eſſet ſufficiēs.
¶ Item eſt compoſitum ex materia , &
forma . ergo eſt corpus. Tenet conſe-
quentia per locum a diffinitione: neq;
plus eſt corpus per formam , quam per
materiā : ita enim dat materia eſſe cor
poreū compoſito ſicut forma. Vtrum-
q; enim requiritur ad hoc, ꝙ aliquid di-
catur corpus. ¶ Itē quęri poſſet de ani-
ma ſenſitiua, ſi diſtinguitur ab intellecti
ua; an in morte hominis deſinat eſſe
ſimpliciter; aut ſeparata maneat, ſicut
anima intellectiua. Secūdū nō dicit̃. Si
primū: ergo in reſurrectione nō ſolū ani
ma intellectiua corporei. i. materię, quę
corrupta nō ē, unitur; ſed aliquid de no
uo reproducit̃. ſ. aīa ſenſitiua: quod nul-
li ſanctorū dicūt. ¶ Tenēdo itaq; cōclu-
ſionem iſtā reſponderi pōt rationibus
ad oppoſitum inductis. ¶ Ad primā pro Solutio rationum.
bantē,ꝙ ponenda ſit forma corporei-
tatis. ¶ Dicendū,ꝙ manent accidentia D
eadem in genito,& corrupto, ſaltē ali-
qua:& habent idē ſubiectum ſcilicet ma
teriam primam: cui immediatè inhęrēt
accidentia naturalia. Et negandum eſt,
ꝙ accidentia inhęreāt materię per for
mā ſubſtantialem ; ſed immediatè inhæ
rent & inhærere poſſent etiam ſi per di
uinam potētiam forma ſubſtantialis ſe-
pararetur a materia. Nec forma ſubſtā-
tialis eſt eſſentialior materiæ, quam ac-
cidentalis ; quia neutra eſt de eſſenita
materię & quęlibet diſtinguitur reali-
ter a materia: immo omnis forma ſub-
ſtantialis pręſupponit formas accidēta-
les in materia, quibus diſponatur ad ſui
receptionem: nec oppoſitū horū proba
tur. ¶ Ad ſecundū de corpore chriſti in Ad ſecūdum.
ſepulcro, & de corporibus ſanctorū. Pri
mo de corporibus ſanctorū. Reſponde-
tur, ꝙ illud, quod relinquitur in morte
hominis ſancti, uel reprobi: immo cuiuſ
cunq; animalis eſt ſuppoſitum: quia res
per ſe ſubſiſtens, quæ nō eſt pars alterius
nec alteri innititur, ut forma ſubiecto:
uel ut pars toti: uel ut natura ſuppoſitā
ti. Et per conſequēs habet in ſe formā
ſpeciuocam de nouo genitam diſtinctā
ab ea, quæ eſt per mortem corrupta, uel
ſeparata: quę forma dicitur forma cada
ueris: alioquin eſſet corruptio ſine ge-
neratione cōtra philoſophū. Hoc ergo
relictū ſuppoſitū, quod eſt compoſitum
ex materia,& forma cadaueris de nouo
genitū nūquā fuit pars hominis, uel ani
malis uiuētis: quia nō præfuit. Et ideo
argumentū hoc ita eſt cōtra opinionē
arguentis, ſicut cōtra aliam: ęquè enim
procedit, ſiue ponatur una forma tantū
in cōpoſito : ſiue plures. Quia breuiter
quęro: utrū forma corporeitatis, quę ſic
remanet in corpore mortuo , & prius
fuit in eodem uiuo, ſit forma ſpeciuo-
ca; uel non. Si ſic: ergo in uiuo fuerunt
plures formæ ſpeciuocæ : & ita corpus
uiuum non fuiſſet unius ſpeciei : quæ-
libet enim forma ſpeciuoca dat eſſe

ſpeciuocũ compoſito. Si nõ: quęro an in corpore mortuo ſit forma ſpeciuoca ſuperaddita formę corporeitatis; uel non. Si primum, ſtat argumentũ contra eos, ꝗ ibi eſt nouũ, compoſitum, quod nunquam fuit pars uiuentis. Quis enim diceret, ꝗ cineres; in quos reſoluitur corpus ſanctorum, aliquando fuerunt pars eſſentialis ſanctorũ; & ꝗ ex illis cineribus ſancti uiuentes fuiſſent compoſiti. Si non ergo corpus mortuum non eſſet alicuius ſpeciei: & tamẽ eſt corpus; & ſic aliquid continetur ſub genere; & tamẽ ſub nulla eius ſpecie, quod eſt abſurdum. ¶ Dicitur ergo ad argumẽtum, ꝗ mortuo homine manet eadem materia numero in corpore mortuo, quæ fuit pars uiuentis. Et propter hoc meritò uenerantur ſanctorũ reliquiæ: quia in eis eſt aliquid, quod uerè fuit in ſanctis. materia. ſ. cui inhęſit anima iam beata, eidẽ animę in reſurrectione reunienda: licet illud totum nunquam fuit
E pars ſancti uiuentis. ¶ Per hoc ad argumentum de corpore chriſti iacente in ſepulcro: dicitur ꝗ corpus illud, quod iacuit in ſepulcro, fuit illud idẽ, cui inhæſit anima intellectiua Chriſti; & fuit uerè pars eſſentialis humanitatis Chriſti, aſſumptũ a uerbo in inſtanti concẽptionis Chriſti: nec unquã expoſt a uerbo dimiſſum: & ita non de nouo aſſumptũ: fuitq; corpus illud idẽ uiuũ, & mortuũ: & realiter nihil aliud fuit; niſi materia illa prima, illa ſcilicet eadẽ numero, cui prius anima Chriſti inhęſit tam quã ſuo ſubiecto prius, & poſt unita uerbo. Nã cũ dicimus humanitatem Chriſti, & cuiuſlibet alterius hominis cõponi ex corpore; & anima: corpus nihil aliud dicit, quã materiã quantũ ad ſubſtractũ: & anima dicit formã: non enim cõponitur animal ex corpore de ſubſtãtia, ſed ex corpore de quãtitate: hoc eſt dictu. Corpus in illa locutione nõ accipitur, ut eſt de prędicamento ſubſtantiæ: ſed ut eſt de prædicamento quantitatis: non enim componitur animal ex compoſito ex materia, & forma: ſed ex materia tamquam parte una eſſentiali: & ex forma, tamquam ex parte eſſentiali altera. Ipſa tamen materia eſt corpus de quantitate: quia eſt extenſa, longa, lata, & profunda. ¶ Si quęritur utrum in materia corporis Chriſti fuit aliqua noua forma inducta. ſ. forma cadaueris per mortẽ, & animæ intellectiuę ſeparationẽ: ſicut dictum eſt de alijs ſanctis. ¶ Horreo dicere corpus Chriſti fuiſſe cadauer, & quod ſtatim fuit reuniendum animæ, & glorificandum: pręſertim quia dicit propheta de Chriſto. Non dabis ſanctum tuũ uidere corruptionẽ: communi ſcilicet more aliorum: ut dicit Gloſ. interli. pſal. xv. Vidiſſet autem corruptionem, ſi cadaueris forma fuiſſet inducta. ¶ Dico ergo, ꝗ corpus Chriſti iacens in ſepulcro fuit materia prima Chriſti ſine forma ſubſtanriali, qualificatum formis accidentalibus, & unita uerbo. Nec impoſsibile eſt materiam ſtare nudam abſq; ſubſtantiali forma potentiæ diuinæ: ut ſupra patuit. Nec maius eſt miraculum, quàm compoſitum ſubſiſtere in forma corporeitatis ſine forma ſpeciuoca: & ita cõpręhendi ſub genere: & tamen, ſub nulla eius ſpecie. Quod ut patuit, ſequitur ad opinionem tenẽtem ibi eſſe formam corporeitatis ſine forma ſpeciuoca. ¶ Veruntamen, ꝗ corpus Chriſti in ſepulcro, quod eſt materia ſola: non fuit ſuppoſitum ſicut nec anima: quia utrumq; fuit a uerbo ſuppoſitatum. Etiam quia neutrum eſt ens completum; cum quodlibet poſſet eſſe pars continui: & ad hoc habeat incli- F
nationem naturalem. ¶ Ad argumenta probantia, ꝗ anima intellectiua diſtinguitur a ſenſitiua. Ad primum cum arguitur, ꝗ actus appetendi aliquid & renuendi idem ſunt contrarij &c. Dicendum, ꝗ uerum eſt hoc, quando ſequuntur eandem appræhenſionem: ſecus ſi ſequuntur diuerſas appręhenſiones: nunc autem actus appetitus ſenſitiui ſequitur appræhenſionem ſenſus. Et actus appetitus rationalis ideſt uoluntatis ſequitur appræhenſionem intellectiuam: & ille

Qũo aĩa ſenſitiua ab intellectiua ſeparatur.



nunquam ſunt contrariæ: ſed actus appetendi obiectum ſenſitiuum contrariatur actui ſenſitiuo renuendi idem obiectum ſecundum eundem ſenſum. Vnde etiam actus appetẽdi, & refugiendi idẽ obiectũ diuerſis ſenſibus appræhenſum: ſtant ſimul, & non ſunt contrarij: ut patet ſi guſtabile, uel odorabile placẽs ſit ſuper calefactũ; guſtus appetit, & tactus refugit; ut patet in catis; cum offertur cibus conueniens calidus. Multo ergo minus contrariantur appetitus alicuius ſecundum ſenſum: & uoluntas ſeu renuitio ſecundum uoluntatem. Verũ ꝗ huiuſmodi actus diuerſorum appetituum poſſunt dici uirtualiter uel inclinatiuè contrarij: quia inclinant ad diuerſos effectus conrrarios. ſ. proſecutionem, & fugam: non autem ſunt cõtrarij formaliter, & poſſunt ſimul ſtare in eodem ſubiecto. ¶ Ad Ariſto. iij. de anima dicitur, ꝗ facit pro illa concluſione. Et loquitur ibi Ariſt. de contrarijs uirtualiter ſeu inclinatiuè: non formaliter. Ad tertium dicitur negando, quod aſſumitur: ſicut enim eadem forma poteſt ſimul habere diuerſas cognitiones eiuſdem obiecti: ſenſitiuam. ſ. & intellectiuam: intuitiuam, & abſtractiuam: appræhenſiuam, & adhæſiuam: ita etiam poteſt habere ſimul de eodem obiecto diuerſos actus appetendi conſequentes diuerſas cognitiones præuias. ¶ Ad quartum dicitur, ꝗ nulla eſt impoſsibilitas eandem potentiam reſpectu eiuſdem obiecti habere unum actũ merè naturaliter, & alium liberè. Nam ſecundum eundem auctorem anima intellectiua una, & eadem intelligit naturaliter aliquod obiectum: & idem uult liberè. Similiter & uoluntas reſpectu eiuſdem obiecti habet actum aliquem neceſſariò ſtante alio actu, & liberè alio actu in non exiſtente. Nihil ergo repugnat animã eandẽ habere actũ appetitus ſenſitiui naturaliter: & aliũ actum reſpectu eiuſdẽ obiecti liberè ſecundũ appetitũ rationalẽ. ¶ Ad quintũ dicitur cõmuniter, ꝗ ſenſationes inhęrent organo, quod eſt cõpoſitũ ex materia diuiſibili, & anima. ¶ Et ſi diceretur, ꝗ nunquã accidẽs eſt ſimplicius ſubiecto. Illud non eſt probatum: ſed econuerſo. uerum eſt, ꝗ accidens non eſt compoſitius ſuo ſubiecto: nihil autem prohibet ipſum eſſe ſimplicius ſuo ſubiecto. Si tñ concederetur, ꝗ ſenſationes inhærent ſoli formæ ſenſitiuę: non uidetur magis impoſsibile accidens diuiſibile inhærere formæ indiuiſibili inexiſtenti ſubiecto diuiſibili, quã ipſam formã indiuiſibilẽ inhærere ſubiecto diuiſibili. Vnde anima intellectiua indiuiſibilis in ſe: dũ inhæret ſubiecto diuiſibili: poteſt recipere ſenſationes diuiſibiles. Et quando arguitur: tunc omnis appræhenſio ſenſitiua in homine eſſet intellectio. Negetur conſequentia. Licet enim omnis talis eſt in anima intellectiua: non tñ eſt intellectio. Vnde appræhenſio intellectiua eſt, quæ ad ſui productionem nõ requirit organum corporeum Nũc autem licet omnis ſenſatio in homine ſit in anima intellectiua; quia eſt in ſenſitiua, & eadem anima eſt ſenſitiua, & intellectiua: tñ quia ſenſatio non põt fieri ſine organo corporis: ideo nõ eſt intellectio. ¶ Per hoc ad ſequẽtẽ dicitur, ꝗ anima ſeparata nõ põt ſentire: quia caret organo ad ſentiendũ requiſito. Ad probationem dicitur: quia deus poſſet cõſeruare ſenſationem in aĩa intellectiua ſeparata. Quãuis hoc uerti poſſet in dubiũ: an qualitas diuiſibilis, & extẽſa poſſet informare ſubiectum ſimpliciter indiuiſibile: qa tñ nõ uideo manifeſtã cõtradictionẽ, ꝓpter quã ſolũ aliqd negandũ eſt a potẽtia dei abſoluta: ideo cõcedo, ꝗ in caſu aĩa ſeparata ſentiret: hoc tñ nõ eſt naturale, ſed miraculoſũ. ¶ Idẽ argumẽtũ fieri põt, ſi deus ſenſationem cõſeruaret in aĩa ſenſitiua ſeparata ſi foret diſtĩcta ab intellectiua. Poſſet. n. deus animã ſenſitiuã bruti ſeparare a materia: & in ea cõſeruare ſenſationẽ in corpore acquiſitã, uel etiã de nouo in ea a deo poſt ſeparationem productã. Quęro tũc an anima talis ſeparata ſine organo ſentiret, uel nõ. Et ſicut ibi reſpõdetur: ita in propoſito. ¶ Vltima ratio

ſoluta eſt: quia anima ſenſitiua in homine nõ eſt diuiſibilis, neq; extenſa: ut patet in reſponſione ad quintum. In brutis autem extenſa eſt ad extenſionẽ ſubiecti.

Arti. 2. G

¶ Quantũ ad ſecundũ articulũ de diſtinctione potẽtiarũ eiuſdẽ formę. Primò uidendum eſt de ſenſitiuis potentijs. Secundò de potentijs intellectiuis. ¶ Circa primũ eſt opinio beati Thom. parte j.q.lxxvij. & liiij. art.iij. ꝙ potentia generaliter diſtinguitur ab anima, & ſit accidens: quarum quædam inhærent animæ tantũ: ut potentię nõ organicæ. Organicę aũt quales ſunt ſenſitiuæ inhærent toti compoſito ex anima, & materia. ¶ Rationes ſuæ ſunt: quia actus, & potentia pertinent ad idem genus: cũ ergo actus nõ ſit in genere ſubſtantiæ: ſicut nec operatio, ergo nec potentia; anima aũt nõ eſt in genere ſubſtantię. Differũt igiẽ potentia animę & actus nedũ numero: ſed etiam genere. ¶ Item: ſi potentia animæ eſſet ſubſtantia, anima eſſet immediatum principiũ operationis ſuæ: & ita ſemper eſſet in actu, ſicut ſẽper eſt in anima. ¶ Itẽ ſecũ

H

dũ Dyon. c.xj. de cęle. hierar. Spiritus diuiduntur in ſubſtantiã, uirtutẽ & operationẽ: & ita ſimiliter anima: aliud igitur erit eſſentia, aliud uirtus, aliud operatio. ¶ Cõtra opinionẽ illã eſt commune argumentũ de uitanda pluralitate, ubi nec ratio, nec experientia, nec auctoritas cogit. ¶ Ideo pro reſponſione notãdũ, ꝙ cũ ꝑ potentiã aĩę põt intelligi illud, quo aĩa põt in operationes uitales dupliciter põt accipi potentia. Vno mõ pro omni neceſſario reqſito ad quemcũq; actũ uitalẽ, tãquã cauſa partialis. Alio modo accipitur pro illo præciſè quod ſe tenet ex parte animę, elicientis, tanquam principium partiale. Primo modo diſpoſitiones qualitatiuę requiſitæ ad uidendum, audiendum, &c. dici poſſunt potentię. ¶ Et quia

Potentia duplex.

potentia eſt duplex: actiua & paſſiua: in utraq; diſtinctio dicta locũ habet. Nam potentia paſſiua quãdoq; accipitur pro quolibet illo, quod neceſſariò requiriẽ ad recipiendũ actũ uitalẽ, quomodo diſpoſitiones ſubiecti, qbus diſponiẽ ad recipiendũ actũ dicũẽ potẽtię. Et illo modo quãdoq; idẽ eſt potẽtia actiua, & paſſiua: qa quãdoq; eędem qualitatiuę diſpoſitiones, qbus ſubiectũ diſponitur ad recipiendũ actũ uitalem: etiã cõcurrũt actiuè ad hmõi actus productionẽ. Alio modo accipitur potentia paſſiua ꝓ illo, qđ precisè tenet ſe ex parte ſubiecti recipientis. ¶ Cõſiderãdũ etiã eſt: ꝙ qa aĩa ſenſitiua ſi diſtinguiẽ ab intellectiua in hoĩe: eſt diuiſibilis ſecũdũ diuiſionẽ ſubiecti; & ideo partes hmõi aĩæ realiter diſtinguunẽ. Et eſt alia aĩa partialis in oculo: alia in lingua, alia in manu. Secundũ opinionẽ uero oppoſitã (quã probabiliorẽ reputo) aĩa ſẽſitiua in homine eſt ſimpliciter indiuiſibilis; quia eſt realiter aĩa intellectiua. Verũ in ꝓpoſito ſolũ loquimur de potẽtia totali, & nõ partiali. ¶ His præmiſsis eſt cõcluſio prima.

Cõcl. 1. I

Accipiẽdo potentiã primo mõ potẽtię ſẽſitiuę animæ diſtinguũtur ab ipſa anima, & inter ſe. hoc eſt potẽtia uiſiua ab auditiua; & olfactiua a tactiua. Primũ ꝓbaẽ: qa quędã qualitates, quæ ſunt accidẽtia abſoluta requirunẽ ad ſentiendũ. & illę diſtinguũtur realiter ab aĩa. ergo. Minor patet: qa omne accidens diſtinguitur a ſubſtãtia aĩa eſt ſubſtãtia. Maior ꝓbatur: quia ad ſentiendũ reqrũtur certę diſpoſitiones organũ ſenſus diſponentes, quibus nõ exiſtẽtibus anima nõ ſentit; & illæ ſunt accidentia abſoluta .ſ. caliditas, humiditas &c. ut experientia docet. Secũda pars probatur: qa alia diſpoſitio requiritur, ad uidendũ, alia ad audiendũ, quarum una quãdoq; corrũpitur alia manente: ut patet in cæco non muto, & muto uidente. Ex quo ſequitur, ꝙ capiendo potentiã ſentiẽdi pro toto illo, quod requiritur ad ſentiẽdũ .i. pro anima actũ ſentiendi eliciente, & diſpoſitionibus qualitatiuis neceſſarijs, potentiæ animę diſtinguuntur ab anima, tanquã totũ a parte. Illæ .n. diſpoſitiones qualitatiuę ſe habent, ut partes reſpectu totius ad ſenſationem requiſitæ: & inter ſe tanquam quędam tota aggregatiuè, cuius aliquæ partes



diſtinguuntur. Patet ſatis ex cõcluſione addita ſequente.

Cõcl. 2.

¶ Secunda concluſio. Accipiendo potentiã ſecundo modo, potentia animę ſenſitiuæ nõ diſtinguitur ab anima ſenſitiua. Probatur: qa pręter animã ſenſitiuã, & organũ debitè diſpoſitum, & obiectum ſufficienter præſens: ſtante communi cauſarum ſuperiorum influentia; nihil aliud requiritur ad ſentiendum. ergo potentiæ reqſitę ſunt aliquid illorũ, & nõ organũ: nec eius diſpoſitio: nec obiectum: quia illa non tenent ſe ex parte animæ. ergo erit anima: & per cõſequens nõ diſtinguitur ab anima. Vltima cõſequẽtia nota. Prima patet a ſufficienti diuiſione. Illis enim poſitis omnibus alijs circumſcriptis fit ſenſatio. ergo præter illa nihil aliud requiritur. ¶ Si dicis. Requiritur adhuc ꝑter illa quędã uirtus in anima ab ea diſtincta, qua non exiſtente: non ſufficeret elicere actum ſentiendi. Dico hoc reſtat probandũ: neq; enim hoc docet experientia: nec probat ratio: ideo ponendũ non eſt. Conſequentia nota ex cõmuni principio. Antecedens patebit ſoluendo rationes ad huiuſmodi probationes inductas. ¶ Item ſi huiuſmodi potentię eſſent accidentia animę quæ fluerent ab anima; ut dicit oppoſita opinio. Quęro quomodo fluunt ab anima tanquã effectus a cauſa: uel aliter alius modus non datur. Tunc ultra. Anima eſt potens producere huiuſmodi potentias, uel ergo ſeipſa, uel per mediũ, & erit proceſſus in infinitũ, uel datur ſtatus in aliquo, cuius anima ſit immediatum principium. ſimiliter ergo poteſt dici reſpectu actus ſentiendi, ꝙ eius principium immediatum ſit

K

anima. ¶ Ad rationes igitur illius opinionis. Ad primam dicitur, ꝙ capiendo actus & potentia, ut ſunt differentiæ entis: puta actus pro eo ꝙ actualiter eſt: & potentia pro eo, quod non eſt, ſed eſſe poteſt; quomodo diuidunt omne genus: quia de quolibet uerum eſt, ꝙ eſt, uel ꝙ nõ eſt. Sic cõcedi poteſt, ꝙ actus, & potẽtia pertinẽt ad idẽ genus: ſed ſic nihil ad propoſitũ. Hic .n. nõ loquimur de potentia pro re nõ exiſtente; ſed ꝓ principio immediato actus uitalis; & illo modo nõ eſt uerũ uniuerſaliter; & eſſet cõtra arguentẽ: quia ſecundũ eũ anima eſt principiũ potentię, & tñ ſecundũ eũ potẽtia eſt accidens; & anima ſubſtãtia. ¶ Ad ſecundũ negetur cõſequentia: ꝙ igitur anima ſemꝑ eſſet in actu, quia nõ oportet, ꝙ actui primo ſemꝑ ſit cõiunctus actus ſecundus: qa nõ ſemꝑ potentia actiua eſt ſufficiens ad actus productionem: & quãdoq; etiã ſi fuerit ſufficiẽs: ſola libertate ſua nõ habet actũ. Sic in ꝓpoſito ſola aĩa nõ ſufficit ad actus cõnotatiuos: & reſpectu actuũ uoluntatis eſt libera. Etiã põt per idem argui cõtra eũ: quia ita arguereẽ de ipſa potentia, quę ſecundũ ipſum eſt accidens; illud .n. accidens eſt immediatũ principiũ actus uitalis. ergo erit ſemper in actu. ¶ Ad Diony. dicitur ꝙ Dionyſius nihil aliud uult, niſi ꝙ in omni cæleſti ſpiritu eſt eſſentia, uirtus, & operatio: quæ tria ſunt idem realiter: ſed ratione diuerſa; ideo addit altiſsima. Vel ſecundũ aliã trãnſlationem, ſupermũdana ratione: quod Hugo exponit .i. ſpirituali ratione. ¶ Et ſi quis diceret. Potentia animę eſt in ſecunda ſpecie qualitatis; quia naturalis potentia, aĩa aũt & eius ſubſtãtia nõ ſunt in genere qualitatis; ſed ſubſtantię. Reſpõdetur, ꝙ hęc replica procedit ex ignorãtia logice: nam res una eſt in diuerſis prędicamentis; eo modo quo res eſſe dicitur in prædicamentis; ideſt ſignificatur per terminos diuerſorum prædicamentorum: ſic forma ſubſtantialis inquantum principium eſt naturale ſuarum operationum, eſt naturalis potentia: inquantum eſt pars compoſiti ſubſtantialis, eſt ſubſtantia. ¶ Quantum ad ſecundam partem huius articuli, quæ erit de potentijs animæ rationalis, ſeu intellectiuæ ſcilicet memoria, intellectu, & uoluntate: an hæ ſint eędem in hoĩe, uel aliqua diſtincta ex natura rei. Videndum eſt de re ipſa in ſe: & deinde de modo loquendi, & exprimendi rem ipſam. ¶ De

L

re eſt opinio una beati Tho. ſicut de po

tentijs ſenſitiuis: ꝙ potentia intellectiua, ſeu intellectus, memoria, uoluntas, ſunt accidentia, quæ fluunt ab eſſentia animæ: & ita diſtincta ab anima, quæ ſunt quaſi medium inter animam intellectiuam, & actum intelligendi, & uolendi: ita ꝙ ad producendum actum intelligendi præter ipſam animam intellectiuam obiectum, ſpeciem, & habitum, requiritur quoddam accidens ipſi animæ inhærens, quo anima cum ceteris requiſitis producit actum intelligendi, & ſine quo non poteſt talem producere; quod accidens non aduenit animę ab extrinſeco: ſi fluit ab eſſētia animę: & nunquā ſeparaī ab anima, ſiue actu intelligit ſiue non: & illud accidens uocat uirtutem, uel potentiā intellectiuā, ſeu intellectū. ſuo modo de uoluntate. Et ita ſecundum eum diſtinguuntur huiuſmodi potentię ab anima tanquam accidens a ſubiecto: & inter ſe tanquam diuerſa accidētia eiuſdem ſubiecti: quæ ſunt principia immediata diuerſorum actuū. ¶ Pro illa opinione ſunt plures auctoritates uerbales. Nam beatus. Auguſtinus. xv. de trini. c. vij. uolens oſtendere differentiam trinitatis, quæ in nobis eſt ſcilicet memoriæ; intelligentiæ, & uoluntatis, ab ea, quæ eſt in diuinis ponit illa in nobis differre; in deo uero unum idemque eſſe. Vnde ait. In homine inuenimus trinitatem: ideſt mentem, & notitiam, qua ſe nouit: & dilectionem, qua ſe diligit: ſed hęc tria ſunt in homine, ut non ipſa ſint homo. Quod per hoc oſtēdit: qa homo includit corpus: hęc autē non ſunt corpora. Conſequēter oſtēdit, ꝙ non ſint anima: cū ſubdit. Detracto etiam corpore; ſi ſola anima cogitetur aliquid eius eſt mens, tanquā caput eius, uel oculus, uel facies: ſed non hæc ut corpora cogitanda ſunt: non igitur anima; ſed quod excellit in anima mens uocatur. Ecce clarè dicit animam non eſſe mentem; ſed aliquid, quod eſt in anima, & excellens in ea mens eſt. Hæc ibi. ¶ Item infra eodem ca. poſt modicum ait. Itemque in hoc magna diſtantia eſt ſcilicet inter trinitatē dei, & noſtrā, ꝙ ſiue mentē dicamus in homine eiusq; notitiā, & dilectionem: ſiue memoriā intellectiuā, & uoluntatē: nihil mente meminimus, niſi per memoriā: nec intelligimus, niſi per intelligentiam: nec amamus niſi per uoluntatem. At uero illa in trinitate quis audeat dicere patrē, nec ſeipſum, nec filium, nec ſpiritum ſanctum intelligere niſi per filium: uel diligere niſi ꝑ ſpiritum ſanctū: per ſe autē meminiſſe tantummodo, uel ſui uel filij, uel ſpiritusſancti. Vbi uult dicere, quod non memoramur per intelligentiam, nec intelligimus per uoluntatem, nec uoluimus per mentem. ergo diſtinguitur qa quæ ſunt idem: quicquid conuenit uni: conuenit & alteri. Et epylogans hoc idem cap. xvij. eiuſdem libri dicit. Nec diſtant in eis iſta: ſicut in nobis: aliud eſt memoria, aliud intelligentia, aliud dilectio ſiue charitas. Item Beatus Auguſtinus loqueñs de illis: loquitur tanquam de diſtinctis. Vnde dicit ea trinitatem: trinitas non eſt niſi diſtinctorum. Et dicit. Hæc tria in auctoritate ſtatim allegata. Quæ autē tria ſunt: non ſunt idem. Item Anſel. de concor. c. xxix. Sicut habemus in corpore membra, & quinque ſenſus, ſingula ad ſuos uſus apta, quibus quaſi inſtrumentis utimur: ita & anima habet in ſe quaſdam uires, quibus utitur, uelut inſtrumentis ad uſus congruos. Eſt nanque ratio in anima, qua ſicut ſuo inſtrumento utitur ad ratiocinandum: & uoluntas, qua utitur ad uolendum. Nō. n. eſt ratio & uolūtas tota anima: ſed unaquæq; aliquid in anima. Ecce apertè dicit uoluntatem, & rationem eſſe inſtrumenta animę: inſtrumentū autē diſtinguitur ab eo, cuius eſt inſtrumentum.

¶ Item magiſter diſt. iij. lib. j. loquens de memoria, intelligentia, & uoluntate, dicit illa tria naturales proprietates ſiue uices ſunt ipſius mentis, & a ſe inuicem differant: quia memoria non eſt intelligentia, uel uoluntas. Nec intelligētia uoluntas, ſiue amor. Et præmiſit de illo uerbo Beati Auguſt. quo dicit illa



tria eſſe unum: unā mētē: unā eſſentiā. Quod utiq; non uidetur eſſe uerū iuxta proprietatem ſermonis. ¶ Adducuntur etiam rōnes pro illa opinione, quarū aliquę priori articulo poſitę ſunt, & ſolutę, quibus adduntur ſequētes. Vna operationes diſtinctè realiter procedunt a potentijs diſtinctis realiter ſecundum operationem intellectus, & uoluntatis realiter: diſtinguitur ergo etiam intellectus, & uoluntas. Conſequentia nota. Maior probatur; quia Philo. xij. Metaphy. per pluralitatem mutuam probat diſtinctionem intelligentiarum. Et ij. de anima dicit, ꝙ potentiæ diſtinguūtur per actus; minor nota: & ab omnibus cōceſſa. ¶ Item ſicut ſe habet eſſe ad eſſentiam, ita operari ad potentiam: ergo permutatim ſicut ſe habet eſſe ad operari: ita eſſentia ad potentiam: ſed in ſolo deo idē eſt eſſe, & operari: ergo in creatura diſtinguuntur; & per conſequens eſſentia, & potentia. Item ſicut ſe habet aſinus ad rudibile, ita homo ad riſibile: ergo ſicut aſinus ad homo, ita rudibile ad riſibile. Iſta conſequentia non tenet, niſi ſicut dicat omnimodam ſimilitudinem. ¶ Item accidentia, quæ ſunt in fluxu, recipiuntur in ſubſtantia mediante accidente permanente: ſed intelligere, & uelle ſunt huiuſmodi: ergo recipiuntur mediante accidente permanente in anima, hoc non eſt aliud niſi potentia. ¶ Item idem ſimplex non poteſt eſſe principium cauſale diuerſarum operationum, uel actuum. Nam materia non poteſt recipere aliam formam: niſi per aliam diſpoſitionem ipſam determinantem. alias quodlibet indifferenter fieri poſſet ex quolibet. Si igitur materia non poteſt recipere; multo minus poteſt potentia operatiua operari ſine determinatione diuerſa. Anima rationalis recipit, & operaī diuerſos actus ergo oportet eos determinari ꝑ abſoluta aliqua accidētia non per ſubſtātias. Hæc non erunt niſi potentiæ intelle-

M ctus. ſ. & uoluntas. ¶ Alia eſt opinio, ꝙ potentia animę non diſtinguitur ab eſſentia animę realiter, quæ adhuc multipliciter uariatur. Quidam dicunt, ꝙ ſunt partes animę diſtinctę realiter inter ſe, ſed non ab anima. Sed falſitas illius opinionis patet; quia ſi ſunt partes aīæ: non ſunt ipſa; qa implicat partē ēē illud, cuius eſt pars. Similiter nec ſunt partes integrales, nec eſſentiales, cū aīa utroq; modo ē ſimplex, & indiuiſibilis. ¶ Alij dicūt, ꝙ ſicut non diſtinguuntur realiter ab aīa, ita neq; a ſe inuicē; & hi bifaricātur. ¶ Quidā dicūt, & ſunt omnino idē ſibi, & eſsētię in hac diſtinctę re, & ratione. ¶ Alij dicunt, ꝙ non diſtinguuntur realiter, nec tamen ſunt idem omnibus modis ex natura rei: diſtinguuntur ergo formaliter. ¶ Illas duas ultimas opiniones tangit Sco. hac diſt. lib. ij. & ambas reputat probabiles. pręfert tamen ſecundam priori: eo ꝙ per eam facilius ſaluantur multę auctoritates: quæ dicunt, ꝙ uoluntas & intellectus ſunt partes animę emanantes ab eſſentia animæ. Et illa commentatoris. iiij. Et hic. qua dicit eas ebullire ab eſsētia, quòd ſunt uires animæ: ꝙ ſunt paſſiones animæ; & ſimiles. Sed ex principijs, & probationibus illius doc. uidetur prima illarum ultimarum opinionum probabilior, quam imitatur Guil. Ockam. quęſt. xxij. ſecundi. ¶ Secundū hanc reſpondetur ad hunc articulum præmiſſo hoc notabili pro terminorum declaratione, & rationum ſolutione.

Quod anima: cum ſit potentia, & principium multarum operationum, & actuum in homine, diuerſa ſortitur uocabula, quorum aliquod ſignificat ipſam eſsētiā ſimpliciter & abſolutè: nō cōnotādo aliquod diſtinctū ab aīa: ut eſſentia, uel ſubſtantia animę: uel anima ſi capitur abſolutè. Aliqđ ſignificat eandem aīę eſſentiā: & cōnotat certā eius operationē. Vt intellectus ſignificat eſſentiā animę: cōnotando notitiā ſiue actū intelligendi. Ita ꝙ intellectus tantum ſignificat hæc oratio. anima potens intelligere ſiue producere actum intelligendi: quod idē eſt. Voluntas ſignificat illam eandem eſſentiam, connotādo aliā opationē, quę eſt uelle, ut ſignificet

tantum quantum hæc oratio:anima potens uelle. Memoria ſignificat animam potentem memorari:& ſic de alijs. Sic ergo talia nomina exprimunt animam partialiter, non partialitate intrinſeca. Nam quodlibet horum nominum eam totam ſignificat,& pro tota ſupponit; ac totum denominat. Sed partialitate quaſi extrinſeca pro eo, ꝙ non omnia in quæ pōt connotat; ſed aliquid eorũ determinatè. Et propter hoc quandoq; dicitur,ꝙ intellectus & uoluntas,& huiuſmodi ſunt partes animæ: & dicuntur aliquando pluraliter potentię. Et anima inquantum poteſt in iſta:dicitur talis potentia. inquãtum poteſt in aliud: dicitur alia potentia. Et ideo dicit auctor de ſpiritu,& anima.c.viij.Tota animę eſſentia in ſuis potentiis conſiſtit, nec per partes diuiditur: cum ſit ſimplex,& indiuidua. Et ſi aliquando partes habere dicuntur ratione potius ſimilitudinis, quã ueritate compoſitionis intelligendum eſt: ſimplex ſubſtantia eſt anima. Sed una eademque ſubſtãtia ſecundum diuerſas potentias, ideſt ſecundũ ꝙ diuerſa poteſt,diuerſa ſortitur uocabula. Et hoc bene, & uerè dicit Sco.poſtquam recitauit opi. tenentem ꝙ intellectus nec re,nec ratione diſtinguitur ab anima:addit ex intentione. Intellectus tamen inquit, & uoluntas non ſignificant idem re, & ratione. Et licet nec rationes diuerſę:nec reſpectus diuerſi ſint neceſſarij ad hoc, ꝙ eadem eſſentia ſit principium diuerſarum operationum. Intellectus tamen poteſt conſiderare illa rem unam, quæ eſt principium ſecundum diuerſos reſpectus, & diuerſas rationes:& ſic ſibi plura nomina imponere. Quia poteſt intellectus conſiderans eſſentiam animæ ſub uno reſpectu ad talem actum,uel tale obiectum ſibi imponere nomen intellectus. Et conſiderans ſub alio reſpectu poteſt ſibi imponere nomen uoluntatis. Et ſic intellectus,& uoluntas non erunt nomina ſynonyma. ſed ſignificabunt diuerſa formaliter. Hæc Sco. Significant ergo nomina intellectus, & uoluntas diuerſa formaliter, quia diuerſos actus a quibus anima denominatur. Ex illo poteſt accipi quædam diſt.: huius nominis potentia, quæ communiter habet locũ in abſtractis. Nam uno modo accipitur pro tota deſcriptione exprimente, quid nominis potentia. Alio modo tantum pro illo,quod denomitatur ab illo nomine,uel conceptu. Quid nominis autem intellectus eſt illud. Intellectus eſt ſubſtantia animę potens intelligere, uoluntas eſt ſubſtantia animæ potens uelle. Vel ſi placet ponatur loco ly ſubſtantia animæ nomen forma. Primo modo intellectus accipitur; & ſupponit pro anima intelligente, & actu intelligendi ſcilicet ſimul denominato, & denomiminante. Similiter uoluntas ſimul accipitur pro anima denominata,& actu uolendi denominante. Secundo modo intellectus accipitur,hoc eſt ſupponit pro ſolo principio immediato actus intelligendi: quod ſe tenet ex parte animæ q̃ intelligit, & non pro actu intelligendi. Et uoluntas ſimiliter pro ſolo principio animæ, & non pro actu uolendi: licet utrunque connotat: ſiue formaliter ſignificat actum animæ illud intelligendi, iſtud uolendi. Cõcl.1. N ¶ His præmiſsis eſt cõcluſio prima ad illum articulum. Potẽtiæ,animæ intellectus,memoria, uoluntas,accipiendo primo modo diſtinguũtur inter ſe,& ab ipſa anima. Probatur. Omnia aggregata diſtinguuntur a ſuis partibus realiter ſicut totum a qualibet parte. Similiter una pars aggregati realiter diſtinguitur ab alia parte eiuſdem, quę aliquid continet: quod illa non continet: ſed intellectus eſt pars aggregati ex anima,& omnibus actibus eius quod importatur per animam: accipiendo cõnotatiuè conformiter pro ſubſtantia animæ,& omnibus actibus, in quos poteſt:& ſimiliter uoluntas: ergo diſtinguitur ab anima. Si uero anima accipitur abſolutè: tunc probatur concluſio quo ad primam partem. Quia omne aggregatum ex ſubſtantia,& accidente diſtinguitur a ſubſtantia tantum: talia ſunt intellectus, & uoluntas; ergo diſtinguuntur



ſtinguuntur ab anima, quæ eſt tantum ſubſtantia. Similiter intellectus includit actum intelligendi,quem non includit uoluntas. Et uoluntas actum uolendi, quem non includit intellectus: ergo diſtinguuntur inter ſe. Satis clara eſt hęc concluſio.

Cõcl.2. ¶ Secunda concluſio. Potentiæ animæ intellectiuæ, ſcilicet intellectus,memoria, uoluntas,accipiendo ſecundo modo non diſtinguitur ab anima: neq; inter ſe,neq; re, neq; ratione Prima pars,ꝙ non diſtinguitur re: probatur auctoritate Augu.x.de trini.c.xj. dicentis. Hæc tria,memoria,intelligentia,uoluntas,qm̃ non ſunt tres uitæ, ſed una uita: nec tres mentes,ſed una mẽs: conſequenter utiq; nec tres ſubſtãtię sũt,ſed una ſubſtãtia. Memoria quippe, ꝙ uita,& mens,& ſubſtãtia dicĩ: ad ſe ipſam dicitur,ꝙ uero memoria dicitur: ad aliud dicitur. hoc de intelligentia quoque,& uoluntate dixerim. Et intelligentia quippe,& uoluntas ad aliud dicitur. Vita autem unaquęq; ad ſeipſam: & mens,& eſſentia. Quo circa tria hæc eo unum ſunt, quo una uita: una mens: una eſſentia. Et quicquid aliud ad ſeipſa ſingula dicatur: etiam ſimul ſingulariter non pluraliter dicũtur: eo uero tria quo ad ſe inuicem referũtur. Ecce apertè dicit memoriam, intelligentiam,uoluntatem, non eſſe tres ſubſtantias: ſed unam. Licet cum dicuntur reſpectiuè, ideſt exprimuntur uocabulis reſpectum importantibus dicantur tria. Item tribus uocabulis non ſynonymis exprimũtur. Item.xij.de trini.c.iij. Sicut una caro eſt duorum in maſculo, & fœmina: ſic intellectum noſtrum, actionem, uel conſilium,& executionem, & rationẽ, & appetitum rationalè. Vel ſi quo alio modo ſignificantius dici poſſunt: una mentis natura complectitur. Et quemadmodum de illis dictum eſt. Erunt duo in carne una. ſic de his dici poſſet: duo in mente una. Ecce clarè dicit, unam mentis naturam complecti omnes illos actus intellectus, & uoluntatis ſcilicet conſilium,& appetitum rationalem. Et continuò ſequitur. c.iiij. Cum igitur diſſerimus de natura mentis humanę, de una quadam re diſſerimus, nec eam in hæc duo,quæ commemoramus; niſi ſecũdum officia geminamus. Vnde clarè trahiĩ,ꝙ una eſt animæ natura, quę diuerſificatur ſecundum officia. Idem una: quæ in ſe indiuiſa: principiũ eſt plurium actuum ſpecie diſtinctorum. Et ita ratio, & appetitus inquantum dicunt præciſè id, quod tenet ſe ex parte animæ: non ſunt duæ partes mentis, uel duæ res: ſed una tantum, ſecundum diuerſa officia diſtinctè ſignificata. ¶ Ratione probatur ex duobus principiis, quæ frequenter Sco. in præſenti materia,& alibi commemorat. Primum ſcilicet,ꝙ ponenda eſt paucitas: ubi non occurrit plura ponendi neceſsitas. Secundum ponendum eſt,ꝙ naturam nobilitat: dum non occurrit impoſsibilitas. ¶ Ex primo non eſt aliqua neceſsitas animam ponere eſſe principium ſuorum actuum per aliquod ſuperadditum: ergo. Antecedens patet. Tum ex rationum neceſsitatem inducere conantium ſolutione. Tum etiam, quia nec diuerſitas actuum,nec diuerſitas modorũ principiandi arguit diuerſitatẽ principiorũ: ut ꝓbatur in.j.arti.& patebit in ſolutione argumentorum factorũ. ¶ Ex ſecundo principio. Nobilius eſt, quod ordinatũ ad finem immediatius attingit finem. Eſſentia animę ordinata ẽ ad finẽ, & ſi anima operatur per eſſentiã; immediatius attingit finem ſuum: quã ſi operetur per aliquod aliud accidens ſuperadditum. hoc operari per eſſentiã nobilitat eam. Confirmatur agere per eſſentiã perfectionis eſt, & nobilitatis: quia cõuenit deo.& non eſt impoſsibile animæ,quia etiam conuenit accidenti, & potẽtię,quę eſt accidẽs ſecũdũ alios: & per cõſequẽs imperfectior aĩa: ergo & aĩæ eſt poſsibile. Quod aũt conuenit accidenti patet: q̃a accidens immediate attingit effectũ alioquin in mediis eſſet proceſſus in infinitum. ¶ Item niſi: ſic anima non eſſet beata,niſi per accidẽs: quia non eſſet beata, niſi quia intellectus eius, aut uoluntas recipit in ſe actũ

beatificum. Sicut lignum dicitur per accidens album; quia ſuperficies in qua primo recipitur albedo eſt alba: poſito, ꝙ quãtitas ſit diſtincta a re quanta.

¶ Secunda pars, ꝙ nõ diſtinguitur ratione probatur: quia talis diſtinctio cauſatur per actum intellectus. ſed illæ potentiæ pręcedunt omnẽ actum intellectus.

O ¶ Ad motiua igitur alterius opinionis. Primò ad auctoritates beati Auguſt. utraſque dicitur, ꝙ accipit ibi memoriam intellectiuam, & uoluntatem ut includunt actus ſuos notitiam, & dilectionem. Et ideo indifferẽter nominat nomine actuũ, uel potentiarũ. Vnde in principio auctoritatis allegatæ ponit mentem, notitiam, & dilectionẽ. Vltima duo ſunt nomina actuũ: unde cum dicit Non anima, ſed quod excellit in ea mẽs uocatur. Nihil aliud uult: quã ꝙ mens nõ nominat animã abſolutè quantum ad eſſentiam; ſed quantum ad actus qui in eo excellẽtiores ſunt ſcilicet notitias, & dilectiones. Similiter in eo, ꝙ ſubditur: accipit memoriam, intellectũ, & uoluntatem prout includunt actus: quod clarè patet attendẽdo proceſſum ſuum: quia oſtendere uult differentiam trinitatis diuinę, a trinitate creatæ imaginis: per hoc, ꝙ pater non intelligit ꝑ filium, nec amat per ſpiritum ſanctum: ſed per propriam eſſentiam, quæ una, & indiſtincta eſt formaliter notitia, & amor. Nos autem alio actu amamus: alio actu intelligimus. Et ita non intelligimus niſi per intellectum: ut intellectus includit actum intelligendi. Et non amamus niſi per uoluntatem: hoc eſt actum uoluntatis. Non enim potentijs (ſiue diſtinguuntur ſiue non) formaliter intelligimus, aut amamus: ſed actibus eorum elicitis. Deus aũt ſua eſſentia formaliter intelligit, & amat: nec habet actum diſtinctũ ab eſſentia: & hoc uult beatus Augu. Sic aũt accipiendo intelligentiam, & uolũtatem diſtinguũtur: ut dicit prima cõcluſio. Et per idem patet reſponſio ad alias auctoritates beati Auguſti. Quod etiam additur, quod Auguſt. loquitur de eis, tanquam de diſtinctis, & nominat tria. Reſpondetur, ꝙ frequenter cum una res diſtinctis nominibus ſignificatur: loquimur de ea tã quã de pluribus. & maximè in ea diſputatione, qua inquiritur, an ſit idem, uel diſtinctũ de quo talia nomina prædicãtur. Sic dicimus hęc tria in deo: potentia, ſapientia, bonitas ſunt idem eſſentiæ. Sic dicimus duas portiones animę: ſuperiorem, & inferiorẽ, quę tamen ſecundũ illũ doctorẽ non diſtinguuntur: & ita in alijs innumeris ¶ Ad auctoritatem beati Anſel. reſpondet. Grego. ꝙ Beatus Anſelmus uidetur fuiſſe illius opinionis, ſimiliter de magiſtro: ſicut pleriq; alij ſolennes doctores. Sed quia Beatus Augu. uidetur fuiſſe contrariæ opinionis cum pluribus doctoribus ſcholaſticis, & nulla apparet ratio huius diſtinctionis: ideo magis ſtandum uidetur Augu. Poſſet tamen exponi ut pro uoluntate intelligitur ipſa anima, ut productiua uolitionis. Et ut ſic conſiderata eſt quaſi inſtrumẽtum ſuiipſius, ideſt animæ conſideratæ, ut abſolutæ. Vnde poſtea dicit, ꝙ uoluntas poteſt dici inſtrumentum ſeipſum mouens: & ita eſt inſtrumentum ſuiipſius. Et per hoc non dicetur tota anima: quia ratio uoluntatis non comprehendit omnes actiones, ad quas anima eſt in potentia: ſed ſolũ actus uolendi. ¶ Ad magiſtrum poſſet dici, ſicut ſtatim dictum eſt. Vel dicitur ꝙ magiſter illa allegata arguendo dicit non aſſerendo. Et ideo poſtea ſoluẽdo dicit, ꝙ hæc tria ideo dicuntur una ſubſtantia: quia in ipſa anima ſubſtantialiter exiſtunt: non ſicut accidentia in ſubiectis. Si ergo ſunt ſubſtantialiter in anima: & ita de animæ ſubſtantia: uel ergo ipſa anima, uel partes animæ. Non ſecundum: cum anima ſubſtãtialiter ſit indiuiſibilis, & incompoſita: ergo primum. ¶ Ad rationes: ad primã P dicitur, ꝙ maior eſt uniuerſaliter falſa. Non enim ſemper diſtinctę operationes requirunt diſtincta principia. Alioquin cum multæ intellectiones ſpecie differunt, oporteret ponere multos intellectus ſpecie diſtinctos. Vnde reſpe-



ctu eiuſdem obiecti habetur notitia intuitiua, & abſtractiua, appręhenſiua, & adhęſiua, quę ſpecie differunt: & tñ idẽ eſt intellectus illas eliciens. Quandoq; tamen ex diſtinctione effectuum arguitur diſtinctio principiorum: ut quando principium aliquod poteſt in unum effectum, & aliud non poteſt in talem effectum: & econuerſo, ut infra dicetur: tunc arguitur diſtinctio principiorum. Et ita ex numero motuum philoſophus arguit numerum ſeu diſtinctionem intelligentiarum. quia tenet, ꝙ intelligentia mouet ſecundum totum conatũ ita ꝙ non poteſt aliter mouere. Quod ſi uerum eſſet: ſequeretur neceſſariò tot eſſe intelligentias diſtinctas, quot motus. ¶ Ad philoſophum. ij. de anima. c. iiij. dicitur ꝙ malè allegetur philoſ. Non enim dicit, ꝙ potentię diſtinguũtur per actus: ſicut frequenter malè allegatur: & contra & præter mentẽ ſuã. Nam philoſo. in illo. c. intendit tradere ordinem dicendorũ, non diſtinctionem potẽtiarum. Vnde uult dicere, ꝙ prius dictum eſt de actibus, quàm potentijs: & prius de obiectis, quàm actibus, unde dicit. Priores potentijs actus, & operationes ſecundum rationem ſunt. Si autẽ ſic his adhuc priora oppoſita oportet conſiderare. Per oppoſita intelligit obiecta: ut ipſe poſtea declarat. Nihil ibi loquitur de diſtinctione, & identitate. ¶ Sed diceres, ſi ex diſtinctione actuũ non argueretur diſtinctio potentiarũ: non eſſet uia cognoſcendi, nec arguendi potentias aliquas eſſe diſtinctas. Reſpondetur ſicut ad pręcedentem rationem: ꝙ aliquãdo ex diſtinctione actuũ, poteſt argui diſtinctio potentiarum: quandoque non. Vnde uniuerſaliter, quando circa aliquod obiectum unum uel plura certo modo approximatum, uel approximata, omnibus extrinſecis, ſcilicet medio, & cęteris eodem modo ſe habentibus, poſſunt habere duo actus: & certa potentia uel principium poteſt habere unum actum, & non aliũ: tunc neceſſariò ſequitur, ꝙ potentiæ elicitiuę illorum actuum sũt diſtinctę. Sed ſi principium eliciens unum, poteſt elicere alium, omnibus alijs eodem modo ſe habentibus: nunquam arguitur diſtinctio principiorum ex diſtinctione actuum. Et hoc accipiẽdo potentiã uel principium ꝓ omni illo, quod requiritur ex parte principij agentis ad eliciendũ ꝑter extrinſeca. Exemplum. Si æquè pręſens ſit color, & ſonus, & mediũ benè diſpoſitũ & nullũ impedimentum extrinſecum: ſi tunc ſentiens aliquis põt uidere colorem: & nullo modo audire ſonũ: ut puta ſi fuerit ſurdus & non cęcus: arguitur ꝙ potẽtia uiſiua diſtinguitur ab auditiua. Hoc eſt cõcludit aliud requiri ad audiẽdũ, quod nõ requiritur ad uidendum pręter omnia extrinſeca. ſ. obiectũ medium, & cauſas ſuperiores. Et illud tenet ſe ex parte potẽtię, & in propoſito eſt organum. Vnde neceſſariò ſequitur, ꝙ potentia auditiua diſtinguitur a uiſiua, & illa includat organũ. Secus ſi non includeret organum; quia capiendo ut non includit organum: tũc ipſum organum habet ſe, ut extrinſecũ potentiæ. Et ideo quia organis cum cęteris eodem modo diſpoſitis, poteſt elici omnis actus natus haberi circa huiuſmodi obiectum, uel obiecta: ideo nõ arguitur diſtinctio, ſed identitas potentiarum uiſiuę, & auditiuæ excluſo organo. Et ideo circa quodcunque obiectũ potentia cognitiua põt habere actum: circa idem eodem modo approximatum poteſt habere actum potentia appetitiua: ideo cognitiua, & appetitiua non ſunt diſtinctæ. ¶ Si dicis: ex il- Q lo probatur diſtinctio potentiæ ſenſitiuæ, & intellectiuæ contra dicta primi articuli. Nam poteſt aliquis ſic diſponi: ꝙ circa ſenſibilia præſentia habere poteſt actus ſenſitiuos; & nullo modo intellectiuos: ut patet in furioſo: ergo diſtinguitur ſenſus ab intellectu. Reſpondetur negando conſequentiam. Quia organum eſt extrinſecum intellectui, qui non eſt uirtus organica. Et ideo organo eodem modo ſe habente: quo ſe habet in furioſo, non poſſunt elici duo actus: qa non

actus intellectus. Si tñ accipitur ſenſus, ut includit organū: bene arguit diſtinctio ſenſus ab intellectu. ¶ Si adhuc dicis. tunc uoluntas diſtinguitur ab intellectu: quia circa idem obiectum poteſt habere actum intellectus, & non uoluntas: quia intellectus poteſt cognoſcere malum; & uoluntas non poteſt uelle malum. Reſpondetur admiſſo, ꝙ uoluntas non poteſt uelle malum (gratia argumēti) tunc dicitur, ꝙ circa tale obiectum eodem modo præſentatum ſcilicet ſub ratione mali, non poſſunt haberi illi duo actus: ſcilicet cognitio mali, & uolitio mali. Secundus enim haberi non poteſt: tamen circa tale obiectum abſolutè poteſt haberi uolitio eius; quia poteſt pręſentari ut nõ malum: & ſic appeti poteſt. ¶ Vel poteſt dici: licet uoluntas circa tale obiectum ſic pręſentatum non poteſt habere actum uolendi, poteſt tamen habere actum nolendi, & hoc ſufficit in propoſito. ¶ Ad tertium. ſicut ſe habet eſſe ad eſſentiam, &c. reſpondetur, ꝙ conſequentia bona eſt, ſi ſicut dicit omnimodam ſimilitudinem: ſed antecedens eſt falſum: quia ſi operari dicit actum productum: tunc potentia, & operari diſtinguuntur in deo, & in creatura. non ſicut eſſe, & eſſentia. Si dicit principium productiuum: tunc minor poſtea aſſumpta ſcilicet in deo ſolo idem eſt eſſe, & operari: falſa eſt: quia etiam in creatura idem eſt: quia operans eſt ſuum eſſe. Si dicit utrumq; falſum eſt, ꝙ in deo idem eſt eſſe, & operari: quia eſſe dei eſt diuina eſſentia. Sed operari dicit principiū producens, & productum: & ita deum, & creaturam. Si dicit reſpectum ſiue rationis, ſiue realem ſecundum alios, nõ erit deus; & ſic non eſt idem in deo eſſe, & operari. ¶ Ad quartum negetur, ꝙ intelligere, & uelle ſint in fluxu: quia ſunt qualitates permanentes. Nec maior eſt uera: quia angelus mouetur, & motus ſecundum eos eſt accidens fluxibile, i. ſucceſsiuum: & tamen immediatè recipitur in angelo. ¶ Ad quintum dicitur, ꝙ argumentum nihil arguit. ſi aliquid argueret, hoc argueret, ꝙ eadem potentia actiua nõ poteſt eſſe principium diuerſarum operationum: niſi concurrētibus aliquibus diuerſis ex parte ſui paſsi uel obiecti. Et hoc quidem uerum eſt de agente, & receptiuo non libero: ſicut materia in recipiendo nõ eſt libera. Ex hoc non ſequitur, ꝙ unū non poſsit eſſe principium diuerſarum operationum. Etiam materia immediatè recipit formas tam ſubſtantiales, quā accidentales. Qualitatiuæ enim diſpoſitiones in materia magis requiruntur propter formam, ut poſsit in ſuas naturales actiones, quàm propter receptionem materiæ. Et quia non poteſt forma eſſe in materia niſi poſsit in ea habere ſuas operationes naturales: ideo requirit diſpoſitiones ad ſuam operationem requiſitas. Sicut forma ignis non poteſt calefacere ſine calore. Et quia calefacere cõuenit ſibi naturaliter: non poteſt eſſe naturaliter in materia ſine caliditate. Nec tamen ſequitur, ꝙ quodlibet ex quolibet poſſet generari: uerum quęlibet forma materialis ex qualibet materia poteſt educi mediatè, uel immediatè. Non autem forma ex forma: nec forma immaterialis ex materia: nec hoc probatur. ¶ Tertia concluſio. Potentię animæ rationalis intellectus, & uoluntas eædem realiter non diſtinguuntur ex natura rei, aut formaliter. Prima pars patet ex cõcluſione ſecunda. Secunda pars probatur: quia illa diſtinctio in creaturis non eſt ponenda: ut patuit in primo diſt. ij. Tum quia quæcunque in creaturis ſunt idem realiter, quicquid prædicatur de uno, etiam prędicatur de alio: ergo nõ diſtinguitur formaliter, ſiue ex natura rei. Tenet conſequentia, per quid nominis di. formalis: quæ nihil aliud dicit, niſi ꝙ de aliquo aliquid prædicatur, quod de eodem ſibi realiter negatur: ut latius ſupra patuit in primo diſt. ij. q. xj. ut gratia exempli. Eſſentia diuina, & pater, quę ſunt idem realiter, & tamē filius prędicatur de eſſentia, & negatur de patre. Antecedens probatur

Cõcl. 3.
R





per illud commune principium regulatiuū ſingularisſimorum expoſitoriorū in creaturis. Quęcunq; uni, & eidem ſunt eadem inter ſe ſunt eadem. Tum quia illa diſtinctio non eſt ponenda; niſi ubi una res ſingularisſima eſt eadem aliquibus inter ſe realiter diſtinctis. Hoc autem ſolū inuenitur in ſuperbenedicta trinitate non in creatura: alioquin ratio imaginis perfectæ inueniretur in creatura ſicut in deo: quod eſt contra beatū Aug. xv. de trini. c. vij. & contra omnes ſanctos, qui concorditer dicūt: ꝙ non inuenitur in creatura uera ſubſtātialitas aliquorū realiter diſtinctorū. Et ideo maior ē diſsimilitudo inter imaginem creatā, & increatā, quā ſimilitudo: ut etiam tangit magiſter diſ. iij. primi. Tū quia nulla omnino oratio cogit ponere illā diſtin. ut etiam doc. ille concedit, qui eam ponit. Auctoritates etiā, quæ adducuntur non ſunt canonis, aut eccleſię: neq; loquuntur de illa diſtin. formali: ſed magis de diſtinctione reali. Nec aliquis auctorum allegatorum ponit diſtinctionem formalem illo modo. Poſſent demq; faciliter exponi ad mentē etiā ponentium: ſaluata tamen omnimoda identitate potētiarū. Omnes enim auctoritates loquentes de fluxu emanatione, & ebullitione potentiarum ab anima: aut ꝙ ſint partes animę: referendę ſunt ad actus potentiarū: ut dictum eſt. Quoniam etſi poneretur diſtinctio formalis earū, adhuc non eſt uerū, ꝙ fluunt: aut ꝙ ſint partes &c. quia idē realiter nõ fluit: nec emanat a ſeipſo: nec eſt pars ſuijpſius. Ideo eſſentia diuina non generat: nec producit perſonas: quia eſt idē eis realiter: licet diſtinguatur formaliter. Et facilius poſſunt omnia ſaluari non ponendo eam, quā ponendo. ¶ Itē diſtinctio realis cū idētitate eſſentiali difficillima eſt ad intelligēdū. Multò autē difficilior eſt intelligēda diſtinctio formalis in idētitate reali: quia magis appropinquat prędicationi cõcretorū de eodē quæ uidetur repugnare intellectui: ergo ſicut illa realis diſtinctio in idētitate naturę ponēda nõ eſt: niſi ubi manifeſta auctoritas ſcripturæ: aut determinatio eccleſiæ cõpellit: aut ex talibus euidenter ſequitur. Ita nec ſecunda ſcilicet formalis, nulla autem auctoritas compellit eā ponere in creatura: igitur. ¶ Quantum ad tertiū articulū dubitatur primò contra cõcluſionē ſecundam. Si illa eſſet uera tunc homo intelligeret per uolūtatē & uellet per intellectū. conſequens eſt abſurdū. Probatur tamen cõſequentia: quia uolūtas tanta idētitate eſt eadē intellectui: quāta ſibi ipſi uoluntati: ergo ſicut uult homo per uoluntatē: ſic per intellectū, cū ſint omnino idē. ¶ Ad hoc reſpondet doct. ſubtilis ſecundū illam opinionem, quam etiā reputat probabilem: ꝙ hoc nomen intellectus, nõ eſt impoſitum ei, quod eſt principium ſecūdum ſe, ſed ut accipitur ſub illo reſpectu ad actum intelligendi: licet nõ concurrat ad rationes potētiæ, ut eſt elicitiua actus. Et ideo non ſequitur, ꝙ intellectus ſit uoluntas, & per cõſequens minus, quàm intellectus, uel homo intelligit per uoluntatē &c. ¶ Sed illa ſolutio nõ uidetur ſufficiens: quia quęro. Aut intellectus ſupponit pro ſola potentia, quę eſt animę ſubſtantia: aut pro ſubſtātia animę & illo reſpectu. Si primū: intellectus, & uolūtas ſupponunt pręciſè pro eiſdē Et licet unū ponere loco alterius, dū ſupponunt perſonaliter: ſicut omnes terminos conuertibiles licet non ſynonymos; quia a conuertibili ad conuertibile eſt bona conſequentia. Si primū: tunc intellectus diſtinguitur realiter, & eſſentialiter a uoluntate: eo ꝙ eſt alius reſpectus ad cognitionem: & alius ad uolitionem ſecundū ponentes reſpectus: & ſic nõ erit contra cõcluſionē ſecūdā inſtantia. Ideo aliter reſpondetur accipiēdo ſemper intellectū, & uoluntatem pro potentijs: præciſè ut non includūt actū in ſubſtracto (quia ſi acciperentur pro aggregato ex anima, & actu: nihil ad ſecūdā concluſionē) diſtinguitur de ly per: poſt Ockā. q. xxiiii. ſecūdi. Aut dicit circunſtantiā cauſę formalis, aut efficiētis. Si formalis: tunc dico, ꝙ homo

Arti. 3.
Dub. 1.
S

nec intelligit per intellectum, nec per uoluntatem: ſed per actum ſcilicet intellectionem, & uolitionem. Si uero dicit circumſtantiam cauſę efficientis: concedo, ꝙ homo intelligit per uoluntatem, hoc eſt per illud, quod eſt uolũtas. Intelligit enim per animã: quæ eſt intellectus, & uoluntas. Nec hoc concedere eſt abſurdum: ſed eſt concedere uerum: quia optimè ſequitur. Homo intelligit per intellectum, & omnis intellectus eſt uoluntas; ergo homo intelligit per uoluntatẽ, ſicut benè ſequitur. Homo uidet per oculũ, & omnis oculus eſt organũ uiſus; ergo homo uidet ꝑ organũ uiſus. Verũ ſi hoc ex uſu quorundam loquentium intelligeretur nota perſeitatis primi modi: non concederetur, ꝙ intellectus eſt uoluntas, quia illa non eſt per ſe primo modo: ſic nec illa. Homo intelligit per uolntatem. Hæc autem concluſio non eſt de rigore uerborum uera. Auctores autem frequenter loquuntur de intellectu, & uoluntate, ut includunt actus. Et quia opinantes oppoſitũ: nullã ponũt diſtinctionẽ inter portionẽ ſuperiorem, & inferiorem: & tamen aliqua concedunt de portione ſuperiore, quæ negant de inferiore, & econuerſo. Sicut ergo illi dicunt de his portionibus, ſic dicatur de
Dub. 2. T potentijs intellectu, & uoluntate. ¶ Secundò dubitatur de agente intellectu, & poſsibili an ſint idẽ, uel diſtincti. Reſpondetur breuiter poſt Ockam ubi ſupra omiſſo errore cõmentatoris, ꝙ intellectus agens, & poſsibilis eiuſdẽ hominis ſunt ſimpliciter idem: nec diſtinguuntur re, nec ratione. Sed ipſa anima dicitur intellectus agens, inquantũ nata eſt producere actum intelligendi. Et quia eadem nata eſt in ſe recipere actũ a ſe productum, dicitur intellectus poſſibilis. Quia ergo actus intelligendi eſt operatio immanẽs, i. manens in ſuo principio productiuo, idẽ eſt per omnia intellectus, qui intellectionem producit, & qui in ſe recipit productam quamuis termini non ſint ſynonymi: nec alia eſt actio intellectus, ut talis: niſi quia producit intellectionẽ: nihil enim agit circa phantaſmata ipſa depurando, irradiãdo, aut illuminando: ſicut aliqui loquũtur: quia omnia illa fruſtra, & ſine ratione cogente ponuntur. ¶ Dubitatur ter- Dub. 3. V
tiò, utrum poſſet demonſtrari, ꝙ anima intellectiua ſit forma corporis. Reſpondetur breuiter poſt Ockam. q. x. primi quodlib. ꝙ poteſt demonſtrari, ꝙ anima rationalis, qua homo ſpecиuocè diſtinguitur a brutis, eſt forma corporis humani per tale medium. Omne compoſitum differens ſpecie ab alio compoſito cõmunicante ſecum in materia, diſtinguitur per formam. Sed homo eſt compoſitum differens ſpecie ab alio ſcilicet aſino, cũ quo communicat in materia: igitur per formam. Conſequentia cũ minore patet. Maior probatur: quia aut differt ſe toto: aut per materiã, uel formam. Non prima duo: ergo tertiũ. Vltra differt ab aſino per formã: & nõ ſenſitiuã tantũ: cũ forma aſini ſit, etiã ſenſitiua: ergo per formam rationalem. ¶ Secundò dicitur, ꝙ illa forma ſit immaterialis, incorruptibilis, ac indiuiſibilis, non poteſt demonſtrari: nec per experientiam ſciri. Experimur enim ꝙ intelligimus, & uolumus, ac nolumus: ac ſimiles actus in nobis habemus: ſed ꝙ illa ſint a forma immateriali, & corruptibili non experimur. Et omnis ratio ad huius probationem aſſumpta aſſumit aliquod dubium. Quod autem talis anima intellectiua; & rationalis ſit forma eſſentialis corporis: fide credimus: & eccleſia determinat de ſum. trini. & fide ca. c. j. in cle. ¶ Dubium quartum. Vtrum anima intellectiua ſit tota in toto corpore: & tota in qualibet eius parte. Vide pro illa quæſtione Ockam. queſti. xij. primi quodlib. ¶ Præmittendum, Dub. 4. X
ꝙ cum anima ſit indiuiſibilis, & per conſequens nõ habens partes, ly totũ, ut attribuitur animæ non accipitur niſi mixtum: ualens tantum aliquid, & nihil ipſius, quin ipſum. Sic ergo accipitur, qñ determinat ly aia. Quo pręmiſſo dicitur ad dubiũ, ꝙ aia intellectiua eſt tota



in toto corpore humano; & tota in qualibet eius parte. Secundũ infert primũ: igitur probatur ſecũdũ; quia anima intellectiua eſt in qualibet parte humani corporis; & ubicunq; eſt: ibi eſt tota: quia indiuiſibilis: igitur. Conſequentia nota cum minore. Maior probatur: quia ſi in aliqua parte non eſſet, illa nõ poſſet eſſe pars hominis: & ita nec pars humani corporis. Replicat̃ anima infinities ſub qualibet parte diuiſibili. ¶ Si dicitur, ut & Ockã dubium mouet ubi ſupra, tunc anima ſimul moueretur, & quieſceret: puta ſi pes quieſceret, & manus moueretur. Reſpondetur ſi ly quieſceret priuat ſimpliciter omnem motũ; ita ꝙ illud dicitur quieſcere, quod nullibi mouetur: non ſimul quieſceret, & moueretur. In caſu autẽ non quiſceret: nec ſequitur. Quieſcit in pede: ergo quieſcit: quia arguit̃ uirtualiter ab inferiori negato ad ſupius: quia a parte in modo ad totũ negatiuè. Si aũt qeſceret priuat motũ reſpectu certi ubi: ut ualet tãtũ qeſcit. i. in certo loco nõ mouet̃: tunc in caſu ſimul quieſcit, & mouetur. Nec ſic opponũtur niſi reſpectu eiuſdẽ ubi. Sic etiam diſtinguendum eſt de uerbo diſtare: quia uel capitur priuatiuè: ut diſtare ab aliquo eſt non eſſe in loco, in quo eſt illud aliquid. & ſic anima in pede non diſtat a ſeipſa in manu. Alio modo capitur poſitiuè: & ſic diſtare dicuntur, quæ ſunt locis, inter quę eſt locus medius. Et ita poteſt idem diſtare a ſeipſo: quia idem poteſt eſſe in diſtinctis locis. Sic anima in pede diſtat ab anima in manu. ¶ Si quæris, an anima poſſet informare ſimul materias diſcõtinuas. Reſpondetur ſecundum Ockã ubi ſup. ꝙ ſic. & hoc per potentiam dei: nõ per potentiã naturæ ſaltem permanenter. ¶ Si quæritur, utrum ergo abſciſſo mẽbro anima regrediatur ad corpus. Si ſic: tunc migraret. Dicitur, ꝙ abſciſſo membro anima deſinit informare illud mẽbrum: nec migrat, aut regreditur ad corpus, nam actu eſt in corpore. Sicut in ſimili dicitur de corpore chriſti, quod incipit eſſe in ſacramento manens in cęlo: & deſinit eſſe in ſacramento corruptis ſpeciebus: & tñ non regreditur per media aeris &c. in cęlum, in quo ſemp manet. Hęc omnia in Ockã ubi ſup. uide ad idem Aug. in epiſtola Dub. 5. Y
xxviij. quæ eſt ad beatum Hiero. ¶ Vltimò dubitatur, utrum intellectus actiuè ſe habeat reſpectu actus intelligendi. Reſpõdetur breuiter, ꝙ ſic: & hoc propter auctoritates ſanctorum, & doctorum: licet illud euidenter probari non poſsit. Omnia enim ſaluari poſſunt dicendo, ꝙ intellectus habeat ſe purè paſſiuè reſpectu intellectionis: niſi cum intellectus ipſe intelligitur: tunc in ratione obiecti habet ſe actiuè. Et Ockam ſoluit rationes Ioãnis, quas facit. q. viij. diſt. ij. lib. primi. ad oppoſitum ſufficienter. q. xxv. ſecundi. Sed illa cum multis alijs, quæ in lib. de anima communiter tractari ſolẽt de actiuitate intellectus: uide latè. q. xxv. ſecundi. Ockam: quæ reſcindo propter breuitatem.

## DISTINCTIO. XVII.

IN diſtinctione. xvij. proſequitur magiſter productionẽ hominis quantum ad principia ipſius cõſtitutiua, corpus . ſ. animam: & hoc primò de uiro: ſecũdò de muliere uiri adiutorio diſt. xviij. ¶ Sententia huius diſtinctionis in his tribus concluſionibus ſummariè continetur. ¶ Prima. Deus hominis corpus de limo terræ uoluntate formauit: ac uitæ ſpiraculum inſpirans, animam. ſ. non de ſua, neq; materiæ ſubſtantia: ſed de nihilo in corpore creando infudit: & infundendo creauit. ¶ Secunda. Adam in uirili ętate extra paradiſum corporalem productus: in ipſo in orientali parte alta, & ſecreta, a principio amęniſsimè plãtata, dño eſt locatus. ¶ Tertia. Productis ligno uitę a ꝓprietate: ac ligno ſciẽtię boni, & mali: ſic ab euentu dictis in paradi

fo. Secundò ꝙ malum nõ erat: ut obe-
dientiæ, bonum monſtraretur: prohibi
tus eſt primus homo. Declaratio patet
in textu.

## QVAESTIO. I.

A QVAERITVR circa hanc
diſtinctionem. Vtrum ani-
ma rationalis ſit ex tradu-
ce, & educta de potẽtia ma
teriæ. In quæſtione erũt tres articuli.
Primus terminos declarabit. Secundus
ad quæſtionẽ reſpondebit. Tertius mo-
Arti. I. uebit dubia. ¶ Quãtũ ad primũ notãdũ,
Not. I. ꝙ animam eſſe ex traduce dupliciter
poteſt intelligi. Vno modo eſt animã
eſſe diuiſam ab anima, ſeu forma gene
rantis: aut animam ſecundũ aliquã ſui
partem in ea realiter manentem, fuiſſe
in principio ſuo productiuo. Illo modo
corpus animalis per ſeminis transfuſio
nem propagatum, cuius ſeminis mate-
ria manet in corpore ꝓpagato: dicitur
eſſe ex traduce: ſimiliter & totũ cõpoſi
tum propter eius partem, quæ eſt cor-
pus. Secundò modo aliquid eſſe ex tra
duce eſt aliquid educi de potentia mate
riæ cõcurrente aliqua uirtute naturali
effectiuè deciſa a principio generante.
Illo modo anima bruti ſenſitiua eſt ex
traduce: quia educitur de potentia ma-
teriæ uirtute ſeminis a principio gene-
rãte deciſi: actiuè ad productionem ani
mæ brutalis concurrente. Primo autem
modo nulla forma ſubſtantialis eſt ex
traduce: quia nihil ſubſtantialis formę,
quæ generatur: aliquid præfuit in gene
rante: quia nihil alterius rationis a for
ma genita; cum forma ſit ſubſtantia ſim
plex non cõpoſita ex partibus diuerſa-
rum rationum: nec aliquid eiuſdem ra-
tionis cum forma genita: quia uel tota
forma præfuit in generante, uel pars.
Non tota: quia tunc non generaretur;
cum non acciperet eſſe de nouo: quia
præfuit in generante. Nec pars quia
tunc illa pars nõ generaretur; quia prę-
fuit. Nec reliqua pars de nouo ad genẽ
ta: quia illius partis nihil præfuit in ge-
nerãte; & ita illa pars non eſſet ex trã-
duce: & ita nec totum. ¶ Secundò ſup Not. 2.
ponitur ex dictis in q. j. huius ſecundi,
quid ſit educi de potẽtia materiæ. ¶ Ter Not. 3.
tiò notandũ, ꝙ de materia huius quæ- B
ſtionis plures fuere opiniones. Vna Opin. 1
fuit, quam etiam magiſter tangit in li-
tera: ꝙ anima eſt de ſubſtãtia dei. Alex.
parte ij. q. lx. unde arguunt. Formauit
deus hominem de limo terræ: & inſpi-
rauit in faciem eius ſpiraculũ uitę. hoc
ſpiraculum fuit anima: ergo inſpirauit
animam: ergo anima eſt ſpiritus, uel fla-
tus dei: ſed ſpiritus dei non eſt niſi de
deo. Item Ioan. xx: Inſufflauit in eos
dicens. Accipite ſpiritumſanctum &c.
Nihil autem aliud eſt ſpiritus, quẽ in-
ſufflauit niſi ſpiritus procedens de ſub-
ſtantia patris, & filij. Ideo dicit ibi glo.
Augu. ꝙ in hoc oſtendit ex ſe procede
re ſpiritumſanctum. Ergo pari ratione
flatus ille, quem ſpirauit in faciem ho-
minis, fuit de ſubſtantia dei. ¶ Itẽ Ec-
cleſiaſt. ulti. Donec reuertatur puluis
in terram ſuam, unde erat: & ſpiritus
redeat ad deum, qui dedit illum. Ergo
ſicut homo quantum ad carnem eſt de
terra; ita quantum ad ſpiritum redit ad
dei ſubſtantiam, qui dedit illum.
¶ Item Actuum. xvij. Genus enim dei
ſumus. Sed quæ ſunt eiuſdem generis:
ſunt eiuſdem naturæ. ¶ Addunt etiam
rationes parum ualentes, & nihil con-
cludentes. Sed opinio hęc erronea eſt Opinio
hæretica, & fatua. Nam eſt contra erronea
ſcripturæ ueritatem: eſt etiam contra de ani-
rationem. ¶ Contra ueritatem ſcri- ma.
pturæ: dicitur enim Gen. j. Faciamus
hominem ad imaginem &c. Hoc di-
ctum eſt de homine ſecundum animam.
Factio autem in deo locum non habet:
ſicut nec mutatio. Ego ſum dominus,
& non mutor. Malach. iij. ¶ Contra
rationem: nam in deo non eſt com-
poſitio; nec eſt componibilis: cum ſit
ſummè ſimplex. Sed ſi anima eſt ex
dei ſubſtantia; erit pars hominis: & ita
componibilis. ¶ Item cum dei ſub-
ſtantia ſit indiuiſibilis: tota dei ſub-
ſtantia erit anima, uel pars eius: &





ita anima erit deus, uel componitur ex
deo. ¶ Item uel ſubſtantia dei eſſet ma
teria animæ: uel forma. Non materia:
quia illa eſt imperfectior altera parte
conſtituente ſimiliter & toto. Nec for
ma: quia tũc eſſet deus; quia forma ſuã
denominationem communicat toti.
¶ Si dicitur, ꝙ habeat aliam formam ſu
per inductam: hoc non ualet. Tum
quia nihilominus ipſa denominaretur
deus a ſubſtantia dei: ſic ſecundum po-
nentes multas formas in compoſito: ni
hilominus quælibet dat compoſito ſuã
denominationem. Tum quia tunc ſub-
ſtantia diuina eſſet ſubiectum formæ ſu
perinductæ, & ita imperfectior ea. ¶ Itẽ
ſic cõtingeret diuinam ſubſtantiam de
prauari, damnari: & alia multa impoſ-
ſibilia, & abſurdiſsima ſequuntur ad illũ
Opi. 2. errorem. ¶ Alia fuit opinio non mi-
C nus impia Manicheorum ſtultè errãtiũ:
dicentium in homine eſſe duas animas:
ſicut recitat beatus Augu. in libro. de
duabus animabus. Quarum una inclinat
ad bona: & hęc eſt de ſubſtãtia dei. Alia
inclinat ad mala: & hæc nũquam poteſt
facere bona: ſicut prima non poteſt fa-
cere mala. Sed hæc hęreſis quoad primã
partem reprobata eſt. Quoad ſecundã
partẽ eius falſitas patet, quia anima ma
la uel eſt a deo bono: & hoc cõtra eos.
& patet falſum: quia uidit deus cuncta,
quæ fecerat, & erant ualde bona. Nec
a deo malo: quia impoſsibile eſt eſſe plu
D res deos: ut patet lib. j. diſt. ij. ¶ Illis er-
go erroribus reprobatis: ad rationes il
larum opinionum reſpondendum eſt.
Ad primam dicendum, ꝙ inſpirare, uel
inſufflare ſecundum aliam tranſlatio-
nem in prędicta auctoritate idem eſt,
ꝙ ſpiritum facere: & eum corpori uni
re. Dixit, & facta ſunt. Dixit uolun-
tate practica, quia dicere dei, facere
eſt: Vnde ſicut deus res produxit di-
cendo. Fiat &c. non fuit uox mate-
rialis: ita nec flatus aliquis corpora-
lis. Nec ualet ſimilitudo adducta de
Ioan. c. xx. quia flatus ille proce-
dens de Chriſti humanitate, non fuit
ſpiritusſanctus: ſicut nec columba ap-
parens ſuper Chriſtum baptizatum.
Nec ignis ſedens ſuper ſingulos apo-
ſtolorum. Sed ſigna fuerunt creata ui-
ſibilia, repręſentantes inuiſibilem ſpi-
ritusſancti ab utroq; proceſsionẽ: ſimul
& temporalem miſsionem. ¶ Ad illud
de eccleſiaſte dicitur, ꝙ ibi non poni-
tur nota ſimilitudinis: ſed eſt una co-
pulatiua ſignificans reſolutionem cor-
porum in terrã. Vnde ſumptum eſt, tan
quam a principio materiali. Et reditum
ſpiritus ad deum, tanquã ad effectiuum
principium per unionem glorię, in quo
erat uirtualiter: ſicut effectus in cauſa
ante ſui productionem. Ideo cautè in
auctoritate allegata dicitur de carne.
Reuertatur puluis in terram: unde erat
ſcilicet facta. Non autem dicitur de ſpi
ritu redeat in: ſed ad deum: nec dicitur
unde erat: ne intelligatur eſſe de ſubſtã
tia dei: ſicut caro de ſubſtãtia terrę: ſed
ad deum, qui dedit illum tanquam cauſa
producens effectum. ¶ Ad illud Actuũ.
xvij. Genus dei ſumus dicitur, ꝙ aliqua
dicuntur eſſe eiuſdem generis, prout ge
nus dicit conſanguinitatem: quia de-
ſcenderunt ab uno generationis princi
pio: ſic nõ loquitur apoſtolus. Alio mo
do, quæ compręhenduntur ſub eodem
genere logicali maximè propinquo, &
ſic anima rationalis, & angelus dicun-
tur eſſe eiuſdem generis cum deo: quia
ſunt ſubſtantię ſpirituales, & intellectua
les: ſicut deus: & cõpræhenduntur ſub
hoc genere ſpiritus intellectualis: quo
modo nulla alia creatura eſt eiuſdẽ ge-
neris cum deo. Vel poſſet dici, ꝙ illud
dicitur eſſe genus dei, quod accedit ad
deum aliqua proprietate: analogicè ta-
men: & ita accedit natura intellectualis
creata ad deum, quadam maiori ſimilitu
dine, quam cæterę non intellectuales:
quãuis tamen adhuc natura intellectua
lis infinitè diſtet a deo ſecundum perfe
ctionem: etiam ſecundum modum in-
telligendi. ¶ Tertia opinio fuit: ꝙ ani- E
marum productio fiat mediante intelli
gentia: ut ſicut corpus cæleſtę facit
ad productionem corporis humani: ſic
etiam intelligentia concurrit actiuè

ad productionem animæ rationalis. Et
hoc uidetur ſenſiſſe auctor de cauſis.
Moucbãtur iſti ex eo: quia deus pro-
pter ſui unitatem ſummam non potuit
immediatè producere plura: ideo deus
immediatè primã intelligentiam pro-
duxit: & mediante illa ſecundam; & me
diante intelligentia animam &c. ¶ Sed
hæc opinio ſimpliciter eſt erronea: &
auctoritas auctoris de cauſis in ea parte
tanquam hęretica eſt reſpuenda. Nec
producere multos effectus opponitur
unitati creaturæ: cum omnis multipli-
F citas ad unitatẽ ſit reducenda. ¶ Quar
ta opinio fuit: ꝙ anima eſſet ex anima
ſicut caro ex carne: & ſicut ab una can
dela multæ accẽduntur candelæ: ſic ab
una anima per ſui multiplicationem, ſi-
ne ſui diminuitione, multa corpora ui-
uificantur. Et ita animam ponunt eſſe
ex traduce ab alia anima. Ad hoc alle-
gatur illud Exod. j. Omnes animę, quæ
egreſſæ ſunt de femore Iacob &c. ¶ Itẽ
in formatione Euæ dicitur, quod deus
inſpirauit ſpiraculum uitæ de Adam:
ſed & dicitur, Aedificauit igitur domi-
nus deus coſtam, quam tulerat de Adã
in mulierem: igitur mulierẽ quoad car-
nem, & animam formauit de Adam.
¶ Item originale peccatum a parenti-
bus deſcẽdit in filios. Peccatum autem
ſolum in anima eſt. Et ideo ſicut pec-
catum a parentibus deſcendit in filios:
ita anima geniti deſcendit ab anima
gignentis, a quo peccatum; quod non
eſt niſi in anima. Huius opinionis uide
tur fuiſſe Aug. nihil uerius dubitaſſe de
eius ueritate. Dicit enim, ꝙ non po-
tuit uenire ad ueritatem huius quęſtio-
G nis. ¶ Quinta opi. poſſet eſſe, ꝙ anima
licet non ſit ex traduce primo modo:
eſt tamen ex traduce ſecundo modo:
quia educitur de potentia materiæ cõ-
currente ui ſeminali effectiuè ad eius
productionem, eo modo, quo anima
bruti educitur de potẽtia materię. ¶ Et
arguitur pro illa opin. ſic. Inter om-
nes formas corpora perficientes, ani-
ma humana eſt perfectiſsima: ergo ope
ratio formę imperfectioris ab ea negan
da non eſt. Sed animæ brutales habẽt
uirtutem generatiuam ſibi ſimilis: er-
go & anima intellectiua. ¶ Item maior
eſt cõgruẽtia hominis ad hominem,
quàm bruti ad brutum. Et perfectior eſt
uis generatiua in homine, quàm in bru
to. Si ergo brutum producit brutum;
& quantum ad corpus miniſtrando ma-
teriam: & quantum ad formam educen
do ipſam de materię potẽtia, etiam ho-
mini hoc idem conuenit. ¶ Item ani-
ma rationalis educitur de potentia ma
terię, ſicut forma bruti: ergo. Antece-
dens probatur: quia producitur in ma-
teria: materia in ſuo genere concurren
te. Suſcipit .n. materia in ſe ſubiectiuè
animam rationalẽ. Et hoc eſt materiã
cõcurrere in ſuo genere cauſandi, quod
genus cauſaudi materię eſt eſſe ſubiectũ
formæ. ¶ Si dicis, ꝙ nõ educitur de po
tentia materiæ: licet ſubiectetur in ma-
teria: quia producens: ſ. deus non re-
quirit materiam: poſſet enim animũ ra-
tionalẽ producere extra materiã, ſicut
cõſeruat extra materiam. Contra: tũc
eadem ratione forma bruti nõ educere
tur de potentia materiæ: quia nec deus
producens bruti formã requirit neceſ-
ſariò materiam. Poteſt enim omnem
formam, & producere, & cõſeruare ex-
tra materiam. ¶ Si dicis ad productionẽ
formę bruti cõcurrit agens naturale .ſ.
uirtus ſeminalis. Contra illa etiam re-
quirit, ſeu cõcurrit in productione ani-
mæ rationalis: quia ſicut ſine ſeminis
deciſione non producitur brutum per-
fectum: ita nec homo ſine ſemine hu-
mano. Et omnis ratio probans, uel per-
ſuadens uirtutem ſeminalem concurre
re ad productionem animę bruti, eun-
dem locum habet in homine. ¶ Et ſi di
cis: corporale non poteſt producere ſpi
rituale, neq; corruptibile incorrupti-
bile. Anima autem rationalis eſt imma
terialis, & incorruptibilis. ſecus de ani-
ma bruti: & uirtus ſeminalis eſt agens
materiale, & corruptibile. Ergo nõ cõ-
currit actiuè ad productionem non cor
poralis. ¶ Contra obiectum materiale
concurrit actiuè ad productionem no-



titię intellectiuæ intuitiuę, quæ eſt im-
materialis: & eſſet perpetua: ſi obie-
ctum ſemper eſſet præſens a quo depen
det: non tantum in fieri: ſed in eſſe, &
conſeruari. ¶ Sexta opinio & catholi-
ca eſt, ꝙ anima immmediatè a deo crea
tur: & non educitur de potentia mate-
riæ: de qua uidebitur in cõcluſionibus.
Arti. 2. ¶ Quantum ad ſecundum articulum eſt
Cõcl. 1. prima concluſio. Anima rationalis nõ
H eſt producta de ſubſtantia dei ſecundum
errorem primarum duarũ opinionum.
Patet illa concluſio ex reprobatione
Cõcl. 2. earundem. ¶ Secunda concluſio. Ani
ma rationalis non eſt effectiuè ab intel
ligentia. Probatur: quia anima aut crea
tur: aut educitur de potentia materiæ:
Si primum: tunc producitur a ſolo deo.
nam ad effectum creationis creatura ef
fectiuè non concurrit. Si educitur de
potentia materię: ſufficit potentia na-
turalis cum prima cauſa: ideo pręter il-
las non debet poni intelligentia: cum
pluralitas ſit uitanda; & nihil ponendũ
ſit ſine cauſa: nulla autem cauſa aſsigna
ri poteſt ſufficiens conuincens intelli-
gentiam concurrere ad productionem
Cõcl. 3. animę rationalis. ¶ Tertia concluſio.
Anima intellectiua non eſt ex traduce
ſecundũ imaginationẽ quartæ opinio-
nis. Probatur per illud Eſa. xxvij. Om
nem flatũ ego feci. Loquitur de flatu
ſpirituali, qui eſt anima rationalis. Si-
cut ergo ſolus deus inſufflauit ſpiraculũ
uitæ in faciem Adæ: ita creat animam
cuiuſlibet hominis. Hinc dicitur in pſal.
xxxij. Qui finxit ſingillatim corda eo
rum. Item Zach. Qui plaſmauit animã
hominis in eum. Itẽ Eſa. Qui finxit, &
fecit te in utero. Itẽ Gen. ij. dixit Adã.
Hoc nunc os ex oſsibus meis, & caro de
carne mea. Non dicit anima ex anima
mea. Vnde datur intelligi, ꝙ animę ra-
tionales nõ ſunt de anima primi homi-
nis: ſed caro de carne. Itẽ beatus Aug.
in lib. noui teſta. Inhoneſtũ, puto, ſi dicã
tur aię corporis generari, ut anima na-
ſcat̃ ex anima. Itẽ in lib. de eccle. dog-
ma. Animę nõ cũ corporibus ſeminan-
tur. Hugo uenerabilis lib. j. de ſacra.
parte. vij. c. xxx. Fides catholica magis
eligit credendum animas quotidie cor-
poribus uiuificandis ſociandas de ni-
hilo fieri: quàm ſecundum corporis na-
turam, & humanę carnis proprietatem
de traduce propagari. Adducit ad idem
plures perſuaſiones: licet non reputat
eas demonſtratiuas: ſufficiat tamen ra-
tio ſupra in notabili poſita probans for
mam ex forma non fieri. ¶ Quarta Cõcl. 4.
concluſio. Ad animæ rationalis produ-
ctionem non currit actiuè uirtus aliqua
naturalis: puta uis paterni, ac deciſi ſe
minis. Probatur: quia anima rationa-
lis ſecundum ſuam naturam eſt incorru
ptibilis: ergo non producitur ab ali-
quo corruptibili. Tenet conſequentia:
quia incorruptibile, & perpetuum non
dependet a corruptibili neq; in fieri,
neq; in eſſe. Secundum patet. Primum
ꝙ non in fieri. Probatur: quia nõ poteſt
cauſa corruptibilis dare eſſe incorrupti
bili: quod ſibi ipſi præſtare non poteſt.
Eſt autem cauſa præſtantior cauſato ma
ximè effectiua: ideo non poteſt dare eſ-
ſe incorruptibile: quod eſt perfectius
ſuo eſſe. Ratio hæc perſuaderi poteſt: nõ
autem demonſtrat. Cui accedit decen-
tia quędam ſecundum ſanctum Bona-
uen. ex animarum dignitate: quia cum
anima ſit imago dei, & nata immediatè
fieri in deũ, & in ipſo beatificari per cla
ram eius uiſionem, ac fruitionem dili-
gendo ipſum ex tota anima: totũ ſuũ eſ
ſe immediatè ab ipſo debuit habere: ut
ſic ipſum ex toto corde tenetur dilige
re. ¶ Ac per hoc ad rationes quintę opi I
nionis, contra quam hęc concluſio eſt
poſita. Ad primam dicitur negando cõ
ſequentiam; quia nõ oportet omnẽ ope
rationẽ naturę imperfectioris cõuenire
naturę perfectiori. Nã angelus ꝑfectior
eſt quocũq; uiuente corporali, & tñ ei
nõ cõuenit operatio uegetatiua, aut ſẽ
ſitiua, neq; nutrit̃, nec generat ſibi ſimi
le, nec ſẽtit. Nec hoc arguit imꝑfectio
nẽ in angelo, & hoĩe: ſed magis ꝑfectio
nẽ: q̃ ꝓpter ſuã ꝑfectionẽ nõ poſsũt ꝓ-
duci a creatura: ſed a ſolo deo: nec indi
gẽt ĩ ſuis oꝑationibꝰ organo corporali.

¶ Ad ſecundum dicitur ſimiliter cōcedēdo, ꝙ maior ſit congruentia: ideſt cōuenientia ſeu ſimilitudo: quia perfectior hominis ad hominem, pro quāto homo perfectior eſt bruto. Poteſt etiā concedi ꝙ perfectior ſit uis generatiua in homine. Et negetur cōſequētia: quia uis generatiua quantū ad eductionem formę in homine præuenitur a deo: qui in eo inſtanti quo uis generatiua (ſi ſuę relinqueretur naturæ) educeret formā ſenſitiuam nobiliorem quacūq; alia ſenſitiua: creat nobiliorem animam. ſ. intellectiuā. Nec propter hoc uis generatiua fruſtra eſt in homine, ſiue in humano ſemine: quia organizat materiam. & diſponit eā pro receptione animę intellectiuæ quantum ad operationes uegetatiuas, & ſenſitiuas. Et hoc tenendo, ꝙ non ſit niſi una anima in homine. Si uero teneatur, ꝙ præter animam intellectiuam, ſit etiam in homine anima ſenſitiua: illa educitur per uirtutem generatiuam hominis de potentia materię: non autem intellectiua. Vel poteſt dici, ꝙ in homine nō eſt uis generatiua ſibi ſimilis hominis, ſeu formę humanæ: ſed duntaxat uis organizandi corpus: nec hoc arguit imperfectionē in homine, ſed magis perfectionem. Perfectionis enim eſt, ꝙ tanta eſt nobilitas animæ humanæ: ꝙ reſpectu eius nulla creatura habet actiuitatem, ſed a ſolo deo poteſt produci. Et hæc reſponſio uidetur uerior; quia eſto, ꝙ homo ſibi derelicti ſecundū priorē reſponſionē produceret formā ſenſitiuā in materia prȩiacente: per hoc nō produceret hominē. Id enim cōpoſitū nō eſſet homo: quia nō eſſet animal rationale, ſeu intellectiuū. ¶ Ad tertiā, quæ nitit̄ probare, ꝙ anima intellectiua educatur de potētia materię. Dicitur ſicut reſpōſum eſt in replica, ꝙ anima bruti educit̄ de potentia materię: nō ratione dei principaliter agētis ille. n. nō requirit materiā: ſed ratione agentis naturalis actiuè cū deo cōcurrentis, ſ. uirtutis generatiuæ, quæ requirit materiā. ¶ Et cum cōtra hanc ſolutionem obijcitur. In homine etiam cōcurrit uis generatiua actiua reſpectu animę rationalis. Negetur. Et cū arguitur cū omnis ratio, quæ perſuadet illā concurrere in bruto: etiā habet locum in homine. Nam ad præſentiā uirtutis ſeminalis in matrice cęteris paribus: producitur anima humana: & ſine ea nūquam producitur omnibus alijs exiſtentibus, ergo eſt eius cauſa. Tenet cōſequētia ex cōmuni medio probandi aliquid eſſe cauſam alterius. Reſpondetur ut ſup. ꝙ nullum medium dari poteſt probādi efficaciter unā creaturam eſſe cauſam efficientem alterius: qa ſemper poſſet dici, ꝙ ſolus deus omnia producit: licet hoc uoluntariè agat ad præſentiā alicuius creaturę: ſicut in ſacramento altaris, ad pręſentiā calefacientis producitur caliditas in ſpecie ſacramentali: & tn̄ a ſolo deo: cū creatura non poſsit producere formam extra materiam. Verū eſt ſufficiēs perſuaſio: niſi auctoritas fidei, & ſcripturę doceat productum eſſe a ſolo Deo per creationē: & ſic eſt in propoſito. ¶ Ad replicā conceditur, ꝙ corruptibile nō producit incorruptibile, tanquam agens principale ſecundarium. Obiectum uero materiale producens ſui notitiam intuitiuam nō producit incorruptibile: nec produceret quid ſpirituale: niſi cōcurreret intellectus immaterialis principaliter agens. ¶ Quinta cōcluſio. Anima Cōcl. 5. intellectiua a ſolo deo creatur, ac crean K do materię pręparatæ infunditur. Illa concluſio patet: quia anima intellectiua producitur: cū non ſit a ſe: & nō de potentia materiæ: nec de aliquo: quia nec de ſubſtantia dei: nec ex traduce: ut deductū eſt, ergo producitur de nihilo: & per coſequens creatur. Et quia creatura a ſolo Deo creat̄: cū creatura creare nō poſsit: nō creatur extra materiā: quia tūc haberet aliquē actū intelligendi, uel uolēdi, priuſquā infunderetur: nō n. poteſt eſſe fruſtra: & tūc ante unitionem eius cum corpore poſſet mereri: quod apoſtolus de Iacob & Eſau loquens negat ad Rom. jx. c. Præſupponit enim eos ante natiuitatem nihil



egiſſe. ergo creatur in materia: & ita creando infunditur. Probatur etiam cōcluſio auctoritatibus ad concluſionē tertiā allegatis. Facit etiā illud Aug. de eccl. dog. c. xvij. & præſertim. c. xiij. Dicimus tantū corpus cōiugij copulā ſeminari. Creationem uero animæ ſolum creatorē noſſe. Et habetur diſt. ſeq. c. ulti. ubi etiā allegatur Hiero. anathematizans dicentes animā eſſe ex traduce: inducens auctoritatē prophetę. qui finxit ſingillatim corda eorum. Hoc ſatis innuit propheta Pſal. xxxij. ꝙ non ipſā animā de anima facit Deus; ſed ſin-
Arti. 3. gulatim ipſas de nihilo creat. ¶ Quātū
Dub. 1. ad tertium articulum dubitatur. Vtrum
L animę rationales omniū fuerunt ſimul productæ. Reſpondetur poſt ſanctū Bonauent. diſt. xviij. q. v. ꝙ de iſto dubio fuit eſtimatio. Vna philoſophorum. ſ. Platonis. Alia fuit hęreticorū. Tertia orthodoxorū. Plato poſuit, ꝙ animæ ſimul creatæ fuerūt in ſtellis, & poſt formatis corporibus ſibi idonei: ad hæc corpora uiuificāda deſcendūt per firmamentū, & alios orbes planetarum. Poſt corporū uero corruptionem, ad eaſdem ſtellas reuertūtur: ac ſuo loco, & tempore iterum deſcendunt. Et cū deſcendunt, obliuiſcuntur prius cognitorum. Et cum aſcendunt ſimiliter obliuiſcuntur eorum, quæ in corpore paſſę ſunt, uel geſſerunt. Hanc poſitionem approbare nititur Macrobius explanans ſententiam Scipionis. Tangit etiam hanc opinionem Boe. iij. de conſola. me. ix. Tu cauſis, inquit, animas paribus, uitaſq; minores. Prouehis, & leuibus ſublimes curribus aptans, Cęlum terramq; ſeris. Quas lege benigna ad te conuerſas reduci facis igne reuerti. Et me. vj. eiuſdem. Hic clauſit membris animos celſa, ſed potitos. Sed uere iſta poſitio inquit, Bonauent. plus eſt ſomnium, quàm dictum autenticum: quia talis creatio, & aſcenſus, & deſcenſus nullam omnino habere poteſt certitudinem: cum nemo hoc conuincere poſſit ratiocinando. Nemo etiam ſit, qui poſsit dicere ſe taliū recordari: & ita de illo nulla haberi poteſt experientia, a qua ſumitur principiū artis. ¶ Continet etiam manifeſtā abſurditatem; quia ſi eſſet talis animarum circulatio: anima non eſſet uera corporis perfectio: cum proprius actus in propria materia habet fieri. Etiam tunc nulla eſſet animæ beatitudo: cum de ratione beatitudinis ſit perpetuitas, & certitudo. lib. xiiij. de trini. Et ita non ſtat cum eo huiuſmodi circulatio. ¶ Secunda poſitio Manichęorum hęreticorum fuit, ꝙ animæ ſimul fuerunt createę in cælo cum angelis: utputa, quia ſunt eiuſdem naturæ: & poſtmodum ad ſuggeſtionem Dei tenebrarum peccauerunt. Et merito illius peccati in corpora ſunt detruſę tanquam in carceres, ut ibi purgentur: & cum purgatæ fuerint, ad cæleſtem patriam reuocentur. Iſta impijſsimorum hęreſis Manicheorum eſt contra fidem catholicam: cum ponit animas peccaſſe, priuſquam eſſent corporibus unitæ: contra illud Roma. ix. ſupra allegatum de Iacob, & Eſau. ¶ Eſt etiam contra Philoſophū cū ponit animas circum ire diuerſa corpora; cum propria forma requirat propriam materiam; & forma nec ſubſtantialis, nec accidentalis migrare poſsit de ſubiecto in ſubiectum: neq; anima eſſet in corpore tamquam perfectibili; ſed tanquam in carcere; & ita homo non eſſet ſimpliciter unum; nec homines cōſtituerent ueram ſpeciem. ¶ Eſt etiam contra ſenſibilem experientiam. Experimur enim animam quantumcunq; bonam nolle a corpore ſeparari; ſecundum illud apoſtoli. Nolumus expoliari; ſed ſuperueſtiri. Quod utiq; non eſſet, ſi non haberet naturalem inclinationem ad corpus tanquam ad perfectibile, ſed eſſet in eo tanquam in carcere. Itē nō nouimus ea, niſi quæ poſt natiuitatem didicimus. Et mirū eſſet, ꝙ omnino nihil de præcedentibus natiuitatē ſciremus. ¶ Quòd ſi dicis, ꝙ mole corporis obruta omniū obliuiſcitur: illud omnino uoluntariū eſt: & nulla ratione, nec auctoritate, ꝓbatū: nec ui

detur, ꝙ non ſucceſſu temporis ſaltem
M aliquorum rememoraretur. ¶ Eſt ergo tertia poſitio orthodoxorum uera; ꝙ animę non ſunt ſimul createę, ſed ſucceſſiuè in ſuis corporibus creantur, quod apud omnes doctores catholicos certũ habet; licet de anima Adę an fuerit ante corpus creatum legitur aliquando Auguſtinum dubitaſſe; quia aliquę rationes perſuadẽt de cęteris animabus; quæ non perſuadent efficaciter de anima Adę. Quarũ una hęc eſt: quia ſi animæ creatæ eſſent ante corpus: uel tunc haberent cognitionem, aut liberum arbitrium: aut non. Si non: tunc fruſtra eſſent etiam: cum nullum poſſet allegari impedimentum; cur non cognoſceret ante, ſicut poſt ſeparationem a corpore: cum tunc multa intuitiuè cognoſcat, quæ coniuncta non habet. Si ſic: ergo in eis fuiſſet meritum, uel demeritum ante corporis unionem; quod falſum eſt; quia per corporis cõtagionẽ contrahit peccatum originale; quod omnia alia peccata, & merita antecedit igitur non eſt ante corpus. Secunda eſt ignorantia: quam a principio natiuitatis contrahimus, ut nihil noſcimus; niſi quod ꝑ ſenſus addiſcimus. Illæ duę qualeſcunque cauſæ non habent locum in anima Adę, quæ nec originale habuit; nec ignorans in principio ſuæ creationis fuit. Eſt tamen idem dicendum de aĩa Adę ſicut de cęteris. Et ſi qui doctorum uidentur oppoſitũ dicere; aut ſcripturæ auctoritas ad oppoſitum ſonare: exponendæ ſunt, & excuſandæ, ut ꝙ loquuntur de ordine non temporis; ſed naturæ. Vel ꝙ loquuntur ſecũdum aliã opionionẽ. unde & illud Iob. c. xl. Behemoth, quem feci tecum: quaſi bos fęnũ comedet. Non eſt intelligendum, ꝙ anima Iob ſimul tempore creata ſit cũ behemoth: id eſt lucifero: ut tecum, dicat aſſociationem quantum ad ſimultatem durationis; ſed dicit conformitatem in participatione rationis; quaſi diceret, feci tecum: id eſt tibi ſimilem.
Neque propter hoc, ꝙ angeli, & cæli ſunt ſimul creati: animæ debuerũt ſimul creari: quia anima habet naturalem inclinationem ad corpus, tanquam perfectio ad proprium perfectibile; ideo non debuit creari ante corpus. Quod uero ſeparatur a corpore non eſt ſecundum naturam animæ: ſed ex peccato; ſicut dicit apoſtolus Roma. v. Per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit; & per peccatum mors. Nihil tale eſt uel in angelis, uel in cęlis. Neque ex hoc, ꝙ corpus eſt propter animam: ſequitur animam eſſe priorem corpore in exiſtentia actuali: ſed ſufficit, ꝙ ſit prior in intentione: ſicut materia eſt propter formam; & tamen forma non eſt prior materia.

## QVAESTIO II.

QVAERITVR circa ſecũdam cõcluſionẽ textualẽ. A
Vtrũ paradiſus ſit corporalis uoluptatis locus a deo a principio plantatus. In quęſtione erunt articuli tres. Primus terminos declarabit, & opiniones recitabit. Secundus ꝑ concluſiones reſpondebit. Tertius quædam dubia determinabit. ¶ Quantum Arti. 2. ad primũ notandum, ꝙ ſecundum Bea- Not, 1. tum Auguſtinum. viij. ſuper Gen. ad literam. & recitat magiſter in textu: & ſanctus Bonauentu. in dubiis literalibus præſentis diſtinctionis ad longum. De paradiſo tres fuerunt ſententiæ. Opiniones de paradiſo.
Vna eorum, qui tantum corporalem paradiſum eſſe uolunt: hoc eſt: qui nomine paradiſi intelligunt tantum locum quendam corporalem: alij ſpiritualem: tertii utrunque intelligunt: & locum corporalem, & amęnitatem ſpiritualem. Et ſecundum hoc uariè exponitur textus Gen. ii. loquens de paradiſo. Primi hiſtoriali literę intendẽtes, exponunt tantum de loco corporali amęno. Secundi attendentes, ꝙ beatificatio hominis eſt in paradiſo: quę conſiſtit in dei fruitione: non in corporali amęnitate: dixerunt hunc paradiſum, in quo poſitus eſt homo poſt ſui productionem non eſſe locum corporalem: ſed



ſpiritualem. Omnia quę de paradiſo in Gen. dicuntur metaphoricè eſſe dicta dicunt: hominemq; in ſua formatione poſitum eſſe in paradiſo: non per loci mutationem: ſed ſpiritualem diuinę cognitionis, ac fruitionis ſibi datorum amęnitatem. Adducunt ad illud, quod de latrone Lucæ. xxiij. dicitur hodie mecum eris in paradiſo. Et illud Ezechiæ. xxviij. de luciſero. In delicijs paradiſi Dei fuiſti. Tertij & literam amplexantes: & metaphoram non abijcientes: paradiſum ſpiritualem dicunt, ſtatum quietis, & amęnitatem deliciarum ſpiritualium. Hoc poteſt eſſe ſecundum duplicem ſtatum: ut dicit ſanctus Bonauẽ. in dubijs literalibus huius diſtinctionis ſcilicet eccleſiæ triumphantis, & eccleſiæ militantis. Paradiſus autem corporalis eſt locus deliciarũ, & amęnitatis: & hic quantum ad beatos eſt cęlum empyreum: quantum ad uiatores eſt locus amęnus in partibus orientis conſtitutus. De quo Damaſce. Diuinus paradiſus eſt Dei manibus in Eden plãtatus, gaudii & exultationis uniuerſæ promptuarium. De hoc corporali paradiſo dicit Iſid. libr. xiiij. etymol. cap. tertio. Paradiſus eſt locus in orientis partibus conſtitutus: cuius uocabulum ex græco in latinum uertitur hortus: porro hębraicè Eden dicitur: quod in noſtra lingua deliciæ interpretatur: quod utrumque iunctum facit hortum deliciarum. Eſt enim omni generè ligni, & pomiferarum arborum cõſitus, habens etiam lignum uitæ: non ibi frigus, non ęſtus: ſed perpetua aeris temperies: ex cuius medio fons prorumpens totum nemus irrigat. Diuiditurq; in quatuor naſcentia flumina, cuius loci poſt peccatũ hominis aditus interclusus, ſeptuſque eſt undique romphea flãmea, ideſt muro igneo accinctus: ita ut eius cum cęlo penè iungatur incendiũ. Cherubin quoq;, ideſt angelorum præſidium, arcendis ſpiritibus malis ſuper romphea flagrantia ordinatum eſt: ut homines flammę: angelos uero malos angeli boni ſubmoueant: ne cui carni, uel ſpiritui tranſgreſsionis aditus paradiſi pateat. Hæc Iſid. de hoc loco etiam Beda dicit, ꝙ pertingit uſque ad lunarem circulum: unde nec aquę diluuij illuc peruenerunt. Et magiſter hunc uult in orientali parte eſſe: longo interiacẽte ſpatio uel maris, uel terrę, quem incolunt homines. Vnde ꝙ dicitur plantatus a principio, antiqua tranſlatio habet ad orientem. ¶ Quantum ad ſecun- Arti. 2. dum articulum eſt concluſio prima. Pa- Cõlc. 1 radiſus locus eſt corporalis a principio B plantatus: in habitationem hominum tam pro ſtatu naturę integrę, quam lapſę congruus, atque aptus. Prima pars patet per textum Gen. ij. Plantauerat autẽ dominus deus paradiſum uoluptatis a principio. Qui textus etſi põt per allegoriam exponi de paradiſo ſpirituali ſtatu ſcilicet animę, ſiue triumphãtis, ac militãtis eccleſiæ, nõ tñ ideo neganda eſt ueritas hiſtorię. Vnde beatus Augu. xiii. de ciui. dei c. xxi. Quæ cõmodè dici poſſunt de intelligendo ſpiritualiter paradiſo nemine prohibente dicantur: dũ tamen & illius hiſtorię fideliſsima ueritatis rerũ geſtarum narratione commendata credantur. Ea enim, quæ de paradiſo dicuntur, per modum narrationis hiſtorię proponũtur. In omnibus aũt, q̃ ſic ſcriptura tradit, eſt ꝓ fundamẽto tenenda ueritas hiſtorię, & deſuper ſpirituales expoſitiones fabricandæ.
Secunda pars, ꝙ ſit locus habitationi hominum aptus pro ſtatu innocentiæ: patet ex textu: quia in eo locatus eſt Adam, & Eua ante lapſum. Etiam in ſtatu naturæ lapſæ: patet de Enoch in paradiſum tranſlato Gen. quinto. Et expreſsius Eccleſ. xliiij. Enoch placuit deo, & tranſlatus eſt in paradiſum. Similiter de Helia. iiii. Regum ii. Patet etiam ex allegatis Iſid. Damaſce. quia ibi eſt temperies aeris, abundantia aquarum & fructuum: ut patet ex auctoritate Iſid. ſupra allegata, & textu Gen. ¶ Secunda concluſio. Para- Cõcl. 2 diſus eſt regio temperata ad orien- C tem citra mediam regionem aeris collocata. Probatur, ꝙ ſit regio tempera-

ta,quia pro hominis habitatione a deo
plantata,nedum neceſsitati, ſed & uo-
luptati ſeruiens : unde hortus uolupta-
tis,& deliciarum dicitur : quod eſſe nō
poſſet,niſi ibi eſſet aeris optima tempe
ries.Quòd ſit ad orientem, patet ex an
tiqua trāslatione ſupra allegata. Quôd
ſit circa mediam regionem aeris : pro-
batur,quia media regio aeris,aut ſphę-
ra ignis non congruit habitationi ho-
minum propter nimiū calorem. Opor-
tet igitur cum ſit temperatiſsimus : ꝙ
ſit citra aeris mediam regionem.Quod
uero dicitur attingere globum lunæ,ſe
cundum Bedam,eſt ſermo metaphori-
cus. Non intelligēdo , ꝙ attingat glo
bum: id eſt ſphæram lunæ ſecundum ſi-
tum : ſed ſecundum quandam ſimilitu-
dinem:quia eſt locus temperatus , & a
tempeſtatibus quietus : ſicut cęlum ab
omni contrarietate remotum.¶ Sed di
ceres.Aquę diluuii non attigerunt pa-
radiſum ſecundum Auguſtinum:quæ ta
men tranſcenderunt omnium montiū
cacumina,quorum aliqua uidentur at-
tingere mediam regionem aeris. Re-
ſpondetur , ꝙ ubicunque ſit paradiſus :
aquę diluuij non attingerunt ipſum:qa
illæ aquæ non inundauerunt,niſi ad pu
niēdum peccatores:ſed in paradiſo nō
fuerunt peccatores tempore diluuij.Il-
la .n.inundatio non fuit naturalis:ſed
miraculoſa : ſicut & cōflagratio igniū
in fine mundi futura : & ideo non fuit
niſi in locis,ad quæ refugium eſſe pote
rat peccatoribus; qualis non fuerat pa-
radiſus:Nec audiendi ſunt aſtrologi di-
cere uolentes,ꝙ diluuiū fuerat per con
currentiam ſtellarum humidarum:ut re
fert Scotus.¶ Tertia concluſio.Certus
Cōcl. 3 paradiſi ſitus nobis occultus eſt,& igno
D tus,Patet quia nec experientia patet.
Nulli enim coſmographi: aut locorum
diluuij inquiſitores hunc locum inuene
runt,nec eius mētionem fecerunt,pro-
pter cauſas ab Iſid.expreſſas. Neq; ſcri-
ptura canonica ſitum eius certificat.
Quoniam licet dicitur plantatus in o-
riente,tamen oriens cęli non dicit cer
tam cęli plagā. cū quod reſpectu unius
partis terrę eſt oriens: reſpectu alterius
eſt occidens.Cenith nanque capitis di
uerſis:pręſertim a polis æqualiter di-
ſtantibus,diuerſa correſpōdēt orientia:
quia diuerſi orizontes.Vnde poſſet di-
ci,ꝙ in eo loco plantatus eſt,ubi maxi-
ma eſt temperies aeris . Sub qua autem
parte cęli hoc ſit,dubium eſt.Et opinio
nes ſunt philoſophorum,quibuſdam di-
centibus , ꝙ ſub æquinoctiali eſt locus
temperatiſsimus humanæ habitationi :
propter iugem dierum , & noctium æ-
qualitatem,& motus ſolis uelocitatem,
quibus temperatur ſolis æſtus. Alijs ecō
tra aſſerentibus ſub ęquinoctiali non
eſſe locum habitabilem, propter nimiū
ſolis ardorem: bis in anno per Cenith
capitis tranſeuntem. Nec uelocitas mo
tus aliquid facit: qa ſol nō uelocius mo
uetur reſpectu unius,quàm reſpectu al-
terius: & ideo etiam Philoſophus ſub
æquinoctiali ponit zonam torridam.
Eſt ergo incertum,iñ qua parte ſit para
diſus.Certum tamē eſt, ꝙ locus eſt cor
poralis talis,qualem ſcriptura ueritatis
deſcribit. Et tantum de illo articulo.
¶ Quantum ad tertium articulum du- Ar3t.i.
bitatur contra illud,quòd paradiſus eſt Dub. i.
locus deliciarum,& quietis. Nam ut ha E
betur Gen. ij. Poſitus eſt homo in para
diſum:ut operaretur, & cuſtodiret illū.
Sed ubi operatio ibi labor: & ubi cuſto
dia ibi timor.Non ergo erit promptua
rium gaudij , & exultationis uniuerſæ :
ut ait Damaſce. Reſpondetur ſecundū
Beatum Auguſt.ſuper Gen. ad literam.
& glo. ꝙ illud uerbum , ut operaretur ,
& cuſtodiret illū dupliciter poteſt expo
ni. Vno modo,ut operari , & cuſtodire
referatur ad Deum actiuè: & ly illum,
demonſtret hominem. Et ſic eſt ſenſus.
Deus poſuit hominem in paradiſum: ut
Deus operaretur illū, ſcilicet hominem
beneficijs ſuæ gratiæ perficiendo : &
cuſtodiret illum in paradiſo terreſtri ad
tempus,donec eſſet ad cęleſtem gloriā
transferendus.¶ Vel ( & redit in idem)
ſecundum glo. ut Deus operaretur illū
hominem , ipſum hominem iuſtificando , a quo homine ſi ceſſet diuina ope-
ratio:



ratio:continuo obtenebratur:ſicut aer
obtenebratur ceſſante lucis influentia.
& cuſtodiret illum ab omni corruptio-
ne,& malo . Alio modo exponitur , ut
referatur ad hominem : & pronomen il
lum,Demonſtret paradiſum: ſic intelli-
gendo,ꝙ homo operaretur ibi: nō ope
re laborioſo ; ſed delectabili ad expe-
rientiam , & exercitium ſuę uirtutis , &
cuſtodiret illum : non ab inuaſoribus :
ſed ſeruando iuſtitiam originalem : ne
Dub. 2. peccādo eiici mereretur:& ſic perderet
F illum.¶ Secundò dubitatur . Cur Adam
productus fuerat extra paradiſum : cum
tamen Eua producta ſit in paradiſo ; &
angelus in cęlo empyreo , in quo erat
manſurus:& animalia producunt in lo-
co ſuæ habitationis,ſcilicet piſces in a-
qua,greſsibilia in terra. ¶ Solutio. Lo-
cus paradiſi erat congrua habitatio ho-
minis,quātum ad incorruptionem pri-
mi ſtatus : incorruptio autem non erat
hominis ſecundum ſuam naturam : ſed
ex ſupernaturali dei dono, ut ergo do-
num illud incorruptionis , gratiæ dei
imputaretur:non naturę: deus hominē
extra paradiſum pduxit:& poſtea in pa-
radiſum poſuit:ut cognoſceret Dei be
neficium:cum cognoſceret ſe aliunde
adductum. Concordat magiſter in tex-
tu.Cęlum uero empyreum eſt locus na
turalis angelis:hoc eſt ſuæ naturæ con
gruus, habens quandam ſimilitudinem
cum angelis in ſubtilitate , & claritate:
terra etiam , & aqua ſunt loca congrua
animalibus ſecundum naturam eorum.
Non ſic paradiſus homini : quia homo
ſecundum naturam fuit corruptibilis:
ut puta ex elementis compoſitus : po-
tuit autem eſſe incorruptibilis ex gra-
tia:paradiſus autem locus eſt incorru-
Cur in ptionis. Quòd autem mulier in paradi-
paradi- ſo facta eſt:non eſt hoc factum propter
ſo mu- mulieris dignitatem: ſed propter digni
lier ſit tatem uiri ſui principii , ex quo fa-
facta. cta eſt , qui uir iam fuerat in paradiſo:
ſicut & filii fuiſſent in paradiſo nati,in
Dub. 3. quo iam parentes erant poſiti. ¶ Tertiò
G dubitatur.Videtur,ꝙ uel paradiſus , uel
locus habitationis extra paradiſum ſit
ſuperfluus: quia ſi homo ſtetiſſet, ſuper-
fluus fuiſſet locus terræ ſpatioſus ex-
tra paradiſum.Si fuit caſurus; cum ex-
tra ſit productus:uidetur,ꝙ fruſtra pro-
ductus eſt paradiſus.Reſpondetur,ꝙ qa
paradiſus fuit locus congruus homini
ſecundum naturam inſtitutam , & inte-
gram,& terra ſecundum naturam lap-
ſam:Deus , qui produxit hominem in
ſtatu naturæ integræ , præuiderat eum
lapſurum. Et ita ſecundum duos ſtatus
hominis futuros ; pro utroque locum
congruū produxit , paradiſum propter
hominem inſtitutum , terram propter
hominem lapſurum. Voluit etiam deus
hominem , quem præuiderat caſurum ,
ponere in paradiſum ante caſum:ut per
eius eiectionem de loco uoluptatis co-
gnoſceret ſenſibiliter, quanta bona ſpi
ritualia amiſiſſet per culpam , per quam
tanta corporalia puta paradiſum perdi-
derat per eandem. Cognoſceret etiam,
quanta eſſet differentia inter eum , qui
domino humiliter obedit: & eum , qui
ipſum ſuperbè contennit. Nec tamen ſi
homo ſtetiſſet:alia pars terræ ſuperflue-
ret,quia beſtiis ſeruientibus homini ha
bitaculum præberet,& hominis habita-
culum,quàm eſſet excellens ſua inferio
ritate oſtenderet : & ſua magnitudine
decoraret: ſic magna platea decorat pa
latium,& aula decorat cameram. Eſt. n.
palatium magis decorum , ſi fuerit latis
plateis circundatum . Tantum de quæ-
ſtione.

## DISTINCTIO XVIII.

IN diſtinctione deci-
maoctaua magiſter
agit de conſtitutio-
ne mulieris adiuto-
rio uiri, quantum ad
principia conſtituti-
ua ſicut præcedenti
diſtinctione fecerat,quantum ad uiri eſ
ſentialia. Et ſumatur ſententia huius di
ſtinctionis in his tribus cōcluſionibus.
¶ Prima concluſio . Ad commendatio-
nem unitatis principii de coſta Adę in

paradiſo dormientis ſine additione alicuius extrinſeci, a deo formatũ eſt corpus mulieris. ❡ Secunda concluſio. In natura non fuit ratio ſeminalis, per quam de coſta Adę corpus Euę fieret. Erat autem habitudo, ideſt potentia obedientialis, ut de ea a deo fieri poſſet. ❡ Tertia concluſio. Catholica Eccleſia rationales animas docet non ſimul nec ex traduce fieri: ſed corporibus ſeminatis, & formatis infundendo creari, & creando infundi. Declaratio patet ex textu.

## QVAESTIO VNICA.

A CIRCA hanc diſtinctionē quęritur. Vtrũ in coſta Adę fuerat ratio ſeminalis, per quã de ea productũ ſit corpus mulieris. Primò declarabuntur termini. Secundò reſpondebitur. Tertiò

Arti. 1. dubia mouebuntur. ❡ Circa primum no

Not. 1. tandum, ꝙ ut recitat Sco. hac diſtinctione: quidam imaginati ſunt rationem ſeminalem eſſe quendam actum in materia. Vnde in materia tria conſiderant ſcilicet materiæ eſſentiam, potentiam receptiuam, & actum, ideſt inchoationem formæ producendæ in materia. Ratio ſeminalis non poteſt eſſe materia: quia ſecundum Auguſt. x. ſuper Gen. ad literam. Leui fuit in lumbis Abraę: & ſimiliter Chriſtus fuit in Abraam ſecundum Apoſtolũ. Heb. vij. ſed diuerſimodè. Nam Leui fuit in Abraam ſecundum rationem ſeminalem. Vnde & Apoſtolus ibi eum dicit fuiſſe in lumbis Abraę: ſed Chriſtus non fuit in Abraam ſecũdum rationē ſeminalē: ſed tantum ſecundũ corpulentã ſubſtantiam. Vterq; tamen tam Leui quã Chriſtus fuit ſecundũ materiã, uel potētiam materię paſsiuã in Abraã, ideo nec materia, nec potētia eius paſsiua eſt rõ ſeminalis. ❡ Item ꝙ potētia receptiua, uel paſsiua materię nõ ſit ratio ſeminalis. Patet etiam Beatũ Augu. ix. ſuper Gen. & ponitur in litera. Multa Deus produxit in materia, uel de materia, ad q̃ non fuit rõ ſeminalis: nihil tñ fecit de materia, cuius materia nõ fuerit receptiua: ideo ratio ſeminalis non eſt potentia receptiua. Relinquitur ergo, ꝙ ſit actus. Ponitur autē actus ille eſſe aliquod formæ coęuum materiæ eiuſdem rationis cum forma generanda; & eſt principiũ intrinſecum generationis. Et licet ſit imperfecta forma, & præexiſtens formę inducendæ: tamen nata eſt coagere generanti extrinſeco: & per hoc eſt ratio ſeminalis. ❡ Per hunc ergo modum ſaluant, ꝙ generatio non eſt creatio, & ꝙ eſt naturalis transmutatio. Primum patet: quia ſic forma generanda nõ eſt de nihilo cum aliquid eius præſupponatur & ideo non creatur. Secũdum: quia cũ pręexiſtēs eſt aliquid formę generãdę, & principiũ eius intrinſecum: generatio non erit totaliter a principio extrinſeco: ſed partim ab intrinſeco: & ſic erit naturalis. ❡ Sed illa opinio ſtare nõ põt; B quia ſequeretur, ꝙ aut nihil nouũ producitur: aut omnia producta creantur. Vtrumq; illatũ falſum eſt, & cõtra eos. Probatur tamen cõſequentia: quia quæro de illa parte formæ præciſę, quę additur in generatione pręexiſtenti parti, quæ eſt ratio ſeminalis, ſiue formæ inchoatio aut præfuit in materia: aut nõ. Si primum: non producitur de nouo: ſicut ratio ſeminalis, & eius inchoatio: & ita erunt ſimul producta, & quodlibet erit in quolibet contra philoſo. j. phyſicorum. Si non præfuit: ergo fuit nihil: & per conſequens creatur: quia de nihilo ſui producitur. Nec propter ſaluare naturalitatem generationis oportet ponere, ꝙ ſit a principio intrinſeco: ſed ſufficit, ꝙ paſſum conferat uim, ideſt ad formam inducendam naturaliter inclinetur: ſiue illa mutatio fiat effectiuè a principio extrinſeco, ſiue intrinſeco. Nam ſuppoſito, ꝙ ſenſus, & intellectus habent ſe purè paſsiuè ad actum cognitionis: nihilominus cognitio eſſet naturalis; licet tunc eſſet omnino a principio extrinſeco. Vnde dicitur, ꝙ tales inchoationes formarum ponendę non ſunt: quia fruſtra ponerentur. Omnis



autem forma, quæ naturaliter generatur: ſimpliciter de nihilo ſui producitur: ita ꝙ nihil formę præfuit: nec tamen ideo creatur, ut ex ſupradictis diſtin. prima patet: quia creatio non ſolũ excludit omne, quod eſt aliquid formę producendę: ſed etiam materiam in ſuo genere cauſandi: nã quod creatur non educitur de potentia materię. ut ſupra habitum eſt. ❡ Eſt ergo ſecundò no

Not. 2. C tandũ, ꝙ differunt ſemen, & ratio ſeminalis. Nam ſemen eſt corpus imperfectum productum a generante non propter ſe: ſed tanquam uia aſcendendi ad ulteriores formas perfectas. ❡ Vbi aduertendũ, ꝙ agentium quędam producunt effectũ immediatè ſiue ſibi ſimilē, ſiue alterius rationis: ut in producente ęquiuoco: ut ignis ignē: ſol ranã. Alia producunt effectũ mediante propagatione: ut aſinus generans aſinum, non immediatè producit formam aſini: ſed de ſe producit effectum medium. ſ. ſemē mediante, quo producitur forma aſini. ❡ Vnde poteſt diſtingui duplex proceſſus in natura in his, quæ producunt ſibi ſimile mediatè, uel corrumpunt. Nam unus eſt aſcendendo de forma imperfecta ad perfectiorem. Sunt enim in tali productione multę formę mediæ ordinatę: ut per eas tanquã per uias inducatur forma intenta: ita ut nulla earũ nata ſit terminare actionem agentis: ſic ut in ea qeſcat tranſmutatio: ut eſt proceſſus a forma ſeminis ad formã ſanguinis ab illa forma ſanguinis ad formam aliam ſcilicet embrionis, uel alterius: & ſic conſequenter donec ueniatur ad formam uiuentem ſimilem agenti, quæ eſt ultima, & perfecta. Alius proceſſus, quo deſcenditur a pfectis ad imperfecta reſoluendo uiuens in cadauer: cadauer in feces, donec ueniat̃ ad elementa uel materiam primam. In primo igitur proceſſu illud, a quo incipit natura: & in quo non ſiſtit: ſed per illud tendit ad formam perfectam agenti ſimilem: dicitur ſemen. Eſt ergo ſemen non intentum a natura propter ſe: ſed propter aliud perfectius. Sed ratio ſeminalis eſt qualitas aliqua in ſemine diſponens induction formę perfectioris. ❡ Vtrũ autem illa uis ſeminalis concurrat actiuè ad generationem formæ ultimæ ac perfectę ſunt opiniones. Si teneretur, ꝙ accidens non poteſt producere ſubſtantiam, ut tenet Ioan. Dicendum eſſet, ꝙ non: ſed ſolum concurrit ad productionem qualitatis diſponentis materiam ad formę receptionem, qua materia diſpoſita forma ſubſtantialis uiuens immediatè a ſolo Deo producitur. ❡ Sed quia oppoſitum uidetur probabilius. nam eadem ratione, qua probatur comuni modo probandi, ꝙ ignis producit ignem, etiam probatur, ꝙ calor producit ignem. Ideo tenendo, ꝙ accidens concurrit actiuè ad productionem formæ ſubſtantialis tanquam cauſa partialis: conſequenter poteſt dici, ꝙ etiam uis ſeminalis actiuè concurrit ad ultimam formam ſubſtantialem. Nõ autem forma ſubſtantialis ſeminis: quia illa non eſt, cum inducitur forma ſubſtantialis uiuentis, nihil autem cauſat, quando non eſt. Oportet enim formã ſubſtãtialem ſeminis corrumpi, ut introducatur forma uitalis. ❡ An autem uis ſeminalis ſit qualitas prima, uel aliqua proprietas occulta diſpoſitiua pro introductione formæ uiuentis, & organizatione membrorum: ſicut in pipere eſt qualitas occulta calefactiua: relinquo ſtudioſius inquirenti. ❡ Quan- Arti. 2.

tum ad ſecundum articulum eſt conclu Cõlc. 1

ſio prima. Nec ſemen, nec ratio ſemi- D

nalis fuit in coſta Adæ reſpectu formãdi corporis Euæ. Patet concluſio per Beatum Auguſtinum, & magiſtrum in textu. Et probatur ratione: quia coſta Adæ immediatè conuerſa eſt a Deo in corpus mulieris miraculoſè ſine acquiſitione formarum mediarum. ergo non fuit ibi ſemen: neque fuit aliqua qualitas in coſta concurrens actiuè ad corruptionem coſtę, & formationem corporis mulieris: ergo nec ratio ſeminalis. Vtraque conſequētia tenet ex quid nominis ſeminis, & rationis ſeminalis. Añs patet: quia nihil tale mediũ inter-

uenîſſe commemorat ſcriptura: nec ra-
tio, aut experientia probat. ergo nō eſt
ponendum: nihil enim ponendum eſt
Cōcl.2. ſine ratione aut auctoritate. ¶ Secun-
da concluſio. Non ſolum in productio
ne uiuentis a uiuente ſemen ponitur:
ſed in omni actione, in qua format per
formas medias ad formā principaliter
intentam ordinatè proceditur. Illa con
cluſio probatur auctoritate beati Aug.
iij. de trini. c. viij. ubi dicit. Omnium
quippe rerum. quæ corporaliter uiſibi-
literq́; naſcuntur: occulta quædam ſe-
mina in iſtis corporeis mundi huius ele
mentis latent. Poſſunt etiam elemen-
ta ſic contemperari, ꝙ in eis cauſa-
tur quædā qualitas, uel forma, quæ erit
uia ad aliam perfectiorem. Et per hoc
poteſt beatus Augu. habere intentum
ſuum, quod in eodem capitulo nititur
oſtendere. ſ. quomodo magi Pharaonis
ecerunt ranas. Nā rationes ſeminales
taliū ſunt in elemētis contēperatis, quę
cōtēperātia nō eſt aliud, niſi quędā iux
ta poſitio elementi iuxta elementum
ſecundum qualitatem proportionatā.
Et quia angelus malus nouit illam qua-
litatem, & proportionem, & corpora
huiuſmodi obediunt ei, quantum ad mo
tum localem: igitur poteſt coniunge-
re elementa actiua paſsiuis ſecūdum de
bitum contemperamentum; & applica
re illa directè corporibus cęleſtibus ha-
bentibus influere ſuper huiuſmodi con
temperantiam: & ſic generare ranas.
Et ſic elemēta poſſunt dici ſemina mix
Cōcl.3. torum; & qualitates eius influxæ a cæ-
E lo dici poſsūt rationes ſeminales. ¶ Ter
tia concluſio. Vnum elementum nō eſt
ſemen alterius elementi ex ſe geniti.
Probatur: quia in actionibus, quibus
immediatè unum ex alio gignitur, non
requiritur medium aliquod: ſemen au-
tem eſt medium, & uia inter actiuū prin
cipale, & formam ultimò intentam per
fectiorem. In tranſmutationibus autē
elementorum, quibus unum generatur
ex alio; ut ex aqua aer, uel econuerſo:
nulla generatio mediat; quia uel elemē
ti, uel mixti. Non primum manifeſtum
eſt. Non ſecundum: quia medium eſt im
perfectius forma principaliter intenta.
Nullum autem mixtū eſt imperfectius
elemento: quia elementa ſunt imperfe
ctiſsima in genere ſubſtantię: ut uult cō
men. iij. cæli. Similiter ignis producen-
do ignem, non oportet; ꝙ primô pro-
ducat rationem ſeminalem, quæ ſibi
coagat, uel agenti uniuerſali: ſed imme
diatè producit ignem ex aqua, aut alio
corpore combuſtibili ſibi approximato.
¶ Ex illo ſequitur, ꝙ reſpectu elementi
generandi nō oportet ſemen poneret:
quia ſemen eſt imperfectius forma ge-
neranda: nihil autem imperfectius ele-
mento in ſubſtantijs, etiam ſemen agit
non agente: immo non exiſtente eo,
quod produxit ſemen: ſed ceſſante igne
ab actione ſua, ceſſat actio caloris ge-
neratiua ignis: ceſſante enim calefa-
ctione aquæ, aqua reducit ſe ad frigidi
tatem: & ſuo modo de alijs elementis.
Ideo non oportet ponere uirtutem ſe-
minalem mediam ad productionem ele
menti. ¶ Quarta concluſio. Semen aut Cōcl.4.
ratio ſeminalis non eſt coæua materię.
Probatur: quia ſemen deciſum a propa
gante non ſemper eſt in principio pro-
pagatiuo: quia ſemen generatur de ſu-
perfluo alimēti tertię digeſtionis. Neq;
eſt ſemper in elementis ratio ſemina-
lis: quia ſecundum pręmiſſa ratio ſe-
minalis inducitur, dum elementa fue-
rint contemperata a uirtute cælorum
influxiua. unde cum omnium corpora-
lium ſemina dicuntur eſſe in materia,
ſeu elemētis intelligendū eſt aptitudina
liter, non actualiter. ¶ Quantum ad ter Arti. 3.
tium articulum eſt dubium. Vtrum de Dub. 1.
coſta Adæ formatum ſit corpus mulie- F
ris ſine addito alterius materię. De iſto
dubio eſt opinio magiſtri: etiam Hugo.
lib. j. de ſacra. parte. vj. c. xxxvj. ꝙ cor-
pus mulieris factum eſt de coſta Adę ſi-
ne additione alterius materię: ut ſupra
patuit in ſecunda cōcluſione textuali.
Poſsibilitas probatur: quia deus de ni-
hilo produxit materiam: multo magis
potuit de modica materia facere ma-
gnam: non per additionem materiæ
aliunde



aliunde ſumptę: ſicut in ſegetibus & in
productione corporis animalis ex ſemi
ne, quod nutritur, facit per additionem
alterius materiæ: ſed per multiplicatio-
nem eiuſdem materię in ſe ipſa. ¶ Item
ſi deus ad perficiendū corpus mulieris
aliam materiam addidiſſet: maius fuiſſet
illud additum, quā coſta: & ſic potius
debuit corpus mulieris dici factū fuiſſe
de alia materia, quàm de coſta. Sed hoc
eſt contra ſcripturam, quę de ſola coſta
facit mentionem. Adducunt ad idem
exemplum multiplicationis quinq; pa-
nū. 5000. hominum ſaturantiū, qui ſine
additione alicuius materię aliunde ſum
ptę, multiplicabantur ad ſatietatem ſin
gulorum. ¶ Alia eſt opinio Grego. de
arim. diſt. pręſenti: quam dicit eſſe do-
ctorum communiter, quæ tenet, ꝙ
corpus mulieris formatum eſt de coſta,
addita etiam alia materia, uel de nouo
creata, uel undecunq; domino placuit
ſumpta. ¶ Pro iſta concluſione arguūt:
quia niſi ſic corpus mulieris fuiſſet ni-
mis rarum: quia illud corpus eſt rarius,
quod ſub magna extenſione modicum
materiæ habet. Et ſic cum coſta uix ſit
100. pars corporis Adæ: corpus Euæ
fuiſſet in cētuplo rarius corpore Adæ:
quod non eſt ſentiendum, maximè de
prima muliere. Quæ quia immediatè a
Deo producta, habuit corpus qualitate,
& quantitate perfectiſsimum: quia dei
perfecta ſunt opera. Deute. xxxij. ¶ Itē
ſi nihil fuiſſet coſtæ additum: ſed fuiſſet
in ſe multiplicata, non fuiſſet corpus
formatum maius coſta: niſi per exten-
ſionem earundem partium coſtę. Con-
ſequens falſum: quia tunc non fuiſ-
ſet corpus ſubſtantialiter maius coſta.
Et ſic non ita perfectum ſubſtātialiter,
ſicut corpus cęterarum mulierum. Cō-
ſequentia probatur: quia ſi nihil eſt ad-
ditum: nulla fuit ibi ſubſtantia, niſi ſub-
ſtantia coſtæ: idē autem non eſt maius
ſeipſo ſubſtantialiter. ¶ Itē ſi nihil fuit
coſtę additum: quæro utrum tota coſta
ſeu coſtæ materia fuit in crure: uel nō.
Non ſecundū cū nō minus: immò mul-
to plus habeat crus de materiali ſubſtan
tia, quā coſta. Nec primum: quia ſi tota
fuit in crure: nihil eius fuit in brachio,
uel capite: & ita cæteræ partes fuiſſent
de alia materia materiæ coſtę addita.
¶ Si dicis, ꝙ tota coſtæ materia fuit in
crure: & tota etiā in brachio: & ſic de
alijs partibus coſtę æqualibus. Contra:
tunc brachium non fuiſſet diſtinctum a
crure: quia utrobiq; fuiſſet eadem ma-
teria ſecundū numerū, & eadem forma.
¶ Item cū materia coſtæ ſit dimenſiuè
in corpore Euæ: ſequitur, quòd idē nu-
mero fuiſſet circūſcriptiuè in diuerſis
locis, quod multi reputant ſimpliciter
impoſsibile. ¶ Ad dubiū reſpōdetur, ꝙ G
uterq́; modus fuit Deo poſsibilis. Et ꝙ
de coſta in ſe multiplicata ſine extraneę
materię additione formaret corpus per
fectū quantitate, & dēſitate Euę: & etiā
cū additione materiæ uel de nouo crea
tę: uel aliunde, de quo uoluit elemento
uel mixto aſſumptæ: nec rationes hinc
inde argutę demonſtrant. ¶ Vnde tenē
do primam opinionem magiſtri, reſpon
detur ad rationes ſecundę opinionis.
¶ Ad primā dicitur, ꝙ procederet argu-
mentū, quādo modica materia ſine ſui
multiplicatione multū extēderetur, tūc
induceret raritatē: ſed in formatione
corporis Euæ: materia coſtæ in ſeipſa
multiplicata eſt: & per hoc corpus Euæ
non caruit debita denſitate. ¶ Ad ſecun
dū diſtinguitur de ly maius ſuſtātialiter;
quia uidetur eſſe impropria: cū maius, &
minus dicantur ſecundū quantitatē uel
molis, uel perfectionis. Prima nō reſpi
cit ſubſtātiā: ſed ſecunda reſpicit indif-
ferenter tam ſubſtantiam, quā accidēs.
Et ſic conceditur, ꝙ corpus Euę non
fuit maius. i. perfectius coſta quantū ad
materiā: quia oēs materię ſunt eiuſdem
rationis, & perfectionis: nec perfectior
eſt materia totius, quā materia partis.
Si autē maius ſubſtantialiter ualet tan
tū. i. habēs tātā materiā, & cū hoc aliā:
tūc conceditur, ꝙ corpus Euæ non fuit
ſubſtantialiter maius coſta: quia nō ha-
buit aliā materiā, quā materiam coſtæ.
Nec tñ ſequitur, ꝙ fuerit ſubſtātialiter
minus perfectū corporibus aliarū mulie

rum: quia paucitas uel multitudo mate
rię nō arguit perfectionē maiorem, uel
minorem: cū ſit eiuſdem rationis, & nō
intenſibilis. ¶ Ad tertium dicitur, ꝙ to
ta materia coſtæ fuit iu crure, & tota in
brachio: & ſic de alijs partibus coſtæ
æqualibus: quia multiplicata eſt aliquo
modo ſimili ſicut anima tota replicata
eſt ſub qualibet parte corporis. ¶ Et cū
ar guitur: tunc brachiū non eſſet di-
ſtinctum a crure. Conceditur, ꝙ ſubſtā
tialiter non eſt diſtinctum: eſt tñ diſtin-
ctū accidentaliter, quia alia accidentia
ſibi inhærent in uno loco, quā in alio:
eſt tñ una ſubſtātia ſecundū materiā, &
formā: ſicut etiā animæ in oculo inhę-
ret uiſio, & nō in pede: & tñ eſt una ani
ma. Et cū infertur: tūc idē numero fuiſ
ſet circūſcriptiuè in diuerſis locis. Hoc
conceditur: nec eſt magis impoſsibile,
quā idem diffinitiuè eſſe in diuerſis lo-
cis. quod ſecundū omnes catholicos
conceditur de anima intellectiua. Et ſi
qui oppoſitū tenent, defendāt ſuā opi-
nionē, ſi poſſunt: reputo.n. eā improba
bilē, & falſam. Poſſet etiā Deus alio mo
do materiā in ſe multiplicare, qui nobis
eſt incognitus: quia plura poteſt, quàm
nos intelligere ualemus. ¶ Si uero pla
cuerit ſecūda opinio: facile reſpōdetur
H ad rationes primæ opinionis. ¶ Ad pri
mā dico, ꝙ Deus de nihilo poteſt pro-
ducere materiā magnā, uel paruā. Sed
de materia iā exiſtente facere corpus
maius ſine additione alicuius, uel de no
uo producti, uel prę exiſtentis, nō eſt in-
telligibile: & hoc ſine rarefactione: nec
multiplicatio eiuſdē facit rē maiorē: ſi-
cut anima intellectiua non eſt maior in
corpore, quā manu: nec maior in ma-
nu, quā digito: licet forte ſit multipli-
cior .i. multiplicius replicata in manu,
quā digito. Materia aūt corporis Euæ
fuit ſimpliciter maior materia coſtæ ſi-
ne raritate maiore. ergo neceſſe fuit
addi materiā aliā a materia coſtæ. ¶ Ad
ſecundū dicitur, ꝙ nō ſequitur: quia ſic
eſt in generatione arboris: licet plus ad
ditur de nutrimento terreſtri, quā ſit
ſemen iactum in terra. Dicitur tamen
in arboribus eſſe ex ſemine magis, quā
ex nutrimento: quia ſemen principium
eſt ſuæ generationis: ſic etiā in produ-
ctione animaliū per propagationem, &
frequenter ſemē eſt minima pars geniti
ex ſemine. ¶ Ad exemplū quinq; panū
dicunt, ꝙ eſt pro eis: nā multiplicatio
panū de qua Ioan. vj. facta fuit per ad-
ditionem materiæ de nouo creatæ, uel
aliunde ſumptę. Vnde dicunt Augu-
ſtinū manifeſtè hoc ſenſiſſe: quia dicit.
Ille in manibus ſuis multiplicauit quin-
q; panes, qui de paucis granis creat ſe-
getes. Certū autem eſt, ꝙ ſegetes cre-
ſcunt de granis per additionē materiæ
nutrimētalis. Sed ſi dixiſſet Auguſt. Sic
multiplicauit panes ſicut de granis ſe-
getes. manifeſtius haberent intentum.
ſed dixit: qui facit illa. Ex quo habetur,
ꝙ idem eſt factor utriuſq; : ſed non ha-
betur, ꝙ idem eſt modus faciendi. Se-
cunda opinio eſt intelligibilior: quæ au
tem ſit uerior: ille nouit, qui fecit. Tā
tum de quæſtione.

## DISTINCTIO. XIX.

EGIT de hominis cō
ſtitutione in eſſe na
turali, cōſequenter
agit de eius conſer-
uatione in eſſentia
tali. Et primò de
conſeruatione quan
tum ad indiuiduum, per nutrimenti
ſumptionem diſtinctione præſenti.
Secundò quantum ad eſſe ſpeciuocum
per prolis generationem, diſtinct. xx.
¶ Colligitur autem ſententia huius di-
ſtinctionis in tribus concluſionibus:
quarum prima eſt hæc. ¶ In triplici ho-
minis ſtatu præterito, præſenti, & futu-
ro: triplex fuit ad mortalitatem, & im
mortalitatem hominis habitudo. Et de
clarat hanc concluſionem, nam in ſtatu
innocētiæ præterito potuit mori; & po
tuit non mori. In ſecundo ſtatu præſen
ti naturæ lapſæ non potuit non mori.
In tertio ſtatu futuro beatitudinis
conſumatæ non potuit mori. ¶ Se-



cunda concluſio. Corpus hominis
ante peccatum mortalitatem per na-
turam habuit: immortalitatem autem
lignum uitę ex gratiæ dono dedit. ¶ Ter
tia concluſio. Poſſe non mori ſecun-
dum quorundam ſententiam infuit ho
mini a cibo lignorū paradiſi. A ligno ui
tæ tātū datū fuiſſet oīno nō poſſe mori.

## QVAESTIO VNICA.

A CIRCA hanc diſtinctionē
quęritur. Vtrū homo pro
ſtatu innocētiæ habuit cor
pus immortale. Primò de-
claratur quęſtionis titulus: ſecundò cō
cluſiones: tertiò dubiorum ſubiūgen-
tur ſolutiones. ¶ Quo ad primum, ꝙ ti
Arti. 1. tulus duplicē habere poteſt intellectū:
Not. 1. ſiue de rigore uerborum ſiue non: ſed
ꝙ hoc complexum in ſtatu innocētię,
poteſt determinare uerbum habuit, uel
nomen immortale. Primo modo eſt ſen
ſus quęſtionis: utrū homo habuit in ſta-
tu innocētię immortalitatē. i. nō poſſe
mori pro quocunq; ſtatu: & certum eſt,
ꝙ ille intellectus falſus eſt: quia homo
in ſtatu innocentię habuit poſsibilitatē
moriendi poſt peccatum: & ſecundum
hunc intellectum non eſt proſequenda
quæſtio. ¶ Aliter poteſt intelligi, ut ly
in ſtatu innocentię, determinat immor
talitatem; & ſic eſt quærere. Vtrum ho
mo habuit immortalitatem in ſtatu in-
nocentiæ. i. habuit non poſſe mori in
ſtatu innocentię manens: hoc eſt, utrū
homo ſi non peccaſſet: mori non po-
tuiſſet in paradiſo. Et ille intellectus eſt
ad propoſitum. ¶ Secundò conſideran
Not. 2. dum, ꝙ mors poteſt tripliciter contin-
B gere homini: ut dicit ſanctus Bonauen.
Mors q v. huius diſt. Aut per elementorū pu
triplici- gnā, & diſſolutionem. i. elementorum
ter cau- qualitates, ſiue qualitates primas: aut
ſatur. per humidi radicalis cōſumptionē: aut
per extrinſecā læſionē. Primo modo cō
tingit per qualitates intrinſecas prima
partium organicarū, quæ ſunt adinuicē
contrarię: & ita poteſt una ſuperare
aliam. unde contingunt febres; & alię
infirmitates ad mortē diſponentes. Se-
cundò contingit ex continua conſum
ptione humidi per calorem naturalem;
quo tandem deficiente ſequitur mors.
Et licet per humidū cibale reſtauratur
deperditum: nō tamen in tali puritate,
qualis fuit in deperdito. Etiam uirtus
conuerſiua: quia eſt agens phyſicū: ideo
agendo repatitur: & ita debilitatur con
tinuè, donec non poteſt conuertere ci-
bū: nec reſtaurare deperditum in ea puri
tate, quæ ſufficit ad conſeruandum ui-
tā. Hinc homo deficiendo ſeneſcit: &
ſenectā ſequitur mors, quæ etiā ſequi-
tur ſi nullum extrinſecus lęſiuū acce-
deret. Tertio modo cōtingit mors per
lęſionē extrinſecā: ut per aerē, ignē, uel
aquā: aut uiolentiā a dæmone, beſtijs,
uel homine: uel alio opprimente, uel læ
dente. ¶ Tertiò notādū, ꝙ hominem ha
buiſſe corpus immortale pro ſtatu inno Not. 3.
centię, poteſt adhuc dupliciter intelli- C
gi: ſecundū ꝙ immortale poteſt accipi
propriè, uel impropriè. Propriè, ut con
tradictoriè opponitur huic, quod ē mor
tale: ut uidelicet negatio incluſa negat
potentiā moriēdi in tali ſtatu. Et ſic ua
let tātū immortale. i. non potens mori
in tali ſtatu. Impropriè ut nō opponitur
contradictoriè: ſed quaſi ſubcontrariè.
ut uidelicet negatio incluſa non negat
potentiā, ſed actū ualens tantū. Immor
tale. i. potens non mori pro ſtatu iſto: ſe
cundū quē modum magiſter concedit,
ꝙ hō pro ſtatu illo fuit mortalis, & im-
mortalis. Hæc de primo articulo. ¶ Quo
ad articulū ſecundū eſt hæc concluſio Arti. 2.
prima. Accipiēdo immortale propriè, hō Cōcl. 1
nō habuit corpus immortale ꝑ ſtatu in- D
nocentiæ. Probatur: quia homo potuit
pro ſtatu illo mori: ergo. Conſequentia
nota. Antecedēs probatur: quia potuit
homini in paradiſo accidiſſe alter triū
modorū ad mortē impellentiū. Potuit
enim prohiberi a ſumptione cibi, potuit
igne comburi, aqua ſuffocari, a be-
ſtia occidi dæmone uel homine. Ha-
buit enim corpus optimè complexio-
natum, & ita tenerum: ꝙ potuit conſe-
quēter a ſuo contrario, calore uel fri-

gore exceſsiuo corrũpi;& ſimiliter alio
uiolentãte diſſolui. Potuit & humidum
per non ſumptionem cibi cõſumi,& ſic
mori & ſic de alijs. Fuiſſet enim tũc cor
pus hominis eiuſdem ſpeciei, & naturæ
cuius & nũc;ergo poterat ab eiſdẽ agẽ-
tibus pati a quibus nunc patitur,ſi appli
cata fuiſſent. Non enim habuiſſet dotẽ
impaſsibilitatis:per quã corpora ſancto
Cõcl.2. rũ reddũtur ſimpliciter impaſsibilia.¶ Se
E cunda cõcluſio. Homo habuit corpus
immortale in ſtatu innocentiæ: ſecũdo
modo accipiẽdo immortale.Probatur:
quia potuit nõ mori pro ſtatu illo:ergo.
Antecedens probatur: quia habuit pro
illo ſtatu adiutoria, & remedia contra
omnia mortẽ inducentia: & ita potuit
mortẽ euitare. Antecedẽs probatur:qa
cõtra intrinſecã elementorum pugnam
habuit optimũ qualitatũ temperamen-
tum perfectę ſanitatis qua una qualitas
nõ dominabatur alteri eam corrumpen
do. Contra conſumptionem humidi
radicalis, reſtaurationẽ cibi.Cõtra de-
bilitationẽ uirtutis cõuerſiuę lignũ uitę,
quo uirtus cõuerſiua confortabatur, ut
debilitari nõ poſſet,nec deficere. Et per
hoc nec ſeneſcere : nõ ut ſeneſcere eſt
diu uiuere: ſed ut ſeneſcere eſt infirmi-
tati ſeniũ ſubijci. primo modo: nõ ſecũ
do in ſtatu innocẽtię ſenuiſſent. Cõtra
extrinſeca elementa habuit aeris tẽpe-
riẽ conuenientiſsimã, quãtũ ad omnes
qualitates primas. Cõtra uiolentiã dæ-
monũ,angelicã cuſtodiã:ſimiliter & cõ
tra beſtias,quæ tunc nõ fuere immites,
ſed huiuſmodi obedientes: nã ſuper illas
habuit perfectum dominium. Similiter
& homines in ſtatu illo fuiſſent iuſti,&
non peccatores:quare nullus aliũ læſiſ-
ſet. Quod ſi aliquis animũ lędendi aliũ
cõcepiſſet,iã peccaſſet,& ſtatim de para
diſo expulſus fuiſſet: ſicut de Adã factũ
eſt.Contra cętera cauſaliter uiolentia,
opprimentia, uel lædentia habuit prudẽ
Cõcl.3. tiã copioſam omnia illa cauendi.¶ Ter-
tia concluſio. Si homo in paradiſo non
peccaſſet:mortuus nõ fuiſſet. Probatur
per illud apoſtoli Rom. v. Per unũ homi
nem peccatũ in hũc mũdũ intrauit,& p
peccatũ mors. Itẽ potuit cauere omnia
inducẽtia mortẽ:ut patet ex ij.cõcluſio
ne. Et ſi nõ cauiſſet,iã peccaſſet: & ita
innocẽtiã perdidiſſet. Sicut .n. habuit
pręceptũ de comedẽdo de omni ligno
paradiſi:excepto ligno ſciẽtię boni, &
mali: ut uult magiſter diſt.xx. ita & ha-
buit p̃ceptũ naturale de cauẽdis cæteris
ſui corruptiuis:qđ ſi nõ feciſſet peccaſ-
ſet:& innocẽtię ſtatũ exceſsiſſet. ¶ Quã Arti.3.
tũ ad tertiũ articulũ eſt dubiũ. Vtrũ li- Dub.1.
gnũ uitę habuit uirtutẽ perpetuã di ho- F
minis uitã. Et uidet̃ ꝙ nõ: qa quicquid
eſt agens phyſicũ:in agendo repatitur:
& per cõſequẽs debilitatur. Sed fructus
ligni uitę nõ potuit cõfortare ipſum:ni
ſi conuerteretur in ipſum actione phyſi
ca,& naturali. Nõ autẽ potuit plus cõ-
fortare, quã agẽs cõuertens fuit forte.
Sed cõuertendo fructũ ligni,uitæ debi-
litabatur per repaſsionẽ: ita ꝙ natura
conuertens prius fuit debilitata:quã nu
trimentũ conuerteretur; quia eſt actio
naturalis. Et ſicut in una actione con-
uerſionis debilitat̃: ita in qualibet alia:
& ſic tãdẽ ita debilitatur,ꝙ nõ plus cõ-
uerteret. Adducitur etiã exẽplũ philo-
ſophi primo de generatione de uino,
qđ a principio cõuertit in ſe aquã,& de
bilitatur. Et idẽ ſecundò minus fortiter
operatur. Vltimò deficit nõ potens ali-
quid aquę in ſe cõuertere:ſed potius cõ
uertit̃ in aquã. ¶ Propter hãc rationẽ:
quam fecit Sco. diſt. pręſenti:dicit ipſe
Sco. conſequenter,ꝙ fructus ligni uitę;
licet habuit uirtutẽ prolongandi uitã,
non tñ in perpetuũ conſeruandi. Vnde
ſi non fuiſſet homo translatus: tandem
fuiſſet in paradiſo mortuus. Fuiſſet tñ
immortalis de facto.i. non fuiſſet mor-
tuus:quia quilibet fuiſſet translatus, an
tequã uirtus adeo eſſet debilitata in eo,
ꝙ corpus eſſet im̃pportionatũ animæ,
ut mors accederet. Nec hoc fuiſſet
miraculoſum,ſed iuſtum, & regulariter
factum. Fuiſſent ergo trãslati nõ ſimul:
ſed ſucceſsiuè:quilibet tñ meruiſſet tan
tam gloriã ad quantam fuiſſet præui-
ſus: neq; enim deus premium diſtuliſſet
completo merito; quia nullum fuiſſet
impedi



impedimentum. Nihil enim eius fuiſſet
purgandum, quia nullum peccatũ:neq;
omnes meruiſſent uſq; ad terminũ ulti
mi generandi : quia ſic ſemper priores
plus meruiſſent, quã poſteriores. quod
patet falſum:quia beata uirgo plus me-
ruit,quã Adã:quãuis generatione poſte
rior Adã. Hæc ſententialiter Sco.¶ Sed
ratio illa non eſt efficax. Vnde eſt opi-
nio alia, quã cõmuniter tenent alij do
cto.ꝙ lignum uitæ uirtutem habuit cõ-
ſeruandi uitã hominis in ſtatu innocen
tiæ perpetuò. Nec ratio Sco. procedit
de agente phyſico debilitato; quia quæ
ro; Vtrum actiuũ agendo debilitatũ poſ
ſit reduci ad priſtinũ uigorẽ:uel non. Si
ſic:ergo per huiuſmodi, reductionem,&
cõfortationẽ conſeruari poteſt:immo
& augeri, ut nunquã deficiat: hęc autẽ
confortatio maximè fieri poteſt p̱ eſum
ligni uitę. Si nõ:ſequitur, ꝙ homo poſt
infirmitatem, non poſſet reduci ad pri
ſtinã ſanitatẽ:& uirtus conſeruatiua cõ
tinuè etiam a principio uitæ debilitare
tur,quod eſt cõtra experientiã. Nã for
tior eſt illa uirtus in iuuentute, quã in
infantia:quia poteſt conuertere ſolidũ
cibũ, quem non ſufficeret conuertere
in infantia. Item ſequitur,ꝙ ignis pro-
ducens ignem debilitaretur per appoſi-
tionẽ combuſtibilis:& tãdem deficeret
appoſitione combuſtibiliũ: quod eſt cõ
G tra philoſophum,& experientiã.¶ Ideo
reſpõdetur dupliciter ad rationes Sco.
Primo modo negãdo,ꝙ uirtus non põt
cõfortari niſi per conuerſionẽ alicuius
in ipſum:quia uirtus,quę confortatur,
accidẽs eſt. Quia confortari,& debilita
ri non conuenit formę ſubſtãtiali. quæ
nõ recipit magis,& minus. Cõfortatio
ergo poſſet eſſe p̱ augmẽtũ aliquarũ qua
litatũ;ſed tales pñt augeri,& ſeruari ac
cõfortari p̱ qualitates extrinſecas abſq;
aliqua cõuerſione. Vnde ſenſibiliter ex
p̱rimit̃, ꝙ ante omnẽ cõuerſionẽ aliq̃s
confortat̃ ad faciẽdũ opera uitę,q̃ prius
facere nõ poterat puta ſtatim;poſt ſum
ptionẽ cibi priuſquã cõuertit̃ in ſubſtã
tiã rei,alitæ. Similiter aliqua cõfortant
ſolo odoratu:aliqua ſolũ extrinſecus ta
ctui applicata,quę nõ cõuertũtur in cõ
fortatũ. Nõ ergo oportet omnẽ cõfor
tationẽ fieri per hmõi cõuerſionem,&
ita ſemp̱ cõuerſiuã uirtutẽ repati;& ſic
ſemper deficere. ¶ Secundò eſto,ꝙ ali
qñ cõfortatio fiat per cõuerſionẽ,& pri
mũ conuertens repatiat̃:& fiat debilius
cõuertendo: tñ reſultãs ex conuerten-
te,& conuerſo eſt fortius,& perfectius:
& ſic põt carnẽ facere puriorẽ. Ideo di
citur,ꝙ põt homo cõfortatione ligni ui
tę in uita perpetuò cõſeruari. Nã agẽs
phyſicũ ſicut poteſt repatiẽdo debilita-
ri: ita põt etiã augeri in uirtute ſua. ſi-
cut uidemus de igne:quãtò plura cõbu
ſtibilia applicãtur:tãtò magis augmẽtat̃
uirtus eius incenſiua. Hæc eſt reſponſio
Ockã in.iiij.q.x.¶ Ad exẽplũ de uino,
& aqua dicit̃, ꝙ ibi nõ eſt uera cõuerſio
unius in aliud: ſed quædã mixtio p̱ iux
ta poſitionẽ partiũ;& ſic eſt conuerſio.
Tamen illa nõ eſt cũ confortatione cõ
uertentis:ſed cũ eius cõtinua debilitate
ſecus in propoſito. ¶ Secũdò dubitatur Dub.2.
cõtra cõcluſionẽ primã. Nã uidetur, ꝙ H
homo manẽs in innocẽtia non potuit
mori. Nã mors pœna eſt grauis,quę ſe-
cundũ diuinã iuſtitiã nõ pręcedit cul-
pã. ¶ Ad hoc reſpondetur,ꝙ ſecũdũ in
nocentiã homo potuit mori,licet de fa
cto homo mortuus non fuiſſet ex cau-
ſis tactis. Et ad argumentũ nunc addu-
ctum dicitur. Verum ꝙ eſt pœna nõ præ
cedit culpã:capiendo pęnã propriè pro
ut pęna eſt punitio delicti. Sed tũc mors
non fuiſſet pęna in ſtatu innocẽtię:ſed
quędã naturalis tranſmutatio cõſequẽs
mixtionem ex contrarijs: ſicut & mors
brutorum non eſt pęna: ſed paſsio con
ſequens naturam corruptibilem. ¶ Ter- Dub.3.
tiò dubitatur. Vtrũ lignũ uitę peccato- I
rem præſeruaſſet a morte; & uidetur ꝙ
ſic:quia dicitur Geñ. iij. Ne ergo forte
mittat manũ ſuam, & ſumat etiã de li-
gno uitę : & uiuat in ęternum. Hoc di-
ctum eſt de Adã poſt peccatũ. Et idem
uidetur de Enoch, & Helia cõceptis in
peccato:& tñ præſeruantur in paradiſo
uſq; ad Antichriſti aduẽtũ. Et qua rõne
uſq; tũc : eadẽ ratione,& deinceps. Itẽ

lignum uitæ habuit uim reſtaurandi humidum radicale, & cōſeruare: & potuit extrinſecum uitæ impedimentum tolli, & caueri: ergo potuit hominem peccatorem in uita conſeruare; neq; peccatum hominis mutauit naturā ligni uitę. Reſpondetur breuiter poſt ſanctum Bonauent. ꝙ uis ligni uitæ conſeruatiua hominis non fuit ligni a natura ſpecinoca: ſed ex dono dei ſpeciali ad ſalutē hominis corporalem. Sicut ꝙ ueſtimenta, & calciamenta tāto tēpore præbere poterant obſequium homini: ita ut nō ueteraſcerēt, nō fuit a natura eorū, ſed ſpeciali dono Dei. Homine igitur lapſo in pctū ſubtracta, & immutata fuit iſta uis ligno uitę: ut irreuocabiliter ſtaret Dei ſentētia. Stipēdia peccati mors. ad Rom. vj. & Gen. ij. Quocūq; die comederitis &c. Per hoc ad obiecta. ¶ Ad primū dicitur, ꝙ in æternum, nō dicit ibi interminabilitatē: ſed quādā uitæ diuturnitatē, quēadmodū ſæpe loquiť ſcriptura. Quāuis .n. poſt peccatū lignū uitæ nō potuit corpus perpetuare; potuit tñ adiuuādo naturā ipſum lignum longo tempore conſeruare, & per hoc patet ſolutio ſequentium. ¶ Ex prædictis patet, ꝙ alia fuit immortalitas ſtatus innocentiæ: & alia erit ſtatus gloriæ. Nā illa non reddidit corpus ſpirituale: ſed conſeruabat corpus animale indigens cibo, & potu. Fuitq; alterabile per qualitates primas, & uiolētabile per extrinſeca aduerſa. Sed in hoc fuiſſet immortale: quia contra omnia mortem inferre potentia intrinſeca, & extrinſeca, habuit ſufficientia munimenta: ut dictum eſt. Sed immortalitas glorię reddet corpus glorioſum, & ſpirituale: ita ut non indigeat corporalibus alimentis. Nec alterari poterit: aut lędi a quibuſcunq, extrinſecis, ſed erit in plena poteſtate ſpiritus ipſum uiuificantis, animę ſcilicet rationalis quantum ad agere, & pati per donum gloriæ: de quo in quarto uidendum.

## DISTINCTIO. XX.

OSTENSA conſeruatiōe hominis quātum ad indiuiduum, per alimenti conuenientis, ac ligni uitæ ſumptionem: in hac diſt. xx agit de eiuſdem cōſeruatione quo ad ſpeciem per propagatiuā prolis generationē. Colligitur autem ſentētia magiſtri in his tribus concluſionibus. ¶ Concluſio prima. In paradiſo homine non peccante fuiſſent honorabiles nuptiæ: & thorus immaculatus ſine libidinis ardore, ſine pariēdi labor̄. ¶ Secūda cōcluſio. De ſtatu genitorū corpore paruulorū quātum ad mēbrorū, & animę potētiarū uſum, & officia non eſt a patribus certa diffinita ſententia. ¶ Tertia concluſio. Geniti in paradiſo ad meliorē digniorem q; ſtatum ſine morte media ſimul uel ſucceſsiuè fuiſſent tranſlati: in quo corpora prius animalia, ſine corporeis alimentis perpetuò ſeruiuiſſent delectabiliter ſpiritui ſe regenti &c.

## QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionē quæritur. Vtrum tantummodo electi fuiſſent in ſtatu innocentiæ geniti: & hi ſtatim poſt generationem in gratia confirmati. **A** Secundum duo quęſita duo erunt articuli ad ea reſponſiui, quibus addetur tertius dubiorum abſolutiuus. ¶ Quantum ad primum notandum poſt Sco. in hac diſt. ꝙ ad numeralem identitatem perſonę humanę requiritur, & **Arti. 1. Not. 1.** ſufficit numeralis identitas materiæ & formę. Primum ſcilicet, ꝙ requiritur, patet: quia non manet idem totū mutatis partibus, uel aliqua partium eſſentialium: cum totum ex ſuis partibus conſtituatur. Et ſi mutatis partibus integralibus non manet idem totū uera, & propria identitate: multò magis mutať partibus eſſentialibus uariatis.



Secundū ſcilicet, ꝙ ſufficit, patet: quia ad idētitatē ſubſtantię nō requiritur identitas accidentiū eius: cū eadem ſubſtantia ſubijci poſsit pluribus accidētibus, & accidētalibus diſpoſitionibus ſimul: & per eius alterationē ſucceſsiuè. *Idem* enim homo poteſt eſſe primò calidus, poſt frigidus: **B** prius ignorans, poſt ſciens. ¶ Secundò ſupponitur, ꝙ a plurium agentium quolibet pōt idē effectus produci: ſicut idē ignis in eadem materia produci poteſt quicūq; incendens ignis applicetur. Ex quo ſequitur, ꝙ eadem proles potuit generari a pluribus, ſeu diuerſis parentibus. Idem dico tā in materia, quàm forma. De forma patet: quia eadem anima potuit infundi diuerſis materijs. De materia etiam patet: quia materia prolis eſt materia nutrimenti ſumpti a parente: quia corpus prolis materialiter producitur a ſemine: Semen autem eſt ſuperfluū nutrimenti tertiæ digeſtionis. Aliter etiā ex nutrimento parentis in ſanguinem menſtruum: ut uult philoſophus ij. de anima. Sed idem nutrimētū potuit ſumi a diuerſis: & ideo eadem proles potuit generari ab Adā, Abraā, & alijs non ſimul a pluribus: ſed a quolibet plurium. Et genitus ab Abraam potuit fuiſſe genitus ab Aaron fratre **Coroll.** eius, uel quocunq; alio. ¶ Corollariū. **C** Aliquis electus genitus a reprobo potuit generari idem numero ab alio electo. ¶ Supponendum eſt ex primo lib. ꝙ electio ſiue prædeſtinatio eſt ęterna: ſecundum illud apoſtoli ad Ephe. j. Elegit nos ante mundi conſtitutionem. Et ideo non mutatur propter mutationē ſtatus: nā prius nō mutatur propter mutationem poſterioris: ſaltem nō oportet. Nunc autem prius aliquo modo eſt electio beatificādi, quā præuiſio ſtatus, ſeu præordinatio receptionis eſſe a tali, uel tali parente: nā ut dicit Sco. q. ij. huius diſt. Omnis ordinatè uolens primò uult finem: & poſt uolitionem finis uult illud, quod eſt immediatius fini. **Volūtas dei que.** Deus autem eſt uolēs ordinatiſsimum: ideo primò uult ſeipſum, uel bonitatem ſuam tanquam ſuam. Secundò uult bonum creaturæ ultimatū. ſ. beatitudinē. Poſtea uult gratiā qua ordinať ad talem fruitionem: & poſterius uult iſtam creaturam accipere a tali parente. Hūc ordinem innuit apoſtolus ad Rom. viij. Quos prędeſtinauit, hos & uocauit, & quos uocauit, hos & iuſtificauit. Prius ergo electi ad beatitudinem ſunt determinati, quàm ad naſci a tali parente: ergo a quocunq; naſcantur parente: non uariatur determinatio ad beatitudinem, quæ eſt prædeſtinatio. ergo prædeſtinati ſunt ijdem numero: non obſtante mutatione ſtatus, aut parentum, a quibus naſcuntur. ¶ His præmiſsis eſt prima concluſio ad hunc ar- **Cōcl. 1. D** ticulum. Si Adā in ſtatu innocentię cū poſteritate permanſiſſet: omnes modo electi ijdē numero geniti fuiſſent. Probatur cōcluſio: quia omnes prędeſtinati fuiſſent geniti: oēs modo electi ſunt ab æterno prędeſtinati: ergo omnes fuiſſent geniti. Cōſequētia eſt in primo tertiæ figuræ. Minor probatur: quia nullus de nouo prædeſtinatur. Maior probať: quia prędeſtinatio dei infallibilis eſt immutabilis: ergo omnis prædeſtinatus conſequiť beatitudinē, hāc autē nullus homo cōſequetur; niſi prius in eſſe naturali producatur: eſſe enim glorię præſupponit eſſe naturę. ¶ Secunda cōcluſio. **Cōcl. 2.** In ſtatu innocentię reprobus nullus fuiſſet genitus. Probať: quia in illo ſtatu nō fuiſſet peccator, ergo nec reprobus: nō. n. cōpatitur ſtatus innocētiæ peccatorē. ¶ Tertia cōcluſio. Si ſtatus innocē- **Cōcl. 3.** tię pmāſiſſet: multi electorū ex alijs parentibus editi fuiſſent. Probatur: quia omnes electi fuiſſent geniti, quorū non nulli orti ſunt ex parētibus reprobis, ut patet de fidelibus ex infidelitate cōuerſis, parentibus ſuis in infidelitate permanētibus, ut legitur de ſanctis Martino, Barbara, Chriſtina: ergo fuiſſent ex alijs parētibus geniti. ¶ Quarta cōcluſio. **Cōcl. 4.** In ſtatu innocētiæ tantū electi fuiſſent geniti. Patet: quia oēs electi fuiſſent geniti ex cōcluſione prima, & nulli qui nō ſunt electi fuiſſent geniti. Conſequētia

tenet per expoſitionem excluſiuè: & hoc eſt, qđ dicit beatus Grego. iiij. moral. §. xxxvj. Si parentem primum nulla peccati putredo corrũperet: nequaquã ex ſe filios gehennæ generaret; ſed hi, qui nunc per redemptionem ſaluandi ſunt, ſolum ab illo electi naſcerentur.

E

Præde-ſtinatio immutabilis.

¶ Quãuis autẽ hęc reſponſio ſit probabilis: tñ uidetur oppoſitũ æquè probabiliter ſuſtineri poſſe. Licet. n. prædeſtinatio ſit immutabilis: ita ꝙ impoſsibile eſt prędeſtinatum præſciri: & ecõuerſo in ſenſu compòſito: eſt tamen contingẽs. Nam quęcunq; Deus prędeſtinat: cõtingenter prędeſtinat. ſic de reprobatione: & ſic qui prędeſtinatus eſt, poteſt non ſaluari in ſenſu diuiſo; quia poteſt nõ prędeſtinatus fuiſſe. Et ſimiliter potuit Deus pręſcitũ prædeſtinare. Et nõ magis eſt ꝑdeſtinatio immutabilis, quã reprobatio: nihilominus reprobi poterant non reprobari: poterant enim non produci: ut dicit concluſio ſecunda ſtatim pòſita. Aequaliter etiam certus fuit lapſus hominis Deo ab æterno: ſicut prædeſtinatio, & præſciẽtia ſiue reprobatio. Ideo dubiũ nobis eſt, ſi lapſus nõ cõtigiſſet, qui electi fuiſſent, cũ poterant, qui nunc electi ſunt, fuiſſe non electi: & qui præſciti ſunt potuiſſent fuiſſe electi: potuiſſent etiam fuiſſe prędeſtinati, qui nũc nec electi ſunt, nec rep̄bati: immo omnino nec futuri. ¶ Et ſi dicis ſigno electũ (gratia exẽpli) ſanctũ Martinũ, de quo certũ habemus, q̃ eſt electus: ille fuiſſet etiam electus, ſi Adã nõ fuiſſet lapſus: quia eo, ꝙ eſt electus, ab ęterno eſt electus, cuius tñ pater eo, ꝙ in infidelitate permãſit, eſt reprobus: ut dicit hiſtoria Sulpitij. De iſto procedit opin. Reſpõdetur, ꝙ ſicut nũc certũ, eſt, ꝙ ſãctus Martinus eſt electus: ſic certũ eſt, ꝙ homo lapſus eſt: ſed nihilominus potuit ſanctus Martinus nõ fuiſſe electus: ſicut homo potuit non fuiſſe lapſus. Sicut igitur ponitur oppoſitum lapſus certi tãquam poſsibile fuiſſe: ſic etiã oppoſita omnium contingẽter factorum poſsibilia fuerunt. Poterant enim oppoſita fuiſſe; & ſic ipſa cõtingẽtia poterãt etiã nõ fuiſſe. Et ideo poſito, ꝙ illud nõ fuerit . ſ. lapſus, ꝙ certũ eſt fuiſſe: in dubiũ ueniũt, an cętera cõtingẽtia, quę aliquo modo ad lapſum ordinẽ habẽt (ut productio ſancti Martini, qui productus eſt de maſſa perditionis) fuiſſet productus. ¶ Præterea etiã prædeſtinatus ab æterno, poteſt ab ęterno non fuiſſe prædeſtinatus: ut habetur in j. diſt. iiij. Item ſimilis ratio per omnia poteſt fieri de præſcito, de quo tamen concedit doc. ille, ꝙ nullus nunc præſcitus fuiſſet genitus: ſi permanſiſſet innocentiæ ſtatus. Manet ergo nobis dubium, ſi lapſus non contigiſſet, qui tunc electi fuiſſent, cum poterant, qui nunc electi ſunt, fuiſſe non electi: & nunc reprobati, aut non futuri poterant fuiſſe electi.

Not. 3.

F

¶ Et ad tertium notabile, quod eſt Sco. diceretur, ꝙ ſi prius, & poſterius dicunt ordinem temporis, uel originis aut cauſalitatis: falſum eſt, ꝙ prius uult finem, & poſt ordinata in finem: quia non eſt niſi unus actus diuinæ uoluntatis: ut patuit in primo: ſicut eſt tantum una uoluntas, & una eſſentia. Siquidem idem omnibus modis eſt eſſentia diuina uoluntas diuina, & actus diuinę uoluntatis. Nec eſt ibi actus, & actus: ſed unus tantum æternus actus. Ideo nõ eſt ibi ordo actuum diuinę uoluntatis, quia ordo pręſupponit diſtinctionem ordinatorũ; neq; ordo effectuum temporalium infert actuum diuinorum ordinem: nã in effectibus eſt conuerſus ordo ad ordinem in notabili deſignatum; quia in effect bus primum eſt eſſe naturæ: deinde eſſe gratię: ultimò eſſe glorię. Nec. n. aliquod horum Deus prius uult altero, ſed quęcunq; uult, ſimul & ab ęterno uult. Licet, quæ uult poſsit nõ uelle: q̃ quæcũq; uult a dextra cõtingẽter uult. Verũ, ꝙ Deus ordinatiſsimè uult, quæcũq; uult: q̃ uolũtas ſua eſt prima regula rectitudinis, & iuſtitię: ut dicit Aug. iij. de trin. neq; innititur alij regulę directrici ſuę uoluntatis: eo ipſo enim, ꝙ uult rectè, & iuſtè, & ordinatè uult. ¶ Poſſet ergo dici, ꝙ ſi homo nõ fuiſſet



lapſus: dubiũ nobis eſſet, utrũ modo electi, uel alij plures uel pauciores fuiſſent geniti, quolibet enim horũ fuiſſet Deo poſsibile: quod autem feciſſet; quia reuelatũ non eſt; nõ eſt temerè diffiniendũ: licet poſſet ſine temeritate cũ fidei pietate credi, quod magis uidetur conſentaneum rationi.

Arti. 2.

G

¶ Quantum ad ſecundũ articulum notandum, ꝙ aliquem fuiſſe confirmatum in iuſtitia, poteſt dupliciter intelligi. Vno modo: quia non poteſt peccare eo modo, quo creaturã cõtingit nõ poſſe peccare: de quo pertinet ad quartũ. Et etiã ſup. de cõfirmatione angelorũ tactũ eſt. Alio modo, q̃s dr̃ cõfirmatus, quia nõ peccabit. Sic quidã uiatores in utero ſanctificati poſſunt dici cõfirmati: pręſertim quantũ ad mortalia; quia forte etiã peccauerũt uenialiter: ſecundũ illud j. Io. j. Si dixerimus, quoniã peccatũ nõ habemus, ipſi nos ſeducimꝰ, & ueritas in nobis nõ eſt.

Cõcl. 1.

¶ Quo pręmiſſo eſt cõcluſio prima ad hũc articulũ. Accipiẽdo confirmationẽ primo modo, in ſtatu innocẽtiæ electi nõ fuerunt in gratia cõfirmati. Probatur: quia talis confirmatio repugnat ſtatui uiæ: ſed ſtatus innocentiæ in paradiſo, fuiſſet ſtatus uiæ: igitur. Conſequentia nota cũ minore. Maior probatur: quia illa confirmatio includit certitudinẽ de non peccãdo, quæ eſt pars beatitudinis: beatitudo autẽ repugnat ſtatui uię. ¶ Itẽ quãdiu uolũtatis capacitas nõ eſt plenè ſatiata in obiecto beatifico: ita ꝙ nõ eſt ei cõiuncta ſecundũ oẽm rationẽ boni poteſt deficere a rectitudine uolendo non ſecundũ debitã circũſtãtiã: ſed uolũtas uiatoris nõ eſt ſic coniũcta obiecto beatifico; nec in ea ſatiata: ergo poteſt deficere: eſt autẽ ſtatus innocentiæ, ſtatus uiatoris: ut dictum eſt.

Cõcl. 2.

H

¶ Secũda concluſio. In ſtatu innocentię electi fuiſſent ſtatim poſt generationẽm in gratia ſecundo modo cõfirmati. Probatur: quia ſi Adam non peccaſſet, filij ſui nunquam peccaſſent. Probatur per beatum Anſel. j. lib. Cur deus homo c. xviij. loquente de primis parentibus: ubi dicit. In illa iuſtitia, in qua erant, ſi uiciſſent, ut tentati non peccarent: ita confirmarentur cum omni propagine ſua: ꝙ ultra peccare non poſſent. Quemadmodum quia uicti peccauerunt, ſic infirmati ſunt: ut quantum in ipſis eſt, ſine peccato eſſe non poſſunt. Quis enim audeat dicere plus ualere iniuſtitiam ad alligãdum in ſeruitutem hominem in prima perſuaſione ſibi cõſentiẽtẽ, quàm ualeret iuſtitia ad cõfirmãdum eum in libertate ſibi iñ eadem prima tentatione adhęrentem. Nam quoniam quemadmodum humana natura tota erat in parentibus primis. tota in illis uicta eſt, ut peccaret. Ita in illis tota uiciſſet, ſi non peccaſſet. Et beatus Grego. iiij. moral. Non genuiſſent reprobos in ſtatu innocentiæ: ut ſup. allegatum eſt: ergo nec peccatores. Peccatores namq; reprobi ſunt: etſi non ſemper ſecundum prædeſtinationẽ tamẽ ſecundũ pręſentẽ iuſtitiam. Verũtamẽ iuſtitiã originalẽ Adã non trãſfudiſſet: q̃ eſt donũ ſupernaturale. Sed deus regulariter dediſſet ex mera libertate iuſtitiam proli, ſicut parenti, ſi non fuiſſent lapſi. Et addit Sco. niſi filij poſuiſſent obicem. Non enim ait: habuiſſent iuſtitiam perfectiorem, quã pater. ſed pater non fuit ita iuſtus, quin amiſerit iuſtitiam. Sicut ergo pater ſi uiciſſet primam tentationem fuiſſet confirmatus: ita & filij peccare quidem potuiſſent ſicut pater. Sed ſi de prima tentatione habuiſſet uictoriam per adiutoriũ iuſtitiæ & doctrinam parentum: ita confirmati fuiſſent, ꝙ poſtea nunquam peccaſſent. Verum hoc non ſatis uidetur concordare dicto Anſ. qui uidetur ſonare, ꝙ ſicut per iniuſtitiam primorum parentum, omnes filij nati fuiſſent iniuſti: ita per eorum iuſtitiam filij nati fuiſſent iuſti; ita ꝙ non peccaſſent; quia acceperunt iuſtitiam non tantum pro ſe: ſed pro tota poſteritate, quam ſi conſeruaſſet: conſeruaſſet pro ſe, & tota poſteritate. Habuiſſent tamen filij iuſtitiam non ex transfuſione parentum, ſed ex dono dei: ut dictum eſt.

Arti. 3.

¶ Quantum ad tertium articulum

Dub. 1. I eſt dubium primum. Vtrum in ſtatu innocentię in paradiſo uoluptatis productæ fuiſſent fœminę in æquali numero cum uiris. Ad hoc dubium reſpondet Scotus, ꝙ dubium nobis eſt: & ſo-

an fęminæ in ęquali numero eſſent productę in ſtatu innocentię.

li Deo cognitum. Sanctus Bonauent. reſpondet affirmatiuè dicens: ꝙ ſi homo ſtetiſſet æqualiter, multiplicaſſet natura uiros, & mulieres. Quod declarat dupliciter: ſcilicet ex parte finis, & ex parte cauſæ efficientis. Ex parte finis: cum enim diſtinctio ſexuum eſt propter multiplicationem generis humani, & completionem numeri electorũ: illa etiam multitudo ad omnes ſpectaret, tamen ſecundum legem matrimonij: in qua tantum una erat unius, neceſſe eſſet, ſi natura ſtetiſſet tot fuiſſe mulieres, quot uiros: cum nulla mulier careret uiro, & nullus uir careret uxore, nec una eſſet plurium, nec plures unius. Aſsignat etiam cauſam ex parte principij actiui, quam reſcindo. Concordat ſanctus Tho. parte j. quęſt. xcix. arti. ij in finem. ¶ Sed diceres, cum non ſit ueriſimile tot uiros nunc ſaluari: quot mulieres: uel econuerſo. Poſito itaque, ꝙ non ſint electi in æquali numero ſexus utriuſque quodq; ſoli nunc electi tunc fuiſſent producti: ſequitur, ꝙ electus nunc genitus in ſexu uirili: tunc productus fuiſſet in ſexu fœmineo, uel econuerſo. Quod uidetur repugnare identitati perſonæ. Reſpondetur ſecundum Sco. & ueritatem, ꝙ non eſt inconueniens, quod infertur. Nam ſicut ſexus non mutat ſpeciem: ita nec neceſſariò perſonam: quin ex materia eadẽ, & eadẽ forma, quo ꝓducitur uir: poterat produci mulier, & econuerſo. Differũt enim tãtũ uir, & mulier in figura corporali, & qualitate cõplexionali: quę nõ requirũt diſtinctionẽ materię neq; ſubſtantialis formę. Poſſetq; Deus mulierem mutare in uirum; uel econuerſo, non mutatis partibus eſſentialibus, & manente eadem perſona: mutata complexione, & accidentali forma: licet hoc naturæ ſit impoſsibile. Inuenitur tamen uterque ſexus in una perſona: ut in hermophrodita: licet monſtruoſa. Nec eſt hoc magis incõueniẽs, quã ꝙ electus nunc eſt fragilis, infirmus, & mortalis: & tamen idem numero fuiſſet tũc robuſtus, ſanus, pulcher, immortalis, modo prius expoſito. ¶ Se-

Dub. 2. L cundò dubitatur. Vtrum in ſtatu innocentiæ fuiſſet multiplicatio hominum per commixtionem ſexus. Reſpondetur ſecundum opinio. ſanctorum, & doctorum ꝙ ſic: ſed ipſa commixtio facta fuiſſet ſine probroſa, & fęda delectatione: & partus ſine dolore: non tamen cũ carnis integritate. ¶ Primum patet: quia alias fruſtra inſtitutus fuiſſet uterque ſexus: qui tamen ante peccatum a domino formatus eſt, & mulier uiro in adiutorium data, non niſi ad prolis generationem. Nec peccatũ naturalia cũ mutauit, licet gratuitã abſtulit. ¶ Secũdum patet: quia nulla fuiſſet in membris genitalibus rebellio, nec inordinatus pruritus, ſed ſubiecta fuiſſent rationi, ac pleno uoluntatis dominio ſicut manus, pes & cætera corporis membra. Et licet probabile eſt, quod infuiſſet delectatio: ut uult ſanctus Tho. nõ tamen effrenis, aut fęda: ſed pura & omnimodè rationi ſubiecta. Ea propter uir & uxor coniuncti non fuiſſent illecti illecebroſa carnis concupiſcentia; ſed tantum ex dictamine rationis rectę, & hoc non niſi cauſa prolis generandæ. Fuiſſet enim ibi matrimonium tantũ in officium, non in remedium. Siquidem ibi nullus fuiſſet languor, aut morbus concupiſcentiæ: & ita nec opus remedio medicinæ. Vſa enim fuiſſet uoluntas his organis ad debitum finẽ præuiæ rationis deliberatione, ac dictamine. non aliter quã manu, oculo, aut alio corporis organo. ¶ Tertium patet: quia cum cõceptus fuiſſet ſine libidine, ſequebatur partus ſine dolore. Siquidẽ dolor partus pęna eſt libidinoſi conceptus. ¶ Quartum ſimiliter probatur: qa cum penetratio dimẽſionum ſit cõtra naturam, illa tunc non fuiſſet, nec modo. Non poterat autem corpus ingredi, ſeu egredi clauſo utero naturali-



ter: ergo neceſſariò requirebatur clauſtri apertio. Hęc omnia ſatis deduci poſſunt ex uerbis beati Aug. xiiij. de ciui. c. xxj & ſequentibus ubi latè hãc materiã ꝓſequitur. ¶ Sed mouet quoddam uerbũ Beati Aug. c. xxvi. dicti li. xiiij ubi dicit. Sine ulla corruptione integritatis infunderetur maritus gremio uxoris. Ad quod reſpondet ſanctus Bonauen. præmittens, ꝙ integritatis corruptio tria dicit ſcilicet clauſtrorum apertionem, pœnalem paſsionem, & fędam delectationem. Primum eſt naturæ: ſecundum eſt pœnę: tertium eſt corruptionis uitioſę, quæ tenet medium inter pœnam, & culpam. Si igitur uir cognouiſſet uxorem in ſtatu innocentiæ: fuiſſet quędã clauſtrorũ apertio: ſed non pęnalis paſſione, nec fęda delectatio: quia uis generatiua non eſſet corrupta, nec infecta. Nõ ergo fuiſſet in illo ſtatu corruptio integritatis, quia non pęnalitas, nec delectationis fęditas. Concordat Tho. par. j. q. xcviij. art. ii. allegans Aug. xiiii. de ciui. dei. Verum ſi uerba Auguſtini cautè attenduntur: aliter loquitur de partu, aliter de commixtione. In partu admittit uiſcerum laxationem, in commixtione oſtendit non fuiſſe neceſſariam clauſtrorum apertionem. ſicut nec modo neceſſaria eſt propter mẽſtrui ſanguinis effluxum.

## DISTINCTIO XXI.

DETERMINATO de hominis productione, ac conſeruatione in eſſe naturæ. in hac diſt. xxi. incipit agere de eius deſtitutione, per lapſum culpæ uſque in finem libri. Et quia culpa triplex eſt. Nam quædam eſt, qua perſona corrumpit naturam: quale fuit peccatum primi hominis. Alia, qua natura corrũpit perſonã, quale ẽ peccatum originale. Quædam, in qua perſona corrumpit ſeipſam: quale eſt peccatum actuale. Ideo diuiditur textus iſte uſque ad finẽ libri in tres partes. In prima agit de peccato primorum parentum. In ſecunda de peccato originali ab illo perſonali peccato cauſato diſtin. xxx. Tertio de peccato actuali poſterorum diſt. xxxiiii. ¶ Circa primum primò determinat de culpa, per quam homo primus cecidit. Secundò de potentia, per quam ſtare potuit diſt. xxiiii. Et quia peccatum Adę comparari poteſt ad diabolum tentantem: ad hominem cadentem: ad Deum permittentem, ideo primò agit de diaboli tentatione diſt. præſenti. Secundò de hominis primi tranſgreſsione diſt. xxii. Tertiò de permiſsione Dei diſtin. xxiii. ¶ Colligitur autem ſententia huius diſtin. in tribus concluſionibus.

¶ Prima concluſio. Diabolus ſalutem, quam perdiderat, homini inuidens, ipſum non ui: ſed fraude ad peccatum tentauit per ſerpentem cæteris animantibus callidiorem: gulam, inanem gloriã, & auaritiam perſuadens uicit, & proſtrauit. ¶ Secunda concluſio. Exiſtente duplici tẽtatione, exteriore, & interiore: ſoli exteriori, quę leuior eſt, homo cedens peccato cecidit grauiore. ¶ Tertia concluſio. Tranſgreſsione mandati ad mulierem per uirum deriuati alterius impulſu totus homo labitur; propterea decenter per gratiam alterius ad ueniam reparatur. Has latius magiſter in textu deducit.

## QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionẽ A quęritur. Vtrum omne peccatum hominis oriatur ex tentatione dęmonis. ¶ Præmiſsis notabilibus ponentur concluſiones, deinde mouebuntur quædam dubitationes. ¶ Quoad primũ notandũ. Ten- Arti. 3. Not. 1. tare ut dicũt doct. nihil aliud eſt, quàm probare aliquid: uel experimentum ſumere de aliquo, ut aliquid ſciatur. Addunt aliqui prius incognitum; unde attribuitur deo homini & diabolus. Nam gloſ. Caſsiod. ſuper illud pſalmus. Proba me domine, & tenta me. dicit.

*Varii fines tentationis.*

Tentat deus, ut erudiat, homo ut ſciat: diabolus, ut ſeducat. ¶ Attribuitur & mundo, & carni. unde Iaco. j. Vnuſquilque tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus. Vnde ſub hac generalitate poteſt ſic deſcribi. Tentare eſt experimentalem notitiam alicuius in ſe uel in alio cauſare principaliter, uel occaſionaliter. Dicitur experimentalem notitiam: quia ſecundum Alexand. par. ij queſt. cxvij. & ſanctum Tho. Tentare eſt experiri. Vnde notitia, quæ per rationes, acquiritur: non acquiritur tentatione. Dicitur alicuius ſcilicet, & non taliter noti. Vnde ſciens aliquid per rationes uel fidem, nihilominus tentando poteſt illud ſcire notitia cauſata per experientiam. Dicitur in ſe, propter hominem, & dęmonem tentantem. Dicitur uel in alio: quia deus tentando non cauſat notitiã in ſe: quia notitia dei nõ cauſatur cum ſit ęterna. Cauſat autem in illo, quem tentat: uel in aliis quos ſcire facit de tẽtato, quod neſciebant. Sic intelligitur omnis ſcriptura, qua Deus dicitur tentare, & ſciat uel nunc quaſi de nouo aliquid ſcire poſsit, qui ſcit omnia antequam fiant: ſicut illud. Tentauit dominus Abraam. Gen. xxij. & ſequitur ibi. Nunc cognoui, ꝙ timeas dominum, ideſt cognoſcere te feci. Dicĩ principaliter propter Deum hominem uel diabolum; qui ex intẽtione cognoſcendi aliquid, de aliquo tentant. Dicitur uel occaſionaliter, propter carnẽ, quę tentare dicitur, inquantum cognoſci poteſt per carnis concupiſcentiam pulſantem, uel mundum aduerſis repellentem, uel proſperis allicientem, qualis ſit homo. An uirtute conſtãs: an nobilis: & his diabolus frequenter utitur

*Quid tentatio & uariè ſumitur.*

B ad tentandum. ¶ Ex hoc patet, ꝙ licet immediatus finis tentationis, eſt ſcientia experimentalis in ſe uel in alio: ille tamen finis quandoque immo frequenter ordinaĩ in aliũ finẽ, bonũ uel malũ. Vnde ſecundum ſanctum Bonauent. quandoque tentans tentando intendit probare, aut approbare, ſiue probatum oſtendere. Hoc modo tentat Deus, ut tentatum ſcire faciat: & experimentaliter cognoſcere ſeipſum: ſicut Deute. xiij. Tentat uos dominus deus ueſter: ut palam fiat utrum diligatis eũ, an nõ in toto corde, & in tota anima ueſtra. Et Sap. iij. Deus tentauit illos, & inuenit eos dignos ſe: tãquam aurum in fornace probauit eos. ¶ Aut ſecundò tentans intendit reprobum facere: ſic tentat diabolus, ut peccatum inducat: ſecũdum illud Act. v. Cur tentauit cor tuum Sathanas mentiri te ſpiritui ſancto: & fraudare de præcio agri. ¶ Aut tertiò: quia intendit ſolum experimentum ſumere eius, quem tentat: ut ſciat, quid ſit in eo. Sic homo tentat hominem ſe uel alium, ſicut. j. Reg. xvij. de Dauid dicitur; Cępit tentare, ſi armatus poſſet incedere Et. iij. Reg. x. Venit regina Saba tẽtare Salomonem in ęnigmatibus. Sic magiſter tentat diſcipulum. Sic nõnulli tentant dominum, qui quaſi incerti experiri uolunt Dei uirtutem, contra quos dicitur. Non tẽtabis dominũ Deũ tuum. Deut. vj. ¶ Aut quartò: ſi pulſans non intendat: tamen ad eius pulſationem ſequitur approbatio, uel reprobatio hominis. Sic caro tẽtat: quia ad eius titillationẽ probatur homo, ſi reſiſtit, uel reprobatur, ſi conſentit: ut ſupra. Iaco. j. Vnuſquiſque tentatur a concupiſcentia ſua &c. Sic de mundo dicitur Hæbre. xj. Lapidati ſunt, tentati ſunt, ſecti ſunt &c. Hæc enim ſancti a tyrannis huius ſęculi, paſsi ſunt, & Sap. xiiii. Creaturę Dei factæ ſunt in odium, & in tentationem animæ hominum: & in muſcipulam pedibus inſipientium. Sic autem capitur tentare indifferenter in bono, & malo. Aliquando accipitur tantum in malo; ſic dicitur Iaco. j. Nemo cum tentatur dicant, quoniam a deo tẽtatur. Hoc de tentatione ad malum intelligitur. unde ſequitur. Deus enim intẽtator malorũ eſt, ipſe autem neminẽ tęntat. Illo modo diffinit tentationem Caſsiod. Tentatio eſt aſsimilatio boni ad fallendum. Et Hugo de ſancto Victore. Tentare eſt callide experiri, & quaſi quibuſdam blandis conatibus ante uio-



lentam pulſationem probare. Accipiendo autem tentare ſic in malo: tentare eſt officium proprium diaboli: ſicut dicit gloſ. interlinea. j. Theſſal. iij. ſuper illud. Ne forte tentauerit uos is, qui tentat. gloſ. i deſt ſolus diabolus, cuius officium eſt tẽtare. Nam etſi homo aliquãdo ſic tentat: hoc agit inquantum eſt

*Not. 2.*

miniſter diaboli. ¶ Secundò notandum,

C ꝙ licet tentatio multipliciter diuidi poſſet ſecundum diuerſa cauſarum genera, prout latè proſequitur Alexander de Hales parte. ij. queſt. cxvij. membro. vj. Tamen ſecundum magiſtrum in textu ponitur duplex tentatio: exterior, & interior. Exterior, quando nobis extrinſecus malum uiſibiliter ſuggeritur uerbo, uel ſigno aliquo: ut tentatus ad conſenſum peccati declinet. Interior, eſt quando inuiſibiliter nobis malum intrinſecus ſuggeritur. Hæc autem diuiſio non eſt tentationis in genere: ſed tentationis ad peccatum. quia de illa loquitur magiſter: non de iſta, quæ eſt ad probationem. Et ideo addit in primo membro: ut tẽtatus ad conſenſum peccati declinet. Quod etiam in ſecundo membro addendum eſt. alioquin membra diuidentia excederent diuiſum, ut hic accipitur. Poteſt enim & tentatio ad probationem eſſe exterior, & interior. Quod etiam in primo membro dicit uiſibiliter, capitur generaliter pro ſenſibiliter. Nam ſecũdum Beatũ. Aug. ſuper Gen. ad literam. Videre communiter ſe habet ad omnem ſenſum. ſicut Exod. xx. dicitur. Cunctus populus uidebat uoces. Vnde per omnem ſenſum contingit eſſe exteriorem tentationem maximè tamen per uiſum mediante ſigno: & per auditum mediante uerbo.

*Duplex tẽtatio interior et exterior.*

¶ Eſt ergo tentatio exterior oſtenſio alicuius obiecti ſenſibilis a uirtute exteriori: ut appræhendens ad peccatum alliciatur. Hanc tentationem ſemper dicit eſſe a diabolo: quod uerum eſt mediatè, uel immediatè. Frequenter enim tentat per malos homines, & creaturas mundanas, quibus utitur tãquam inſtrumentis: ut ſupra dictum eſt. ¶ Tentatio interior eſt motio hominis ad peccati conſenſum orta ab aliqua uirtute interiori ſine ſenſibili obiecto exteriori, ut cum oritur ex imaginatione, intellectu aut motiua uirtute, illa ut dicit magiſter quandoq; fit ab hoſte, aliquando a carne. Quandoq; enim imaginatiua noſtra ab hoſte mouetur mouẽdo ſpecies, uel habitus in ſenſu reſeruatas. & per illas cognitiuam, & affectiuam ad peccati conſenſum: de quo dictum eſt ſupra. quę. ij. diſt. ix. Quandoque eſt a carnis infectione ſpiritui rebellante, & quoſdam beſtiales motus in ſenſualitate excitante. Hanc interiorem tẽtationem, quæ fit in carne, dicit magiſter nõ eſſe ſine peccato: quia titillatio, quam caro mouet, motus eſt beſtialis, & illicitus: ideo non ſine peccato ueniali. Sed de iſto uidẽdum erit inferius, dum fiet ſermo de primis motibus. Tentatio autem, quæ fit ab hoſte, non habet peccatum neceſſariò annexum, niſi ei conſentiatur: ſed eſt materia exercendę uirtutis. Et quoniam tentatio a carne interius oppugnans de noſtro contra nos roboratur: ideo difficilius uincitur. Verum hoc intelligendum eſt ſecundum ſanctum Bonauen. reſpectu eiuſdem peccati ſcilicet carnalis: Tentatio enim carnalis difficilius uincitur propter coniunctionem carnis ad ſpiritum, propter quam magis incuruat animam carni naturaliter inclinatã: ſecũdum illud Eph. v. Nemo unquam carnẽ ſuam odio habuit, ſed nutrit, & fouet eam. Huic igĩ carnali peccato difficilius reſiſtitur propter carnis continuam moleſtiã, cui cõtinuè adheret: quã ꝓpter hoſtis inſtigationẽ. Si uero fiat cõparatio reſpectu diuerſorũ pctõrũ: ut puta tentatio carnis intelligĩ reſpectu pctõrũ carnalium, & tentatio hoſtis reſpectu ſpiritualiũ, ſic ſe habent ut excedentia, & exceſſa. Quidam enim homines ſunt magis proni ad peccata carnalia, puta ad incontinẽtiã, q̃ ad ſuperbiam, & his difficilius eſt reſiſtere tentationi carnis, quàm hoſtis. Quidam econuerſoproniores ſunt ad peccata ſpiritualia, quàm ad carna-

*Titillatio carnis non ſine uenial i peccat.*

lia: ut qui magis deſiderãt honores, quã uoluptates. His difficilius eſt uincere peccata ſpiritualia, quàm carnalia. Si quis autem ſit indifferens ad utrumq;, & æqualiter pronus quantum eſt de ſe ad utrunq;, illi quodammodo difficilius eſt uincere carnalia: & quodammodo ſpiritualia. Carnalia propter magis intrinſecam & continuam adhęrentiam. Spiritualia propter maiorem boni promiſsi apparentiam, & latentiorem inſtigantis fallaciam, qui multa uitia ſub ſpecie uirtutis palliat. Transfigurat .n. ſe in angelum lucis ij. Corum. xj. Et licet hoſtis ſit fortior ſecundũ illud Iob. xlj. Non eſt ſuper terram poteſtas, quæ comparetur ei. Sit etiam callidior, & occultior: ſecundum illud Apoſtoli. Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnem, & ſanguinem: ſed aduerſus principes, & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum harum, contra ſpiritalia nequitiæ in cęleſtibus. Ephe. vj. Tamen non permittitur tentare ſecundum totam ſuam potentiam, & aſtutiã: ſed reprimitur poteſtate diuina, & etiã angelica. Et ita diuerſis reſpectibus habent ſe ut excedentia, & exceſſa.

Not. 2. D ¶ Tertiò notandũ, ꝙ aliquid dicitur eſſe cauſa alicuius directè, propriè, & immediatè, quod ſcilicet immediatè attingit effectum. ſic ſol, eſt cauſa caloris. Alio modo indirectè, occaſionaliter, & mediatè, quòd ſcilicet eſt cauſa. uel quia cauſat aliquam diſpoſitionem ad effectum aliquem, ut ſecans ligna poteſt dici cauſa combuſtionis. De cauſa mediata, & immediata habes ſupra diſtinc. j. quęſt. ij. Hæc de articulo primo.

Arti. 2. Cõcl. 1 E ¶ Quantum ad ſecundum articulum, eſt concluſio prima. Non quælibet hominis peccata ſunt a Dæmone tanquam a cauſa directa, & immediata. Patet quia non omnia peccata committuntur diabolo immediatè inſtigante. Non omnia peccata a Dæmone. Multa enim fiunt a libero arbitrio, & carnis corruptione. Vnde dicitur in Eccleſiaſticis dogmatibus. Non omnes cogitationes noſtræ malę a diabolo excitantur, ſed aliquoties ex arbitrij noſtri motu emergũt, & Orige. dicit. Etiam ſi diabolus non eſſet, homines haberent appetitum ciborum, & uenereorum, circa quæ multa inordinatio contingit: niſi per rationẽ talis appetitus refrenetur. Refrenare autem & ordinare huiuſmodi appetitum ſubiacet libero arbitrio. Ergo ex ſola arbitrij negligentia in refrenando ſine ſpeciali, & immediata inſtigatione diaboli contingere poteſt peccatum. Item tentatio carnis diſtinguitur a tentatione diaboli, ſecundum magiſtrum in præſenti diſtin. ergo poſſunt ſeparari, & ita peccare aliquis ſola tentatione carnis.

Cõcl. 2 F ¶ Secunda concluſio. Omne peccatum hominis mediatè, uel immediatè oritur ex tentatione dęmonis. Probatur: quia dęmon eſt cauſa mediata omnis peccati: quia inſtigauit primum hominem ad peccandum, ex cuius peccato in toto genere humano conſecuta eſt quædam pronitas ad omnia peccata. ¶ Item omne peccatum oritur ex tentatione aliqua. Nemo enim ad malum aſpiciens operatur ſecundum Diony. Nemo. n. operatur aliquid propter finem ab eo intentum, ut malum: ſed ad minus ſub ratione boni honeſti, aut delectabilis, aut utilis: ſed omnis tentatio eſt a dæmone, uel a carne. Tentatio autẽ a carne etiam eſt a dæmone tanquam a mouente primo, uel mediato: quia omnis tẽtatio carnis eſt ex eius corruptione, quæ ortum habet ex prima hominis tentatione. Et ita intelligenda eſt auctoritas Hiero. ſuper illo Pſalmus. Declina a malo, & fac bonum. Mala omnia ab inſtinctu diaboli procedunt: ſicut bona ab inſtinctu dei. Verum ibi ly ſicut, non dicit omnimodam ſimilitudinem; quia mala omnia procedunt ex inſtinctu diaboli mediatè, uel immediatè. Bona autẽ omnia procedunt a deo immediatè. Eſt enim deus cauſa immediata omnium effectuum poſitiuorum: ut dictum eſt. q. ij. diſtinct. j. ¶ Item illud Diony. c. iiij de diui. no. Multitudo dęmonum eſt cauſa omnium malorum ſibi, & alijs. Et illud Damaſce. Omnis malitia, & omnis immunditia a diabolo excogitatæ ſunt.



Arti. 3. Dub. 1. G ¶ Quantum ad tertium articulum dubitatur primò. Vtrum tentatio, qua diabolus tentat hominem, oriatur ab inuidia uel ſuperbia diaboli. Reſponſio ſecũdũ ſanctum Bona. Hæc duo peccata ſuperbia & inuidia, ſunt penè inſeparabilia: & unũ comitatur ad alterum. Cur tẽtat Diabolus. Superbus enim amat excellentiam: & ita nullum uult parem: & per hoc appetit excellentiam ſingulariter poſsidere: & ideo ſtatim actu uel habitu inuidet: cum nolit bonos conſimili bono: quod appetit: alterum communicare. Mens ergo diaboli his duobus uitijs poſſeſſa eſt. nam ex his uitiis ut dicit Auguſtin. quæ prius fuit Lucifer diabolus factus eſt, uidens ſtatum hominis, in quo potuit cadere, & aſcendere: & cadendo ſub diabolica poteſtate redigi, aſcendendo ad ſupernam ciuitatem: unde ipſe cecidit peruenire ex ſuperbia motus eſt ſimul, & inuidia ad ipſum tentandum. Ex ſuperbia: ut ipſum ſibi ſubiiceret. Ex inuidia: ut ipſum a ſuperna fęlicitate impediret. Fuit ergo ſuperbia tanquam mouens primum, inuidia uero tanquã mouens proximum, & immediatum. Eſto tamen, quòd non poſſet dominium ſuper ipſum acquirere, ſtuduiſſet nihilominus ipſum a paradiſi gaudijs impedire: & ideo ſcriptura dicit diabolum ex inuidia hominem tentaſſe. Sap. ij. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Et magiſter. Videns diabolus hominem per obedientię humilitatẽ poſſe aſcendere: unde ipſe per ſuperbiam corruerat, inuidit ei. Et qui prius per ſuperbiam diabolus fuerat, ideſt deorſum lapſus, zelo inuidię factus eſt Sathan. i. aduerſarius. Patet ergo ad dubium reſponſio: ꝙ tentatio diaboli ex utroque uitio orta eſt. Fuit tamen ſuperbia radix prima, inuidia radix proxima. Multa alia dubia hic moueri poſſent de tentatione, quorum aliqua poſt in alijs diſtinctionibus tangentur. Aliqua, & plura ad hanc materiam facientia tacta ſunt in expoſitione canonis miſſę. lec. lxxviij.

## DISTINCTIO XXII.

DICTVM eſt de peccato hominis quantũ ad diabolum tentantem. In hac diſtinct. xxij. agit de eodem quantum ad hominẽ tranſgredientem. Agit enim de peccato primi hominis quantum ad eius originẽ ex parte hominis peccantis, grauitatem, & peccãtiũ ignorantiam. Colligitur autem ſententia textus in his tribus concluſionibus. ¶ Prima concluſio. Non ex ſimili ſuperbia, qua prodijt peccatum, Eurę ortum duxit tranſgreſsio Adę. ¶ Secunda concluſio. Mulier quamuis plus uiro peccauit: neutrum tamen ignorantia, quę diſſimiliter in utroque fuit: ullatenus excuſauit. ¶ Tertia concluſio. Ex diaboli perſuaſione, & bono hominis liberi arbitrij uoluntas mala prodiit, qua primus parens iuſtitiam deſeruit, & iniquitatem inchoauit.

## QVAESTIO I.

CIRCA hanc diſtinctionẽ quęritur. Vtrum peccatum per protoplaſtum Adam cõmiſſum non tantum pctõ Euæ, ſed omnium ſit grauiſsimum. A Pręmiſsis notabilibus, pro articulo primo: ſubiungentur cõcluſiones cum dubijs, pro ſecundo & tertio articulis.

Arti. 1. Not. 1. ¶ Quantum ad primum præſuppoſitis his, quæ dicta ſunt diſtin. vj. q. unica. circa princi. de actibus uoluntatis, & eorum ordine, & differentiis. Notandum, ꝙ ſecundum Anſel. & magiſtrum, primum peccatum Adę nõ fuit immoderatus amor ſui, ſed immoderatus amor ſuæ uxoris, quam noluit contriſtari, quam credidit ſine ſuo conſortio tabeſcere, & a ſe alienatam penitus interire. Vnde amor Adæ ad uxorem ſuam, non fuit amor concupiſcentiæ, uel libidinis: quia ille nondũ fuerat ante peccati conſummationẽ, ſed amor cuiuſdam amicitiæ,

Ex iſto autem amore immoderato ſequebatur uoluntas complendi illud, quod non fuit licitum: & ſic uiolauit, quod prohibitum fuerat de eſu pomi. ❡ Hoc autem prȩceptum non fuit de illicito ex natura rei: ſicut ſunt præcepta prohibitiua decalogi: illa enim ſunt lege naturȩ largè: etiam ſi nulla prohibitio ſup hoc fuiſſet data. Eſus enim illius ligni in ſe nō fuit de genere malus: ſed ſolum malus, quia prohibitus ad experiendum obedientiam eorūdem.

Not. 2. B

❡ Secundò notandum circa peccatum Euȩ, ꝙ ſecundum ſanctum Bona. & textus innuit, & expreſſè dicit apoſtolus. Principale peccatum, propter quod lapſus eſt homo, fuit inobedientia, per hanc mors in homines poſteriores deriuatur, ſicut enim per unius inobedientiam peccatores conſtituti ſunt multi: ita per unius obedientiam iuſti cōſtituti ſunt multi: Roman. v. Vnde ad inobedientiam Euam diabolus inducere intendebat, quod patet per principium ſuæ interrogationis. Cur prȩcepit uobis deus, inquit &c. Sed quoniam nemo operatur ad malum aſpiciens, nec appetit malum niſi ſub ſpecie boni: ideo clarè deprȩhendens diabolus, ꝙ non poſſet mulierem in peccatum prȩcipitare, niſi proponeret aliquod appetibile, illam tentando propoſuit fallaciter, ad quȩ omnis homo ſecundum ueritatem tendit naturaliter. Naturaliter enim omnis homo beatitudinē appetit, quod eſt bonum glorioſum, copioſum & delicioſum: ideo omnis homo naturaliter appetit excellentiam, ſufficientiā, & lȩtitiam: & in eorum appetitu ordinato conſiſtit iuſtitia. in inordinato uero cōſiſtit culpa. Hinc ad hæc tria Ioā. reducit omnem inordinatam mundi concupiſcentiā di. Omne quod eſt in mundo, aut concupiſcentia carnis eſt: aut concupiſcentia oculorum: & ſuperbia uitæ. j. Ioā. ij. Superbia non eſt aliud, quā inordinatus appetitus propriȩ excellentiæ; ut habitum eſt ſupra di. vj. Auaritia non eſt aliud, quàm inordinatus appetitus propriæ ſufficientiæ. Gula autē non eſt aliud, quàm immoderatus appetitu cibi reficientis ſuauiter. Conſiderans ergo diabolus hanc eſſe uiam præcipitandi mulierem in culpā, primò prȩmittit dignitatis excellentiam. Eritis, inquit, ſicut dij. Subiunxit cognitionis abundantiam, ſcientes bonum, & malum. Poſtremò prætendit ſuauitatis experientiam: cum oſtendit lignum pulchrum uiſu, & ad ueſcēdum ſuaue. Quoniam ergo mulier diabolicæ promiſsioni credidit, eius etiam ſuggeſtioni conſenſit: ideo primò in appetendo eſſe ſicut deus, fuit ſuperbia. In appetendo ſcire bonum, & malum, quod non oportebat: & ſcire pluſquam oportebat, fuit auaritia: licet non fuerit auaritia propriè dicta: ſecundum ꝙ dicitur eſſe appetitus pecuniȩ, fuit tamen auaritia ſecundū, ꝙ dicitur appetitus immoderatus ſufficientiæ. Poſtremò in experiendo ſuauitatem ligni ucetiti fuit gula: & in hoc culpæ tranſgreſsionis, & inobedientiȩ fuit inuoluta. Et ſic patet, quòd peccatū mulieris inchoatū fuit in ſuperbia, progreſſum habuit in auaritia: conſummationem uero in gula in actu comedendi contra prȩceptum: & ita terminatum in inobedientia. Patet etiam, ꝙ inordinata fuit quantum ad triplicē potentiam. ſ. quantum ad iraſcibilem: dū appetijt alta, quantum ad rationalem; dum appetijt ſcire occulta; quantum ad concupiſcibilem, dum uoluit guſtare ſuauia. Vnde ex illo peccato pullularunt radices omnium peccatorum.

Peccatū Euæ ī tribus.

E

❡ Ex his patet, quomodo differenter peccauit Eua, & Adam. Adam quidem ut dictum eſt: principiatiuè ex immoderato amore amicitiȩ mulieris. Mulier uero ex faſtu ſuperbiȩ, quo appetijt fieri ſicut deus. Licet quidā dicere uoluerūt, ut tangit magiſter, ꝙ Adā idipſum quod mulier appetijt, concupiuit: ſed non credidit, & propter hoc factus eſt ſuperbus, non tamen dicitur ſeductus. Appetere enim poteſt aliquis ad quod ſe poſſe peruenire non credit; quia non quod poſsit: ſed quod uelit attendit ambitionis flagitium. ❡ Sed quia hæc opinio



opinio non cōſonat uerbis Aug. qui expreſſè uidetur ſentire oppoſitum: ut patet in litera. Nec ueriſimile eſt, ꝙ uir tātæ rectitudinis quātæ fuit Adam ante peccatum appeteret aliquid, ad quod ſe crederet non poſſe peruenire. Ideo opinio cōtraria probabilior uidetur: ꝙ uir in appetibili, & principali motiuo nō fuit conformis mulieri tranſgrediēdo: licet eſſet ei cōformis in tranſgreſſione mandati diuini. Vterq; quidē inobediens fuit: ſed aliter uir, quàm mulier ad inobedientiæ culpam prolapſus eſt. Nō enim uir pomū comedit propter appetitū excellētiæ in aſsimilatione ſui ad deū: nec propter appetitū ſufficiētiæ in multorum curioſa cognitione. nec propter appetitū ſuauitatis in cibi deguſtatione: ſicut fecit mulier, quæ hæc a ſerpente promiſſa fieri credidit, & appetit, propter quod ſe deceptā aſſerit. Serpēs, inquit, decepit me. Et apoſtolus. j. Timo. ij. Vir nō eſt ſeductus; ſed mulier. In hoc autē Adā nō eſt ſeductus; quia nō credidit uerū eſſe, quod per ſerpentem diabolus dixit. Eritis ſicut dii: ſicut mulier credidit. Nec excuſando ſe ad Deum dixit. Mulier decepit me: ſed mulier, quam dediſti mihi ſociam: dedit mihi, & comedi. Fuit tamen in uiro quȩdam ſuperbia, quædam auaritia, & quȩdā laſciuia, per quas perductus eſt ad inobedientiā.

Qūo Adam peccauit in ſuperbia, auaritia & laſciuia.

Quodammodo enim ſuperbiuit: dum ſe nimis magni prȩcii apud deum æſtimauit, & tanti ꝙ propter comeſtionem illius cibi non incurreret grauitatē alicuius ſupplicij: ſed facile conſequeretur ueniam de offenſa. Fuit etiam quædam auaritia, dum curioſè ſcire uoluit, quid ſibi eueniret, dum cibum ueritum guſtaret; quia uidit mulierem guſtaſſe, & mortuā nō eſſe. Fuit etiam quædam laſciuia; non carnalis delectationis: ſed cuiuſdam amicabilis affectionis, qua frequenter offenditur Deus; ne contriſtetur proximus, ut dicit magiſter. Vnde & dominus ipſum arguit: quia audiſti uocem uxoris, & comediſti de ligno, ex quo p̄cepi tibi, ne comederes: & per hȩc perductus eſt Adā ad inobediētiā, & diuini mādati tranſgreſsionem. Hȩc autē eliciuntᷣ ex uerbis beati Aug. ſuper Gen. ad literā: quȩ adducit magiſter in litera. Quoad primū dicit. Non eſt putandū, ꝙ homo deijcereᷣ, niſi prȩceſsiſſet in eo quȩdam elatio cōprimenda. Præceſsiſſet non tentationē, ſed mandati tranſgreſſionē per pomi comeſtionē: exponit magiſter. Quoad ſecundum dicit Aug. Voluit Adā lignum uetitū experiri; cū non uideret mulierē mortuā eſca illa percepta. Quoad tertiū ait. Noluit eā cōtriſtari, quā credebat ſine ſolatio tabeſcere, & a ſe alienatā interire. Patet ergo, ꝙ Adā non appetijt eſſe ſicut Deus, ſicut mulier. Quod ſi alicubi dicitur: intelligendū eſt uel quia diuinum contempſit imperium, & ſuam uoluntatē diuinæ prætulit iuſsioni: & hoc eſt Deo æquiparari uelle: ſicut de quolibet mortaliter peccante dicit Anſel. & Bernard. Vel quia peccatū mulieris, quā regendā accepit; ſibi imputatur pro eo, ꝙ eā non cōpeſcuit; uel quia quod mulieris eſt: pro quāto de ipſo ſumpta eſt, & quaſi pars eius eſt, ipſi attribuitur.

Not. 3. D

❡ Tertiò notandum, ꝙ quantū nunc ſufficit: quia poſtea in materia peccatorū actualium pertinentius dicetur: grauitas peccati ex multis attenditur. Quandoq; ex intrinſeca ratione peccati, qa opponitur magno bono formaliter, qđ & priuat: ſic & odiū Dei maximum malū eſt: quia formaliter opponitur charitati Dei, quæ eſt maximū bonū.

Vnde grauatᷣ peccatū

Attenditur quandoq; ex arduitate, uel pluralitate p̄cepti, uel p̄ceptorū illud peccatū p̄hibētiū: ſic grauiores ſunt trāſgreſſiones p̄ceptorū primæ tabulæ, quā ſecūdȩ, & grauius eſt ſacrilegiū, quā ſimplex furtū: & grauius parricidiū, quā homicidiū ſimplex. Attenditur etiā ex maiori peccandi libidine, ad quā ſequitur maior contemptus. Item ex grauioris dāni ſequela. Item ex multiplici circūſtantia actuali: ut perſonȩ dignitate, reſiſtēdi fortitudine, maiori ingratitudine: & ſic de alijs multis. Et ſecundū hæc peccata habent ſe, ut excedētia, & exceſſa in grauitate: ſimpliciter tn̄ grauius eſt

ex genere ſiue obiecto, quod .ſ. formali
ter repugnat maiori bono: & ita erit
circa obiectum magis bonum: ſimiliter
ubi plures rationes grauitatis, & mali-
Arti. 2. tię concurrunt. ❡ Quantum ad ſecun-
Cõcl. 1. dum articulum eſt concluſio prima. Pec
E catum Adę non fuit grauiſsimum pec-
catum ſimpliciter. Probatur: quia non
fuit grauiſsimum ex intrinſeca ratione
peccati, quia non fuit in Deum, tãquã
in obiectum. Nec formaliter oppone-
batur charitati Dei, quãuis illa priua-
bat demeritoriè, ſicut quodlibet morta
le. Nec fuit contra pręceptũ maximè
arduũ: quia nõ prohibẽs rẽ ex natura il-
licitam, immo hoc reſpectu fuit minus
graue, quã quodcũq; peccatũ cõtra prę
ceptũ qualecũq; decalogi: ut dicit Sco.
Nec proceſsit ex maxima libidine, ut
patet ex notabilibus. His aũt rationibus
attenditur ſimpliciter grauitas peccati.
Cõcl. 2. ❡ Secunda concluſio. Ex quibuſdam ac
Peccatũ Adæ grauiſsimũ cur. cidentalibus circũſtãtijs pctũ Adæ fuit
grauiſsimũ cõparando ad peccata om-
niũ hominũ. Patet: quia ex ſequela, quę
maximũ dãnũ extenſiuè, nõ intẽſiuè in
tulit. quia totũ genus humanũ infecit:
& originali iuſtitia ſpoliauit. Similiter
ex qualitate perſonę: quia Adã fuit per
ſona digniſsima, ad reſiſtẽdũ fortiſsima
propter originalis iuſtitiæ adiutoriũ; &
ꝑ hoc ex maiori ingratitudine ꝓceſsit.
Cõcl. 3. ❡ Tertia concluſio. Peccatũ Euę ſim-
pliciter grauius fuit peccato Adæ. Pa-
tet ſicut prior cõcluſio; quia proceſsit
ex maiori ſuperbia uolentis aſsimilari
Deo, & credentis hoc fieri poſſe: & per
hoc ex maiori libidine, & cõtẽptu Dei:
Mulier grauius punitur q̃a grauius peccauit. ut patet ex dictis. Hæc autẽ ſunt, quæ
faciũt pctũ ſimpliciter grauius, cuius
etiã ſignũ: quia grauiori pœna mulier,
quã uir punita eſt. ❡ Quarta cõcluſio.
Ex circũſtantia accidentali, dignitatis
perſonæ, reſiſtendi fortitudine, pruden
Cõcl. 4. tia & uigore, damni & ſequelæ, grauius
fuit peccatũ Adæ, quã Euæ; nam perſo-
na Adę dignior fuit maiori prudentia,
& fortitudine prædita, cuius tranſgreſ
ſio in totam poſteritatem redundauit:
non ſic peccatum Euæ, niſi in quantum
fuit occaſio peccati. Si enim Adam nõ
peccaſſet, propter peccatum Euę ge-
nus humanum non perijſſet: nõ enim
Eua: ſed Adam principium totius gene
ris humani. ❡ Quantum ad tertiũ dubiũ. Arti. 3.
Vtrum primũ peccatũ Adę potuit eſſe Dub. 1.
ueniale. Hic tam ſanctus Bonau. quàm F
Sco. recitant duas opiniones. ❡ Vna,
quæ tenet partẽ negatiuã, cuius moti-
uum eſt; quia primum peccatum neceſ-
ſariò corrumpit ſummam rectitudinẽ:
ſed ueniale non corrumpit eam: quia
ei non contrariatur: ergo primum non
potuit eſſe ueniale. Maior patet: quia An peccatum Adæ mortale fuerit.
ſumma rectitudo excludit omne pecca
tũ. ❡ Item quãdiu uires ſuperiores fue
runt ordinatæ ad Deum: non potuit
eſſe obliquitas in inferioribus. Primum
ergo peccatum fuit deordinatio in ui-
ribus ſuperioribus; ſed omnis talis eſt
mortalis. ❡ Item peccatum eſt ueniale
propter pronitatem hominis ad illud;
ſed in ſtatu innocentiæ nulla fuit pro-
nitas ad peccatũ: quia nulla deordina-
tio uiriũ: ergo ibi non potuit eſſe pec-
catũ ueniale. ❡ Item peccatũ aufert in-
nocentiam; & per conſequens immor-
talitatem, quod aufert immortalitatẽ,
infert mortẽ: ſed omne peccatum infe
rens mortẽ eſt mortale: ergo peccatũ
auferens innocentiã nõ poterat eſſe ni
ſi mortale. ❡ Item homo in innocentia
cõſtitutus, cum nullũ habuit impellens
contra regulam rectitudinis, illam re-
linquere non poterat: niſi contẽnendo
diuinam iuſtitiam, fœdando ſuam inno
centiam, & corrumpẽdo ſuã naturam:
hoc autem non operatur ueniale; ſed
mortale. ❡ Hæ ſunt rationes Bonauen.
propter quas huic opinioni tãquã pro-
babiliori aſſentit. ❡ Alia eſt opinio te-
nens partem affirmatiuam, ꝙ primum
peccatum potuit eſſe ueniale. Mouetur
illa opinio: quia pfectior eſt gratia ori-
ginali iuſtitia: & peccatum ueniale ſtat
cum gratia: ergo ſtare poteſt cũ origi-
nali iuſtitia. ❡ Item cum otioſum uer-
bũ ſit ueniale ex genere: nõ ſit morta-
le niſi cadat ſuper ipſum præceptum:
aut niſi fiat ex contemptu ſpeciali.



In ſtatu innocentiæ nullum fuit datum
præceptum de uitando uerbũ otioſum:
quia non habuit homo in illo ſtatu niſi
triplex præceptum .ſ. de comedendo de
lignis paradiſi: de multiplicando genus
humanum: & de non ſumendo de ligno
ſcientię boni, & mali: & Adam potuit
proferre uerbum otioſum ſine contem
G ptu: ergo peccare uenialiter. ❡ Propter
Mortale quomodo diſtinguitur a ueniali. hanc ratione Sco. hanc opinionem re-
putat probabiliorẽ. Vnde pro argumen
torũ pro prima opinione inductorũ ſo-
lutione, notandum, ꝙ peccatũ mortale
diſtinguitur a ueniali: nõ in hoc, ꝙ unũ,
eſt reſpectu finis .ſ. mortale: ueniale au-
tem reſpectu horum, quę ſunt ad finẽ.
utrumq; enim importat quãdam deor-
dinationem reſpectu finis, ſed mortale
eſt deordinatio quędã oppoſita ordina
tioni, ſine qua finis nullo modo poteſt
conſequi: & illa ordinatio eſt, quę cadit
ſub præcepto: & ideo omnis deordina
tio cõtra pręceptum, ducit a fine neceſ
ſario; ideo eſt peccatũ mortale. Sed eſt
alia ordinatio reſpectu finis conſequẽ
di nõ neceſſaria: ſed utilis ad conſequẽ
dum finem, propter quẽ perfectius, ſiue
citius poteſt conſequi finis; quę nõ eſt
ſub pręcepto. Et deordinatio oppoſita
huic eſt uenialis, ſiue ueniale peccatum:
quia nõ facit cadere a fine neceſſario;
ſed facit, ꝙ actus non procedit meliori
modo, quo a tali agẽte fieri poteſt. ❡ Di
citur ergo, ꝙ Adã nedũ actum deordi-
natum cõtra præceptum immediatè fa
cere potuit; ſed etiam non ita oppor-
tunè, ſicut expediret, ut non faciendo
maximè expedientia: uel faciendo ali-
qua retardantia: licet non faceret dire
ctè contra præceptum neceſſarium ad
finem: poterat ergo uenialiter pecca-
re. Non enim habuit pręceptum ad ui-
tandum omnem deordinationem: quia
nimis grauiter deus obligaſſet uiatorẽ:
ſi eum obligaſſet de neceſsitate ſalutis,
ad faciendum ſemper quod melius fuiſ-
ſet, uel ad uitandum quodcunq; retar-
H datiuũ a meliore. ❡ Et per hoc ad ratio
nem pro oppoſita opinione. Ad pri-
mum, ꝙ ſumma rectitudo aut eſt habi-
tus gratiæ, uel iuſtitiæ originalis inten
ſior poſsibilis uiatori de cõmuni lege;
aut eſt rectitudo excludens omnem cur
uitatem, & obliquitatem quantumcũq;
modicam. Primo modo accipiendo ue
niale ſtat cum ſumma rectitudine: ſicut
& nũc de uiris perfectiſsimis dicit Ioã.
Si dixerimus, quoniam peccatum non
habemus, ipſi nos ſeducimus: & ueritas
in nobis non eſt. j. Io. ij. Huic enim re-
ctitudini peccatum ueniale non repu-
gnat, neq; actui eius. ſicut & nũc actum
meritoriũ ualdè excellentem põt ſequi
aliqualis uana gloria, quę eſt peccatũ ue
niale: quæ tamẽ non minuit gratiam,
nec tollit meritũ actus. Si autem acci-
pitur rectitudo ſumma pro ea, quæ ex-
cludit omne peccatũ: ſic negatur, ꝙ ue
niale non corrumpat rectitudinem: ſic
enim omne peccatũ, & mortale, & ue-
niale contrariatur ſummæ rectitudini.
❡ Ad ſecundum dicitur negando, ꝙ om
nis deordinatio in uiribus ſuperioribus
ſit mortalis: nam leuis motus per ſurre-
ptionem contra articulum fidei eſt de-
ordinatio in uirtute ſuperiori: quia põt
eſſe circa tale obiectũ, quod conſidera-
ri non poteſt niſi a uirtute ſuperiori, ut
circa deũ eſſe trinum, & unũ: tamẽ non
omnis talis leuis motus eſt peccatum
mortale: licet ſit in portione ſuperiori.
❡ Ad tertium patet per iam dicta, ꝙ pec
catũ ueniale non ſolum eſt: quod acci-
dit ex pronitate ad malũ: ſed quandoq;
accidit ſolum ex libero arbitrio, citra ta
men tranſgreſsionẽ pręcepti. ❡ Ad quar
tũ poteſt dupliciter dici. Vno modo ne
gando, ꝙ auferat immortalitatem: eo
modo quo immortalitas conuenit ſta-
tui innocentiæ: licet auferat innocen-
tiam: quoniam non oportet, ꝙ pro
peccato ueniali reſpondeat mors; ſed
contritio aliqua, quæ poterat eſſe in il-
lo ſtatu, quãdiu erant uiatores. Vel poſ
ſet dici, ꝙ ei nõ correſpondet pęna, ſed
propter peccatũ ueniale cõmiſſum eſſet
debitor feruentioris actus charitatis,
quã prius. Et ſic feruor charitatis con
ſumit peccatum ueniale: ſicut ignis ma
gnus guttam aquæ iniectam. Secundo

modo poſſet dici, ꝙ non omne peccatũ
inferens mortem temporalem neceſſa-
riò eſt mortale. Verum quidem hoc eſ
ſet: quãdo mors eſſet formaliter pœna
illius culpę. & ideo ſi propter huiſmodi
ueniale fuiſſet morte punitus: nõ ideo
fuiſſet peccatũ mortale: quia mors fuit
debita Adæ ex natura ſua nõ obſtante
ſua innocentia: ut ſup. dictum eſt. Ha-
buiſſet tñ beneficiũ remedij cõtra mor
tẽ ſi ſtetiſſet: ſubtrahere aũt beneficium
tale .ſ. remediũ nõ eſt magna pęna for-
maliter: quia parũ oſtendenti licet ſub-
trahere beneficiũ magnũ liberaliter col
latũ, ſed nõ infligere magnã pęnã. ¶ Ad
ultimum dicitur negando, ꝙ non pote
rat regulam rectitudinis deſerere: non
contẽnẽdo diuinam iuſtitiã, ſaltem tali
contemptu, qui inducit mortale: ille. n.
ſolus eſt, quo cõtẽnitur diuinũ pceptũ,
nunc aũt nõ habuit præceptũ de ſeruan
dis cõſilijs, aut ſemper faciendi, quod
melius foret. Nec omnis fędatio natu-
rę eſt mortalis: ſed illa ſola quę eſt con
tra præceptũ formaliter, uel interpræta
tiuè: & ideo omne ueniale, repugnat ſta
tui beatitudinis: quia beatus eo ꝙ bea-
tus habet præceptum ſemper cõtinuan
di actũ fruitionis intenſum, & de nõ di-
uertendo nedũ ad oppoſitũ: ſed nec ad
deſperatum; & ideo quęcunq; deordina
tio accideret beato, eſſet cõtra pceptũ
ſibi datũ, & ideo nulla eſſet ſibi uenia-
lis: ſed quęlibet mortalis: ſecus de uia-
I tore. ¶ Tenet ergo illa opinio, quę pro
babilior uidetꝛ: ꝙ licet Adã primo pec
cato peccauerit mortaliter: quia tranſ-
greſſus eſt præceptum ſibi datũ: potuit
tñ peccare ueniali ter nõ omni genere
Duplex peccatũ ueniale. peccati uenialis. Quoddam .n. eſt pec-
catũ ueniale ex genere actus, ſicut dicẽ
do uerbũ ocioſum: aut mendaciũ ioco-
ſum: & hoc eſt ueniale nõ ſolũ cum prę-
uenit rationis iudicium: ſed etiã cum
ſubſequitur: & hoc peccato primò pec-
care potuiſſet. Eſt aliud genus peccati
uenialis, quod dicitur ueniale ab adue-
niendo: quia uenit ex ſurreptione &
pronitate naturæ corruptę: & hoc prę
uenit, niſi ſubſequatur iudicium ratio-
nis. Et tali peccato Adam non potuiſ-
ſet primò peccaſſe propter ordinem ori
ginalis iuſtitiæ, qua inferior potentia
ita ſubiecta fuerat ſuperiori, ꝙ nihil ap
peteret abſq; eius dictamine, & impe-
rio: de quo poſtea.

## QVAESTIO II.

SECVNDO quæritur: A
Vtrum peccatum Adæ fuit
per ignorãtiam excuſabile.
¶ Articuli tres præmiſsis no
tabilibus, & conſequentibus concluſio
nibus, ac dubiorum ſolutionibus abſol
uent quęſtionem. ¶ Quoad primum no Arti. 1.
tandum, ꝙ ignorantia multipliciter po Not. 1.
teſt diſtingui. Primò ſecundũ oppoſitio Ignorãtia multiplex.
nem ad ſcientiam: & ſic accipitur tripli
citer .ſ. poſitiuè: & dupliciter negatiuè.
Poſitiuè idem eſt, quod error. i. aſſen-
ſus falſi, uel diſſenſus ueri: ignorat enim
quiſquis errat, falſum credendo, aut ue
rò diſſentiendo: ſic ignarus eſt errans:
ignorantia eſt error in anima. Vnde
Auguſt. in Ench. c. xvj. Nec niſi rerum
ignorantia põt errari. Et ibidẽ deſcribit
errorẽ dicens. Nihil aliud eſt errare, quã
uerum putare, quod falſum eſt: falſumq;
quod uerum eſt: uel certum habere pro
incerto: incertũ uero pro certo, ſiue fal
ſum ſit, ſiue uerũ. Et hanc ignorantiam
poſitiuam quidã uocant ignorantiã pra
uæ diſpoſitionis: pro eo, ꝙ ponit diſpoſi
tionem malam .ſ. errorẽ in ignorante.
Alij clarius eam nominant ignorantiã
erroneam. Negatiuè dupliciter acci-
pitur: uel ut includit negationem infi-
nitantẽ ut .ſ. ſimpliciter negat ſciẽtiam
in ſubiecto, ſiue apto nato, ſiue nõ nato
ſcire: ſic infans dicitur ignorans. immo
ſic lapis eſt ignorans; quia non ſciens.
Alio modo accipitur, ut includit nega
tionem priuãtem .ſ. quæ negat ſcientiã
in ſubiecto apto nato. Negatio enim
priuatiua non ſolũ priuat qualitatem a
ſubiecto: ſed cum hoc ponit aptitudinẽ
ad ipſam: ut cęcus dicitur non uidẽs, na
tus tamen uidere. Negatio autem in-
finitans totum negat: & ſic ſola ra-
tionalis



tionalis creatura dicitur ignorans pro
tempore, pro quo apta nata eſt ſcire; ſic
infantes non ſunt ignari; nec creatura
inſenſibilis. Primò modo opponitur
ſcientię contrariè. Secundo modo con
tradictoriè. Tertio modo priuatiuè. ¶ Se
cũdò põt diſtingui ignorantia quolibet
prædictorum modorum accepta in ordi
ne ad obiectũ. i. ad id quod ignoratur.
Et tunc diſtinguitur in ignorantiam iu
Ius quotuplex. ris, & facti. Ignorantia iuris poteſt di-
ſtingui ſecundũ diſtinctionem iurium,
quorum aliud eſt naturale, aliud diui-
num, aliud humanum, ſiue poſitiuum:
B & illud uel canonicum, uel legale. ¶ Et
poſſet breuius ſic diſtingui: ꝙ quędã eſt
ignorãtia iuris neceſſarij ad ſalutẽ, &
eſt ignorantia iuris nõ neceſſarij ad ſa
lutem. Cognitio uero iuris neceſſarij
ad ſalutem non eadem eſt apud om-
nes: ſed uariatur ſecundum diuerſos
hominũ ſtatus; quia quędã ſunt neceſſa
ria ſciri pręlato, quæ non ſunt neceſſa
ria ſciri ſimplici ſubdito. ¶ Ignoran-
tia facti etiam diſtinguitur: quia quędã
eſt facti in ſe, quædam eſt ignorantia ali
cuius circũſtantiæ: quædam eſt igno-
rantia alicuius ſequelę ad factum.
Exempla ſunt manifeſta. ¶ Tertio mo-
do diſtinguitur ignorantia in ordine
ad uoluntatem, tanquam ad cauſam.
Et ſic ignorantiarum quædam eſt affe-
ctata, quædam craſſa & ſupina: quę-
dam inuincibilis. Et hęc eſt magiſtri
in textu: tñ ſub alijs terminis. ¶ Igno
rantia affectata eſt, qua uoluntas uult
neſcire, ſiue non uult ſcire actu poſitia
uo: ſicut de quibuſdam dicitur. Noluit
intelligere, ut bene ageret: Et alibi.
Recede a nobis, ſcientiam uiarum tua-
rum nolumus. ¶ Ignorãtia craſſa, & ſu-
pina eſt ignorantia, quę conſequitur ne
gligentiam inquirendi ſciẽda, quę qui-
dem non affectatur, nec uolita eſt, nec
placet: ſed tamen tolli poſſet, ſi diligẽs
cura inquirendi, & perficiendi adeſſet.
Quæ dicitur craſſa: quia cauſatur ex
deſidia, & pigritia laborandi ad acqui-
ſitionem ſciendi, quæ frequenter adhę
ret craſsis, & pinguibus hominibus.
Et dicitur ſupina: quia eſt mentium
ad inferiora ac terrena declinatarum
non potentium (uerius non uolentiũ)
ad ſuperiora æterna, & ſalutaria ſe eri-
gere: de quibus dicitur. Sapientes ſunt,
ut faciant mala, bene autem facere ne
ſcierunt. Hiere. iiij. ¶ Inuincibilis dici C
tur: non quin ſimpliciter poſsit uinci;
ſed quæ manet, poſtquam homo fecit
omnia, ad quę tenetur pro eius expul-
ſione; ſicut inuincibilis dicitur illa, qua
parochianus aliquis ignorat ieiunium
certo die obſeruandum pro eo, ꝙ ſuus
plebanus non pronuntiauit die, & ho-
ra qua pronuntiari ſolet: quo tamen pa
rochianus ille præſens fuit diligenter
auſcultans intimando: licet ſimpliciter
illa ignorantia uinci potuit: quia ta-
men fecit, quod debuit intrando eccle
ſiam: audiendo ſermonem, & auſcultan
do diligenter: dicitur illi inuincibilis.
¶ Quartò diſtinguitur ignorantia in or
dine ad actum peccati: & ſic aliqua eſt
pręcedens peccatum aliqua concomi-
tans: alia ſequens. ¶ Præcedens, quan
do ſi ſciret peccans non peccaret, & ta
lis ignorantia eſt cauſa uel diſpoſitio ad
peccati actum pro quanto ſine ea non
fieret: licet ipſa ignorantia non ſit uo-
lita. ¶ Concomitans eſt, dum quis pec
cando aliqua ignorat, quæ nec ſunt cau
ſa, nec effectus peccati: ut ſi quis pec-
cans in die dominico neſciens eſſe diẽ
dominicum, quæ tamen ſi ſciret propter
hoc non haberet ſe aliter ad peccatum;
ita ꝙ non minus peccaret. ¶ Sequens D
eſt, quę eſt pœna, & effectus peccati:
ut ignorantia, quæ conſequitur ebrie-
tatem: ut in Loth cognoſcente fi-
lias. Vel ut dicit beatus Thom. in ij.
ij. q. vj. artic. viij. quę eſt uolita for-
maliter, ut affectata: uel uirtualiter,
ut ſupina. Poteſt & alijs modis igno-
rantia diuidi uel ſub alijs terminis ex-
primi. tamen ad modos qui dicti ſunt
reducuntur. ¶ Secundò notandum, Not. 2.
ꝙ aliud eſt agere ex ignorantia; & E
aliud agere ignorando, uel ignoran- Differẽtia inter agere ex
ter. Nam agere ex ignorantia, eſt
ignorantiam eſſe cauſam uel diſpoſi-

*ignorãtia & agere ignorando.* tionem ad huiuſmodi actum: puta quãdo agens nõ ageret, ſi nõ ignoraret: ut ſi quis in ſexta feria comederet carnes ignorans eſſe ſextam feriam, non comeſturus, ſi ſciret. Sed agere ignorando eſt, dum ignorantia habet ſe, ut contingenter ad operationem; ita ꝙ propter eam agens nec agit, nec ab agente actione ceſſat. ſuo modo aliud eſt peccare ex ignorantia, & peccare ignorando.

*Not. 3.* *F* ¶ Tertiò nota, ꝙ aliquid excuſare a peccato poteſt eſſe dupliciter: uel in toto: uel in tanto. ¶ In toto excuſat, quo exiſtente actus aliquis ſimpliciter ad peccatum non imputatur. In tanto quando propter tale non tollitur ſimpliciter ratio peccati: ſed propter ipſum actus peccati non imputatur ad tantam pœnam, ad quantam imputaretur illo excuſante non exiſtente. ¶ Vbi aduertendum, ꝙ cum omne peccatũ actuale ſit uoluntarium, & ſolus actus uoluntatis eſt intrinſecę bonus, uel uitioſus.

*Actus elicitus.* Cæteri actus tantum per conformitatem ad actum elicitum uoluntatis ſunt uirtuoſi uel uitioſi: & hoc denominatione extrinſeca: ideo quicquid minuit rationem uoluntarij ſecundum Sanctũ Bonauẽ. quæſt. vj. huius diſtinctionis reſpectu alicuius actus minuit rationem, & uirtutis, & peccati: ut dicetur in tertio. Quia ergo uolũtarium includit cognitionem, ideo quod minuit cognitionem: minuit etiam rationem uoluntarij. Quod ergo ſimpliciter tollit rationem uoluntarij: tollit & rationem peccati in toto. Quod uero non omnino tollit: minuit autem & excuſat a tanto, non a toto. ¶ Et per hoc patet in genere, quando ignorantia actum aliquem excuſat a peccato ſimpliciter. i. in toto uel a tanto. Si enim ignorantia ſimpliciter tollit uoluntarium: ſimiliter excuſat a toto: ſi autem non omnino priuat, ſed aliquantulum minuit uoluntarium non excuſat a toto: ſed a tanto: hoc eſt non tollit rationem peccati: ſed rationem alicuius gradus grauitatis, quæ peccato ineſſet, ſi ignorantia non accidiſſet. Et ex hoc concludit ſanctus Bonauen. ꝙ omnis ignorantia aliquo modo excuſat peccatum: pro quanto aliquo modo minuit rationem uoluntarii pro eo, ꝙ priuat cognitionem: licet ex alia parte, quædam ignorantia magis aggrauat peccatum, quàm excuſet, ut ignorantia affectata: quia ideo aggrauat; quia & ipſa eſt uolita: & ita auget rationem uoluntarii ex una parte: tamen ſtante illa complacentia ignorantiæ, qua quis uult ignorare de actu ſuo, an ſit eliciendus uel non ut ſic minus retrahatur ab eliciendo, uel continuando actum iam elicitum: ſi dictaret ratio actum non eſſe eliciẽdum, & nihilominus elicit: maior eſt contemptus: & illum gradum tolleret ignorantia etiam affectata.

*G* ¶ Quãuis autem ille modus loquendi apparentiam habeat: tamen uidetur habere aliqua dubia. Primò non uidetur uerum, ꝙ omne, quod minuit cognitionem, minuit rationem uoluntarii: quia poteſt uoluntas ex ſua libertate plus uelle rem minus cognitã, & minus rem magis cognitam: ideo namq; aliquando affectat ignorantiã rei uolitæ quantum ad multas circumſtantias, ut intenſius uelit: unde res uilis uel nociua quantò magis, & uerius cognoſcitur: tantò uoluntas minuitur. & quantò minus cognoſcitur; tantò magis affectatur. Præterea non uidetur, quomodo ignorantia inuincibilis, quæ a toto excuſat: ex toto tollat rationem uoluntarii actus, quem excuſat: immo ille actus, quem a peccato excuſat ignorantia, eſt magis uoluntarius propter ignorantiam; immo ſi non adeſſet ignorantia omnino non eſſet uolũtarius: immo qñq; actus aliqs eſt meritorius propter ignorãtiã inuincibilẽ: & per cõſequẽs uoluntarius. Qui (ſi nõ eſſet ignorãtia) eſſet culpabilis. Et ꝑ hoc a uolũtate iuſta omnino nõ eſſet uolũtarius: neq; elicitus. ¶ Sed ad illa põt dici, ꝙ actus põt conſiderari uel primò quãtũ ad ſubſtãtiã actus; uel ſecũdo quãtũ ad circũſtãtias: pręſertim ſecũdũ quas dicit̃ moraliter bonus, uel malus: ut ſi quis contrectat rem alienam inuito dño, ignorãs eã eſſe alienã: actus contrectandi ſecundũ ſe uolitus eſt: nõ autem ſecundum illam circũſtantiã, ꝙ res eſt aliena: ut ſic enim eſt res ignorata: igitur nec uolita. Et ſic intelligẽda ſunt uerba ſancti Bonau. quę ſatis concordãt doctrinæ philoſophi iij. Ethic. vz. ꝙ illud, quod minuit cognitionem, minuit rationem uoluntarij: quantum ad illã circumſtantiam, cuius cognitio minuitur: licet non quoad actum ſecundum ſe. Et ſi tollit totam cognitionem alicuius circũſtantię facit actũ ſimpliciter non uoluntarium, quantum ad illam circumſtantiam. Vnde ignorantia inuincibilis alicuius circumſtãtiæ propter quã actus eſſet malus, facit actũ ſimiliter inuoluntariũ, quãtum ad illã circũſtãtiã formaliter interpretatiuè: & ideo excuſat ut in caſu poſito apparet. Si aũt eſt ignorãtia alicuius circũſtãtiæ uincibilis, ſecundũ quã uoluntas eũ actũ nõ elicit, quia ignorat: ſcire tñ poſſet ſi diligenter non inquireret: actus ille licet ſit ſimpliciter non uolũtarius ſub illa circũſtãtia formaliter: eſt tñ uoluntarius uirtualiter, uel interpretatiuè: & ſic nõ in toto excuſat: ſed aliquãtulũ: quia minus peccat, quã ſi ſic eſſet formaliter uoluntarius. Non. n. ad bonitatẽ, uel malitiã actus ſufficit, ꝙ ſit uoluntarius ſecundũ ſe, & ſubſtãtiã actus: ſed oportet, ꝙ ſit uoluntarius ſecundũ oẽs circũſtãtias requiſitas.

*H* *Qũo ignorãtia excuſat.* ¶ Põt tñ ad propoſitum noſtrũ & breuius, & clarius oſtendi, quomodo ignorantia excuſat. Pro quo notandũ, ꝙ ad hoc, ꝙ actus uoluntatis ſit rectus requiritur, ꝙ fiat cõformiter ſuæ regulæ: regula uoluntatis eſt ratio. i. dictamen rationis nõ culpabilis. Non dico rectæ: ſed nõ culpabilis: quia etiã uoluntas tenetur ſe cõformare rationi idoneæ, ſi error fuerit inuincibilis, quæ tñ non eſt recta: ſed inculpabilis. Tenetur ergo ſe conformare dictamini rationis non culpabilis.

*Ratio culpabilis duplex.* Eſt autẽ ratio dupliciter culpabilis. Aut quia dictat falſum decepta errore uincibili: utputa quia dictat faciendũ eſſe, quod faciendũ no eſt: uel ecõuerſo propter aliquem errorem uincibilem. Secundò, quia omnino non dictat de agẽdo, uel non agendo, ſed dormit: non inquirit inquirenda: ſed ſimpliciter obiectum oſtendit ſpeculatiuè non practicè, actus autem uoluntatis eſt uitioſus, quando fit contra regulam rationis nõ culpabilis inexiſtentis, uel in eſſe debentis. ¶ Poteſt autem ſe uolũtas peccãs tripliciter habere ad rationẽ. Aut quia elicit actũ peccati cõtra rationis dictamen ſiue rectũ, ſiue erroneum: ſit ratio culpabilis ſiue non: aut elicit actũ pręter dictamen rationis, aut elicit actũ ſecundũ dictamen rationis errore uincibili. In primo eſt grauiſsima temeritas, & contẽptus: dũ ratio dictat, & uoluntas regulã ſuam contẽnit. In ſecundo minor eſt temeritas, & contemptus pro quanto non facit contra dictamen. Eſt tñ in hoc contẽptus, & præſumptio uoluntatis, ꝙ agit inconſulta ratione. In tertio eſt minima temeritas, & contẽptus: quia agit ſecũdũ dictamẽ rationis. In hoc autem eſt contemptus: quia nõ pręcipit rationi, ut ſufficienter ſe informet de omnibus neceſſarijs circũſtantijs. Sunt tñ in quolibet triũ modorum gradus. In primo modo nulla eſt ignorãtia: quia contra dictamen inexiſtens ſcienter peccat. In ſecundò eſt ignorãtia negatiua, ſiue ſimplex neſcientia. In tertio eſt ignorantia poſitiua ſiue erronea: & ſecundũ diuerſas ignorãtiæ ſpecies poſſent poni gradus in duobus ultimis modis. In primo ſecundũ gradus libidinis, aut intẽſionis actus cõtra dictamen rationis. Ex quibus patet, quomodo ignorãtia aliqua excuſat pro quanto minor eſt contẽptus uoluntatis, & receſſus eius a regula ſua concurrente ignorantia, quàm eſſet ipſa non concurrente: & hoc eſt uerum, ſi ea non concurrente non eſſet elicitura actum. Si uero nihilominus eliceret, tunc ignorãtia nihil facit ad excuſationẽ: quia tũc non peccatur ex ignorantia: licet peccetur ignoranter; ut uult philoſophus iij. Ethic. Tunc enim ignorãtia per accidẽs habet ſe ad uoluntatis actum. ¶ His *Arti. 2.*

prȩmiſsis quoad articulum ſecundum,
pono primò aliquas concluſiones præā
bulas generales de ignorantia,& pecca
to: deinde ſpeciales de ignorātia,& pec
Cōcl.1. cato primorū parentum per quas pate-
I bit reſponſio ad queſtionem. ❡ Eſt ergo
concluſio prima. Ignorantia inuincibi
lis prȩcedens uolūtatis actum ſiue poſi-
tiua, ſiue negatiua, ſiue iuris, ſiue facti
ſimpliciter excuſat a peccato: non ſolū
in tanto: ſed in toto. Probatur: nemo
faciens omnia, & eorum nihil omittēs,
ad quæ tenetur, peccat habens ignorā
tiam inuincibilem, facit omnia & nihil
omittit eorum, ad quæ tenetur: igitur
non peccat. Conſequentia nota: quia
in tertio primȩ. Maior eſt manifeſta:
quia ſeruans legem non peccat, ſeruat
autem, qui facit, quod debet. Minor
probatur: & pono ꝙ in alijs, quæ non
ignorat benè ſe habeat: quia ignorantiā
illam, cum ſit inuincibilis, non tenetur
remouere: quia nō poteſt, & facit quod
ſuum eſt, quod ſecundū legem debet,
nec ſe obligat ad impoſsibile: ſecundū
Hieronym. in explanatione fidei ad
Damaſum papam. Qui dicit Deum prȩ-
Cōcl.2. cepiſſe, & hominem implere non poſſe,
anathema ſit. ❡ Secunda concluſio:
Ignorantia craſſa præcedēs eorum, quæ
homo ſcire tenetur, non excuſat actum
uolūtatis a peccato ſimpliciter & in to-
to: ſed aliquantulum & in tanto. Pri-
ma pars patet. quia ſic agens actū alias
difformem agit contra legem, quȩ prȩ-
cipit inquirere, quæ recta ſunt. unde j.
Corint. xiiij. Si quis ignorat, ignora-
bitur. Et ad Ephe. v. Nolite fieri im-
prudentes: ſed intelligentes, quȩ ſit uo-
luntas Dei. Agit quidem omittendo
neceſſariam inquiſitionem neceſſario-
rum ad ſalutem. contra illud Eccl. vj.
Cogitatum habe in præceptis Dei; &
in mādatis illius maximè aſsiduus eſto.
Secunda pars patet: quia propter igno
rantiam huiuſmodi minor eſt contem-
ptus: ergo minus graue peccatum.
Patet etiam per auctoritates in textu
allegatas: quibus dicitur, ꝙ talis igno-
rantia non excuſat peccantem, ut in
inferno non ardeat: ſed forte ut mi-
nus ardeat. ❡ Tertia concluſio: Igno- Cōcl.3.
rantia affectata præcedens eorum, quȩ K
homo ſcire tenetur, peccatum aggra-
uat, atq; auget. Patet: quia uolens
ignorare legem, per quam retrahi poſ-
ſet a peccato magis contemnit. ergo
grauius peccat. ❡ Conſequentia nota.
Antecedens patet: quia magis contem-
nit, quæ nedum auertitur a dictamine
rationis, ſed etiam ab eo. i. ſcientiæ le-
gis, quo poſſet ratio rectè regulari Et
patet ex dictis in primo articulo. ❡ Et
additur in concluſione prȩcedens: quia
ignorantia, quæ cōmitatur, & quæ ſe-
quitur non habet ſe ad actum uolunta-
tis in ratione cauſæ: ſecus de prȩceden-
ti: quia nullo modo ab ea dependet:
quia nihilominus fieret actus, ſi igno-
rantia nō concomitaretur. Vnde ebrius
habens ignorantiam inuincibilem, & fu
rioſus: licet ex ſua culpa furiam, & ebrie
tatem inciderit: tamen interficiendo
hominem non peccat: quia ad hoc, ꝙ
actus ſit uirtuoſus, uel uitioſus: requi-
ritur uſus rationis: quo quia tales ſunt
priuati, peccare non poſſunt: ſicut nec
mereri. Vtrum autem per hunc actum
ebrietatis peccatum præcedens aggra-
uetur, uel non, pertinet ad tertium li-
brum. ❡ Dictum eſt etiam. Ignorantia
eorum, quȩ quis tenetur ſcire: quia igno
rantia rerum impertinentium non au-
get, nec minuit, neq; excuſat rationem
peccati in actu uolūtatis. ❡ Quarta cō- Cōcl.4.
cluſio ſpecialiter ad materiam quæſtio- L
nis. In primis parentibus non fuit er-
ror, aut ignorātia circa ea, quȩ pertinēt
ad ſalutem ante peccatum. Patet: quia
nouerunt præceptum: & nouerunt actū
hunc. ſ. comedere de ligno uetito eſſe
contra præceptum, quorū notitia fuit
eis neceſſaria ad ſalutem. ❡ Prȩterea. pri
mum peccatum Adȩ fuit immoderatus
amor amicitiæ uxoris, & primum Euæ
fuit immoderatus appetitus excellen-
tiæ: & neutrum horum præceſsit igno
rantia pertinentium ad ſalutem. ❡ Quin Cōcl.5.
ta concluſio. Peccatum comeſtionis de
fructu uetito prȩceſsit aliqua ignorātia



circunſtantiarum, & conſequentium,
ut quod crediderunt ueniale fuit mor
tale; & mulier credens uerum, quod
promiſerat diabolus: & ignorantia tan
Cōcl.6. tȩ pȩnȩ quāta ſequebatur. ❡ Sexta con
M cluſio. Peccatum primorum parentū nō
proceſsit ex infirmitate, nec legis igno
rantia: ſed ex electione. i. deliberatio-
ne, & plena ſcientia deformitatis actus.
Patet quo ad primum. quia nulla fuit
rebellio uirium inferiorum. ergo nulla
fuit infirmitas impellēs ad actū pecca-
ti. Quo ad ſecundum: quia præce-
ptum fuit eis notum. Vnde reſpondit
mulier ſerpenti. Præcepit nobis deus,
Corol- ne comederemus &c. Geñ. iij. ❡ Co-
larium. rollarium. Ignorantiā primorum, pa-
Adā & rentum culpam eorum nihil excuſa-
Eua, nō bat, uel parum. Patet quia ignorantia
excuſāt illa non fuit eorum, quorum cognitio
ab igno neceſſaria fuerat ad ſalutem: nec ta-
rantia. lis, ꝙ ſi fuiſſet inuincibilis, excuſaſſet a
peccatis: etiam ſi uerum fuiſſet, quod
ignorando putabant: non ideo prȩce-
ptum tranſgredi licuiſſet, quod noue-
runt. Vnde Auguſtinus ad Valent. &
eſt in litera. Eis aufertur excuſatio, qui
mandata dei nouerunt, quam ſolent ha
bere homines de ignorantia. unde nul-
lam excuſationem habuerunt de igno-
rantia, qui mandatum nouerant: & pec
catum eſſe ſecus agere non ignorabāt.
Vnde ſi quandoq; ignorantia excuſat:
hȩc excuſat: qua id, quod agit, igno-
ratur eſſe peccatum: uel creditur eſſe
bonum. Et de illa ignorantia loquun-
tur concluſiones ſupradictȩ. Et tantum
Arti. 3. de illo articulo ſecundo. ❡ Quantum
Dub. 1. ad tertium articulum dubitatur circa
N primam concluſionem: & ponitur ca-
ſus. Sit puer, qui in infantia includatur
in carcere ſaracenorum. Vtrum igno-
rando ea, quæ ſunt fidei & legis euan-
gelicȩ, peccet non credendo, aut ſer-
uando legem. Quod non: quia ex con
cluſione ignorantia inuincibilis excu-
ſat a toto: habet autem talis ignoran-
tiam inuincibilem. Non enim poteſt
habere inſtruentem, nec per ſemetip-
ſum poteſt habere horum cognitionē;
ergo non poteſt nō ignorare: & per cō-
ſequens ſecundum concluſionem excu
ſatur: & etiam quia nemo peccat eo,
quod uitari non poteſt. ❡ Sed in con-
trariū eſt illud apoſtoli ad Heb. xj. Si-
ne fidei impoſsibile eſt placere deo.
❡ Ad hoc reſpondet Alexan. de ales par Aetas
te. ij. q cxxix. men. viij. ꝙ talis cū per- adulta
uenerit ad adultam ȩtatē habet poten- hēt po-
tiam credendi i. habet in ſe unde ſe di- teſtatē
ſponat ad fidei receptionem, ſi facit, credēdi
quod in ſe eſt: ſeruando legem naturæ,
dominus illuminabit eum per occultam
inſpirationem; uel per angelum, aut
per hominem; ſicut enim natura nō de
ficit in neceſſarijs ad eſſe naturale; ita
deus nunquam deeſt facienti, quod in
ſe eſt ad eſſe gratuitum, & ſpirituale.
Sic enim ſpiritusſanctus interiori illu-
minatione quoſdam utriuſq; teſtamen
ti uiros, & mulieres erudiuit: ut ma-
nifeſtum eſt de prophetis, & propheteſ-
ſis. Sic beatam Barbaram; beatā Chri-
ſtinam: & pleroſq; alios: ut probatæ do
cent hiſtoriæ: intus ſine exteriori magi
ſtro ad perfecta fidei cognitionē Chri-
ſti illuſtrauit. Sic patres in eremo; ruſti-
cos litera eruditiſsimos diuina ſcientia
perfecit: ſed & apoſtolos, & fideles miſ-
ſio uiſibiliter ſpiritusſancti in omni ſalu-
tari ſcientia erudiuit. Propter quod &
Ioā. ait. j. Ioā. ij. Non habetis neceſſe;
ut aliquis doceat uos, ſed ſicut unctio
eius docet uos de omnibus. Non ꝙ do-
ctores humani ſpernendi ſint: ſed non
ſunt ſic neceſſarij ad ſalutis doctrinam,
quin eis deficientibus, adhuc neceſſa-
riam doctrinam ſpiritusſancti unctio
ſupplet, ſine quo in uanum lingua do-
ctoris exterior laborat. Sic per an-
gelos legem dedit. per Gabrielem, Da
nielem, Zachariam patrem Ioannis
baptiſtȩ glorioſam Virginem de ſecre
tiſsimis fidei myſterijs erudiuit. De-
nique Cornelium centurionē, & Can
dacis reginȩ eunuchum, uiros genti-
les Deum quærentes, quos iudȩorum
ſynagoga ſpreuerat. Hunc per Petrum
Apoſtolū, illum per Philippū diaconē,
tam mirabiliter, quā miſericorditer in-

In rebus ad ſalutem neceſſarijs Deus nulli deeſt.

ſtruxit: ut patet ex actibus apoſtolorum Ex quibus ſatis patet Deum non deeſſe ulli hominum in neceſſarijs ad ſalutem: Et ſic intelligendum eſt illud Auguſtini in quęſtione noui teſtamēti, ꝙ ſi nō fuerit, a quo diſceret; nec ad eum aliquo modo rumor doctrinæ peruenerit: tunc non ſuo uitio ignorat: & immunis eſt a condēnatione. Intelligendum in quam, de diſciplina, ſecundum, ꝙ fit per doctrinam exteriorem, uel per doctrinam interiorem. Illa autem nulla facienti, quod in ſe eſt, ſubtrahitur: facere autem quod in ſe eſt: eſt uti ratione per quam poteſt compræhendere Deum eſſe: & inuocare adiutorium dei. Dicit enim Beda. Vnuſquiſque poteſt intelligere deum eſſe. ¶ De incarnatione autē, & redemptione, ſi aptet intellectum ſuum, quantum in ſe eſt, uocabitur uocatione interiore, etſi non exteriore.

¶ Per hæc patet ſolutio rationis dubij: quia ſine fide nemo ſaluatur: & ſi non eſt, qui hanc foris prædicat: interius dominus illuminat.

Dub. 2. O

¶ Secundò dubitatur. Vtrum ignorantia plus excuſet, quàm infirmitas; uel econuerſo.

Plus excuſat ignorantia quā infirmitas.

Reſpondetur, ꝙ illud plus excuſat: quod magis tollit rationem uoluntarij: & temeritatis: cum autem ignorantia generaliter plus tollit rationem uoluntarij, quantum ad circumſtantiam, quę facit actum uitioſum, quàm infirmitas (immo ignorantia quandoque omnino tollit rationem uoluntarij, & contemptus: nunquam autem infirmitas, ſaltem ſine ignorantia) ideo generaliter plus excuſat ignorantia non affectata: uerum ſtat ignorantiam eſſe tam módicam, & facile uincibilem, & infirmitatem eſſe tantam: puta tantum eſſe timorem, aut tam uehementem eſſe allicientem tentationem, quòd infirmitas magis excuſaret: & ideo in ſpecialibus caſibus habere ſe poſſunt, ut excedentia & exceſſa.

Dub. 3. P

¶ Tertiò dubitatur. Vtrum ignorantia comitetur quodlibet peccatum ſecundum illud. Omnis malus ignorans: tertio. Ethic. Reſpondetur ſecundum Alexand. ꝙ ignorantia quædam eſt in intellectu ſpeculatiuo, quędam in intellectu practico. Quantum ad primum, non ſemper concomitatur ignorantia. Multi enim peccant ſcientes, habentes ſufficientem ſcientiam de faciēdis: ut theologi effęminati. Eſt autem ignorantia in intellectu practico ſecundum quam aliquis cum peccat, non habet experientiam boni: aut iudicat actū malum nunc faciendum. Non quidem ut malum; ſed ut conueniens, uel utile, aut delectabile: aut aliquid nunc omittendum: & illa ignorantia omne peccatum comitatur: & hoc uult philoſo. Et tantum de quæſtione.

## DISTINCTIO. XXIII.

IN hac diſtinctione magiſter agit de peccato primi hominis quantum ad Deum permittentem: ſicut prius de eodē egit, quantum ad diabolum tentantem, & hominem cadentē: annectēs ſimul de hominis ſcientia, qua præditus eſt ſecundum ſtatum primordialem. colligitur autem ſententia textus in his concluſiònibus tribus. ¶ Prima. Deus hominem, quem præſciuit caſurum, & crearē potuit, ut peccare nollet (& ita meliorem) fecit uertibilem: neque ſua potentia cum poſſet, pręſeruauit, uolūtati relinquens propriè: quatenus ſi uellet, bene ageret non infructuoſè: uel malè non tamen impunè.

¶ Secunda concluſio. Triplici cognitione, creatoris, rerum propter ſe conditarum, & ſui homo fuit præditus, quam nō ſtudio per temporum interualla: ſed a Deo recepit mox conditus. ¶ Tertia cōcluſio. Homo ante lapſum accepit mandatum, & ſcientiam circa faciēda non prę́ſcientiam eorū, quę erant futura. Declaratio patet ex textu.



## QVAESTIO VNICA.

A

CIRCA hanc diſtinctionē quęritur. Vtrum deus facere poſſet uoluntatem rationalis creaturæ per naturam impeccabilem. ¶ In quæſtione tres erunt articuli. Primus terminos declabit. Secundus ad quęſtionē reſpondebit. Tertius dubia mouenda reſoluet.

Arti. 1. Not. 1.

Appetitus duplex.

¶ Quantū ad primū ſupponitur, ꝙ uolūtas uis eſt appetitiua. Quia autem eſt appetitus naturalis, qui non præſupponit cognitionē in appetente. Et eſt appetitus cognitiuus, qui pręſupponit cognitionē appetētis. & hic duplex ſecūdū duplicē cognitionē ſēſitiuā, & intellectiuā, ideo etiam uoluntas accipitur quandoq; largiſsimè pro quolibet appetitu. Et ſic diuiditur in uoluntatem naturalem, ſenſitiuam, & rationalem, uel intellectiuam. Alio modo accipitur largè pro quolibet appetitu cognitiuo: ſic dicit magiſter in iij. diſtinct. xvij. ca. ij. Humana uoluntas eſt affectus rationis, uel affectus ſenſualitatis. Et alius ē affectus animæ ſecundum rationē, alius ſecūdum ſenſualitatem; uterq; tñ dicitur humana uoluntas. Tertio modo accipitē propriè pro ſolo appetitu rationali ſeu intellectiuo: hoc eſt pro appetitu pręſupponente cognitionē intellectiuā. Et illo modo nunc loquimur de uoluntate: ut ſcilicet diſtinguitur contra appetitum ſenſitiuum & naturalē, ad ſanum intellectū: quia illi appetitus in homine realiter nō diſtinguūtur: licet actus differant. ſimiliter & rationes nominū, ut patuit diſtin. xvj.

Not. 2. B

Voluntas rationalis dupliciter accipitur.

¶ Secundò notandū, ꝙ uoluntas rationalis, de qua ad propoſitū: dupliciter poteſt accipi. Vno modo ut includit eſſentialiter libertatē. i. ut ſupponit ꝓ intellectiuo appetitu cōnotando eum eſſe liberum ad oppoſita cōtradictoriè ad bonum ſcilicet, & malū. Alio modo ut non includit libertatē: ſed dum taxat præſupponit rationem cognoſcentem: ſiue ſit determinata ad ſequendum rationis iudicium, ſiue non. Vnde licet uoluntas non poſsit in actum niſi prius obiectum ſibi oſtendatur per rationem. nō enim poteſt in incognitum: non tamen cogitur ſe conformare iudicio rationis: immo poteſt actum elicere ad oſtenſionem obiecti per rationem contra dictamen rationis: ut pręcedenti quęſtione dictum eſt.

Arti. 2. Cōcl. 1. C

¶ His breuiter pręmiſsis eſt prima concluſio pro articulo ſecundo. Accipiendo uoluntatem propriè, & ut includit libertatem: deus non poteſt facere uoluntatem impeccabilem per naturam. Probatur auctoritate, & ratione. Auctoritate Hiero. de filio prodigo. Solus Deus eſt, in quem peccatum cadere non poteſt. Etponitur in textu ſupra diſtin. vij. c. ij. Et eadem diſtin. cap. iij. Beatus Augu. lib. iij. contra Maximum. Cuicūque rationali creaturæ pręſtatur, ut peccare non poſsit; non eſt hoc naturę proprię; ſed dei gratiæ. Anſel. Cur Deus homo. li. ij. c. x. reſpondēs diſcipulo q̄renti. Cur deus non potuit facere naturam impeccabilem per naturam, dicit: quia non potuit facere deum.

Homo impeccabilis eſſet deus

¶ Ratione probatur. Omnis uoluntas, quæ nō eſt regula ſua in agēdo, & operando: nec neceſſariò ſe cōformat regulæ inobiliquabili, pōt peccare per naturā; ſed omnis uoluntas creabilis, libera cōtradictoriè ad bonum, & malum eſt talis. ergo omnis uoluntas creabilis eſt peccabilis per naturam. Conſequentia eſt in primo primæ. Maior eſt manifeſta: quia non eſt ſibi regula: nec neceſſariò conformat ſe regulæ, poteſt ſe non conformare regulę: & ita peccare. Minor probatur: quia niſi ſic nō eſſet contradictoriè libera ad bonum, & malum: & ſic nō eſſet uoluntas ſecundo modo. Aliæ rationes quatenus ꝓbant, quas Sco. ponit ad illam reducūtur.

Cōcl. 2. D

¶ Secūda concluſio. Accipiendo uoluntatem: ut non includit eſſentialiter libertatē, quę dicta eſt: ſed pro appetitu rationali, ideſt pro appetitu præſupponente cognitionem intellectiuam ſimpliciter: deus poteſt facere uoluntatem per naturam impeccabilem. Probatur cōcluſio: qa deus poteſt creare uolūtatē neceſſariò ſe cōfor

mantem regulæ ſuæ: & talis non poſſet
peccare. igitur. Conſequentia nota.
Minor patet: quia uoluntas faciēdo id,
ad quod eſt neceſſariò determinata nō
peccat. Siquidem nemo peccat in eo,
quod uitare non poteſt. Maior proba-
tur: quia deus produxit appetitum ſen-
ſitiuum neceſſariò determinatum ad
cognitionem ſenſitiuam: ita, ꝙ nō po-
teſt non appetere cōueniens oſtenſum
per ſenſum: nec declinare iudicium ſen
ſus. ergo poteſt creare appetitum ratio
nalem; qui non poteſt declinare a iudi-
cio rationis. Tenet conſequentia: quia
nulla poteſt aſsignari ratio diuerſitatis.
Et huic uidetur conſentire magiſter in
textu, cum reſpondet dicentibus Deum
talem debere facere hominem, qui nol
let omnino peccare. Nollet ideſt uelle
non poſſet. alias nihil eſſet ad propoſitū
ſuū. Reſpondet magiſter. Concedimus
quidem meliorē naturā eſſe, quę omni
no peccare nollet. Quæ reſponſio præ-
ſupponit talem naturam eſſe poſsibilē.
¶ Item deus poteſt creare appetitum ra
tionalem, qui tantum haberet affectio-
nem commodi, & non iuſtitiæ: *ille* ſem-
per ſtaret in illa affectione commodi.
Ille ergo ſicut appetitus uiſiuus appetit
commodum uiſibile ſibi conueniens na
turaliter, & non liberè: ſic uoluntas illa
neceſſariò appeteret commodum: &
non poſſet liberè uelle iuſtitiam ſeu iu
ſtè: ſed omnia ex impetu: ſicut appeti-
tus, ſenſitiuus, et nihil liberè: Licet ob-
iectum ſuum eſſet apprehenſum & ſibi
oſtenſum per intellectum: & ita eſſet
uoluntas rationalis: & ideo non poſſet
peccare: ſicut nec brutum. Et ſic loqui-
tur Anſ. in de caſu diaboli: ꝙ ſi uolun-
tas angeli fuiſſet creata in *ſola* affectio
ne commodi, non peccaſſet: quia non
poteſt eſſe debitor iuſtitiæ: qui iuſtitiam
non accepit. Hęc iuſtitia non intelligi-
tur niſi innata libertas. quia poteſt appe
tere id, quod eſt debitum ſecundum le-
gem ſuperioris: ut dicit Sco. diſt. præſen
ti. ¶ Præterea nullam includit contradi
ctionem eſſe uoluntatem neceſſariò de
terminatam ad dictamen rectę rationis:
& talis per naturam peccare nō poſſet;
ſed omne, quod non includit contra-
dictionem deus poteſt creare, igitur.
Conſequentia nota cum minore. Ma-
ior patet: quia poteſt eſſe appetitus ra-
tionalis non liber: ſed determinatus ad
dictamen rationis, ſiue rectum, ſiue erro
neum: ſicut appetitus ſenſitiuus deter-
minatus eſt ad dictamē ſenſus formale,
uel uirtuale. ergo poteſt eſſe appetitus
determinatus ad dictamen rationis: ita
ꝙ non poſſet cōtra dictamen rationis:
& poſſet nihilominus in diuerſa obiecta
liberè ſecūdum dictamen rationis: quā-
do ſcilicet ratio dictaret plura bona:
nec unū alteri præferret: tunc uoluntas
liberè poſſet ex his unum eligere: aliud
dimittere. Nec in hoc peccaret, ꝙ non
ageret contra dictamen rationis. Nihil
enim prohibet uoluntatem quātum ad
aliquos actus elicitos eſſe liberam con-
tradictoriè, & non ad alios: ut ſupra ha-
bitum eſt diſtin. vij. huius ſecūdi. ¶ Quā Arti. 3. Dub. 1. E
tum ad articulum tertiū dubitatur pri-
mò. Cum dominus ſit optimus, & libe-
raliſsimus: cur non produxit naturam
impeccabilē, quæ utiq; melior eſſet pec
cabili. Non propter hoc ſtatus beatorū
melior eſt ſtatu uiatorum: quia ille im-
peccabilis, ille peccato obnoxius. Opti-
mi autem eſt optima adducere ſecundū
Diony. Et natura facit de poſsibilibus,
quod melius eſt. ¶ Sanctus Bonauen. di-
ſtinguit de optimo: quia eſt optimum
ſimpliciter: & eſt optimum in ordine
uniuerſi. Diony. loquitur de optimo in
ordine non abſolutè ſicut uinum eſt bo
nū in ſe: & tamen non eſt bonum in or
dine ſanandi febricitantem. Ideo non
uult, ꝙ res debuerit fieri in optimo ſta-
tu ſimpliciter: ſed in ſtatu in quo opti-
mè ſaluaretur ordo uniuerſi, & eius pul
chritudo. Hic conſiſtit in ordinato pro
ceſſu, quo peruenitur ab imperfecto ad
perfectum, ab inferiori ad ſupremum, a
merito ad præmium. Hic autem ordo
requirit uertibilitatem naturæ intelle-
ctualis ſaltem a principio ſuæ creatio-
nis; alias niſi eſſet uertibilis mereri non
poſſet. ¶ Vel poteſt dici, ꝙ optimum di-
ci poteſt



ci poteſt, uel comparando ad princi-
piū, quo producitur: uel comparādo ad
propriam bonitatem, & gradum per-
fectionis eſſentialis, quem recepit a pro
ducente. Primo modo uerum eſt, ꝙ
ſemper optimum producit optima,
ideſt optima uoluntate: quia ſua uo-
luntate, quæ ſemper eſt optima, &
infinita. Secundo modo non eſt ue-
rum, quod optimum ſemper producit
optima: quia tunc non produceret niſi
unum: uel ſaltem niſi res perfectiſsimæ
ſpeciei. Et cum quæritur: quare non ꝓ-
Voluntas diuina non quærenda, duxit naturam impeccabilem. Reſpon-
detur breuiter, ꝙ non placuit, Diuinæ
enim uoluntatis cauſa quęrenda non ē:
cum ſecundum ſe ſit iuſta, & optima:
nec habeat cauſam priorem, nec aliam
regulam ſecundū illud apoſtoli ad Ro.
xj. Quis prior dedit ei, & retribuetur il
li. Nec quia res bona ideo uolita, ſed
quia uolita, ideo bona. ¶ Poſſunt tamen
aliquę rationes aſsignari decentiæ, quo
ad nos ad ſatisfaciendum temerarijs,
quarum aliquas aſsignat ſanctus Bona-
Dub. 2. F uen. quære ibi. ¶ Secundò dubitatur cir-
ca hoc, ꝙ magiſter tangit de cognitio-
ne Adę quali cognitione Adam cogno
uerit Deum in ſtatu innocentiæ. Hanc
materiam latè proſequitur Alexand. de
ales par. ij. quæſt. xcviij. & poſt eum pe-
ne uerbaliter ſanctus Bona. unde aiunt.
Communiter omnes ponunt, ꝙ cogni
tio, quā habebat Adam de Deo; media
erat inter cognitionem quæ eſt in ſta-
tu miſericordiæ, & eam, quę erit in ſta-
tu gloriæ. In modo autem ponendi eſt
diuerſitas: unde cæteris dimiſsis hęc ſe-
cundum dictos doct. eſt probabilior.
Quòd cognitio ſtatus innocentiæ me
dia eſt inter cognitionem ſtatus glorię,
& ſtatus pręſentis miſerię. Sicut & locus
paradiſi medius eſt inter hanc miſeriæ
uallem, & patriam cęleſtem. Et quemad
modum paradiſus terreſtris plus ſe te-
net cū terra, quā cum cęlo: ſic ſtatus in
nocentiæ cognitio plus conformis eſt
cognitioni ſtatu pręſentis, quàm futuri.
Vnde in ſolo ſtatu glorię uidebitur deus
immediatè, & in ſua ſubſtantia ſicut eſt:
ut dicitur. j. Ioan. iij. ita, ꝙ ibi nulla ſit
obſcuritas. In ſtatu innocentiæ, & natu
rę lapſę uidetur Deus mediante ſpecu-
lo; ſed differenter, quia in ſtatu innocē
tię uidebatur Deus per ſpeculum clarū.
Nulla enim erat in anima peccati ne-
bula. In ſtatu uero miſerię uidetur per
ſpeculum obſcuratum per peccatū pri-
mi hominis; & ideo nunc uidetur per
ſpeculum in ęnigmate. Aenigma enim Aenigma quid G
ſicut dicit Augu. xiiij. de trini. eſt ſimi-
litudo obſcura. ¶ Vnde quadruplex po-
nitur modus cognoſcendi deum. ſcili- Modus Deū cognoſcēdi quadruplex
cet per fidem, per cōtemplationem, per
apparitionem, & per apertam uiſionē.
Primum eſt gratiæ communis, ſecundū
gratiæ excellentis, tertium gratiæ ſpe-
cialis: quartum gloriæ conſummantis:
& illi modi diſtinguuntur ſecundum di
uerſum modum diuinæ præſentiæ. Præ-
ſētiæ dico ſecundū, ꝙ pręſens eſt in ra-
tione obiecti. Et ſicut Augu. dicit, præ-
ſens intellectui ad uidendum. Nam in
primo præſens eſt deus aliis, quibus ſe
reuelauit, quorum auctoritati credimus
Quod enim credo, deum eſſe trinum &
unū: hoc credo Dei filio, qui hoc enar-
rauit, & pręadicauit, & ſpiritus ſanctus,
qui hoc patribus inſpirauit: quod enim
credimus, auctoritati debemus ſicut di
cit Augu. in de uti. cre. In ſecundo mo-
do eſt præſens in effectu proprio. Qui
modus tantò eſt eminentior, quantò ef
fectum diuinæ gratiæ magis ſentit in ſe
homo, uel etiam quantò melius ſcit cō
ſiderare Deum in exterioribus creatu-
ris. In tertio eſt præſēs in ſigno proprio
ſicut apparuit Abraæ in ſubiecta creatu
ra, quæ ipſum deum figurabat. Et ſicut
ſpiritus ſanctus apparuit in columba, &
igneis linguis diſpartitis. In quarto eſt
præſens in ſeipſo, quo uidetur in lumi-
ne proprio; quia facie ad faciē in uul-
tu ſuo, quæ uiſio merces eſt omnium
meritorum. ¶ Primum, & ultimum
cognoſcendi genus non compere bat
ſtatui innocentiæ. Primum propter co-
gnitionem ænigmaticam. Et propter
hoc, quod cognitio fidei plurimum eſt
ex auditu: ut dicit Apoſtolus Rom. x

Vltimum propter ſummam perfectionem: ideo non exhibebatur homini in ſtatu uię exiſtenti: ſed præmium promittebatur. Media uero duo ſcilicet contemplationis, & apparitionis utriqueſtatui innocentiæ, & præſentis miſerię communia eſſe potuerunt: maximè contemplationis, quæ ibi potiſsimè uigebat: tum propter animæ puritatē: tum propter carnis, & inferiorum uirium ſubiectionem, quibus quia communiter caret anima in ſtatu naturæ lapſę: ideo non poteſt ad illum gradum contemplationis attingere. ¶ Et ſecundum hęc exponendæ ſunt ſanctorum auctoritates: ſicut Hugo. libro de ſacramentis dicentis: quod Adā cognouit Deum de cognitione, qua per pręſentiam contemplationis ſcienti manifeſtius cernebatur. Item illa magiſtri. iiij. lib. diſtinct. prima. Homo ante peccatum ſine medio Deum uidebat. Et ſimiles, quæ intelligendæ ſunt de cognitione per contemplationem, non per remotionem cuiuſcunque medij: ſed per remotionem uelaminis, & obſcuritatis: qualis eſt in his, qui aliquo modo uitio peccati infecti ſunt.

Dub. 3. H ¶ Tertiò dubitatur, utrum ſi homo ſtetiſſet in rerum cognitione profeciſſet. Reſpondetur ſecundum prædictos doctò. quòd profectus ſcientiæ conſiderari poteſt: uel quo ad ſcibilia: uel quo ad modum cognoſcendi: uel quo ad habilitatem maiorem in cognoſcendo. omnibus his modis profeciſſet. ¶ Quo ad ſcibilia: nam licet in rerum (quæ fiunt curſu naturali) cognitione non profeciſſet quantum ad noui habitus acquiſitione. Accepit enim ut dicit Hugo. & magiſter in litera ab exordio omnium rerum plenam notitiam ſcilicet habitualem, quam deus ei in principio ſuæ creationis infudit. Quod etiā ex eo patet: quia omnibus rebus nomina impoſuit, naturarum rerum expreſsiua, cognouit ergo perfectè omnia creata. Item omnia fuerunt regimini Adæ commiſſa: ſecundum illud pſalm. Omnia ſubieciſti ſub pedibus eius. ideo cognouit naturas ſingulorū, ſecundum quas regenda erant. Non ergo potuit proficere quantum ad cognitionem habitualem rerum creatarum: quantum ad omnem curſum naturæ. In earum uero rerum cognitione, quæ fiunt curſu mirabili, aut curſu uoluntario proficere potuiſſet, acquirendo nouas cognitiones rerum prius non cognitarum. Ad hoc enim, quòd cognoſceret diuina myſteria indiguiſſet ſuperna illuſtratione. Ad hoc, quòd cognoſceret ſecreta alterius hominis, indiguit ipſius detectione. Nec talis profectus ſtatui innocentię derogabat; cum etiam actus hierarchicos angeli beati accipiunt nouas illuſtrationes.

Profectus ſciētię quo modo conſideratur.

¶ Potuiſſet etiam profeciſſe quantum ad cognoſcendi modum: quia quod cognouit in habitu, cognoſcere poterat in actu. Et quod cognouerat notitię abſtractiua, cognoſcere poterat notitia intuitiua, & quod cognouerat intellectu, poterat de nouo cognoſcere ſenſu. ¶ Potuiſſet etiam profeciſſe quantum ad habilitatem cognoſcendi: quæ ex frequenti conſideratione eorū q̄ cognouerat, pꝛior fuiſſet & paratior ad iudicādum de his rebus, quarū habebat cognitionem per habitum innatū, ideſt in exordio ſuæ productionis infuſum. Nam etſi homo in ſtatu innocentiæ non habuiſſet tàrditatem hebetudinis, per aggrauationem corporis mortalis, habebat tamen quandam minorem uelocitatem propter corpus animale: quia indiguit refectione. Secus in beatitudine, ubi erit corpus ſpirituale nulla cura indigens.

Et tantum de quæſtione.



## DISTINCTIO. XXIIII.

IN hac diſtinctione uiceſimaquarta, poſt tractatum de peccato primorum parentū, quo ceciderunt: incipit agere de potentia, qua ſtare potuerunt uſque ad diſtinct. xxx. Et quia duplex eſt huiuſmodi adiutorium, ſcilicet lib. arbi. & gratię. Primò agit de lib. arb. Secundò de gratia diſtin. xxvj. Circa principium agit de lib. arb. in cōparatione ad alias potentias diſtinct. pręſenti. Secundò de lib. arbi. ſecundum ſe diſtinct. xxv. ſtatim ſequenti. ¶ Sententia itaque huius diſtinctionis in tribus colligitur concluſionibus quarum. ¶ Prima eſt hæc. In hominis creatione datum eſt ei auxilium, quo potuit in rectitudine ſtare: non tamen ſine ſuperaddenda ſpeciali gratia meritoriè in bono proficere. ¶ Secunda. Auxilium huiuſmodi arbitrij eſt libertas rationis, ſcilicet & uoluntatis (qua bonum gratia aſſiſtente, uel malum ipſa deſiſtente eligitur) ab omni labe immunis facultas, ac potentiarū animę portionis ſuperioris, & inferioris uiuacitas. ¶ Tertia concluſio. Sicut in primis parentibus tentatio a ſerpente per mulierem progreſſa eſt in uirum; ita in nobis a ſenſualitate, quaſi per ſerpentem orſa per portionem rationis inferiorem, uelut per mulierem ad ſuperiorem quaſi ad uirum perueniens mortalis peccati pertrahit ad conſenſum.

## QVAESTIO VNICA.

A CIRCA hanc diſtinctionē quęritur. Vtrum portio animæ ſuperior, & portio inferior ſint potentiæ aliquo modo ad inuicem diſtinctæ. ¶ In quæſtione erunt articuli tres. Primus erit declaratiuus terminorum. Secundus adiunctiuus reſpondentium concluſionum. Tertius abſolutiuus dubiorum. ¶ Quantum ad primum notandū, ꝙ portio inferior, & ſuperior ponuntur tantum in parte animę rationali: & non in parte ſenſitiua. De portione ſuperiore manifeſtum eſt: quia illa eſt dūtaxat reſpectu eternorum, quæ ſenſu non ſunt comprehenſibilia. Sed de inferiori ſimiliter patet: quia ſecundum Beatum Auguſtinum xij. de trini. ca. ij. & iij. & in principio libri. Portionis inferioris eſt circa exteriora ſiue temporalia ex his, quæ in memoria ſunt: ueriſimilia a ueris diſcernere: ac de illis diſponere & iudicare, quod ad rationem pertinet. Vnde non id, quod commune habemus cum pecoribus, ſed rationale noſtrum in ſui operis diſpartitur officium. ¶ Accipitur autem portio ſupior dupliciter. Vno mō largè: alio modo ſtrictè. Largè accipit, ut non tantū extendit ſe ad obiecta æterna: ſed etiam ad temporalia in ordine ad æterna ſiue ſecundum regulam legis æternæ. Et ſecundum hoc intelligi poteſt illud Auguſtini. & eſt in textu. Rationis pars ſuperior ęternis rationibus conſpiciendis, uel conſulendis adhęreſcit. Conſpiciendis tanquam obiectis: uel conſulendis tanquam regulis ad obiecta temporalia regenda. Sic portionis ſuperioris eſt actiones circa creaturas per regulas æternæ legis moderari; & in deum ordinare: dum in agendis temporalibus conſulit diuinam uoluntatē. Et ſic portio inferior eſt, quæ obiectis creatis adhęret ſecundum regulas morales, & naturalis honeſtatis tantum, ſine relatione ad diuinas. ¶ Sed accipiendo portionem ſuperiorem ſtrictè: ſic eſt ea uis rationis, quæ circa æterna uerſatur, tanquam circa obiecta, & non circa temporalia: & tunc deſcriptio Auguſt. ſic eſt intelligenda. Portio, quæ æternis rationibus cōſpiciēdis, & cōſulēdis adhęreſcit. i. eſt ratio q̄ circa æterna uerſatur, tanquā circa obiecta. Vnde anima intellectiua habens actum aliquem intellectiuum, uel appetitiuum: hoc eſt cognitionem, uel uolitionem circa deū, aut diuinā uolūtatē,

Arti. 1. Not. 1.

Portio ſuperior dupliciter.

qui ſolus eſt æternus tãquam obiectum eſt portio ſuperior. ¶ Portio inferior eſt, quę ad temporalia gubernanda deflectitur.i. eſt ratio uerſata circa temporalia: tanquam circa obiecta. Vnde cognitio, qua cognoſco Deum trinum, & unum: & cætera ad deum pertinentia, pertinet ad portionem ſuperiorem. Cognitio uero, qua cognoſco creaturam, pertinet ad portionẽ inferiorem. Corol. 1. ¶ Ex quo ſequitur corollarium primum: ꝙ ratio intendens regulis ęternis contemplandis pertinet ad portionem ſuperiorem. Ratio, quæ intendit temporalibus ſecundum regulas ęternas, pertinet ad portionem inferiorem. Corol. 2. ¶ Corollarium ſecundum. Omnis uſus ſaltẽ ordinatus pertinet ad portionem inferiorem: & omnis fruitio ordinata pertinet ad portionem ſuperiorem. Patet: quia uſus (ut diſtinguitur contra abuſum) obiectum eſt creaturę: fruitionis uero ordinatæ ſolus deus, eſt obiectum. Corol. 3. ¶ Corrollarium tertium. Aliquis actus unus numero pertinet ad utrãq; portionem. Patet de actu, qui ſimul eſt uſus, & fruitio: ut dilectio proximi propter deum tãquam finem. Ille enim habet duplex obiectum, proximũ, & deũ. Inquantum ergo terminatur ad proximum, eſt uſus: & ſic pertinet ad portionem inferiorem. Inquantum terminatur ad deum eſt fruitio; & ita pertinet ad portionem ſuperiorem. Suo modo poteſt dici de iudicio intellectus. Not. 2. B ¶ Secundò notandum, ꝙ duplex poteſt eſſe ſenſus quæſtionis. Vnus comparando portionem quamlibet ad ſuos actus: & eſt ſenſus. An portio ſuperior ſit plures potentię diſtinctæ ſecundum eius diuerſos actus: an tantum una potentia. Et ſimiliter an portio inferior ſit una potentia tantum: aut plures potentiæ diſtinctę. Alius intellectus quæſtionis eſt comparando portionem ſuperiorem ad inferiorem: & tunc eſt quęrere utrum portio ſuperior ſit alia potentia ab inferiore; & portio inferior ſit alia potentia a portione ſuperiore: ut gratia exempli. Vtrum intellectus ſuperioris portionis diſtinguatur ab intellectu portionis inferioris. Not. 3. C ¶ Tertiò notandum, ꝙ ſecũdum beatum Aug. portio ſuperior eſt reſpectu æternorum: ut dictum eſt. Eſt autem reſpectu ęternorum memoria, intelligentia, & uolũtas: quia Aug. in portione ſuperiore poſuit rationem imaginis beatiſsimę trinitatis, quæ non eſt niſi ſecũdum illas tres potentias, aut actus eius. Similiter portio inferior, quę eſt reſpectu obiecti temporalis cõplectitur memoriam, intellectum, & uoluntatem. Nã reſpectu talis obiecti anima quandoq; habet habitum ſcientiæ alicuius concluſionis uerè: & ſic reſpicit memoriam. Quandoq; eſt in actu intelligendi, & ſic reſpicit intellectũ: ex hoc autem ꝙ actu intelligit, ſequitur uolitio in uoluntate. Et ita ſecũdũ eos, qui diſtinguunt inter illas potentias memoriam, intellectum, & uoluntatem: manifeſtum eſt, ꝙ nec ſuperior portio eſt una potentia: nec portio inferior: quia in utraq; eſt memoria, intellectus, & uoluntas. Quod autem in portione ſuperiori pręciſè conſiderata conſiſtat ratio imaginis in his tribus dictis potentijs, aut actibus: & ꝙ quandoq; ponitur ab Aug. etiam in portione inferiori patet. Nam ſicut in imagine increata eſt aliquid unũ indiſtinctum, ut eſſentia diuina, & eſt aliquorũ diſtinctio: ut perſonarum inter ſe habentium originem. Sic ratio imaginis creatæ, quæ repræſentat in creatam imaginem: conſiſtit in aliquibus habentibus unitatem: cum diuerſitate aliquorum habentium modũ originis: ut in potentijs animæ, quæ realiter ſunt una eſſentia animæ; & actibus eius notitia & amore, quorum notitia eſt ab anima: & amor ab anima ſimul & notitia, & in hoc conſiſtit ratio imaginis in generali Sed quando illi actus ſunt reſpectu obiecti æterni, & increati, ultra communem rationẽ imaginis, habent quandam rationem ſimilitudinis ſpiritualis ad obiectum increatum, quam non habent reſpectu obiecti creati. Actus enim eſt ſimilitudo repræſentatiua obiecti. Ideo præter hoc, ꝙ actus



ꝙ actus habent adinuicem habitudinem originis, habẽt ſpecialem habitudinem ad obiectum diuinum. Quando uero illi actus ſunt circa obiectum temporale: eſt bene ibi cõmunis ratio imaginis, & aſſimilatio ad obiectum tale. Deficit autẽ illa ſimilitudo ſpũalis reſpectu obiecti increati; & remanet tantũ cõis ſimilitudo ad obiectum. Itẽ quandoq; attenditur ratio imaginis ex his actibus reſpectu animæ rationalis, ut obiecti: & tũc magis habet rationẽ iſtius ſimilitudinis: quã qñ ſunt reſpectu alicuius rei tẽporalis pro quãto anima in ſe eſt imago trinitatis. Et ideo quantũ ad rationẽ ſimilitudinis obiecti, magis attenditur imago reſpectu obiecti increati, & reſpectu animæ, quã reſpectu rei alterius temporalis. Et ideo beatus Aug. non ponit rationem imaginis propriè: niſi reſpectu obiecti increati: quia reſpectu illius habet omnem ſimilitudinem, quam habere poteſt imago ad imaginatũ Secũdò ponit eam minus principaliter in cognitione, & amore animę reſpectu ſui: quia ibi eſt pfectior ratio imaginis, quæ poteſt eſſe reſpectu creaturæ. Sed reſpectu inferiorũ, nõ ponit quo ad hãc ſimilitudinẽ: ſed ibi tñ eſt ratio generalis imaginis. Patet ergo, ꝙ propriè Aug. rationẽ imaginis ponit in ſuperiore rationis portione. Hæc de primo articulo.

Arti. 2. ¶ Quantũ ad ſecũdũ articulũ eſt hæc Cõcl. 1. cõcluſio prima ſecũdũ primũ intellectũ D queſtionis. Accipiendo potẽtiã pro eo pręciſè, qđ ſe tenet ex parte animę, in pductione ſuorum actuũ portio ſuperior eſt una potentia: neq; in ſeipſa: neq; ab anima diſtincta: diuerſorũ tñ actuũ reſpectu obiecti ęterni productiua. Probat: quia licet in portione ſuperiore ſũt memoria, intellectus, & uolũtas: & uolũtas reſpectu obiecti ęterni: nõ tñ ab inuicẽ diſtinguuntur: ſed ſũt realiter ipſa anima rationalis: ut ſupra pbatũ eſt diſt. xvj. ſimilis cõcluſio poteſt poni de portione inferiori. Cõcl. 2. ¶ Secunda concluſio. Intelligendo queſtionẽ ſecũdo modo, portio ſuperior nõ diſtinguiť realiter, nec ex natura rei ab inferiore: & hoc loquendo uniformiter de utraq;.i. intellectus portionis ſuperioris nõ diſtinguitur ab intellectu portionis inferioris. Sic de memoria, & uolũtate. Probatur auctoritate beati Aug. xij. de trin. c. iiij. Cum diſſerimus de natura mentis humanæ, de una quadã re diſſerimus. Nec eã in hęc duo, quæ nũc cõmemoramus, niſi per officia geminamus. Fecit autem mentionẽ de his duabus portionibus. Ratione probatur: quia eadẽ potentia cognoſcit principiũ, & cõcluſionẽ, quæ ſequitur ex principio: quia alias nulla portio cognoſceret cõcluſionẽ ſciẽtificè: quia illa nõ cognoſcitur niſi ex collatione ad principiũ. Intellectus autem ut eſt portio ſuperior, cognoſcit principiũ, quod eſt regula legis ęternæ. Vt eſt portio inferior: cognoſcit concluſionẽ de agẽdis ex illis principijs æternis. Nã nõ iudicat illud eſſe faciendũ niſi ex regula æterna: & ſecundũ pręceptũ legis diuinę; ſed ꝙ pcepta ex charitate dei ſunt implẽda, uel aliquid tale. Ergo eſt una potẽtia intellectiua portio ſupior, quæ eſt reſpectu principij: & portio inferior, quę eſt reſpectu cõcluſionis. Item probatur ex ſpeciali actu beatifico. Beatitudo non conſiſtit niſi in actu unius potentię. Vnius dico ſecundũ rationẽ: hoc eſt non in pluribus potẽtijs eiuſdẽ rationis. Nã etſi beatitudo ſit ſimul in intellectu, & uoluntate: nõ tamen eſt in pluribus intellectiuis potentijs: nec in pluribus uolitiuis: immo neceſſariò actus beatificus unius rationis eſt in una potentia tantũ; quia beatitudo ſecũdũ theologos, & philoſophos eſt optimum hominis bonũ: ergo in una uirtute cõſiſtit eiuſdem rationis: ſed beatitudo eſt portionis ſuperioris rationis. Manifeſtũ eſt ſimiliter, ꝙ eſt potentię inferioris portionis; quia beatitudo eſt illius potentię, quę eſt principium merendi: quę ſ. elicit actũ meritoriũ: nõ ſolum circa deũ: ſed etiã circa proximũ, & alia temporalia. Huiuſmodi aũt eſt tota portio rationis inferioris. Si ergo tota potẽtia intellectiua, & beatificabilis ſuperioris portionis, & inferioris, ſeqtur, ꝙ in-

tellectiua utriuſq; portionis ſit una. ſic de uolitiua. ❡ Item idem habitus ſimplex non perficit duas potentias: ſed eadem charitas perficit uoluntatē ſuperioris portionis, & inferioris: ergo non ſunt duæ potentiæ. Maior patet: quia diſtinctio poſterioris non arguit diſtinctionem prioris: ideo maior ſemper eſt unitas in priore, quā in poſteriore: potentia autem eſt prior habitu. Minor probatur: quia charitas, qua diligitꝰ deus, eſt in uolūtate portionis ſuperioris. Et eadē eſt ſimiliter in uolūtate portionis inferioris, qua diligimus ꝓximū: quia proximus eſt obiectū tēporale. Qđ autem ſit eadem patet; quia una eſt charitas, qua diligimus omnia diligibilia; ut docent magiſter in iij. diſt. xvij. ergo una eſt uolūtas. Hæc cōcluſio cum ſuis probationibus eſt doct. ſubtilis. Cōcordat etiā in cōcluſione beatus Tho. par. j. q. xix. Et ſanctus Bonauen. diſt. pręſenti. q. iij.

Arti. 3. Dub. 1. E — Homo exterior & interior quo modo.

❡ Quantum ad articulū tertiū dubitatur primò. Vtrum ab inuicem differūt portio inferior, & hō exterior: ſicut homo interior, & portio ſuperior. Ad hoc dubiū reſpōdet Alexā. q. lxviij. membro iij. par. ij. Exterior homo dicitur proprie cum cōuertitur homo ad exteriora bona concupiſcenda propter ſe. Interior uero homo dicitur, cum cōuertitur homo ad interiora, ſiue ęterna propter ſe. Et ſecundū hoc exterior corrumpitur: interior renouatur. Cum. n. homo (ſicut dicit Grego.) incipit exterius interire: tunc incipit interius uiuere. Propter quod dicit apoſtolus ad Epheſ. cap. iiij. & Col. iij. Expoliantes uos ueterem hominem cum actibus ſuis, induite nouum. Aliter dicitur in gloſ. ij. Corinth. iiij. Quicquid eſt in nobis cōmune cum pecore exterior homo eſt: is qui intus eſt, imago dei. Et Auguſt. xij. de trin. c. j & lib. xiiii. cap. xvi. &c. Quicquid habemus in anima commune cum pecore rectè dicitur ad exteriorem hominem pertinere. Sequitur, ubi incipit nobis aliquid occurrere: quod nō eſt nobis cōmune cum beſtiis: ibi incipit ratio, ubi homo interior iā poſsit agnoſci. Sed hoc dicit Alexā. intelligiꝰ inquātū cōiungitur cū rationali partē, ad quā ordinatur. Ex quibus colligi pōt, quid intereſt inter hominē exteriorē: hominē ueterē, & portionē inferiorē. Similiter inter hominē interiorem, hominem nouū & portionē ſuperiorem. Nā hō exterior dupliciter accipitur. Aut ꝑ parte ſenſitiua hominis: ut dicit gloſ. ii. Cor. iiij. iā ſtatim allegata. Cui cōſonat gloſ. Epheſ. iiii. ſuper illud. Deponite ueterē hominē. corpus exterior hō eſt: anima interior. Corpus accipiꝰ ꝑ anima ſenſitiua, anima ꝑ parte intellectiua. Secūdò accipiꝰ hō exterior ꝑ homine finē ſuū in exterioribus creaturis ponente. Homo interior per oppoſitū eſt homo finē ſuū in deo creatore conſtituens: ut ſupra habitum eſt. ❡ Secundū Alexand. homo uetus eſt, homo peccator propago ueteris Adæ. Vnde gloſ. ad Epheſ. iiii. ſuper illud. Deponite uos: Et eſt Ambro. Homo interior ſi uitia priſtina ſequitur: uetus dicitur. Si aūt in nouitate uitę ambulat, alienus a ſeculari errore: nouus dicitur. Et gloſ. interli. Col. iii. ſuper illud. Expoliate uos ueterem hominem. Homo uetus, uita uetus in peccatis ſecundū Adam. & in gloſ. allegata ad Eph. iiii. In interiore homine agitur hęc uetuſtas, & nouitas. Patet ergo, ꝙ hō uetus, & nouus pertinet ad interiorē hominem acceptum pro parte intellectiua: & non ad exteriorem acceptum pro parte ſenſitiua: & uterq; uetus, & nouus inuenitur in utraq; portione inferiore, & ſuperiore: quia ſecundum utramq; portionem contingit peccare, & mereri. De inferiori manifeſtum eſt: quia circa temporalia meremur, & demeremur: de ſuperiore patet ſupra diſt. xxii. q. j. ❡ Homo uero exterior acceptus ſecundo modo pertinet ad portionem inferiorem. Interior uero ad utrumq;: quia contemplando finem, agit ſecundū portionem ſuperiorem. Ordinādo exteriora ad finem, agit ſecundū portionē inferiorē. Accipiēdo aūt hominē exteriorē primo modo pro parte ſenſitiua ſic nō pertinet ad aliquā portionē rationis; interior uero pro parte intellectiua pertinet ad utramq;.

Dub. 2. F — An peccatum mortale ſit in inferiore portione ſine ſuperiore.

❡ Secundò dubitatur. Vtrum cōtingat peccatum mortale eſſe in inferiore portione, abſq; hoc, ꝙ ſit in ſuperiore: & econuerſo. Reſpondetur, ꝙ cum peccatum eſſe non poſsit mortale ſine contemptu dei, & regularum ęternę, ac diuinę legis uero, uel interpretatiuo: ut infra dicitur: ſi portio ſuperior accipitur ſtrictè: peccatū mortale poteſt eſſe in portione inferiori, & non in ſuperiori: ut peccatum quo quis peccat in proximum uel in ſeipſum, cuius deus non eſt obiectum. Nam ſic nullum peccatū eſt in portione ſuperiori: niſi quod immediatè cōmittitur in deū. Hæc enim portio ſic accepta, non uerſatur circa aliud obiectum, quam circa deum. Accipiendo autem portionem ſuperiorem largè: nullum peccatū mortale committitur: quin portio ſuperior ſit in culpa. Cum enim non committitur ſine auerſione à deo, & ſolius ſuperioris portionis eſt auerti a deo: ſicut cōuerti ad deum ſecundum regulas ęternę legis; ſic accipiendo portionem ſuperiorem in omni mortali peccato, portio ſuperior auertit ſe a deo uerè, uel interpretatiuè. Verè, dum legem æternam attendens contra eam conſentit portioni inferiori in actum contrarium legi. Interpretatiuè dum non cohibet inferiorem, dum tenetur ſecundum legem. Et ita negligendo auertitur, dū ſe non cōuertit, & conuertere ſe tenetur. Et illo modo uerum eſt illud Augu. ꝙ ſi peccatū non diu teneatur in delectatione cogitationis, ſed ſtatim ut mulierem. i. inferiorem portionem tetigit uiri. i. ſuperioris portionis auctoritate repellatur: ueniale eſt. Si uero diu in delectatione cogitationis tenetur: etſi uoluntas perficiendi deſit: mortale eſt: & pro eo dānabitur ſimul uir, & mulier. i. totus homo: quia & tunc uir nō ſicut debuit mulierem cohibuit, unde poteſt dici cōſenſiſſe. Hęc magiſter. Ex quibus patet ꝙ beatus Augu. & magiſter accipiunt portionem ſuperiorē largè: ut eius eſt regere portionem inferiorem ſecundum leges ęternas. In portione uero ſuperiori poteſt eſſe peccatum mortale abſq; hoc, ꝙ ſit in portione inferiori: ut patet de peccato infidelitatis circa articulum trinitatis: quia circa tale obiectum non eſt portio inferior. Multa hic moueri poſſent dubia de differentia peccatorum mortalium, & uenialium; quæ magis poſterius dum de peccatis agetur in genere locum habent.

Quomō peccatū in ſola ſuperiori portione.

## DISTINCTIO. XXV.

IN diſtinctione uiceſimaquinta agit de libero arbitrio ſecūdum ſe quantum ad ſubiectum, quantum ad obiectum, & quātum ad uirtutē, & effectum. Cuius ſententia in ſubiectis concluſionibus continetur. ❡ Prima. Liberum arbitrium reſpiciens contingens futurū diuerſimodè eſt in deo, in angelis, & in hominibus ſecundū quadruplicē hominis ſtatum. Hi ſtatus hominis ſunt. Status ante peccatum: poſt peccatum, & ante gratiā, poſt peccatū data gratia, in beatitudine æterna. ❡ Secunda cōcluſio. Humana uoluntas ſemper a coactione eſt libera: non autem a peccato, & a miſeria: nec ad bonum operandum ſine gratia. ❡ Tertia concluſio. Libertas hominis ante peccatū ad bonum nulla difficultate, aut carnis rebellione impedita, per peccatum depręſſa eſt: & grauiter diminuta.

## QVAESTIO VNICA.

A

CIRCA hanc diſtinctionem quæritur. Vtrum liberum arbitrium ſit aliquid a ratione, & uoluntate diſtinctum. ❡ Præmiſsis notabilibus ponentur concluſiones: additis pro tertio, articulo dubijs, cum ſuis ſolutionibus.

Artic. 1 Not. 1.

❡ Quo ad primum: notandum, ꝙ aliter de libe. arbi. locuti ſunt philoſophi: aliter

Opinio Philoſophorum de libero arbitrio.

doctores theologi, & ſancti. ¶ Philoſophi loquūtur de lib. ar. prout diſtinguit̄ cōtra principiū naturale. Nā philoſophus .ij. phyſ. ubi diſtinguit principium actiuum in naturā, & intellectū. Per intellectū intelligit lib. arb. ſiue uoluntatē: hoc eſt animā intellectiuā reſpectu illius actus, quē habet in ſua poteſtate: & reſpectu illius dicitur uoluntas. Sic ibidem cum diuidit in agēs ſecūdū propoſitū, & nō ſecūdū propoſitū. Per agēs ſecūdū propoſitū, intelligit agēs liberum, ſeu uolūtatē. Itē ix. Metaphyſ. dū diuidit potētiā actiuā in potētiā rationalē, & irrationalē. Per rationalē intelligit potentiā ad oppoſita, quę nō eſt niſi uolūtas. Idē ergo intelligit ꝑ actiuū ſecūdū ꝓpoſitū intellectū, & potētiā rationalē. Similiter idē intelligit per actiuū nō ſecundū ꝓpoſitū, & naturā, & potentiā irrationalē. Et per primū intelligit potētiā liberā, ꝑ ſecundū potentiā naturalē.

Potētia libera & naturalis.

¶ Potētia aūt libera, ut diſtinguit̄ cōtra naturalem, eſt potentia indifferens ad oppoſita, quæ .ſ. in ſua poteſtate habet utrūq; oppoſitorū: ſ. facere, & nō facere: quod ſic intelligendū eſt. Potentia libera eſt, quæ omnibus ad productionē alicuius effectus requiſitis eodem modo ſe habentibus, nullo uariato ex parte ſui, uel alterius habet in poteſtate ſua ita non producere, ſicut producere: ita ꝙ ex natura ſua ad neutrum determinatur; & talis potentia dicitur contingenter productiua. Non eſt autem hoc intelligendum, ꝙ habeat in poteſtate ſua illa oppoſita producere ſcilicet, & non producere pro eodem inſtanti. hoc enim implicat contradictionem: ſed pro diuerſis inſtantibus ſucceſsiuè. De hoc ſupra diſtinct. xxxviij. primi.

¶ Potentia naturalis oppoſito modo deſcribitur: eſt potentia ad unum oppoſitorum determinata: quæ non habet in ſua poteſtate utrumq; oppoſitum ad ſenſum præexpreſſum: & talis potentia agit neceſſariò .i. poſitis omnibus ad productionem effectus requiſitis non poteſt non agere.

Coroll. 1.

¶ Ex illo patet primò, ꝙ nulla cauſa reſpectu eiuſdem effectus eſt cauſa libera & naturalis. Patet: quia hoc implicat.

Coroll. 2.

¶ Secundò ſequitur, ꝙ cauſa reſpectu unius effectus poteſt eſſe libera: & reſpectu alterius naturalis. Patet de potentia rationali, quæ reſpectu intellectionis eſt cauſa naturalis: reſpectu uolitionis, eſt cauſa libera.

Coroll. 3.

¶ Tertiò ſequitur, ꝙ ſola uoluntas eſt potentia libera. Patet: quia omnis alia potentia ad ſuum effectum determinatur: ita ꝙ poſitis omnibus ad agendum requiſitis, non poteſt non agere.

Coroll. 4.

¶ Quartò ſequitur, ꝙ uoluntas non reſpectu cuiuſlibet uelle eſt cauſa libera. Patet de obſtinatis, & damnatis: ſimiliter de uoluntate confirmatorum in beatis. De quo ſupra diſt. vij. quia reſpectu actus, quem non habet in ſua poteſtate: non eſt libera. Sic etiam accipit Damaſce. libertatem cum dicit. Illa, quæ ſunt in poteſtate noſtra, ſi faciamus, uel ſi nō faciamus, ea ſunt obiecta liber. arbitr. ait enim. Eorum, quæ fiunt, hęc quidem ſunt in nobis, hæc non ſunt in nobis. In nobis quidem ſunt, ad quę nos ſumus libe. arbi. facere, & non facere. Et ſimpliciter ſunt in nobis, quæ ſequitur laus, & uituperatio & lex. Principaliter autem ſunt in nobis illa opera, de quibus conſiliamur. Conſilium autem eſt eorum, quę pariter contingunt. Si ergo omnem actionem liberam ſequitur laus, uel uituperium: & hęc nō ſequuntur niſi operationem cōtingentem non neceſſariam, ſequitur ꝙ omnis actio libera ſit contingens.

C

Opinio Theologorū de libertate.

¶ Teologi uero uariè loquuntur de libertate. Quandoq; enim accipiunt libertatem largiſsimè, ut diſtinguitur cōtra coactionem: ita ꝙ potentia dicitur producere liberè id, quod non producit coactè: hoc eſt contra ſuum uelle. Et ſic non diſtinguitur contra principium neceſſarium neceſsitate immutabilitatis. de hoc ſupra diſtinct. vij. per longum. De hoc loquitur ſanctus Bonauent. quæſt. viij. huius diſtinct. dicens. Cum duplex ſit neceſsitas coactionis, & immutabilitatis. Neceſsitas coactionis repugnat libertati arbitrij, neceſsitas uero imutabilitatis nōn. Pro eo, ꝙ arbitrium dicitur liberum. nō quia ſic uelit hoc, ut poſsit uelle eius oppoſitum: ſed quia omne, quod uult, appetit ad ſui imperium: quia ſic uult aliquid, ut uelit ſe uelle. Et ideo in actu uolendi, ſeipſum mouet, & ſibi dominatur. Et pro tanto dicitur liberum: quamuis immutabiliter ordinetur ad illud. Illo ergo modo idem eſt liberum, & uoluntarium. Et liberè producitur quicquid producitur mediante uoluntate. Sic ſi uoluntas creata produceret aliquem actum neceſſariò: ſicut uelle reſpectu finis ſecundum quoſdam illū actum produceret liberè non contingenter, ſed uoluntariè. Illo modo potentia libera ſecundum eandem rationem conuenit deo, angelo, & homini: ſicut & uoluntas conuenit, illis uniuocè. Sic dicit beatus Anſel. in de lib. arbi. c. j. ꝙ liberū arbitrium ſecundum diffinitionem cōmune eſt omni rationali creaturæ. ¶ Alio modo accipitur libertas ſtrictius, quantum ad aliquid, ut opponitur ſeruituti; per quam aliquis alteri ſubijcitur. Et ſic ſecundum multiplicem ſeruitutem poteſt poni multiplex oppoſita libertas: ſed de ſeruitute legali: de qua. j. Corinth. vij. Seruus uocatus es, non ſit tibi curæ: ſed & ſi potes fieri liber magis utere: non loquuntur hic doctores: ſed tantum de ſeruitute culpæ, & miſerię: ſecundum quam duplicē ſeruitutem, ponitur duplex oppoſita libertas: ſcilicet a culpa, & a miſeria, ſeu pęna: illo modo beati ſunt perfectè liberi, damnati carent utraq;. Viatores uero tantò ſunt liberiores: quantò magis culpæ, & pęnę immunes. ad Roma. vj. Liberati a peccato, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. Et ſic uerum eſt, ꝙ poſſe peccare nō eſt pars libertatis, ſicut in primo modo poſſe cogi non eſt pars libertatis: de his modis libertatis ſupra habetur diſtin. vij.

D

Triplex libertas.

¶ Et ſecundum illos tres libertatis modos diſtinguitur libertas in libertatē naturę, gratiæ, & glorię. Libertas naturæ eſt libertas a coactione. Libertas gratię, eſt libertas a culpa. Libertas glorię, eſt libertas a miſeria. Accipitur etiam cōcorditer cum philoſophis prout opponitur neceſsitati, nō tantum coactionis: ſed etiā immutabilitatis. Hęc dicitur libertas contingentię. Sic accipitur, quādo eſt principium meriti, & demeriti. Nā per hæc quę uitare non poſſumus, nec meremur, nec demeremur. Et ſic accipit Damaſce. cum negat lib. arbi. a brutis: quia magis aguntur, quàm agunt. Non agunt, ſed aguntur: quia non habent dominium ſuper actus ſuos eliciendos, uel non eliciendos: licet actus eorū etiā ſint intrinſeci: neceſsitantur tamē ad actus ſuos per naturam. ¶ Et ſecundū has acceptiones uariè allegātur ſanctorū auctoritates. Variè, etiā ponuntur libe. arbi. diffinitiones. Anſel. in de libe. arbi. ca. iij. ſic diffinit liberum arbitrium. Eſt poteſtas ſeruandi rectitudinē uoluntatis propter ipſam rectitudinē, quæ poteſt ſic intelligi. Eſt poteſtas ſeruandi rectitudinē .i. conformandi ſe rectitudini primę ſeu increatæ quantū eſt ex ſui natura, propter ipſam rectitudinē. Hæc .n. eſt rectitudo uolūtatis cōformitas eius cū diuina uoluntate: quod nihil aliud eſt, quàm poteſtas uolendi aliquid conformiter diuinę uolūtati: propter hoc, quia conformis eſt, uel quia ſic uult diuina uoluntas. Et iſta conuenit deo, angelis, & hominibus, etiam damnatis. qui quantū eſt ex natura ſua, poſſunt ſe cōformare rectitudini: quia uoluntati diuinę, quæ eſt prima rectitudo: nec conuenit alijs a rationali natura: quia etſi brutum quādoq; ſeruat rectitudinē: ut canis diligendo catulos ſuos: nō tñ ſeruat propter rectitudinē, quā nō agnoſcit. Sola .n. ratione cognoſcitur, & ſola uolūtate ſeruatur. Ex his cōſtat libertas arbitrij: ut idē dicit ibidē. c. iiij. Hęc ergo poteſtas dicitur liberū arbitriū: quia nemo pōt cogi rectitudinē deſerere, cū eā habuerit: licet eā nō habitā ſibi dare nō poſsit: nec ꝑditā eā recuperare: pōt tñ habitam non deſerere. Res enim omnis libera eſt ab ea re, a qua cogi niſi uolens uel prohiberi non poteſt: ut dicit. cap. v. ¶ Sed diceres: ex illo ſequi-

tur, ꝙ poſſe peccare eſſet pars libertatis, quod ipſe negat: dicit enim cap. j. Nec libertas, nec pars libertatis eſt peccandi poteſtas. Probatur tamen conſequentia: quia a peccando cogi niſi uolens non poteſt. Reſpondetur, ꝙ poſſe peccare nõ eſt ſine libero arbitrio: quia nihil carens libero arbitrio, poteſt peccare. Nam & ipſe dicit. Per liberum arbitrium peccauit apoſtata angelus, ſiue primus homo: quia per ſuum arbitrium peccauit. Quod ſic liberum erat: ut nulla re cogi poſſet ad peccandum. Et ſequitur. Peccauit autem per arbitrium ſuum, quod liberum erat: ſed nõ per hoc unde liberum erat .i. per poteſtatem, qua poterat non peccare: & peccato nõ ſeruire: ſed per poteſtatem, quã non habuit peccandi, qua nec ad non peccandi libertatem iuuabatur: nec ad ſeruitutem peccandi cogebatur: quia nulla re cogente non aliqua neceſsitate, ſed ſponte peccaui. Hæc Anſel. Quòd uero non eſt pars libertatis poſſe peccare, uult dicere, ꝙ non eſt pars libertatis, qua natura rationalis libera eſt ad decentia, & expedientia, quã propriè uocat libertatem: quia propter illa data eſt. Non enim accepit homo arbitr. libertatem, ut eo ad malum abutatur: ſed ut liberè ad bonum conuerſus uitam æternam, propter quã factus eſt conſequatur: ut uult Anſel. cap. iij. Quia ſicut deficere propriè nõ eſt poſſe: ita poſſe peccare non eſt poſſe: quia eſt poſſe deficere a rectitudine. Vel aliter. Poſſe peccare non eſt libertas, nec pars eius: hoc eſt non eſt diffinitio libertatis, nec pars diffinitionis. Nam cũ diffinitio debet eſſe conuertibilis; & conuenire omni contento ſub diffinito. Libertas autem arbitrij conuenit Deo, angelis, & hominibus: poſſe autem peccare non conuenit deo: ergo non debet ingredi diffinitionem lib. arbi. & hoc eſt, quod dicit. Non pertinet ad diffinitionem libertatis arbitrij poſſe peccare. Vtraq; ſolutio colligitur ex uerbis beati Anſelmi cap. j.

F ¶ Eſt ergo diffinitio liber. arbitr. ſecundũ eũ. *Diffinitio liberi arbitrij.* Poteſtas uolũtatis, & rationis ſeruãdi ſecundũ ſuã naturã rectitudinẽ uolũtatis propter ipſam rectitudinẽ nõ curãdo, an ſit cõtingens, uel neceſſaria. Et illa diffinitio conuenit omni naturæ rationali: ſiue creatæ, ſiue increatæ. ¶ Beatus Ber. in ſuo de lib. arb. ſic diffinit. Eſt cõſenſus ob uoluntatis inamiſsibilẽ libertatem, & rationis indeclinabile iudicium. Conſenſum accipit, ut exponit Alex. quaſi mediũ inter ſenſum mẽtis, & ſenſum carnis. Et eſt poteſtas habens ſe ut medium potens aſſentire appetitui carnis, & etiam appetitui mentis. Et illa tantum conuenit (ut dicit ſanctus Bonauentur.) creaturæ, non concernendo ſtatum: & poſſet ſic intelligi. Eſt conſenſus .i. facultas conſentiendi ſenſui, mentis, uel ſenſui rationis, ob libertatem uoluntatis inamiſſibilem .i. inſeparabilem a uoluntate: & iudicium indeclinabile rationis. Indeclinabile .i. inſeparabile a uolũtate, quia uoluntas non poteſt in actum niſi oſtẽſo obiecto per intellectum, uel rationẽ. Beatus Auguſt. diffinit, ut ponit magiſter diſt. præcedenti. Eſt facultas rationis, & uoluntatis, qua bonum eligitur gratia aſsiſtente, uel malum ea deſiſtente. quæ ſecundum magiſtrum datur de libe. arbi. uiatorum tantum. Illud enim ad utrumq; flecti poteſt. Et dicitur liberum quantum ad uoluntatem, quæ poteſt in oppoſita, & dicitur arbitrium, quantum ad rationem diſcretiuam boni, & mali. Illa ergo animi potentia, qua bonum, uel malum poteſt uelle, utrũq; diſcernens liberum arbitrium uocatur, quod bruta animalia non habẽt; quia ratione carent. Vnde cap. xx. in de eccle. dogma. ſiue diffinitionibus orthodoxæ fidei. Arbitrij libertas eſt rationalis uoluntas. inquit Aug. Eſt ergo arbitrium hoc liberum ad utrumlibet: quia uoluntas ſpontanea appetitu moueri poteſt ad ea, quæ bona, uel mala iudicat ratio. Et hoc modo horum tantũ eſt lib. arb. qui uoluntatẽ mutare poſſunt: & in contraria deflectere. In quorum poteſtate eſt eligere bonũ, uel malum, & utrumlibet ſecundum electionẽ facere, uel dimittere: & illo modo nec eſt in deo: nec in beatis. Et licet ſecundum hanc aſsignationem libe. arbi. ipſum non conueniat deo: tamen communiter attribuitur deo, & beatis. Et ſecundum ꝙ dicit libertatem a coactione, & neceſsitate ſecundũ diffinitionẽ Anſel. Etiam ſecundũ ꝙ dicit libertatẽ a culpa, & miſeria. Quod uero magiſter ſupra diſt. præſenti dicit, ꝙ libertas arbitrij ab omni labe, & corruptela immunis eſt: & rectitudo uolũtatis, & omniũ potentiarũ animæ ſynceritas, atq; uiuacitas, non ponit diffinitionẽ liberi arbitrij: ſed deſcribit ſtatũ eius in primis parentibus ante lapſum.

Arti. 2. ¶ Quantum ad ſecundum articulum eſt iſta concluſio prima, & reſponſalis. Cõcl. 1. G Quamuis libertas arbitrij non ſit ſine ratione obiecti uolibilis oſtenſiua: eſt tamẽ eſſentialiter & realiter uoluntas ſuæ uolitionis productiua. Prima pars patet ſecundum beatũ Aug. ubi ſupra, quia eſt rationalis uolũtas. Et quia uoluntas nõ fertur in incognitũ. x. de trini. Requiritur ergo potentia cognitiua, quę oſtendat obiectũ uolibile: & hęc ẽ ratio: Secũda pars patet: quia libertas eſt illa poteſtas, quæ eſt domina ſuorũ actuũ: ita ꝙ cogi nõ poteſt, & quę habet actus ſuos in ſua poteſtate: talis autẽ eſt uolũtas: ut dicit Aug. Nihil enim ita eſt in poteſtate noſtra ſicut ipſa uoluntas. Idẽ. uolũtas eſt animi motus cogente nullo ad aliquid adipiſcẽdum, uel non adipiſcẽdum. Itẽ ratio poteſt cogi per argumenta ad aſſentiendũ concluſioni ſimiliter ad appręhendendum obiectum ſufficienter pręſens: ergo ad ipſam, ut talis eſt: non pertinet libertas, cũ libertas ſecundum omnes diſtinguitur a coactione. Itẽ Ber. Vniuerſa, quæ hominis ſunt pręter ſolam uolũtatem a merito, & iudicio libera ſunt: ergo uolũtas ſola in homine libera eſt.

Cõcl. 2. ¶ Secunda concluſio. Arbitrij libertas non duæ: ſed una eſt potentia, & facultas. Patet; quia liberum arbitrium eſt potentia rationalis ſecundum Augu. ubi ſupra. Illa autẽ tñ eſt una: nec diſtinguitur realiter potentia intellectiua a uoluntate: ſed idem realiter eſt intellectus, & uoluntas: ut dictũ eſt ſupra diſt. xvj. Etiam ſi tenetur opinio, ꝙ intellectus, & uoluntas eſſent potentiæ diſtinctę: libertas arbitrij non eſſet illę duæ potentiæ: ſed ſola uoluntas: quãuis ipſa uoluntas nõ poſſet exire in actũ ſine intellectu: ſicut potentia intellectiua non eſt aggregatum ex intellectu, & obiecto: licet non poſsit intellectus intelligere ſine obiecto: ſupponit ergo liberum arbitriũ pro uoluntate, & cõnotat rationem, uel intellectum oſtendentem obiectum. Hinc illa poſſet dari eius notificatio: eſt uoluntas rationalis liberè uolens aliquid oſtenſum, ſiue pręſentatũ ſibi per intellectum.

Cõcl. 3. H ¶ Tertia concluſio. Liberum arbitrium quantum ad ſuam eſſentiam nec augeri poteſt, nec minui. Probatur: quia liberum arbitriũ eſſentialiter eſt ipſa uoluntas ex concluſione prima, uoluntas autem nõ diſtinguitur ab eſſentia animę, quę eſt ſubſtantia: ut patet diſt. xvj. Subſtantia uero non recipit magis, nec minus. ut dicit philoſophus in prædicamentis.

Cõcl. 4. ¶ Cõcluſio quarta. Quantum ad coactionẽ libertas arbitrij nec poteſt augeri, nec minui. Probatur: quia ſi libertas arbitrij ſimpliciter non poteſt cogi: ergo quantũ ad coactionem nec augeri, nec minui. Tenet conſequentia: quia id, quod ſimpliciter non conuenit rei: nec magis, nec minus cõuenit illi. Sequitur .n. benè. Coactio non conuenit libero arbitrio: ergo nec coactio magis, aut minus ei conuenit. Tenet conſequentia a toto in modo ad partẽ negatiuę. Quòd autem ſimpliciter nõ poſsit cogi, patet, quia non poteſt contra uelle ad uolendum compelli. hoc enim implicat. Et quantum ad illas duas concluſiones: dicit beatus Berñ. in de lib. arbi. Manet libertas arbitrij tam plena in bonis, quàm in malis, tam integra ſuo modo in creatura, quàm in creatore. Item in eodem. Libertas arbitrij pariter cunctis ratione utentibus conuenit: nec magis eſt in bonis, quàm in

malis,nec augetur gratia, nec minui-
Cõcl.5. tur culpa.¶Quinta concluſio:Liberum
arbitriũ quantũ ad ſubſtantiã, & quali-
tatẽ.i.intenſionẽ producendorum a ſe
actuum nõ eſt æqualiter omniũ. Patet
cõcluſio:quia potẽtius eſt in habituatis,
quã in non habituatis: facilius .n. eli-
cit uoluntas actus ſuos cũ habitu incli-
nãte,quã ſine. Actus dico tam bonos,
quã malos. Similiter ad eliciẽdum actũ
meritoriũ,ſimiliter impotẽs eſt ſine gra
tia. Et ſecũdũ gratiæ intenſionẽ magis,
uel minus prõpta:alioquin ſuperfluerẽt
habitus,& dona:ſed hęc inęqualitas nõ
reducitur ad potentiã, quæ eſt liberum
arbitriũ in ſe,ſed ad habitus inexiſtẽtes.
Cõcl.6. ¶Sexta concluſio. Libertas a ſeruitute
tam culpæ,quã miſerię nõ eſt æqualis in
cuiuslibet arbitrij libertate. Patet:quia
maior eſt in beatis, quã uiatoribus: in
dãnatis autem omnino non eſt. Et ſic
dicit Aug. Multo liberius erit arbitriũ,
quod omnino non poterit ſeruire pec-
cato,quã quod poteſt. Et ſecundũ hoc
ponit beatus Anſel. diuerſos gradus li-
beri arbitrij ſecundũ diuerſos ſtatus,
ante peccatum, & poſt peccatum: cum
gratia,uel ſine gratia:in Deo, & creatu
ris:angelis,& hominibus.c.ulti de libe.
Arti. 3. arbitr. ¶ Quantum ad tertiũ articulum
Dub. 1. dubitatur primò. Vtrum uoluntas poſ-
I ſit cogi a Deo: quia dictum eſt in pro-
batione quartę concluſionis, ꝙ nõ po-
teſt cogi,nec additum eſt a quo. Et ui-
detur, ꝙ poſsit. Nam Luc. xiiij. dicitur
Compelle intrare. Intrare illud, eſt libe
rum arbitrium, & compellere eſt coge
re: ergo cogi poteſt liberum arbitrium.
An uoluntas noſtra cogatur a Deo. Item Ioann. vj. Nemo uenit ad me, ni
ſi pater,qui miſit me,traxerit illũ. Qui
trahitur,uiolẽter cogitur.Itẽ Rom. vij.
Video aliam legem in membris meis re
pugnantem legi mentis meæ, & capti-
uantem me in lege peccati. Captiuitas
autem,& repugnantia important coa-
ctionẽ. Ad hoc reſpondetur, ꝙ duplici-
ter poteſt intelligi uolũtatem poſſe co-
gi,aut impediendo ab actu ne uelit, aut
compellendo ſeu neceſsitando , ut ue-
lit. Alio modo intelligitur uoluntatem
poſſe cogi ut inuitè uelit, uel nolit, ita
ꝙ ſtãte actu uolendi reſpectu a ipſum a
inuitè uelit: & ſtãte nolitione reſpectu
b inuitè nolit b. Supponitur etiã, ꝙ re-
fert dicere uoluntatem induci, & uolũ
tatem mutari, uoluntatem cogi. Indu-
citur perſuaſione,qua inclinatur ad ali-
quid, ad quod nõ inclinaretur niſi per-
ſuaſa. Mutatur,quando fit de uolente
nõ uolens,aut econuerſo; ut cum Deus
de amatore tẽporaliũ facit cõtempto-
rem eorum. Cogitur dum multa ali-
quid uellet.i.dum repugnante actu ſuę
uoluntatis ad oppoſitũ compelleretur.
¶ Quibus pręmiſsis reſpondetur per ali
quas propoſitiones. ¶ Prima. Quantũ ppõ. 1.
ad actus imperatos uolũtas cogi poteſt
nõ tantum a deo:ſed etiam a creatura.
Certũ.n. eſt ꝙ quis poteſt nolens trahi
ad eccleſiã & ſimilia. Cũ ſenueris alius
cinget te,& ducet,quo non uis. Chri-
ſtus ad Petrum Io. ulti. ¶Secunda pro- ppõ. 2.
poſitio. Voluntas quantum ad actus eli
citos poteſt induci:poteſt & timore uel
promiſsione mutari ac ab actu elicito
recedere:& oppoſitum eius uelle. Cla-
ra ſunt hæc teſte experientia. Poteſt
& per diuinam immiſsionem & illumina
tionem ac ſpiritusſancti ſpecialem mo-
tionem gratięq; infuſionem recedere a
uitioſis uolitionibus,& elicere bonas.
Et hæc dicitur tractio diuina:quãdo ſic
uoluntas diuino adiutorio ſeparatur ab
his,quibus per amoris glutinum fortiter
adhęſit: & æternis incipit adhęrere.Sic
dicit beatus Bern. Hoc intendit Deus
cum terret,aut percutit,ut faciat uolun
tarios,non ſaluet inuitos: quatenus dũ
de malo in bonum mutat uoluntatem:
transferat libertatem. ¶ Tertia propo- ppõ. 3.
ſitio. Volũtas libera cogi poteſt a Deo K
ut non poſsit uelle obiectum uolibile.
Patet: quia poteſt annihilari. Item po-
teſt ab ea rationis uſus tolli. ¶ Item
poteſt Deus concurrere coagendo ad
eliciendum uolitionem: & ita ſuſpende
re uoluntatem ab eliciendo: ſicut om-
nem potentiam actiuam creatam con-
currendò ſecum ſuſpendit ab actione
ſua. Omnia enim hæc indubia ſunt



chriſtiano:cum enim nulla cauſa ſecũ
da poteſt agere niſi coagente prima.
Prima uero cauſa agit contingenter a
dextra: ideo poteſt non coagere: & ita
uoluntatem a ſuo actu impedire ſiue eã
ſuſpendere:quod eſt cogere:ut nõ agat
ppõ. 4. ſeu ut nõ eliciat. ¶ Quarta propoſitio.
Deus poteſt uoluntatem cogere ad uo
lendum aliquid: ita ꝙ non poteſt illud
non uelle. Probatur: quia deus poteſt
actũ uolitionis: qui eſt uelle: creare in
uoluntate:& creatum in uoluntate con
ſeruare:quo poſito,uolũtas poteſt non
uelle: ſicut enim exiſtente cognitione
actuali in intellectu, non poteſt intelle
ctus non intelligere:ita exiſtente uoli-
tione in uoluntate non poteſt uoluntas
non uelle:cum nihil aliud ſit uelle,quã
uolitionem in ſe habere. Et ſic ſupra di
ctum eſt diſt.vij. ꝙ quoſdam actus Deus
ppõ. 5. creat ſeu pducit in angelo bono,& malo
qui nõ ſunt in poteſtate angeli.¶Quin
ta propoſitio. Non poteſt Deus coge-
re uoluntatem: ut inuitè uelit. Patet:
quia hoc uidetur implicare cõtradictio
nem: nam inuitus habet nolle: nolle
eſt non uelle.ſic inuitè uelle,eſt uelle &
non uelle: & illo modo omnis uolun-
tas eſt libera a coactione. Et pro tanto
dicit Bernard. Libertas uoluntatis eſt
ita plena ſuo modo in creatura ſicut in
creatore: & ꝙ in omnibus reperitur
æqualiter: ut ſup. concluſione quarta
allegatum eſt. ¶ Sed diceres. Pono ꝙ
L in uoluntate ſit uolitio obiecti a Deus
poteſt creare in eadem uoluntate noli
tionem a manente uolitione eiuſdem.
Poteſt enim Deus contraria conſerua
re in eodem ſubiecto per ſuam potentiã
abſolutam: quo poſito uoluntas inuita
uult a. Eſt enim uolens per uolitionem:
& eſt inuita per nolitionem: ſimul.n.
uult,& nult, ſalua grammatica. ¶Poſ-
ſet dici ꝙ ſunt quędam contraria,quæ
inferunt contradictoria:& illa non poſ
ſunt ſimul ineſſe eidem ſubiecto:& talia
ſunt uelle & nolle eiuſdem obiecti. Nã
nolle infert non uelle; nam uelle a eſt
uelle ipſum eſſe: nolle a eſt uelle ipſum
non eſſe. ¶ Sed ſi cautius intuetur nõ
ſunt illa contradictoria: uelle a eſſe &
uelle a non eſſe: ſed uelle a eſſe & non
uelle a eſſe. Illa autem non uelle a eſ-
ſe non infert hanc: uelle a non eſſe: &
ita non uidetur ꝙ uelle a & nolle a in-
ferant contradictoria: ſicut nec cali-
dum, & frigidum. ¶ Et ſi dicis. Eſſe &
non eſſe ſunt contradictoria: & uolun-
tas non poteſt ſimul uelle contradicto-
ria. Reſponderi poſſet, ꝙ uoluntas po-
teſt uelle contradictoria ſimul: quia po
teſt uelle impoſsibile uoluntate compla
centię: licet non efficaci: ut dictum eſt
ſup. diſt. vj. Nec ex hoc ſequitur cõtradi
ctoria eſſe ſimul uera. Verum difficile
eſt intelligere quomodo contradicto-
ria poſsit ſimul eſſe uoluntas. Difficile
etiam eſt aliquid negare a potentia dei,
quod non includit contradictionem:
ideo dimiſſo caſu, ꝙ ſimul ſtent in uolũ-
tate uolitio, & nolitio eiuſdem obie-
cti: adhuc uoluntas inuita nollet: quia
nolens uellet: & uolens nollet. Ille
igitur dicitur inuitus uelle, qui uolen-
do nult: aut nolendo uult. Et talis di-
ceretur cogi: ita ꝙ in eodem actu, quo
uult cogeretur nolle, quod ſimpliciter
eſt impoſsibile. Et ſic intelligenda eſt
quinta concluſio.¶Secundò dubitatur. Dub. 2.
Vtrũ poſsit ſufficienter probari, ꝙ uo- M
luntas ſit libera. Ad hoc breuiter reſpõ
detur ſecundũ Ockã.q.xvj.primi quod
lib.& Greg. de arimi. diſ. præſenti, ꝙ uo
luntatẽ eſſe liberã libertate contingen
tię eſt euidẽs per experientiam: & ideo
non poteſt per aliquid euidẽtius demon
ſtrari. Primum patet: quia homo in ſe ex
peritur, ꝙ quantumcunq; ratio dictet
aliquid eſſe uolendum, poteſt tamẽ uo
luntas hoc uelle uel nolle. Secundum
patet: quia omnis ratio hoc probans aſ-
ſumit aliqua dubia uel minus nota uel
ęquè ignota. Poteſt tamen probari con
tra negantes ducendo eos ad quędam:
quę ſecundũ omnes uſum rationis ha-
bentes, falſa & inconuenientia iudican
tur: quia ſi homo nihil per liberum arbi
triũ ageret, uel omitteret, fruſtra eſſet
omne humanũ conſiliũ: ut deducit Da
ma. lib. ij. c. xxviij. Nullus etiã pro ſuis

actibus mereref premiũuel penã:ut oſtẽdit Aug.li.ij.de lib.arb.c.ij. Sic etiã diuina pręcepta homini non prodeſſent: ſi nõ liberè ſeruando peruenirẽt ad præmiũ. Illud ẽ etiã penè cõtra innumerabiles ſacręſcripturę auctoritates. Et alia plurima abſurda induci poſſent. ❡ Illo

Dub. 3. ergo ſuppoſito dubitatur tertiò. Vtrũ

N uoluntas ſit cauſa ſufficiẽs, & immediata ſuorũ actuũ productiua. Et non mouetur dubiũ de actibus imperatis: qa de illis certum eſt, ꝙ non eſt cauſa talium niſi per imperium quod eſt actus eius eli citus. Reſtringendum eſt igitur dubium ad actus interiores elicitos. Et de his reſpondetur per quatuor propoſitiones.

ppo. 1. ❡ Prima. Voluntas eſt cauſa immediata productiua uolitionis & nolitionis.

Probatur: quia tales actus ſunt in poteſtate uolũtatis immediatè: ergo eſt cauſa eorum immediatè. Conſequentia tenet ex communi medio probandi aliquid eſſe cauſam alterius. Antecedens probaẽ: quia aliquis actus eſt immediatè in poteſtate uolũtatis: & nullus alius quã actus interior, qui dicitur elicitiuus igitur. Maior ꝓbatur: quia alias periret liberum arbitrium. Minor probatur: qa omnis alius actus in noſtra poteſtate exiſtens, ideo ꝓcisè dr̃ eſſe in noſtra poteſtate, quoniã noſtrã ſequitur uolitionẽ iuxta illud Beati Aug. j. retrac. cap. xxij. Hoc eſt in poteſtate noſtra, quod cum uolumus, facimus. Ergo ſi uolitio noſtra non eſt in noſtra poteſtate nec conſequens actus erit in noſtra poteſtate. ❡ Si diceres contra propoſitionem.

Impoſsibile eſt, ꝙ agens ſeipſum reducat de potentia ad actum: ſed ſi uoluntas ſit cauſa actiua ſuorum actuum ſeipſum reduceret: qa ſtãtibus omnibus ad uolitionẽ requiſitis: puta pręſẽtatione obiecti per rationem: adhuc poteſt uolũtas non uelle obiectum, & poteſt poſtea nulla uariatione facta uelle ex ſua libertate. Reſpondet Ockam in primo quodlibet concedendo illatum: ſed hoc ſolũ uerum eſt in agente liberè. In agẽte aũt naturali, ſiuẽ corporali, ſiue ſpirituali nõ eſt poſsibile: quia ſi illud actu non agit: oportet, ꝙ aliquid deficeret: aut cauſa aliqua partialis: aut diſpoſitio aliqua requiſita in paſſo: aut impedimentum aliquod ſubſit. Nã omnibus requiſitis exiſtẽtibus neceſſario agit: ideo neceſſe eſt (ut reducatur ad actũ) per aliud remoueri impedimentum: uel aliud requiſitũ ponere quod deficit. In agente autem libero eſt manifeſta inſtantia. ❡ Secun-

ppo. 2. da propoſitio. Voluntas non eſt cauſa ſufficiens ſuorum actuum. Probatur: quia ſi eſſet ſufficiens: poſſet producere uolitionẽ nullo actu cõcurrente ſtãte generali influẽtia: quę hic ſẽper ſupponitur. Conſequens falſum: quia tunc poſſet uelle nullo obiecto cognito cõtra Beatum Aug. viij. & x. de trinita. In cognitum amari non poteſt. & contra

ppo. 3. experientiam. ❡ Tertia propoſitio. Obiectum non concurrit actiuè immediatè ad productionem uolitionis cum uoluntate. Probaẽ: qa uoluntas poteſt producere uolitionem alicuius obiecti ipſo nõ exiſtente in rerũ natura. Manifeſtũ eſt: ergo non concurrit actiuè obiectũ ad talẽ uolitionẽ. Tenet conſequentia, quia agere præſupponit eſſe: quod autẽ

ppo. 4. non eſt: non agit. ❡ Quarta propoſitio. Cognitio obiecti eſt partialis cauſa neceſſariò cũ uolũtate requiſita ad productionem uolitionis. Probatur: quia ea non exiſtente uolitio produci non poteſt: ergo ab ea dependet uolitio in aliquo genere cauſæ. Conſequẽtia tenet, quia omnis effectus ſufficienter dependet a ſuis cauſis: non autem dependet ab ea in genere cauſę formalis, finalis uel materialis: Patet ergo in generẽ cauſę efficientis. ❡ Ex illo ſequitur, ꝙ eadẽ O

cauſa naturalis poteſt eſſe cauſa oppoſitorum effectuum, nulla uariatione facta in materia: Patet quia cognitio appetibilis eſt cauſa naturalis uolitionis, & nolitionis obiecti: ſtante enim eadem cognitione obiecti, uolũtas poteſt ipſum primo modo uelle: & ſecundo nolle & econuerſo. Hoc autem non eſt inconueniens de cauſa partiali: ſecus de totali naturali. ❡ Sequitẽ ſcd'ò, ꝙ intẽſio actus a uoluntate eliciti, non ſequitur intenſionem cauſæ naturalis. Patet, quia poteſt res minus cognita magis deſiderari: & magis cognita minus appeti: & hoc propter concurſum cauſę liberè: q̃ ſicut habet in ſua poteſtate agere, & nõ agere: ita habet etiam in ſua poteſtate ſic feruenter, ſeu intenſe, uel remiſſe agere. Hæc propoſitio eſt de mente Beati Auguſt. xv. de trini. cap. xxiii. ubi uult ꝙ amor procedit de ſcientia. Et cap. xxvj. dicit ꝙ amor de gignente mente, & de genita notitia tanquam de parente, & prole procedit. ❡ Sed diceres. Quãdoq; uolitio ꝓcedit notitiã: ut cũ uolumus ſcire, quod neſcimus; ergo non ſẽper notitia eſt cauſa uolitionis: quia effectus cauſam non præcedit. Reſpondetur: licet uolitio quandoque notitiam præcedat: ſemper tamen uolitionẽ præcedenti notitia aliqua obiecti uoliti.

Vnde in caſu, dum quis uult incognitũ noſcere: quamuis uolitio pręcedat notitiam, quæ deſideratur: non tamen pręcedit notitiam illius notitiæ, quæ deſideratur: quia niſi noſceret ꝙ eſſet aliqua notitia rei incognitę non eam deſideraret. Volendo ergo ſcire incognitum non uult incognitum: ſed uult ſciẽtiam incogniti: & illam uelle non poſſet, niſi prius eam cogitaret: & ſic cogitãdo cognoſceret. Ita ſoluit Beatus Au-

Dub. 4. guſtinus. x. de trini. cap. j. ❡ Vltimò dubitatur contra libertatem contingentiæ: de qua in prima parte notabilis.

Nam uidetur, ꝙ talis poni non poſsit: quia ſi eſſet, eſſet cauſa contingentis ad utrumlibet: ſed hæc eſt impoſsibilis. Probatur: quia ſi aliqua eſſet cauſa contingens: hoc eſt ad utrumlibet oppoſitorũ aut quando cauſat, aut ante, aut poſt.

Non ſecundum uel tertium, quia tunc non eſt cauſa: nihil enim eſt cauſa niſi quod cauſat. Nec primum: quia dum cauſat unum oppoſitorum, non cauſat aliud, quia (gratia exempli) quando uoluntas cauſat. a. pro inſtanti. b. non poteſt non cauſare. a. pro inſtanti. b. quia poſito ꝙ in. b. inſtanti cauſet: impoſſibile eſt, ꝙ in eodem inſtanti non cauſet: ſicut arguit Ockam contra Ioãnẽ ponentem potentiam immanifeſtã ad oppoſitam conſequi libertatem. diſtin. xxxviij. primi. Reſpondetur, ꝙ libertas contingentiæ eſt libertas ad utrũlibet, P

& eſt hęc ſolius uoluntatis. Conſequenter dicitur, ꝙ uoluntas eſt cauſa contingens pro inſtanti pro quo cauſat. Pro illo enim inſtanti, pro quo cauſat contingenter cauſat: licet dũ cauſat nõ poſſet ſimul in eodem inſtanti non cauſare in ſenſu compoſito. Nec ideo dicitur cauſa cõtingens alicuius effectus: quia poteſt illũ cauſare, & non cauſare ſimul pro eodem tempore. Sed cauſa contingens eſt quę liberè ſine omni uariatione adueniente ſibi uel alteri: & per non ceſſationem alterius cauſę poteſt ceſſare a cauſando actum in alio inſtanti: ut tactum fuit circa principium huius diſtinctionis. Et habetur diſtinct. xxxviij. primi diffuſius quod eſt dictu. Cauſa cõtingens alicuius effectus eſt cauſa, quæ poteſt ceſſare a cauſando eundem effectum, pro alio inſtanti omnibus alijs eodem modo ſe habentibus. Vel ſic: cauſa contingens eſt cauſa, quæ priuſquam cauſauit omnibus aliis eodem modo ſe habentibus potuit ceſſare & non cauſare. Sic ait Boe. v. de conſo. proſa. ulti. Quæ de libero proficiſcuntur arbitrio quamuis eueniant exiſtendo: tamen ꝓpriam naturam non amittunt: quia priuſquam fierent: etiam non euenire potuerunt: ſicut ſol oriens, & homo gradiens: quæ dũ fiunt nõ fieri nõ poſſunt: eorũ tamen unũ priuſquã fieret neceſſe erat exiſtere: alterum uero minime.

## DISTINCTIO XXVI.

EGIT de libero arbitrio, quo humana natura potuit a lapſu præſeruari: conſequenter in quatuor diſtinctionibus ſequentibus agit de gratiæ adiutorio arbitrij liberi ſuperaddito, quo ad rectè uiuendum & benè operandum poterit eleuari, Agit ergo de

gratia. Primò quantum ad ſtatum naturæ hominis lapſę. Secundò quantum ad ſtatum naturæ integrę diſt. xxix. ¶ Circa primum primò agit de gratia ueritatem determinando. Secundò hereſes exterminando diſt. xxviij. Prima pars adhuc in duas: qa primò pſequit̃ de gratiæ effectu, quem operatur circa arbitrij libertatem. Secundò diſtinct. xxvij. de eius quidditate per comparationem ad uirtutem. Primum præſenti diſtinctione docet. ¶ Cuius ſententia in ſubiectis tribus concluſionibus ſummariè continetur. ¶ Prima concluſio. Voluntatē bonam: ut ſit bona, & bonum uelit: gratia operans præuenit, liberat, & preparat. Cooperans perficiendò ſequitur: non tempore ſed natura: & ne fruſtra uelit, adiuuat. ¶ Secunda concluſio. Gratia, quæ eſt fides per dilectionem operans, licet quibusdam bonis preuenitur illa tamen ad ſalutem non ſufficiunt, nec eis uoluntas ſanatur, nec rectè uiuitur. ¶ Tertia concluſio. Gratia operans, qua uoluntas iuſtificatur, & gratia cooperans, qua ad benè operandum adiuuatur, non duo, ſed unum ſunt donũ, quòd propter diuerſos eius effectus, diuerſis nominibus nominatur. Harũ declaratio patet ex textu.

## QVAESTIO VNICA.

A CIRCA hanc diſtinctionē quæritur. Vtrum operans, & cooperans gratia diſtinguantur realiter a charitate infuſa. Premiſsis terminorum declarationibus pro articulo primo, ſubiungentur concluſiones cum annexis dubiis pro articulis ſecundis, & tertijs. ¶ Quantum ad primum articulum no-
Arti. 1. Not. 1. tandum circa illum terminum gratia: ꝙ nomen gratia dicitur a gratis, quaſi gratis dans, uel gratis datum: & ſic accipitur actiuè, uel paſsiuè.
Quot modis dicatur gratia. Actiuè pro gratioſa dei uoluntate dante omnia liberaliter gratis non ex debito: ſecundum illud Apoſtoli Rom. xj. Quis prior dedit illi, & retribuetur ei. q. d. nullus. Nō enim preuenimus diligendo deum, ſed ipſe prior dilexit nos. j. Ioan. iiij. De hac gratia poteſt illud accipi Actuum. xv. Per gratiam, ideſt gratioſam uoluntatem domini noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari. Et illud Roma. iii. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius per redemptionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu, quem propoſuit deus propitiatorem. Gratia illa, qua redempti ſumus, fuit gratioſa dei uoluntas, qua deus pro nobis pati uoluit Chriſtum; & ipſe ſe uoluntariè obtulit: ſecundum illud Eſa. liij. Oblatus eſt, quia ipſe uoluit. Alio modo accipitur paſsiuè pro dono aliquo gratis dato; & licet ſic multipliciter accipitur ut tangit Alexan. parte. iij. quæſt. lxix. membro. j. tamen redigendo acceptiones illas ad compendium: poteſt ſic accipi quadrupliciter: ſcilicet largiſsimè, largè, ſtrictè, ſtrictiſsimè. Primis duobus modis non diſtinguitur contra naturalia: ſed ultimis duobus modis contra ea diſtinguitur. ¶ Gratia largiſsimè eſt donum a deo gratis, ideſt ſine debito datum. Et illo modo gratia diuiditur in
gratiam increatam, & creatam. ¶ Increata eſt ſpiritusſanctus, qui datur rationali creaturæ ad eius ſanctificationem: Gratia creata & icreata.
ſecundum illud Rom. v. Charitas dei diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis. Immo tota trinitas illabitur menti humanæ: ſecundum illud Ioan. xiiij. Ad eum ueniemus, & manſionem apud eum faciemus. Filius loquitur de ſe, & patre. ¶ Gratia creata hoc modo eſt omnis creatura: quia omnis talis eſt gratias a deo producta: & ſibiipſi creaturę aut alteri, donata, ſecundũ illud. i. Corint. iiij. Quid habes, quod non accepiſti: Ita loquitur de gratia Apoſtolus. j. Corint. xv. Gratia dei ſum id, quod ſum. nam & ipſum eſſe accipit gratis a deo. Si imago dei nobis concreata, quæ eſt ipſa animę natura dicitur gratia ſecundum Alexã. ubi ſupra. ¶ Gratia largè eſt dei donum naturæ rei ſuperadditum, ſiue cōſequatur naturam generaliter, ſiue hanc naturam ſpecialiter: ut ſunt corporis for-



titudo, animi uigor, ingenii perſpicacitas, & induſtria, cognitio rerum etiam naturaliter acquiſita, eloquentia, affabilitas, etiam exteriorum rerum poſſeſſiones. Omnia enim hęc gratis a deo donantur: ſecundum illud Iacob. j. Omne datum optimum, & omne donũ perfectum deſurſum eſt deſcendens a patre luminum. Et illud Ioan. iij. Non poteſt homo accipere quicquam, niſi fuerit ei datũ de cęlo. Hoc modo dicimus homines ſanos, ingenioſos, potētes, diuites &c. gratiã multã conſecutos a deo. Et principes ſcribunt. Euerhardus dei gratia uuirtenbergen. & Decken. dux talis prouincię. ¶ Propriè, & ſtrictè gratia eſt donum ſupernaturale a ſolo Deo ſuperadditum naturæ: ut eſt donum prophetiæ, donum linguarum, & uirtutes infuſæ. hoc modo accipitur. j. Corint. xii. ubi dicitur. Diuiſiones gratiarum ſunt, unus autem ſpiritus. Et poſt ſpeciuocantur hæ gratiæ, quæ ſunt ſermo ſapientiæ, ſermo ſcientiæ, fides, gratia ſanitatum, operatio uirtutum, prophetia, diſcretio ſpirituum, genera linguarum, interprætatio ſermonum. Et ſequitur. Hæc omnia operat̃ unus, atque idē ſpiritus, diuidens ſingulis prout uult. ¶ Gratia propriiſsimè, ſiue ſtrictiſsimè accepta, eſt donum ſupernaturale a ſolo deo rationali creaturæ infuſum, quo ipſa redditur grata deo, & accepta ad uitam æternam beatificè poſsidendã. Sic accipitur Rom. vj. Stipendia peccati mors, gratia dei uita æterna, & in aliis multis locis. ¶ De gratia largiſsimè ſumpta dicit Auguſtinus epiſtola. xcv. naturam hominis gratiam dici: ſic enim reſpondet Pelagius, ut refert Auguſtinus, ut eam gratiam ſcilicet eſſe diceret, non niſi naturam, in qua condidit nos deus Et infra. Gratiam creatoris natura eſt: inquit Pelagius creati hominis. Et in epiſtola. xciiii. Lex data homini a deo ut ei uiueret, gratia dicitur. Item in epiſtola. xcv. Doctrina nobis data gratia dicitur. Et in epiſtola. cvi. unde, inquit, in epiſtola prefata. xcv. Siue enim gratia dicat liberi arbitrii, ſiue legis præceptũ, ſiue remiſsionem peccatorum. Item epiſtola. xci. Gratia dicit̃ omne id, quod quotidie cōſequimur, uel habemus. Idē habet Auguſtinus in de uerbis apoſtoli ſermone. xi. & xiii. ¶ De gr̃a largè ait Auguſtinus ubi ſupra epiſtola. xcv. Nō improbanda ratione dicitur gratia dei, qua creati ſumus: ut nihil eſſemus: nec ita eſſemus aliquid, ut cadauer, quod non uiuit: & arbor, quæ non ſentit, aut pecus, quod non intelligit: ſed homines ut eſſemus, & uiueremus, & ſētiremus, & intelligeremus. Sequitur. Non immerito illa gratia dici poteſt, quia non procedentium aliquorum bonorum operum meritis: ſed gratuita dei bonitate donata eſt. Et infra. Illã uero gratiã, q̃ creati ſumus homines &c. Ad idē ſermone. xi. in de uerbis apoſtoli. Et Inno. papa ad patres Carthaginen. concilii. & eſt epiſtola Auguſti. xci. Poſſunt tamen illa dicta etiam aliquo modo applicari ad primam acceptionem gratiæ.
¶ De gratia ſtrictiſsimè ſumpta Auguſtinus dicit eſſe ſcriptum illud apoſtoli Roma. iiii. De gratia dei.
Ei autem, qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam: ſed ſecundum debitum. Ei autem, qui non operatur, credenti in eum, qui iuſtificat impium, reputatur, fides eius ad iuſtitiã ſecundum propoſitum gratiæ dei. Item. Nō irritã facio gratiam dei Gal. ii. Itē. Qui in lege iuſtificamini, a gratia excidiſtis. Gal. v. &c. Hanc gratiam Auguſtinus in epiſtola. xcv. quę eſt ad papam Inno. contra doctrinam Pelagii, nominat gratiam chriſtianorũ dicēs. Gratia Chriſtianorũ nō eſt natura, ſed qua ſaluatur natura, qua p̃deſtinati uocamur, iuſtificamur, & glorificamur, ut dicere poſſumus. Si Chriſtus ꝓ nobis, quis cōtra nos. Qui etiã proprio filio ſuo non pepercit. Et infra eadē epiſtola. De hac gratia uertebatur quęſtio, quando ab his, quos Pelagius grauiter offendebat, atque turbabat: dicebatur ei, ꝙ eã ſuis diſputationibus oppugnaret, quibus aſſereret, non ſolum ad facienda, uerum etiam ad perficienda mandata diuina per liberum arbitrium humanã ſibi ſuf-

ſicere naturām. Hæc ille. Ex illa gratiæ
diſtinctione facile reſponderi poſſet ad
opinionem Grego. de arim. de qua in-
fra diſtinct. xxviij. An ſcilicet homo p
liberum arbitrium poſsit ſine gratia mo
raliter bene agere, præcepta ſeruare
&c. Innuitur etiam in præfata epiſtola
Auguſtini differentia inter facere man
datum, & perficere. Perficere enim ul-
tra facere, importat meritoriè, & ad cō
ſecutionem gloriæ obſeruare mandatū.
Pelagius uero aſſerebat liberum arbi-
trium homini ſufficere ad utrumq; ſi-
B ne gratia. ¶ Et ſecundum, hęc gratia p
priè ſiue ſtrictè pro dono ſupernaturali
accepta diuiditur in gratiam gratum fa
Gratia gratum faciens & gratia gratis data ciētem: & gratiam gratis datā. ¶ Gratia
gratū faciēs eſt, quę nunc ultimo diffi-
nita eſt, quā habēs amicus dei cōſtituit,
& dignus uita ęterna. Eſt.n. quędā for-
ma aię a deo infuſa, qua aīa formaliter
redditur deo chara, & grata, & qua ordi
natur ad uitam æternam poſsidendam,
niſi obicem poſuerit, uel impedimentū.
¶ Gratia gratis data eſt donū ſupernatu
rale datum alicui ad utilitatē ſui, uel
aliorum, quod habens nō eſt formaliter
gratus deo. Poteſt enim tale donū ſta-
re in peccatore, qui non eſt gratus deo.
Hāc diffinit Alex. par. iij. q. lxxiii. mē. ij.
Eſt donum infuſum rationali naturæ
ſine meritis, quantum in ſe eſt diſponēs
ad ſalutem propriam, uel alterius ędifi-
cationem. Diſponens intelligit non de
propinquo, ſed quaſi diſtanter propter
gratiam gratum facientem, quæ eſt di-
ſpoſitio de propinquo: quia ſufficiens.
Et quoniā hęc gratia nō habet nomen
ſpeciale ſibi impoſitū appropriat ſibi no
men generale: ſicut in multis alijs fieri
ſolet. In hac tamen diſtinctione, & tri-
bus ſequētibus gratia accipitur propri-
Not. 2. iſsimè pro gratia gratum faciente. ¶ Se
C cundò notādum, ꝙ magiſter in littera
gratiā diuidit in gratiā operantē & gra
Gratia operans & cooperans. tiam cooperantem. Quæ nō eſt diuiſio
in mēbra diſtincta: ſed in idem diuerſi
modè conſideratū. i. in ordine ad diuer
ſos ſuos effectus. Sunt enim duo effe-
ctus principales gratiæ. Vnus eſt gra-
tificare naturam: nam gratia hæc iuſti-
ficat impium, liberans eum a miſeria cul
pæ. Per gratiæ enim infuſionem re-
mittitur peccatum. Glo. ſuper illud Ro
ma. j. Gratia uobis, & pax. Gratia, ideſt
remiſsio peccatorum, de quo dicetur in
quarto. Quo dimiſſo de peccatore in-
iuſto, ac dei inimico, fit innocens iu-
ſtus, ac deo amicus, & gratus: & hunc
effectum habet ſola ſua informatione:
ex hoc enim, ꝙ informat ſolum grati-
ficat naturam: hoc eſt acceptam facit
ad uitam æternam. Vnde ſicut pulchri-
tudo corporis reddit totum corpus hu
manum gratum, & amabile: ita gratia
eſt decor animæ faciens animam eo, ꝙ
ineſt, acceptam deo. Vnde glo. ſuper il-
lud Pſalmus. Vt exhilaret faciem eius
in oleo. Gratia eſt quidam nitor ani-
mæ ad conciliandum ſanctorum amorē
& hunc effectū ſemper habet etiā inin-
fantibus baptizatis. ¶ Secūdus effectus
eſt inclinare operationes in finem ulti-
mum, qui eſt deus. Inclinat enim homi
nis uoluntatem ad eliciendum opera
ſua principaliter propter deum, tanquā
finem ſuper omnia intentum, & dile-
ctum: & per hoc facit opera hominis
meritoria, & æterno præmio digna.
¶ Quantum itaque ad primum effectū
dicitur operans, uel præueniens: quia
pręuenit uoluntatem, eam pręparando,
& bonam iuſtam, & acceptam deo faciē
do, ut dignè bonum uelit. Quantum ue
ro ad ſecundum effectum dicitur gra-
tia cooperans, & ſubſequens pro quan-
to adiuuat uoluntatem inclinando eā
ad opera meritoriè perficienda: prius
enim eſt natura, etſi nō tempore, ut na-
tura gratificetur, quatenus opus eius
ad præmium acceptetur. Reſpexit do-
minus ad Abel & munera eius, prius ad
perſonam: deinde ad munus oblatum.
Ex quo manifeſtum eſt, ꝙ gratia ope-
rans, & cooperans non eſt duæ: ſed una
gratia ſic duplici nomine propter di-
uerſos effectus dicta. Et ita diuiſio illa
eſt termini in membra, non re, ſed ratio
ne diſtincta: ideſt in membra eandem
rem diuerſis rationibus ſignificantia.



Not. 3. ¶ Tertiò hic ſupponatur ex diſtin. xvij.
D primi, ꝙ charitas eſt uirtus theologica
immediatè a deo infuſa, qua habens eā
deum habet charum ideſt diligit deum:
& qua opera ex ea procedentia deo pla
cita, & ad uitam æternam ſunt accepta.
Proprietates gratiæ, & charitatis. Sunt autem quædam proprietates, &
excellentiæ, quæ uniformiter attribuū
tur charitati, & gratiæ ſcilicet inſtitue-
re imperium. Charitas enim operit mul
titudinem peccatorum. j. Per. iiij. Et de
gratia dicitur ad Titum. iij. Iuſtifica-
ti gratia ipſius, ut hęredes ſimus ſecun-
dum ſpem uitæ æternæ. Placare, & acce
ptum facere deo. Qui diligit me, dili-
getur a patre meo. Ioan. xiiij. De gratia
dicitur. Habemus gratiam, per quam
ſeruientes placeamus deo. Heb. xij. Itē
utraque ſaluat. Nam finis præcepti cha
ritas. j. Timo. j. Præceptum autem or-
dinatur ad ſalutem ſecundum illud. Si
uis ad uitam ingredi ſerua mandata.
Matt. xix. De gratia dicitur. Gratia eſtis
ſaluati non ex uobis: dei enim donum
eſt. Ephe. ij. Vtraque ſufficit ad ſalu-
tem. De charitate dicitur. Plenitudo le
gis eſt charitas. Rom. xiij. Item Roma.
viij. Diligentibus deum omnia coo-
perantur in bonum. Et Augu. Habe cha
ritatem, & fac quicquid uis. De gratia.
ij. Corint. xij. dicitur Paulo. Sufficit ti
bi gratia mea. Vtraque diuidit inter fi-
lios regni, & carceris: ſecundum Augu.
Non enim poteſt charus deo, & gratus
connumerari filijs perditionis: neque
econuerſo filius perditionis eſſe deo
charus & gratus. Sed nec diligens deū
poteſt deo non eſſe charus, ſecundū ſta
tim allegata. Qui diligit me, deligetur a
patre meo. utraq; eſt forma uirtutū, &
neutra pōt eſſe informis. De charitate.
j. Cor. xiij. Si linguis hominū loquar
&c. De gratia. j. Petri. j. Sperate in eam,
q̄ offertur uobis gratiā. Ergo ſine gratia
cęteri habitus non ſunt uerę uirtutes,
quę ſpem uitæ non tribuunt: nec ſine
gratia gratæ eſſe poſſunt: utraque per-
fectè coniungit fini: & hic in uia quan-
tum uia patitur, & ibi in patria: nam
utraque & naturam, & operationes in
deum tanquam in obiectum proprium
ordinat: utraque etiā eſt donū, optimū
& excellentiſsimum. De charitate habe
tur. j. Cor. xiij. Maior horum charitas.
Eſt etiā perfectionis uinculum. Col. iij.
de gratia dicitur. Optimū eſt gratia ſta-
bilire cor. Heb. xiii. ¶ Quantum ad arti- Arti. 2.
culum ſecundum eſt concluſio prima. Cōcl. 1.
Gratia, qua deus ad uitam æternam ac E
ceptat animam, & eius actū, eſt aliquid
poſitiuum in ipſa a deo creatum. Illa cō
cluſio eſt omnium doctorum concordi
ter, quę non pōt ſufficienter, & euidē-
ter demonſtrari: licet ad hoc pleriq; do
ctorum multum laborarunt, ſed rōnes
eorū licet perſuadeant: non tn̄ neceſſa
riò concludunt. Ex nullis enim medijs
poteſt euidenter concludi neceſsitas
ſimpliciter ponendi charitatem infu-
ſam, ſeu gratiam ad acceptandum na-
turam rationalem, & actuum eius ad
uitam æternam ſecundum potentiam
dei abſolutam: ut ſufficienter declarat
Sco. & Ockam diſtinct. xvii. primi ſol-
uentes rationes aliorū, & inſufficientiā
earum declarantes. Tenetur aūt conclu
ſio p̄dicta propter auctoritatē ſcripturę,
& ſctōrū: de ſum. tri. & fi. ca. in Clemē.
Nā auctoritates ſupra allegatæ ſonant
ad diſtinctionem gratiæ, & charitatis a
deo acceptante naturā, & opus eius: ſi
cut illa de charitate. Charitas diffuſa
eſt in cordibus noſtris per ſpiritū ſan-
ctum, qui datus eſt nobis. quæ expreſſè
diſtinguit inter charitatē, & ſpiritūſan-
ctum. Similiter de gratia dicitur, ꝙ ſpi-
ritus diuidit unicuiq; gratiā p̄ut uult:
qđ non ſolū de gratia gratis data intel-
ligitur: ſed etiā de gratia gratum faciē
te. Quod autem diuiditur per ſpiritum,
nō eſt ſpūs: ſed donū creatū a ſpū. Simi-
liter illa glo. allegata quę dicit, gratiam
eſſe nitorē animę uult gratiā eſſe aliq̄d
creatum in anima. Ad idem poſſunt
adduci multæ auctoritates Auguſtin. &
ſanctorum. Hæc autem concluſio la-
tius tractatur in primo diſtinct. xvii.
ubi plura tacta ſunt ad propoſitum ua-
lentia: uide ibi. ¶ Secunda con- Cōcl. 2.
cluſio. Gratia non eſt ſubſtantialis:

ſed accidentalis forma animę infuſa.
Prima pars patet: quia nec eſt materia
nec forma, nec compoſitum ſubſtantia
le. Non materia, nec compoſitum, ma-
nifeſtum eſt. Nec forma ſubſtantialis:
quia tūc anima eſſet compoſita ex actu
potentia: ergo eſt ſubſtantia. Tenet cō
ſequentia a ſufficienti diuiſione philoſo
phi ij. de anima. Item anima iuſti eſſet
alterius ſpeciei ab anima peccatoris. Si
militer & homo iuſtus, & peccator dif-
ferrent ſpecie: quia in uno eſſet forma
ſubſtātialis. i. gratia, quę nō eſſet in alio.
Secunda pars patet ex prima: nam cum
gratia eſt aliquod ens poſitiuū ex con-
cluſione prima, & non eſt ſubſtantia:
ergo accidens. Omne autem accidens.
eſt forma inhærens: igitur. Inhęret au-
tem animæ cum ſit eius ornatus ipſam
denominans, & gratificās: nec aliud ſub
Cōcl. 3. iectum aſsignari poteſt. ¶ Tertia con-
cluſio. Gratia eſt habitus animę uirtuo-
ſus, nō acquiſitus, ſed infuſus. Quòd ſit
habitus probatur: quia eſt qualitas diri
gens animam, & inclinans ad opera me
ritoria: igitur habitus. Non tamē acqui
ſitus: quia à ſolo deo infuſus: ut ex no
tabili primo patet. Quòd etiam ſit uir-
tus, patet per diffinitionē uirtutis bea-
ti Augu. quia eſt bona qualitas mentis,
qua rectè uiuitur, qua nemo male uti-
tur, quam deus in nobis ſine nobis ope
ratur. Omnes hæ particulę conueniūt
gratię: Similiter & diffinitio philoſophi
gratiæ conuenit: nam habentem per-
ficit: & opus eius bonum reddit. Quòd
etiam non eſt acquiſita, patet: quia nec
ex actibus meritorijs, hi enim præſuppo
nunt gratiam. Nec nō meritorijs: quia
tunc non inclinaret niſi ad actus nō me
ritorios: cum omnis habitus acquiſitus
ad ſimiles actus inclinat eis, ex quibus
generatur: relinquitur ergo, ꝙ eſt uir-
Cōcl. 4. tus infuſa. ¶ Quarta concluſio, & re-
F ſponſalis. Gratum faciens gratia ab in-
fuſa charitate eſt realiter indiſtincta.
Probatur: quia non eſt ponenda plurali
tas ſine cauſa; ſed ſi diſtinguerentur rea
liter charitas, & gratia, altera ſuper-
flueret, nam quæcūq; proprietas con-
uenit charitati createę conuenit & gra-
tię: & ecōuerſo: ut patet ex ultimo no-
tabili. Vtraq; enim gratificat naturam:
utraq; reddit opera meritoria uitę ęter
næ: & ſic de alijs proprietatibus: igitur
una ſuperflueret. ¶ Item quæ per nullā
potentiam ſunt ſeparabilia, ſunt reali-
ter indiſtincta charitas, & gratia ſunt
inſeparabilia: ergo. Maior patet: quia
omnia realiter diſtincta deus poteſt ſe-
parare, ſaltem prius a poſteriori. Minor
probatur: quia ſi ſepararentur, ita ꝙ ali
quis eſſet in gratia ſine charitate, ſeque
retur ꝙ is eſſet ſimul filius gehēnę, & re
gni. Item eſſet iuſtus, & iniuſtus: ami-
cus dei & inimicus. Nam & omnis ha
bens gratiam eſt filius regni iuſtus, &
dei amicus: omnis carens charitate, eſt
filius perditionis iniuſtus, & dei ini-
micus: hoc conſequens implicat: ergo,
& illud ex quo ſequitur. ¶ Verum licet
idem ſint realiter charitas, & gratia:
quia eodem habitu, quo ſpiritus ſanctus
inhabitat animā, uoluntas inclinatur ad
ſuum finem ſuper omnia diligendum:
non tamen ſunt termini ſynonymi, cha
ritas ſcilicet, & gratia: quia habitus il-
le dicitur charitas: quia eo habet uo-
luntas deum charum gratia: quia deus
habet ipſam ſibi gratam, & acceptam.
Differunt ergo in connotato: quia cha
ritas connotat deum in ratione diligi-
bilis, gratia connotat deum, ut gratum
habentem ſiue acceptantem: & ita ut
diligentem. Subſtractiuè uero idem ſi-
gnificant: quia eundem habitum infu-
ſum, quo habent diligit deum: & pro-
pter quem deus acceptat habentem tā-
quam uita æterna dignum. ¶ Item gra-
tia non dicit perfectionem ſimpliciter
ſicut charitas: quia gratia non dicit
quodcunq;, propter quod deus diligit,
& acceptat aliquid: quia ſic eſſentia in
filio eſſet in gratia: quia propter eam
pater diligit filium: ſed dicit illud, pro-
pter quod deus acceptat hominem ſiue
rationalem creaturam tanquam dignā
uita ęterna, ea dignitate, quæ eſt cor-
reſpondentia meriti ad præmium: & ita
imperfectionem ponit in digno, ſcili-





cet, ꝙ non eſt per ſe beatus naturaliter:
ſed per aliquod tāquam principium me
riti ſupperadditum. Charitas uero dicit
perfectionē ſimpliciter, ſicut ſapientia,
uel bonitas: unde in deo eſt charitas,
qua formaliter diligit: non autem gra-
tia. Ex quo ſequitur, ꝙ non ſunt termi-
ni conuertibiles: quia omnis gratia eſt
charitas: & non ecōuerſo. Diuina enim
eſſentia eſt charitas, qua diligitur deus:
eſſētia enim ſua pater diligit ſe, filiū, &
ſpiritum ſanctū. Vnde. j. Ioan. iiij. Deus
charitas eſt. Deus autem ſiue eſſentia di
uina non eſt gratia, quæ eſt principium
merēdi beatitudinem: nō enim eſt bea-
tus per gratiā, ſed per naturam. Ex hoc
tamen non ſequitur, ꝙ ubi in eadem cō
currunt charitas, & gratia: ꝙ ibi diſtin-
guūt: ſicut animal & homo, nō ſunt ter
mini conuertibiles: & ubi concurrunt
non diſtinguuntur realiter. In rationali
enim creatura, idem eſt animal, & ho-
mo, ſic ſapientia, & ſapientia creata. De
Arti. 3. hoc aliquid tactū eſt diſt. xvij. ¶ Quan
Dub. 1. tū ad tertium articulum eſt primum du
G bium. Vtrū gratia ſubiectetur in eſſen-
tia animæ, uel in potentia. Queſtio illa
non habet dubium, ſecundum opinio-
nem ſupra diſt. xvj. declaratam: quę te-
net, ꝙ animę eſſentia, & potentiæ non
diſtinguūtur: ſic enim quia idem ſunt:
quicquid eſt in eſſentia tanquam in ſu-
biecto: eſt etiam in potentia tanquā in
ſubiecto, & econuerſo. ¶ Tenentes au-
tem oppoſitum, & ponentes diſtinctio-
nem inter eſſentiam, & potentiā adhuc
diuerſificantur. Beatus Tho. qui ponit
diſtinctionem realem inter eſſentiam,
& potentiam: ſimiliter inter gratiam, &
charitatem conſequenter dicit, ꝙ gra-
tia perficit eſſentiam, & charitas poten
tiam, ipſam ſcilicet uoluntatē tanquam
forma ſubiectum. ¶ Scotus uero, qui po
nit diſtinctionem formalem tantum in
ter eſſentiam & potentiam: & nullā in-
ter gratiam, & charitatem creatam infu
ſam, ponit gratiam in potentia: ſicut &
charitatē: perficit enim potentiā in or-
dine ad actum meritorium. Plures ratio
nes adducit Sco. diſtin. pręſenti lib. ij.
¶ Secundum dubium. Vtrum in eadem Dub. 2.
anima, ſit tātum una, uel multiplex gra H
tia. Et uidetur, ꝙ in una ſint diuerſę gra
tię. Nā gratia eſt fides operans per cha
ritatem, ut dicit Augu. & allegat magi
ſter in textu. Et eadem ratione, eſt ſpes,
de qua dicit apoſtolus. Spe ſalui facti ſu
mus. Rom. viij. Eſt etiam charitas: ut di
cit quarta concluſio. Fides autem ſpes,
& charitas, ſunt habitus diſtincti in ea-
dem anima; ergo in eadem ſunt gratiæ
diſtinctę. ¶ Reſponſio. In uno homine
eſt una gratia totalis gratum faciens, &
non plures diſtinctę. Nam, ut dictū eſt,
gratię eſt gratificare naturam, & ordi-
nare in finem. Vnius autē hominis una
eſt natura, unus etiam finis ultimus, &
per cōſequens una gratia: licet illa pro
pter diuerſas operationes diuerſa ſortia
tur nomina. Et ad rationes in contra-
rium dicitur, ꝙ in auctoritate Aug. non
eſt pręedicatio per identitatem: ſed per
concomitantiā. Vnde uult dicere, gra-
tia eſt fides. i. comitatur fidem operan-
tem per charitatem. Sic ad ſecūdam di
citur, ꝙ ſpes accipitur pro ſpe formata,
quę includit gratiam. ¶ Et ideo licet fi-
des, ſpes, & charitas ſunt tres habitus di
ſtincti: eſt tn̄ una grā, quæ eſt chari-
tas, quibus ſpes, & fides formantur. Simi
liter eſt eadem gratia in infantibus, &
adultis: licet in adultis inclinet ad ope-
ra meritoria: & non in infantibus: non
propter defectum gratię: ſed uſus ratio-
nis. Sic eſt eadem gratia omnium ſa-
cramentorum: licet gratia baptiſma-
lis, & pęnitentiæ iuſtificent impium,
non autem cęterorum ſacramento-
rum: quia gratia baptiſmalis, & pęni-
tentiæ non præſupponunt aliā gratiam
pręuiam in baptizato, & pænitente: ſi-
cut gratiæ aliorum ſacramentorum: &
poſſunt infundi ei, qui fuit iniuſtus: &
per infuſionem fit iuſtus. Quod non eſt
ita in cęteris ſacramentis: quæ non cō
ferunt primā gratiā; ſed pręexiſtentem
augmētāt. Sic etiā eadē eſt grā data pa
tribus ante incarnationē, & data nobis
poſt dn̄i paſsionē: licet iſta apperiat re-
gnū nō illa; quę diuerſitas nō contingit

ex diuerſitate gratiæ, ſed ſolutionis debiti. Gratia enim etſi facit dignum regno: non tamen introduxit ante debiti ſolutionẽ, quod per paſsionẽ Chriſti ſolutum eſt: ideo gratia infuſa Nicodemo ante Chriſti paſsionem non aperuit regnũ priuſquam Chriſtus pateretur; & eadem manẽs poſt paſsionẽ aperuit Nicodemo regnum. **Dub. 3. I** ¶ Vltimò dubitatur. Vtrũ gratia diſtinguatur a gloria. Reſpondetur breuiter: quia latior inquiſitio pertinet ad quartum librum: quia gratia eſt charitas. Charitas autem ſecundũ apoſtolũ nõ excidit. j. Corin. xiij. Quia nec in hoc ſeculo, nec in futuro finietur ſecũdum glo. ſed perficietur, & cõſummabitur. Gloria ergo, quæ eſt fruitio dei perfecta ſiue in re, eſt gratia conſummata: igitur gratia non diſtinguitur a gloria: niſi ſicut charitas uiæ a charitate patrię, quæ non diſtinguuntur ſpecie, ſed ſicut imperfectum, & perfectum in eadem ſpecie ſicut albedo remiſſa ab albedine intenſa. Et tantum de quæſtione.

## DISTINCTIO XXVII.

IN hac diſtinctione agit particularius de gratię quidditate: ſimul oſtendens eius cauſalitatem quantum ad meritoriam operationẽ. Cuius ſententia ſummariè ex his tribus pendet concluſionibus. ¶ Prima cõcluſio. Gratia, quę eſt de magnis bonis non eſt liberi arbitrij; nec eius actus, ſeu motus: ſed forma quędam, & qualitas mentis: ſicut iuſtitia, fides: & quęlibet interior uirtus. ¶ Secunda concluſio. Meritum quod eſt motus bonus animi a gratia ſimul & libero arbitrio producitur: principalitas tamen cauſæ meritorum non lib. arbitrio; ſed gratię attribuitur. ¶ Tertia concluſio. Quia nõ tantum gratia, ſed & merita ab ea procedentia dei ſunt dona cum deus coronat noſtra merita, ſua coronat munera. ¶ Has textus latius declarat cum diſtinctione bonorũ magnorum, mediorũ, & minimorum.

## QVAESTIO VNICA.

**A** QVIA primæ concluſionis materia quæſtione præcedentis diſtinctionis determinata eſt; circa alias duas quęritur. Vtrum anima per actum elicitum a uoluntate, & gratia, qua informatur: præmium ęternũ de condigno mereatur. ¶ Præmiſsis notabilibus pro terminorum declaratione: ſubiungentur concluſiones cum dubiorum ſolutione. **Arti. 1. Not. 1.** ¶ Quantum ad primum notandũ, ꝙ quõ hæc non mouetur ad inquirẽdũ. ¶ Vtrũ ſecũdum potentiam dei abſolutam, gratia ſit neceſſaria ſimpliciter ad hoc, ut actus ſit meritorius: ita ꝙ contradictionẽ includat actum eſſe meritorium ſine gratia creata: de qua nũc loquimur. De hoc enim tractatur latè a doc. diſt. xvij. primi & patuit in primo ibidẽ. Sed nunc loquimur, ſecundum potentiã dei ordinatã: ſecũdũ quam ultra ſubſtantiã actus, & omnes conditiones actus, quas experimur, ſcilicet ultra delectationẽ, & facultatem in agendo bonitatem: quæ eſt rectitudo, ſeu cõformitas actus ad rationem rectã ſecundum dictamen prudentię, uel fidei. Vltra hęc omnia creditur eſſe una conditio in actu: ut dicit Sco. q. j. diſt. xvij. lib. primi. ſcilicet ꝙ ẽ acceptabilis deo: nõ tm̃ cõi acceptatione, qua deus acceptat oẽm creaturã: ſed acceptatione ſpeciali, q̃ eſt ordinatio diuina huius actus ad uitã ęternã tanquã meriti cõdigni ad pręmiũ. Hoc ẽt modo credimus naturã beatificabilẽ iuſtã eſſe habitualiter acceptatam: hoc eſt qñ nõ actualiter operat̃: adhuc tñ uolũtas diuina eã ordinat ad uitã ęternã tãquã dignã tãto bono, ſecũdũ diſpoſitionem, quam habet habitualiter in ſe. Propter hãc inquã, diſpoſitionẽ naturę beatificabilis habitualem, etiã, quãdo nõ operatur: & propter acceptationem actus eliciti a tali natura, ponit̃ unus habitus ſupernaturalis, quo habens formaliter



acceptatur a deo. Similiter & actus eius elicitus tanquã uitę ęternę meritorius: & hic habitus dicitur gratia ſiue charitas ſecundũ dicta præcedentis quæſtionis. ¶ Ibi etiã declaratũ eſt, quomodo habitus ille aliter eſt ratio acceptandi naturam, & actum eius. Nã ad acceptãdũ naturam, ſufficit, ꝙ gratia inſit principio operatiuo. ſ. naturę ſeu uoluntati tãquã decor diuinę cõplacẽs uolũtati. Hoc aũt nõ ſufficit ad hoc, ꝙ actus elicitus acceptetur: alioquin .n. habens gratiã, nõ poſſet habere aliquẽ actũ indifferẽtem, nec peccare uenialiter. Qđ non cõceditur: quia neutrũ illorum tollit illum decorẽ operantis. Et ita uterq; actuũ. ſ. indifferens, & ueniale peccatũ (quia ſtat cũ gratia operantis) eſſet acceptus: quod implicat. Quia tũc actus indifferens nõ eſſet indifferens: & peccatũ ueniale non eſſet peccatum: cum actus a deo acceptatus, nec ſit indifferens, nec ſit peccatum. Sed ultra requiritur, ꝙ actus ille eliciatur ſecundũ inclinationẽ talis habitus ſiue gratiæ: ita ꝙ gratia ſit principium, ſiue cauſa talis actus. Gratia autem nõ eſt principium: aut cauſa partialis actus indifferẽtis, aut **Not. 2. B** peccati uenialis. ¶ Secundò notandũ, ꝙ ad rationem meriti in actu duo requiruntur in genere. Primum, libera eius elicitio; ſecundum ad præmij retributionem acceptatio. Propter primum, actus naturali neceſsitate elicitus ſeu productus: ut prima intellectio præuia actui uoluntatis: & lucere ſolis: non eſt actus meritorius. In uoluntarijs enim, quales ſunt actus naturales: neq; laudamur, neq; uituperamur. iij. Ethic. Meritum autem ut diſtinguitur contra demeritum eſt actus laudabilis. Propter ſecundum, actus bonus bonitate morali tantum non gratuita, non eſt actus meritorius reſpectu beatitudinis: quia ad illam retributionem non acceptatur. Actui enim extra charitatẽ facto, quãtumcunq; ſit bonus moraliter: tamen nullus gradus beatitudinis ſibi correſpondet in præmio. ¶ Ex illo poteſt elici quid nominis actus meritorij in genere. Actus meritorius eſt actus a uoluntate liberè elicitus ad retribuendum aliquod pręmium acceptatus. Acceptatur autem actus ad retributionem pręmij: quando aliquis aliquod præmium retribuit elicienti aliquem actum uel alteri, pro quo factus eſt: quod pręmium non retribueret, ſi actus ille non pręceſſiſſet. Ex illo ſequitur, ꝙ homo iuſtus nõ meretur illuminationem ſolis: quia æquè facit deus ſolem ſuum oriri ſuper bonos, & malos; & pluit ſuper iuſtos, & iniuſtos. Matth. v. Et hoc modo meritum generaliter extẽdit ſe ad meritum boni temporalis, & meritum boni ęternĩ. Similiter ad meritum de condigno, & meritum de congruo. Et ſi præmiũ accipitur pro quolibet, quod retribuitur alicui ſiue bono ſiue malo: extẽdit ſe etiam meritum ad demeritum. ¶ Tertiò notandum, ꝙ meritum communiter **Not. 3. C Meritũ duplex.** apud doctores eſt duplex, ſcilicet meritũ de condigno: & meritũ de congruo. Meritum condigni ſiue de cõdigno, eſt actus a uoluntate elicitus, ad pręmium alicui ſecundum debitum iuſtitię retribuendũ. Conſiſtit autem iuſtitia illa in quadam proportione meriti ad pręmiũ, & ęqualitatẽ. Iuſtitia enim ſtricta ſicut nõ reddit minus bonum pro maiori: ita nec maius bonum pro minori. Requiritur itaq; ad meritum de cõdigno proportio æqualitatis meriti ad præmium: hæc autem æqualitas attenditur uel ex natura, & conditione intrinſeca actus, & præmij. Vel ex ordinatione, pacto, aut conuentione, aut promiſsione præmiantis. Exemplum primi: ut quando merces commenſuratur utilitati, quam præmians conſequitur ex actu, & operatione merentis. Exemplũ ſecundi: quando ex conuentione, pacto, uel liberalitate promittitur tãtum pro tali: ſic dicitur in euangelica parabola. Amice non facio tibi iniuriam .ſ. dando tibi ſecundũ conuentionẽ. Nonne ex denario cõueniſti mecum. Tolle quod tuum eſt, & uade. Mat. xx. Vbi iuſtitia ſeruata fundatur in conuentione, non in natura actus. ¶ Et ſiue

ſic: ſiue ſic attendatur ęqualitas, ſeu cōdignitas, meritū de cōdigno exigit aliq̄d in operāte, aliquid in opere, & aliquid in pmiāte. ¶ In operāte, ꝙ ſit amicus. Inimicus.n. ſecundū beatū Aug. ut allegat magiſter diſt. xxvj. huius, nō eſt dignus pręmio, ſed pęna. Ex quo ſequitur, ꝙ peccator nihil meretur apud deū de condigno: quia non eſt amicus; ſed inimicus dei. Similiter enim odio ſunt deo impius, & impietas eius. Sap. xiiij. Et ibidem.c.iiij. Fructus impiorum inutiles. ¶ In opere requiritur, ꝙ ſit ordinabile ad utilitatem, uel honorem præmiantis: ideo opus exiſtentis in gratia non ordinatū finaliter in deū nō eſt meritoriū de cōdigno: ut dictū eſt primo notabili. ¶ In præmiāte requiritur acceptatio ſiue ordinatio actus ſic eliciti, uel imperati ad tale pręmium. Eſt autē hęc ordinatio in ꝓpoſito nihil aliud, niſi diuina uoluntas, quę ab ęterno uoluit actum a tali, & ex talibus principijs elicitum eſſe meritum condignum tali præmio. ¶ Ex quo ſequitur, ꝙ non requiritur ad præmiū de cōdigno, ꝙ actus meriti ſecundū intrinſecā ſuam bonitatem ſit condignus, ſeu proportionatus tali præmio: alioquin nullus actus tēporalis eſſet æterno cōdignus pręmio. Sed illa condignitas attēditur in propoſito ex diuina acceptatione, qua ab æterno uoluit actū ſic ex gratia elicitū eſſe dignum tali præmio incōparabiliter excedente actus bonitatem ſecundum ſe, ſine acceptatione diuina cōſideratam. Et ſecundum hæc uerum eſt, ꝙ deus ſemper præmiat ultra condignum. Vniuerſaliter quidem ſemper præmiat ultra dignitatem actus, quo meremur, conſiderati ſecundum eius naturalē & intrinſecam bonitatem. ¶ Quod .n. actus eſt condignus: non eſt ex ſua intrinſeca, & naturali bonitate: ſed ex gratuita acceptatione diuina. Particulariter etiā ultra id, ꝙ de cōmuni lege acceptādus eſſet, pmiat nōnunquā deus ex mera ſua liberalitate. Verū reſpectu huius pmij excedentis acceptationē de lege cōmuni actus nō eſt meritorius de cōdigno: eo ꝙ talis pmiatio eſt merè liberalis. ¶ Sic ergo patet, ꝙ debitū iuſtitiæ in pręmiando actū ex gratia ꝓcedentē tali pmio ęterno, nō innitit bonitati actus, quā habet ex natura ſua intrinſeca, & a principijs ſuis naturalibus: ſed diuinæ ordinationi, quę eſt quędā ꝓmiſsio ſiue cōuētio, & pactū: debitū eſt, ut pacta, ac promiſſa ſeruentur. ¶ Meritū de cōgruo eſt actus liberè elicitus, acceptatus ad aliquid retribuendū: nō ex debito iuſtitię; ſed ex ſola acceptātis liberalitatę. Et hoc meritū nō coexigit æqualitatē dignitatis cū retributo: neq; in operāte, nec in opere, nec in retribuente. Poteſt n. præmians aliquid retribuere operanti intuitu alicuius actus alias nō daturus: nō tñ tanquā digno in ſe: nec ratione operis condigni: ſed ex ſua liberalitate etiam ei, qui inimicus eſt. De hoc ſupra diſt. xvij. q. iij. primi. ¶ Quantum ad articulum ſecundū, eſt concluſio reſponſalis ad quæſtionem. Anima gratia informata per actum a uoluntate ſimul & gratia elicitū, de cōdigno meretur æternæ beatitudinis præmiū. Hęc concluſio uirtualiter habet partes duas. Prima, ꝙ anima per actū a uoluntate, & gratia elicitum meretur pręmium æternū. Secunda, ꝙ meretur de cōdigno: & ſecunda includit primā. Prima patet multiplici auctoritate utriuſq; teſtamenti; quibus merces æterna promittitur operibus bonis. Merces autem nō eſt niſi reſpectu meriti pcedētis. Vnde ij. Paral. xv. dicitur. Erit merces operi ueſtro. Itē Apocal. xxij. Merces mea mecum eſt, reddere unicuiq; ſecundum opera ſua. & Mat. v. Merces ueſtra copioſa eſt in cęlis &c. Quod autem mereatur de condigno: facit illud Sap. iij. Tentauit illos, & inuenit eos dignos ſe. Item Luc. x. & j. Timoth. v. Dignus eſt operarius mercede ſua. Item Col. j. Dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorum. Item de ſe loquens Apoſtolus ait ij. Timoth. iiij. Bonum certamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, ideo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ: quam mihi reddet domi

D

Arti. 2.
Cōcl. 1.
E



dominus in illa die iuſtus iudex. Si reddet iuſtus iudex: ergo ſecūdum iuſtitiā, quod eſt præmiare condignè. ¶ Probatur etiam concluſio quo ad ambas partes. Per definitionem meriti, quo ad primā: & ꝑ definitionem meriti de condigno, quo ad partem ſecundam. Nam actus ex charitate elicitus acceptus eſt a deo ad pręmium uitæ ęternæ, ſecundum debitum iuſtitię reddendum. Debitum enim eſt, & iuſtū ut reddatur pręmium operi promiſſum: promiſit autem deus omnibus ſuis miniſtris beatitudinem. Volo pater (inquit Ioan. xij.) ut ubi ego ſum, illic ſit & miniſter meus. Et huiuſmodi declaratio ſatis patet ex notabili tertio. ¶ Sed contra hanc concluſionē uidentur eſſe multæ auctoritates ſcripturæ: nā Rom. viij. dicitur. Nō ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriam, quę reuelabitur in nobis. Item glo. ſuper illud Rom. vj. Gratia dei uita æterna. ait. Vt intelligeremus nos deum ad uitam ęternā perducere non noſtris; ſed ſua miſeratione. Similiter illud Lucę: xvij. Cum feceritis omnia, quæ præcepta ſunt uobis: dicite; Serui inutiles ſumus. Quod facere debuimus, fecimus. Et illud Eſa. lxiiij. Quaſi pannus menſtruatæ uniuerſæ iuſtitię noſtræ. Item pręmium meriti de condigno redditur ſecundum iuſtitiæ debitum: ita, ꝙ nō reddēs eſſet iniuſtus. Vnde Rom. iiij. Ei, qui operatur merces non imputatur ſecundū gratiā; ſed ſecundū debitum. Deus autem nullius pōt eſſe debitor. dicēte apoſtolo Rom. xj. Quis prior dedit ei, & retribuetur ei. quaſi dicat: nullus. Item omnis debitor non reddendo eſt iniuſtus: deus non reddendo non poteſt eſſe iniuſtus: igitur non poteſt eſſe debitor. Conſequentia nota cum maiore, dicentē apoſtolo. Reddite omnibus debita, & ſequitur. Nemini quicquam debeatis. Rom. xiii Minor probatur: quia deus poteſt premiū non reddere: cum ad extra operetur contingenter: non tamen poteſt eſſe iniuſtus: cum uoluntas ſua ſit eſſentialiter iuſta, & prima regula totius iuſtitiæ: unde quicquid poteſt autē uult: iuſtè poteſt, & iuſtè uult: & per conſequens nullius debitor eſſe poteſt. ¶ Ad illas auctoritates, & quaſcunq; alias ad idem ſonantes dicendum, ꝙ procedunt de noſtris operibus cōſideratis in ſe ſecundum intrinſecam, & naturalem eorūdem bonitatē, quam habent ex uolūtate eliciente conformiter rectę rationi: non ſecundum dignitatem quā habent ex gratia cooperante, & libera dei acceptatione, qua ea, ut digna ordinat, & acceptat ad tale pręmiū. Nam omnia opera noſtra in ſe, & in ordine ad noſtram uoluntatem conſiderata. (Quo modo propriè dicuntur opera noſtra: quia ſic conſiderata ſunt in poteſtate noſtra: non tamen excludēdo generalē dei influentiam) ſic ita q; conſiderata præciſè ſunt indigna tanto pręmio, imꝑfecta, & defectibus plena. Secus ſi cōſiderātur, ut ſunt a ſpiritu ſancto mouēte, & inhabitante, ac a gratia cooperante: nec non a dei uoluntate, ipſa, ut digna acceptante: ſic enim digna ſunt tali pręmio beneficio, ſecundum illud Heſter. vi. Hoc honore dignus eſt, quęcūq; rex uoluerit honorare. In præmio.n. eſt conſiderare beatitudinem formalem: dei ſcilicet fruitionem: & beatitudinē obiectiuā, quę eſt trinitas benedicta ſecūdū illud Gen. xv. Noli timere Abraā: ego protector tuus; & merces tua magna nimis. Verba ſunt dei ad Abraā: & diuina ordinatio ſeu uoluntas, qua uult ſic operationem tali mercede pręmiari: ſecundum illud Apoc. ulti. Merces mea mecum eſt. hoc eſt in mea poteſtate, & uolūtate. ¶ His etiam inuenitur aliquid proportionale in actu meritorio: nā ibi eſt ſpiritusſanctus inhabitans per gratiam, tāquam primum mouens; qui proportionatur ultimo fini trinitati deo, qui eſt beatitudo obiectiua. Ibi eſt gratia gratum faciens ſupernaturalis a deo infuſa tanquam ſemen gloriæ. Et ſicut ſemē arboris uirtute cōtinet totā arborē: ita & gratia uirtute cōtinet pręmiā. Eo modo etiā quo pręmiū eſt infinitū, & gratia eſt infinita. Nā charitas eſt gra

F

tia,q̃ ſecūdū apoſtolū nūquā excidit:nā & gloria eſt gratia cōſummata: ut diſt. p̄cedēti dictū eſt,dubio ultimo. Et ſicut nec oculus uidit,quę p̄parauit deus &c. qđ eſt p̄miū:ita nec in cor hominis aſcēdit perfectio gratiæ. Perfectionē .n. gratiæ uirtualem in hac uita comprehendere nemo poteſt. ſicut nec gloriā,quę eſt eius effectus,tanquam cauſę meritoriæ. Ad comprehenſiuā autem notitiā cauſę,requiritur cōpræhenſio omnium effectuum eius. ¶ Ordinationi etiam diuinę aliquo modo proportionatur ſubiectum humilis uoluntatis:quę adiuta gratia liberè fertur in deū, tanquam ſummū bonum ſuper omnia dilectum: quā obedientiā diuina uoluntas uult eſſe dignam tali præmio. Et hoc eſt,quod uult Alexan. de ales. par. iij. q. lxix. mē. v. art.

Tria requiruntur ad meritū de condigno.

ij. Ad meritū de cōdigno tria reqrūt, ſ. gratia q̃ eſt ſpūſſancti, & gratia creata q̃ eſt habitus infuſus: & libera uoluntas. Et ita ſi aggregātur oīa, quæ cōcurrūt ad meritū: patet cōdignitas ad omnia, quę ſunt in præmio. ¶ Ad rationem con-

G

ceditur, ꝙ prēmium reddit merito condigni ſecundū debitum iuſtitiæ: & negetur, ꝙ deus nullius poteſt eſſe debitor. nā licet deus nullius debitor eſſe poſsit ex natura rei, poteſt tn̄ ſe facere debitorē noſtrum ex ſua libera uoluntate, nobis promittendo pro talibus actibus tātum præmium. Sicut homo gratis promittens alicui ex ſua libertate donum, ſe debitorem illi conſtituit, tenetur. n. ſecundum iuſtitiam ſeruare promiſſum. Apoſtolus enim dicens. Quis prior dedit illi &c. loquitur de redditione ex natura rei debita. ſ. pro aliquo prius ad ſui utilitatem recepto, hoc locum non habet in deo, qui nullius eget. Et cum iterū arguitur ſyllogiſtè, probando deum nō poſſe eſſe debitorem, reſpōdetur per diſtinctionē: quia uel illa determinatio nō reddēdo, determinat maiorē extremitatē ſcilicet debitor, ut maior ualeat illā. Omnis debitor nō reddēs eſt iniuſtus. Sic male ſubſumitur, & male concludit: ſed deberet ſic ſyllogizari. Omnis debitor nō reddēs eſt iniuſtus: deus nō eſt iniuſtus: ergo deus non eſt debitor non reddens. Suo modo ſi arguitur cum uerbo poteſt, ſic concluſio eſt uera: quia licet deus pōt non reddere præmium: non tn̄ poteſt eſſe debitor, & nō reddere. Cū quo non ſtat non reddere: cū eius uoluntas ſit immutabilis. Si uero ly non reddendo, determinat ly iniuſtus: ſic maior, eſt falſa: quia ualet illam. Omnis debitor eſt iniuſtus nō reddēs: quę eſt falſa de deo, & multis alijs. ¶ Si dicis nō reddendo includit cōditionalē, & ualet. Omnis debitor ſi non reddit eſt iniuſtus. Itē diſtinguitur: quia ſi cōditionalis non eſt ſyllogiſmus cathegoricus: neq; aliqua ſpecies ſyllogiſmi hypoterici, ſi fuerit de cōditionato extremo reſpōdetur ut prius. ¶ Secūda cōcluſio.

Cōcl. 2. H

Anima non pōt actu a uoluntate liberè elicito mereri primam gratiā de condigno. Probaī: quia neq; actu pręcedēte gratiā: neq; ſequēte. Nō primum: quia actus precedēs gratiā, eſt actus peccatoris, & ingrati deo: ergo nullus eius actus eſt prēmio dignus: ut dictū eſt. Nec ſecūdū: quia nullus actus poteſt eſſe meritū gratiæ prēexiſtentis: tū quia meritū eſt uia ad premiū: uia autē nō ſequitur ſuū terminū. Tū quia meritū condigni prēſupponit gratiā, ſicut effectus cauſam. Gratia enim eſt cauſa principalis meriti, ut dicetur: ergo actus non poteſt eſſe meritum primę gratiæ, quā ſupponit: alioquin cauſę eſſēt ſibi inuicē cauſæ in eodē genere cauſæ: quod eſt impoſsibile, meritum autem reducitur ad genus cauſę efficientis reſpectu prēmij. ¶ Si dicis. Bonus miles equum ſibi a rege datū meretur per obſequia ſequentia: ergo a ſimili: quis gratiam ſibi datam meretur per bonū uſum gratię receptæ: hoc eſt per opera ſequentia per gratiam elicita. Illud ſupra improbatum eſt. diſt. v. & ē manifeſtè cōtra Apoſtolū ad Rom. xj. Si autem gratia: iam non ex operibus: alioquin gratia iam non eſt gratia. quod de prima gratia maximè uerum eſt. ¶ Præterea non eſt ſimile de equo militis, & gratia prima: quia rex non dat equuum, niſi intuitu ſeruitij, quod ſperat ſecuturum. Non enim daret equum, niſi prēſumeret militē donū hoc ſequentibus ſeruitiis cōpenſaturum. Deus autem dans primam gratiam non dat illam intuitu meritorum ſequētium: alioquin non daret ei, quē ſciret non benè uſurum gratia, quod falſum eſt: quia omni non ponenti obicem infundit gratiam; etiam ſi poſtea non benè utatur, ſicut eſt uidere in pueris baptizatis, accedente uſu rationis a deo auerſis. ¶ Tertia concluſio. Anima per

Cōcl. 3. I

actum uoluntate cooperante gratia elicitum: poteſt mereri de condigno eiuſdem gratiæ augmentum. Probatur auctoritate beati Aug. ad Bonifacium. Gratia meretur augeri, ut aucta mereatur, & perfici. Et probatur ratione: quia habens gratiā, habet unde poteſt proficere in merito p̄mii beatifici: ergo etiā hēt unde pōt p̄ficere in gr̄a. Tenet conſequētia: qa maior beatitudo retribuenda prēexigit maiorē gratiā in præmiando. Oportet ergo gratiam creſcere proportionabiliter ad gloriā retribuendā. creſcit autem gratia per ſui augmentum. Quomodo autem augetur gratia: patet q. iiii. & ſequentibus diſt. xvii. primi libri. Item omnes conditiones meriti de condigno cōueniunt bono operi ex gratia elicito reſpectu ulterioris gradus gratiæ quo augetur: ergo. Añs patet: quia ibi eſt dignitas elicientis: eſt gratia qua cooperante meritum elicitur, eſt & proportio ad gradū, quo gratia augetur. Quin etſi tota gratia conſtituta ex gratia prēexiſtente, & ſuperaddita excedit gratiam præexiſtentē: tamen gradus ille præciſè, qui ſuperadditur non excedit: & præciſè reſpectu illius eſt meritum: non reſpectu præexiſtentis. ¶ Quarta concluſio. Anima obi-

Cōcl. 4. K

cis remotione, ac bono motu in deum ex arbitrii libertate elicito primam gratiam mereri poteſt de congruo. Probatur; quia actum facientis, quod in ſe eſt: deus acceptat ad tribuendū gratiā primā: non ex debito iuſtitiæ: ſed ex ſua liberalitate: ſed anima remouēdo obicē ceſſando ab actu, & cōſenſu peccati, & eliciēdo bonū motum in deū tanquā in ſuū principiū & finē, facit quod in ſe ē: ergo actū remotionis obicis & bonum motū in deum, acceptat deus de ſua liberalitate ad infundendum gratiā. Vltra ergo remotione obicis, & bono motu meretur gratiam de congruo. Vltima conſequētia patet ex quid nominis meriti de congruo. Prima conſequētia nota: quia ſyllogiſtica in tertio primę accipiendo maiorem uniuerſaliter. Maior probatur Zach. j. Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. Item Iac. iiii. Appropiate deo, & approp inquabit uobis. Et apocal. iii. Ego ſto ad oſtium, & pulſo. Si quis audierit uocem meā: & aperuerit mihi ianuā, intrabo ad illum, & cęnabo cū illo: & ipſe mecum. Cōuerti ad deum: appropinquari deo: aperiri illi, eſt facere, quod in ſe eſt. Conuertitur autem deus ad hominem. Appropinquat ei, & intrat habitādo in eo & cęnando cum illo, per gratiam quam infundit. Item Augu. ſuper illud. ii. ad Timoth. ii. Negare ſeipſum non pōt. Cū ſit iuſtus, non poteſt negare ſuā iuſtitiā: ergo cū ſit miſericors, nō pōt negare ſuam bonitatem, & miſericordiā: quia pronior eſt ad largiendum de ſua miſericordia, & bonitate, quam ad puniendum de ſua iuſtitia. Si ergo nō pōt ſuam iuſtitiam negare facientibus malū: multò magis non poteſt ſuā bonitatem, & miſericordiā negare illis, qui requirūt eā. Sed qui facit, qđ in ſe eſt, reqrit bonitatē, & miſericordiā: ergo dat ei. Hoc aūt eſt infūdere gratiā. Itē Aug. ſup illud Rom. v. Iuſtificati ex fide pacē habemus ad deū. dicit Deus reſpicit cōfugiētes ad ſe: aliter in eo eſſet iniqtas. Sed impoſsibile eſt, ꝙ in eo ſit iniqtas: ergo impoſsibile eſt, ꝙ nō recipiat cōfugiētes ad ſe; ſed faciēs, quod in ſe eſt, cōfugit ad ipſum: ergo neceſſe eſt, ꝙ ipſum recipiat. Recipiat aut infundendo gratiam. Minor probatur: quia remouēdo obicē, qui eſt conſenſus in peccatū: & eliciendo per liberi arbitrij motum in deum, bonum facit: quod in ſe eſt: ultra enim ex ſe nō poteſt ſuppoſita

Quid ſit facere quod in ſe eſt.

ſemper generali influentia dei, ſine qua omnino nihil poteſt. Nã ſecundũ Alex. par. iij. q. lxix. ar. penul. In quolibet homine eſt ratio recta per naturã, qua quilibet põt cognoſcere ſuum principiũ. ſ. deũ. Per hoc. n. ꝙ quilibet homo naturaliter ſcit ſe nõ ſemper fuiſſe, ſcit ſe factũ eſſe, & habere principiũ: & ſcit, ꝙ ab illo principio habet quicquid habet boni, a quo debet petere bonũ, & ſuorum

Nulla natio unquã ſine Deo.

defectuũ ſupplecionem. In cuius ſignũ nulla fuit hominũ natio, quę uoluit eſſe ſine deo a quo neceſſaria, & ſubuentiõnem peteret: licet multi errantes & decepti illos coluerunt pro deo. Cum ergo ſecundũ illã natione per liberum arbitriũ operatur homo recurrendo ad illum, quẽ ſcit ſuũ principiũ; & petit ab eo lumen cognitionis fidei: & boni facit, quod in ſe eſt: & hoc eſt generaliter in quolibet homine. In fideli autem peccatore, qui habet fidẽ informẽ, nihilominus fides illa ad duo radiat. ſ. ad diuinã iuſtitiã damnante reprobos: & ad diuinam miſericordiã ſaluãtẽ electos. Sic ergo auertat ſuũ arbitriũ ab actu peccati, cõſiderãdo diuinã iuſtitiã dãnantẽ reprobos, & conuertat ipſum ad obediẽdũ deo: & diligendum deũ, cõſideratione miſericordiæ, qua ſaluat electos. ex primo generatur timor, ex ſecundo ſpes, hoc faciendo facit quod in ſe eſt.

Quis faciat, q̄d in ſe eſt.

Hæc Alex. in effectu. ¶ Poteſt breuius dici, ꝙ infidelis facit, quod in ſe eſt: dũ arbitrium ſuum cõformat rationi: ac toto corde petit, ac quęrit illuminari ad cognoſcendum ueritatẽ, iuſtitiã, & bonum. Fidelis uero facit, quod in ſe eſt: ſi ſecundum regulam fidei deteſtatur peccatum, proponens in omnibus obedire deo, & eius præcepta ſeruare. peccatum deteſtando remouet obicem: uolendo deo tanquam ſummo bono obedire propter deum, habet bonum motum in deum. Et ſic patet minor, ꝙ remouens obicem: & habens bonum motum in deum, facit, quod in ſe eſt. De hoc ſupra quęſt. ij. diſt. xxij. huius ſecundi.

Arti. 3. Dub. 1. ¶ Quantum ad tertium articulum dubitatur primò: Vtrũ homo per gratiã tãtũ ſibi, uel etiã alijs poſsit mereri. Reſpondetur per aliquas ꝓpoſitiones.

L

An homo poſſit alijs mereri.

¶ Prima. Homo nõ poteſt alteri mereri beatitudinẽ ſiue gloriã directè; nec aliquẽ eius gradũ. Et loquitur propoſitio de beatitudine eſſentiali. Probat̃: quia beatitudo reſpondet tantũ gratiæ & operibus proprijs eius, q̨ beatificatur: & nõ gratiæ alterius, nec alienis operibus: dẽ pro merito chriſti, q̨ omnibus nobis meruit gratiã. Dicit. n. ſcriptura. ij. Cor. v. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti: ut referat unuſquiſq; ꝓpria corporis prout geſsit, ſiue bonũ, ſiue malũ. Itẽ j. Cor. iij. Vnuſquiſq; propriã mercedem accipiet ſecundũ ſuum laborem. ad Rom. xiiij. Vnuſquiſq; pro ſe rationẽ reddet deo. Itẽ ad Gal. vj. Quæ ſeminauerit homo: hęc & metet. Et ibidẽ. Vnuſquiſq; onus ſuum portabit. ¶ Dicitur notanter directè: quia ut dicetur, unus poteſt alteri impetrare gratiam, cui correſpõdet gradus beatitudinis eſſentialis: & ita indirectè ſiue mediatè poteſt unus alteri impetrare gloriam. ¶ Secunda propoſitio. Vnus poteſt alteri mereri primã gratiã de cõgruo, non de condigno. Probatur pro parte prima Mat. ix. Videns Ieſus fidem illorũ, dixit paralytico. Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. gloſ. Penſate, quantum ualet apud deũ fides propria, cũ tantũ ualuit aliena: ut hominẽ ſanaret in anima, & corpore. Non autẽ ſanatur in anima niſi per gratiã. Sic beatus Paulus creditur conuerſus oratione ſancti Stephani. Secunda pars patet: quia ex merito alicuius ſancti nõ confertur gratia peccatori ex debito iuſtitiæ. Tum quia nihil debet deus peccatori niſi pœnã: nec illud debet ſancto orãti; quia pollicitus eſt deus exaudire orationes ſanctorum pro ſe, non pro alijs: poteſt. n. multipliciter impediri ꝑ alijs orãs. ¶ Tertia propoſitio. Vnus põt alteri mereri augmentũ gratię & cætera dona gratię gratis datæ. Patet ex propoſitione ſecunda: ſi põt alteri impetrare gratiã, q̄d maius eſt: ergo etiã augmẽtũ gratiæ, & cęteradona, q̄d minus eſt.



Dub. 2. M ¶ Secũdo dubitatur: cũ meritũ eſt ſimul a libero arbitrio, & a gratia a quò ſit principalius: hoc eſt quæſitu. An liberũ arbitriũ ſit cauſa principalior meriti: & gratia, quaſi cauſa ſecũda: an ecõuerſo. ¶ Ad hoc reſpõdet poſt Sco. diſt. xviij. primi. In actu meritorio duo cõſiderantur. ſ. illud quod pręcedit rationẽ meriti: puta ſubſtantia actus, intenſio eius, & rectitudo moralis. i. ꝙ ſit elicitus, uel imperatus conformiter rationi rectę. Secũdũ eſt ratio meriti, quę eſt acceptatio diuina in ordine ad pręmiũ tãquam dignum tali præmio. ¶ Similiter in gratia duo conſiderantur. Vnum quod eſt habitus quidã inclinans uoluntatẽ ad actũ certo modo eliciẽdũ: ſicut quilibet habitus. Secundũ quod eſt decor quidã diuinæ cõplacẽs uoluntati, propter quẽ actus (ad quem tãquam partialis cauſa inclinat) ordinatur ad præmium beatitudinis tanquam dignus ſic pręmiari. Quod nihil aliud eſt, niſi diuina ordinatio ſeu uoluntas, qua ab æterno Deus ordinauit, & uoluit actum a tali qualitate concurrente actiuè cum libero arbitrio productum pręmiare beatitudine. Et nullum actum liberi arbitrij tali qualitate non concurrente productum ſic præmiare. ¶ Actus ergo meritorius quantum ad ſubſtantiam ejus intenſionem, & moralem rectitudinem eſt a uoluntate tãquã a cauſa prima, ſiue principali: & a gratia tãquam a cauſa ſecũda, ſiue minus principali, qualis eſt generaliter habitus reſpectu potentię: nam potentia utitur habitu, nõ econuerſo. Nõ enim poteſt in actu habitus ſine potẽtia: ſed econuerſo potentia ſine habitu: etiã ipſa uoluntas eſt illimitatior ad actus, quam habitus. Habitus enim determinat potentiam ad certos actus: uel ad certum modum agendi. Nunc autem illimitatio ad plures effectus, uel modos agendi conuenit cauſæ ſuperiori. ¶ Quantum uero ad rationem meriti non ita. Nam ratio meriti principaliſsimè conuenit actui ex libera acceptatione diuina. Nam illa exiſtente omnibus alijs ſemotis, actus eſt meritorius: ut diſt. xvii. primi patuit: illa nõ exiſtente omnibus aliis poſitis, non eſt meritorius. ¶ Verum ſtante diuina ordinatione, qua tãtum illũ actum liberi arbitrii uult eſſe dignũ præmio beatitudinis, ad quam concurrit ipſa gratia, tãquã cauſa partialis: tunc ratio meriti principalius conuenit actui ex gratia, quã ex libero arbitrio, ſeu uolũtate. Magis. n. acceptatur actus, ut dignus præmio: quia eſt elicitus a gratia, quã quia eſt elicit⁹ a libera uolũtate: licet utrũq; requiratur: quia omnis actus elicitus a gratia acceptatur, ut dignus præmio: ſed nõ omnis actus uoluntatis; & poteſt poni exẽplum.

Exẽplũ gratiæ & liberę uoluntatis.

Curſus equi per certam uiam ad certũ terminũ eſt ab equo & ſeſſore dirigente equũ. Principalius quidẽ ab equo quantum ad ſubſtantiã motus, & eius uelocitatẽ. Sed inquantum directus per talem uiam ad hunc terminũ, principalius eſt a ſeſſore dirigente. Et poteſt curſus equi plus placere inquantum ducit ſeſſorem per hanc uiam ad illum terminum, quã inquantum eſt motus quidem cautę uelocitatis. Et ſecũdum hoc intelligendum eſt illud beati Auguſt. ad Sixtum presbyterum: ꝙ gratia habet ſe ad liberum arbitrium ſicut ſeſſor ad equũ. Et illud ad Bonifacium Papam. Voluntariè comitante, non ducente, pediſſequa non præuia. Hoc quidem uerum eſt reſpectu actus, inquantũ eſt meritorius: ſed non inquantum iſte actus eſt. Et eſſet exemplum illud omnino ſimile: ſi equus eſſet omnino liber: & ſeſſor dirigeret per modum naturæ equum ad certum terminum. Tũc enim magis placere poſſet alicui ordinatæ uolũtati curſus equi: & hoc quod eſt ſecundum inclinationem naturalem ſeſſoris ad certum terminum, quam ex hoc, ꝙ equus ex ui ſua motiua uelociter curreret. Tunc enim poſſet equus ex libertate ſua ſeſſorem deiicere: uel præter eius directionem ſe in aliũ terminum mouere. In primò quidem fieret omnino equus non acceptabilis: quia non haberet ſeſſorem, propter quem acceptaretur a tali uoluntate. In ſe-

eundò licet equus eſſet acceptabilis:qa haberet ſeſſorem: non tamē curſus eius acceptaretur:quia nō eſſet ſecūdū directionē ſeſſoris.Ita in ꝓpoſito uoluntas eſt quaſi equus liber:& gratia quaſi ſeſſor per modum naturæ inclinās ad obiectū ꝑ modū determinatum. Curſus, id eſt operatio uolūtatis ſecundū huiuſmodi inclinationem placet uoluntati diuinę:alias non.Sicut quādo eſt peccatū ueniale,uel actus indifferens. Quando aūt ſeſſor,hoc eſt gratia abijcitur:quod fit ꝑpeccatū mortale,omnino ipſa uolūtas fit diſplicens.Hoc etiā modo uolūtas eſt pediſſequa gratiæ:quia ex natura ſua determiminatè inclinat ad obiectum,quod eſt finis ultimus. Et ſic inclinare eſt ſibi eſſentiale, propter quam inclinationē acceptatur.Volūtas nō ita determinatè ex ſe inclinat ad tale obiectum: quia poteſt ordinare actum ſuum in aliud obiectum finaliter:igitur dirigitur a gratia, propter quam actus eſt acceptus. Ideo licet quo ad ſubſtantiam actus ſit cauſa principalis: nec aliquid eſt intrinſecum actui,quod nō cauſet uoluntas:ſed quantū ad acceptationē,quo actus talis eſt, ut placeat deo: ſic gratia eſt cauſa principalis;& uolūtas quaſi ſecundaria. Et hoc uult magiſter diſt.præſenti,dum ait.Cum meritū ex ſola gratia eſſe dicatur:non excluditur liberum arbitrium: quia nullum meritum eſt in homine, quod non ſit per liberum arbitriū. Sed in bonis merēdis cauſæ principalitas gratiæ attribuitur: quia principalis cauſa meritorium eſt ipſa gratia,qua excitatur liberū arbitriū, & ſanatur, atque iuuatur uoluntas hominis,ut ſit bona.

Dub. 3. N

¶ Dubitat tertiò:utrū exiſtēs in gratia,poteſt ſibi mereri reparationē poſt lapſum.Et uidetur ꝙ ſic:qa ſecundū Aug.Nihil dignius poteſt peti: quam ſi cadat homo,ꝙ poſtea reſurgat: ſecundum illud Pſalmus. Cum defecerit uirtus mea, ne derelinquas me domine.quod autem dignè petitur:poteſt mereri. Nam quod dignè, aut iuſtè petitur: merito exauditur a deo. Igitur exiſtens in charitate, ſi petat gratiā reſurgendi poſt lapſum dabitur ei,& ita oratione meretur eā.

Poſſumus mereri, ꝙ dignè petimus

Reſpondetur ſecundū Alex. ubi ſupra & Tho. j. ij. q. ulti.ar.vij.ꝙ nullus in charitate exiſtēs poteſt ſibi mereri gratiam poſt lapſum: quia per mortale peccatū, quo labitur, omne meritum ſuum, & omnes iuſtitię ſuæ euacuantur: ſecūdum illud Ezech. xviij.Si auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatē: omnes iuſtitię ſuę quas fecit non recordabūtur:ergo nihil debetur cadenti ꝓ bonis operibus,quæ fecit ſtans in gratia. Moriuntur etiam omnia merita ſua per peccatum mortale.¶ Ad tertium in contrariū dicitur: ꝙ iuſtè petens nō ſemper meret̄ id, quod petit accipere. Tū quia oratio nō innititur diuinę iuſtitię retributiuę: ſed diuinę mię. Tū quia cadens ponit impedimentū peccando mortaliter, & gratiā expellit:ac merita priora mortificat, q̄ uiuificari non poſſunt niſi per gratiam iuſtificantem, reſpectu cuius non eſt aliquod meritū ſaltem cōdigni.Et licet de congruo poſt lapſum poteſt mereri gratiā iuſtificantē:non tamē per opera prius in gratia facta: quia omnia illa per lapſum ſunt mortua.¶ Sed uidetur,ꝙ ratio nō ſufficit quātū ad meritū cōgrui: cum etiam quis per opera mortua extra gratiā facta diſponendo ſe ad gratiam, meretur de cōgruo: ergo multo magis per opera in charitate facta, & poſtea mortificata.Item poteſt deus alicui intuitu bonorum operum in charitate factorum conferre gratiā reſurgendi poſt lapſum de ſua mera libertate, quam tamen non conferret,ſi opera bona non præceſsiſſent:ergo opera p̄cedētia ſunt meritoria de cōgruo gratię reſurgēdi, ex qd nōis meriti de cōgruo. Ad auctoritatē Ezech.dr̄,ꝙ iuſtitiæ cadentis nō recordabūtur, quantū ad pręmiū beatificū, quod meruerūt de condigno. Nō .n. ſunt illa oꝑa omnino perdita apud eum, qui non ſinit aliquod bonum irremuneratum.

Dub. 4. O

¶ Quartò dubitatur: utrū neceſſariò deus det gratiam facienti, ꝙ in ſe eſt. Reſpondetur ſcđm Alex. par. ij.q.lxix.artic.peñ. ꝙ eſt neceſsitas co-



actionis: & eſt neceſsitas immutabilitatis.

Duplex neceſsitas.

Vel poſſet poni alia diſtinctio ſcđm Ockam.vj.quodliber quæſt.ij. & habetur ſupra in i.diſtinct.xvii.queſtio.i. Eſt enim neceſsitas ſimpliciter dicta,ſeu abſoluta,cuius oppoſitum includit cōtradictionem:& eſt neceſsitas ex conditione ſeu ſuppoſitione. Tunc dicitur, ꝙ deus dat gratiam facienti, quod in ſe eſt, neceſsitate immutabilitatis, & ex ſuppoſitione:quia diſpoſuit dare immutabiliter gratiam faciēti quod in ſe eſt: ut patet ex iiii.conclu.& ibi alleg. Illa ergo ordinatione ſtante, & ſuppoſitione,non poteſt non dare gratiā faciēti, quod in ſe eſt:quia tunc eſſet mutabilis. Sic prędeſtinatum non poteſt non ſaluare in ſenſu compoſito: quia impoſsibile eſt prædeſtinatum non ſaluari. Licet in ſenſu diuiſo, qui prædeſtinatus eſt,poteſt non ſaluari: quia poteſt non eſſe prædeſtinatus: cum prædeſtinatio cuiuſcunque ſit contingens.Sic omnis ordinatio dei ad extra eſt contingens: unde hęc conſequentia eſt neceſſaria.

Auguſtinus eſt prędeſtinatus:igitur:Auguſtinus ſaluabitur: licet tam antecedens,quam conſequens ſit contingens. Item ſimiliter ſequitur. Auguſtinus facit quod in ſe eſt: ergo deus dat ei gratiam:licet tam antecedens,quam cōſequēs ſit cōtingens. Sic ergo neceſſariū eſt ex ſuppoſitione deum dare faciēti, quod in ſe eſt,gratiam, quia hæc conditionalis eſt neceſſaria.Si homo facit,qđ in ſe eſt:deus dat gratiam. Non autem neceſſariò ſimpliciter, nec coactus dat gratiam facienti,quod in ſe eſt: quia illa neceſsitas non cadit in deum reſpectu cuiuſcunq; creaturæ.¶ Sed diceres: impoſsibile eſt hominen facere quod in ſe eſt:qa facere quod in ſe eſt,eſt remouere obicē, & impedimentum gratiæ.

Obex gratiæ quomodo.

Obex gratiæ eſt peccatum mortale;ſed nullus poteſt peccatū ſuū remouere, cū ſolus deus remittit peccata.Reſpondetur,ꝙ obex gratiæ quandoq;dicitur peccatum mortale quantū ad reatum:quādoq; dicitur peccatum mortale quantum ad actum interiorem,& exteriorē, qui eſt conſenſus,& complacentia peccati.Primum remouere non poteſt homo:quia peccatum quo ad reatum non remouetur niſi per peccati remiſsionē, quod ſolius dei eſt, qui tamen paratus eſt remittere faciēti,quod in ſe eſt.Obicem ſecundo modo dictum poteſt remouere peccator: quia poteſt ceſſare a conſenſu,& actu peccandi: immo odire peccatum,& uelle non peccare. Et de hoc obice intelligenda ſunt dicta ſuperius in quartæ concluſionis probatione.

Dub. 5. P

¶ Dubitatur quintò: utrum uiator poſsit cognoſcere ſe habere gratiam.

Quotuplex cognitio.

Pro reſponſione ſupponitur, ꝙ eſt cognitio certa: qualis eſt cognitio fidei, quæ habetur per reuelationem. Eſt cognitio euidens: quæ habetur de per ſe notis:aut ex talibus demonſtrabilibus, uel notis per experientiam præſupponētem notitiam intuitiuam rei. Eſt cognitio coniecturalis,quę habetur per ſigna non ſimpliciter certa, & infallibilia.

quomodo ſcit hō gratiam in ſe eſſe.

Tunc reſpondetur, ꝙ gratiam nobis in eſſe noſcere certè poſſumus per reuelationem,ſicut nouit Apoſtolus, cui dictum eſt.xii.Corint.Sufficit tibi gratia mea.Et ipſe ait.An experimentum quæritis eius, qui in me loquitur Chriſtus. ii Corint.xiii.Item Roma. viii. Certus ſum: quia neque mors, neque uita &c. poterit nos ſeparare a charitate Chriſti.¶ Secundo dicitur,ꝙ gratiam nobis ineſſe euidenter ſcire non poſſumus.

Patet: quia quicquid ſcitur euidenter, aut eſt per ſe notum, ut principium: aut deducibile ex principio, ut concluſio demonſtrabilis, aut per experiētiam, quæ præſupponit notitiam intuitiuam. Sed gratiam ineſſe, nec per ſe notum eſt,nec ex per ſe notis demonſtrabile,nec notum per experientiam: quia cum ſit habitus nō poteſt a nobis intuitiuè cognoſci. Licet enim anima intuitiuè cognoſcat actus ſuos: ut intellectiones,& uolitiones: non tamen habitus ſibi inexiſtentes. Item quicquid in ſe experitur habens gratiam, ſimile poteſt experiri carens ea:ut hęreticus, & infidelis: ut dulcedinem, de-

lectationem, lętitiam, firmitatem, prōptitudinem ſequendi ſuum errorem. ¶ Tertiò dicitur gratiam nobis ineſſe cōiecturaliter ſcire poſſumus. Patet: quia

Signa gratiæ.

plura ſunt ſigna, quibus coniecturā habere poſſumus, & penè certitudinem in exiſtentis gratiæ, quorum tria innuit propheta in pſalmo: ubi ad quæſtionem multorum dicentiū. Quis oſtendit nobis bona? Reſpondet. Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui domine, dediſti lætitiam in corde meo. Sequitur. In pace in ipſum dormiam, & requieſcam. Vbi ſecundum Alexand. parte ij. quæſt. xvij. artic. penult. tanguntur tria ſigna inexiſtentis gratiæ ſcilicet, lumē, lętitia, pax. Lumen ueritatis in rationali. Lætitia in bonis, in concupiſcibili. Pax conſcientiæ in iraſcibili. ¶ Ponit & Gerſon in tripartito alia ſigna, quæ ſunt. Diſplicentia commiſſorum peccatorū, propoſitum cauendi peccata propter deum; & propoſitum cōtendi. ¶ Plura alia ſigna ponuntur a diuerſis ſanctis, & doctoribus. Sed oīa illa ſigna non ſūt euidentia: quia non poſſumus ſine reuelatione euidenter cognoſcere utrum in nobis ſit uerum lumē, lętitia, & pax: an apparentia, & ſophiſtica: ut in deceptis a diabolo. Nec an peccatum diſpliceat finaliter propter deum: & ideo generāt in nobis coniecturam, non euidentem

Q

notitiam. ¶ Sed diceres. homo poteſt ſcire de ſeipſo, ꝙ facit id quod in ſe eſt: & per cōſequens ex principio fidei (quod certiſsimum eſt: ſcilicet, ꝙ deus dat gratiam facienti quod in ſe eſt) certitudinaliter noſſe ſe habere gratiā, licet nō euidenter. ¶ Item quis poteſt ſcire ſe nō ponere obicem per propoſitum peccandi mortaliter, accipere ſacramentū abſolutionis, quod confert gratiam ex opere operato, etiam non concurrente alia diſpoſitione confitentis: niſi non poſitiōe obicis, quę eſt ceſſatio ab actu, & propoſito peccandi: ut uult Scot. in iiij. Poteſt autem quis ſcire ſe actu non peccare, etiam ſi non haberet propoſitum peccandi: quia actus ſuos anima intuitiuè, & euidenter cognoſcit: & ſe ſuſcipere ſacramentum pęnitentiæ: & ſic ſcire ſe habere gratiam. Reſponſio, ꝙ homo non poteſt euidenter ſcire ſe facere, quod in ſe eſt: quia hoc facere includit in ſe obedire deo propter deum tanquam ultimum, & principalem finē: quod exigit dilectionem dei ſuper omnia, quam ex naturalibus ſuis homo poteſt elicere. Hæc enim eſt proxima diſpoſitio ad gratiæ infuſionem; qua exiſtente certiſsimè infunditur gratia. Difficillimum autem eſt ſcire ſe habere illam dilectionem. Et forte naturaliter impoſsibile: quia etſi ſcire poſſumus nos diligere deum, non tamen euidenter ſcire poſſumus illam circumſtantiam ſuper omnia. ¶ Ad ſecundum dicitur, ꝙ illa opinio Sco. ſcilicet ꝙ non oportet niſi non ponere obicem. diſtinct. xvij. quarti. arti. j. non eſt certa: cum plurimi ſanctorum, & doctorum tenent oppoſitum: & cum magiſtro dicunt, ꝙ ad effectum ſacramenti pęnitentiæ requiritur contritio: & non ſufficit ſola remotio obicis. Nec unquā ſacerdos abſoluit eum, qui non prius a deo ſummo ſacerdote abſolutus eſt. Vnde ſacerdos abſoluendo cōfitentem pronuntiat eū abſolutum, non remittit peccatum. Sed ſi opinio Sco. eſſet uera: credo aliquem certè ſe poſſe cognoſcere habere gratiam, licet non euidenter. Si poſſet certe cognoſcere ſibi miniſtrare ſacramentum abſolutionis: ſed hoc certè ſciri nō poteſt: cum ad ueritatem ſacramenti requiritur intentio debita miniſtri, & ordo ſacerdotalis eiuſdem. Neutrum poteſt certè cognoſci ab abſoluēdo: ideo adhuc ſtat ueritas reſponſionis.

Notandum pulchrum.

## DISTINCTIO XXVIII.

DETERMINATA ueritate quo ad naturam lapſam: in hac diſtinctione reprobat hæreſim Pelagianam. Cuius primò errores ponit. Secūdò motiua exprimit. Tertiò ueritatem concludit. ¶ Secundum hæc ſententia huius diſtinctionis tribus concluſionibus aperitur. ¶ Prima concluſio. Pelagianorum hęreſis aſſerit per liberum arbitrium ſine gratia mandata dei impleri poſſe. Gratiam uero, qua ab impietate liberamur, & adiuuamur, ſecundum noſtra merita dari. Orationes Eccleſiæ pro infidelibus, ut conuertantur, pro fidelibus, ut perſeuerent, & fide creſcāt, fruſtrari, paruulos quoque ſine omni generali culpa naſci. Hunc errorem uide in epiſtolari Beati Auguſt. epiſtola cvj. Item. xcv. & in multis alijs. ¶ Secunda concluſio. Pelagius pluribus Beati Auguſtini inductionibus, quas contra ſuā expoſitionem male intelligendo deprauat errorem ſuum munit, & confirmat. ¶ Tertia concluſio. Ita liberum confitemur arbitrium: ut nos intelligamus diuino auxilio indigere, quo deſerēte homo poteſt peccare: adſiſtēte poteſt peccatum uitare. Horum latiorem declarationem proſequitur textus.



## QVAESTIO VNICA.

A CIRCA hanc diſtinctionē quæritur. Vtrum hominis liberum arbitrium poſsit ſine gratia actum bonum moraliter eligere: peccata mortalia cauere, & diuina præcepta adimplere. ¶ Quæſtio hęc mouetur ad inquirendū, quid poſsit liberum arbitrium ſine gratia principaliter: quia quid poſsit per gratiam, pręcedenti diſtinct. dictum eſt.

Opiniones, & errores de libero arbitrio.

¶ De hoc autem fuerunt errores, & diuerſę opiniones apud theologos. Fuit enim error, & hęreſis Pelagianorū, qui tactus eſt ſupra in cōcluſione. j. textuali. Et habetur epiſtola. cvj. Auguſt. qui negauit gratiæ neceſsitatem, & libero arbitrio attribuit gratiam, & uitam æternam merendi facultatem. Sed de neceſsitate gratiæ uiſum eſt in primo: diſt. xvij. & partim diſt. præcedenti. Et ideo errore illo tanquam dudum damnata hæreſi repulſa apud orthodoxos inueniuntur diuerſæ opiniones. ¶ Nam eſt opi. Grego. de ari. quæ parum attribuēs libero arbitrio diſtinct. xxvj. & xxvij. in ſuo ſecūdo tenet: ꝙ nullus homo in ſtatu præſenti, ſtante etiam generali influentia dei poteſt abſq. ſpeciali dei auxilio agere aliquem actū moraliter bonum: ſed nec ſufficienter cognoſcere, quæ ad moralem uitam pertinet. Quid ſcilicet uolendum ſit, quid nolendum, quid agendum, quid uitandum. Neque his cognitis abſque ſpeciali auxilio his conformiter uelle, aut tētationibus reſiſtere, & nullum actū ſub præcepto dei cadente ſine ſpeciali dei gratia poteſt agere. Et quæſtione ſecunda dictarum diſtinctionum tenet: ꝙ non eſt poſsibile homini in ſtatu pręſenti extra gratiam exiſtenti abſque ſpeciali adiutorio dei uitare omne peccatum collectiuè: nec quodlibet peccatum diſtributiuè. Non enim uitare poteſt peccatum omiſsionis, dilectionis dei ſuper omnia ſine ſpeciali auxilio &c. quia peccatum illud omiſsionis, non poteſt caueri ſine diligendo deum ſuper omnia. Hoc autem non poteſt ex ſuis naturalibus: quia ſecundum præſentem ſtatum, ex ſe non poteſt aliquid diligere niſi in relatione ad ſeipſum. Quodq; nullus iuſtus habens gratia gratum facientem, poteſt ſine alio auxilio de ſpeciali uitare omnia peccata: neque quodlibet peccatum: neque poteſt reſiſtere tentationi. ¶ Illud autem adiutorium ultra habitum gratiæ neceſſarium, non eſt aliquod habituale donū creatum in anima: ſed quædam ſpecialis dei adſiſtētia, uel deus adſiſtens: & gratis ad bene agendum, & uolendum iuuans: & ad nō peccandum ſiue non permittendo ultra uirtutem ab ipſo nobis præſtitam tentari: ſiue non faciendo nos fortiter, & rectè contra tentationes pugnare: ſiue alio modo nobis ignoto ſibi noto iuuādo. Tenet etiam, ꝙ licet ſine gratia gratum faciēte, & ſine ſpeciali dei auxilio, poſſet homo honorare parentes, ſubuenire indigentibus, pugnare pro republica, & alia multa agere de genere bonorum, nullum tamen horum poteſt agere

propter quod oportet,& quemadmodū oportet ſecundum omnes circumſtantias requiſitas ad moralem bonitatem actus ſaltem ei deficiet circumſtantia ultimati debiti finis,qui deus ē. Et ideo licet philoſophi, & ueteres Romani ac gentiles infideles egerūt actus,qui erāt boni ex genere,non tamen illa egerūt ultimatè propter deum, ac per hoc nec propter id finaliter propter quod debuerunt. Et ideo non ſolum non uirtuoſè:ſed etiam malè atq; uitioſè. Hæc ſententialiter Grego. Concordat Gerſon lec. j. de uita ſpirituali animæ iuxta finem: ut quibuſdam placet, eum ſic interpretantibus. ¶ Hanc ſuam poſitionem quantum ad ſingula puncta probare nititur per auctoritates ſcripturæ ac ſanctorum doctorum,atque rationes in eis fundatas. Rationes etiam, & auctoritates ad oppoſitum per alios inductas ſoluere, quæ latius ibi uideri poſſunt.

B Beatus Tho. j. ij. quæſt. cix. ferè p omnes articulos eiuſdē queſtionis,uidetur tēperatius loqui. Vnde tenet:quia omnes motus corporales,& ſprituales reducūtur in primū mouens ſimpliciter, quod eſt deus. Ideo natura ſiue corporalis,ſiue ſpiritualis quantumcunq; perfecta, non poteſt in ſuum actum procedere, niſi moueatur a deo. Ac per hoc omnis actio intellectus, & uoluntatis, & cuiuſcunque entis creati dependet a deo, inquantum ab ipſo habet perfectionem, per quam agit, & inquantum ab ipſo mouetur ad agendum. Sicut ergo ad intellectionem cuiuſcunque ueri,intellectus indiget auxilio diuino: ut ab eo moueatur ad ſuum actum ( licet non indigeat ad cognitionem cuiuslibet ueritatis noua illuſtratione ſuperaddita naturæ ſuæ,ſed in quibusdā, quæ excedunt naturalem cognitionē: quamuis deus per ſuam gratiam aliquos inſtruit de his,que per naturalē rationē cognoſci poſſunt,ſicut quando miraculoſè facit quædā,q̄ natura facere pōt ) ſic ſe habet & uoluntas. Nā ad bonum opus uellet. ſ. & opari proportionatū: quale eſt bonum uirtutis acquiſite, concurrit deus ut primum mouens, ſiue in ſtatu nature integre ſiue corrupte. Quātū uero ad bonū ſuperexcedens quale eſt bonū uirtutis infuſe: bonū. ſ. meritorium etiā natura integra indiget uirtute gratuita. Natura uero corrupta indiget ea gratia ad duo. ſ. ut ſanetur: & ut bonum meritorium operet̄:ſine aūt illa gratia natura corrupta multa bona operari poteſt cum illa generali motione diuina:ſed non omnia,que potuit agere natura integra :nam natura integra potuit homo ſine dono gratiæ,diligere deū ſup oia ex ſuis naturalibus,ſtante ſemper auxilio ut primi mouētis. Sed in ſtatu naturæ lapſe, in quo ꝓpter corruptionem naturæ uoluntas ſequitur bonū priuatū,niſi ſanetur per gratiam: indiget ad diligendū deū ſup oia gratia ſanāte. Sic in ſtatu nature integræ potuit homo implere omnia p̄cepta legis quantum ad ſubſtantiam actus: nō aūt quantum ad modum, qui eſt diligere ex charitate meritoriè. In natura autē corrupta nō potuit implere oia quātū ad ſubſtantiam actus:quia non illud preceptum primū, & maximum diligendi deum ſuper omnia ſine gratia ſanante. In utroque tn̄ ſtatu ad quodcunq, agēdum,requiritur auxilium primi mouentis dei. Sic ad præparandum ſe ad donū dei ſuſcipiendum,non indiget alio dono gratiæ:ſed deo ipſum mouēte. ¶ Nō tamen poteſt homo reſurgere a peccato ſine gratia:quia reſurgere non eſt tātum ceſſare ab actu peccati,ſed eſt reparari ad id,qđ per peccatū amiſſum eſt. ſ. gratiam. ¶ Poteſt tamē arti. viij. cauere omnia pctā mortalia ſine gratia:ſed nō perlongum tempus: quia non eſt neceſſe,ꝙ homo continuè peccet in actu, & ita cauere ſingula mortalia, nō aūt per longū tēpus:quia obligatur ratio qn̄q; ſubdi deo:& in ipſo conſtituere ultimū finē,quod eſt diligere deū ſup oia. Hoc autem cum ſit præceptum affirmatiuū obligat ꝓ aliquādo:& tunc nō pōt cauere peccatū mortale ſine gratia: quia nō poteſt implere hoc præceptū ſine gr̄a. Venialia tamē etſi ſingula cauere pōt,

Homo ſine gratia mortalia poteſt cauer̄, ſed non per longum tēpus.



non tamē omnia. Sic ergo uidetur Beatus Tho. ſentire, ꝙ ad actū meritorium indiget homo dono gratiæ habitualis infuſe,& hoc in utroq; ſtatu naturæ integræ,& lapſæ. Sed ad actus bonos non meritorios ſufficit liberum arbitrium ex ſuis naturalibus cum generali motione diuina ſine gratia infuſa, ſine qua etiam poteſt ab omni actu peccati ad tempus ceſſare,ſe etiam ad gratiam recipiendam præparare:non autem reſurgere. Precepta etiam diuina( licet non omnia )quantum ad ſubſtantiam actus, non quantum ad intentionem præcipientis adimplere: concurrente tamen ſemper auxilio dei, ut primi mouentis. ſicut hoc reqrit omnis creatura in omni ſuo actu eſſe, & conſeruari ſpecialiter tamen hoc auxilio indiget homo lapſus propter naturalium uulnerationē in carnis infectione, mentis obſcuratione,& uoluntatis ad ſeipſam recuruatione. Sed an illud auxilium artic. ix. ſpeciali ratione homini impenſum ſit aliud ab influentia, & cooperatione dei generali, qua adſiſtit omni agenti ipsū mouendo:an ſit idem non determinat, Non enim dicit, ꝙ homo indiget ſpeciali auxilio dei:ſed dicit indiget tali auxilio gratiæ ſub duplici ratione. ſ. generali,& ſpeciali &c. art. ix. in corpore queſtionis. Dicit etiā ar. iij. in fi. in corpore queſtionis,ꝙ in ſtatu naturæ corrupte,licet non in ſtatu naturæ integræ indiget homo auxilio dei, ſiue auxilio gratiæ naturā ſanantis:ut deū ſuper omnia diligat. Tali uero dono non indigebat in ſtatu naturæ integre ad diligēdū deū ſuper omnia:nunc uero indiget,&

C ſine eo ſuper omnia diligere deū nō poteſt ¶ Satis concordat ſanctus Bonauē. diſtin. preſenti lib. ij. addens, ꝙ liberum arbitriū licet poſsit reſiſtere tentationi diaboli non conſentiendo, non tamen ſine gratia gratum faciente poteſt eum uincere,& deijcere. Vincitur enim quādo homo aſſequitur oppoſitum eius,ꝙ diabolus intendit, intendit autē hominem reddere deo inimicum,& æterno ſupplicio dignū. Vincitur ergo quando tētatus reſiſtendo fit amicus deo,& premio eterno dignus, quod fieri non poteſt ſine gratia:reſiſtit autē dum tentationi non conſentit:& hoc quidem poteſt ſine gratia gratum faciente:ſed nō ſine gratia gratis data:uix enim aut nūquam liberum arbitrium deſtituitur omni gratia gratis data, intelligendo per gratiam gratis datam,nō ſolum ea, quæ annumerat Apoſtolus. j. Corint. xij. Alij per ſpiritum datur ſermo ſapiētie: alij autem ſermo ſcientiæ. &c. Sed quicquid illud ſit,quod ſuperadditum eſt naturalibus,adiuuans aliquo modo,& præparans uoluntatem ad habitum,uel usū gratie:ſiue ſit habitus,ut timor ſeruilis: uel pietas aliquorum uiſceribus inſerta ab infantia:ſiue aliquis actus, ſicut uocatio,uel locutio, qua deus excitat animam hominis, ut ſe preparet, ſine hac gratia, nec ſe diſponere poteſt homo ad gratiam gratum facientem. Nec tentationi cuilibet reſiſtere, nec mandata dei,quo ad genus operis adimplere:unde ſemper præcedit diuina tractio, monitio,aut motio. Ad hoc allegat illud Augu. de eccleſ. dogma. ca. ſecundo ſiue de diuiſionibus orthodoxæ fidei. Initium ſalutis noſtræ deo miſerante habemus, ut acquieſcamus ſalutari inſpirationi,noſtræ poteſtatis eſt. Vt adipiſcamur, quod acquirendum monitione cognouimus, diuini eſt muneris: ut non labamur iam adepto ſalutis munere, ſolicitudinis noſtræ eſt, & cœleſtis pariter adiutorij: ut labamur poteſtatis noſtræ eſt, & ignauiæ. In his uerbis quatuor inſinuantur ſcilicet inuitare, acquieſcere, adiuuare, permanere. Primum eſt inſpirationis dei. Secundum libertatis arbitrij. Tertium muneris diuini. Quartum ſolicitudinis noſtræ pariter,& diuini adiutorij. ¶ Et clariorem declarationem quid boni poſsit liberum arbitrium ſine gratia: notat quæſtio ultima huius diſtinctionis, quòd aliquod opus tripliciter poteſt dici bonum. Vno modo dicitur aliquid bonum ſimpliciter, quod eſt bonū ordi-

liberum arbitriū pōt reſiſtere diabolo, ſed non eum uincere ſine gratia.

natum ad finem, & tale eſt bonum meritorium. Et in huiuſmodi bonum non poteſt liberum arbitrium lapſum abſq; auxilio gratię gratum facientis. Secundo modo aliquid dicitur bonũ, ex hoc, ꝙ aliquo modo de cõgruo diſponit ad bonum ſimpliciter: & tale eſt bonum, quod fit extra charitatem, nihilominus tamen cum recta intentione. In tale nõ poteſt liberum arbitrium abſq; munere gratiæ gratis datæ per quod illuminetur, dirigatur, & excitetur, ut uelit facere aliquid, quod ſit deo placitũ. Illud bonum ſecũdo modo, ut uidetur, eſt bonum extra charitatem factum. tamen in finem ordinatum: quia recta intentione factum. Tertio modo dicitur aliquid bonum, quod eſt ad finem ordinabile ex ſe: quia tranſit ſuper materiam debitam: ſicut paſcere eſurientem: ſeu ex debita circumſtantia ſuperaddita. ſ. temporis, & loci, & opportunitatis. Ad illud genus boni cõplendum, etſi gratia gratis data ſit neceſſaria ad hoc, ꝙ fiat faciliter: circũſcripto tamen omni munere gratię, & libertatis arbitrij relicto in puris naturalibus per naturale iudicatorium. i. rationem diſcernentem, & inſtinctum poſſet in tale bonum deo cooperãte: ſicut cooperatur in alijs creaturis. Nam ſine primo agente nullum agens poteſt agere: & ſic liberum arbitrium ſola dei cooperatione abſq; aliquo munere gratię, licet difficulter, poteſt exire in aliquod bonũ morale. ¶ Per illud tamẽ nec diſponitur ad gratiam, nec ad gloriam: quia non eſt in finẽ ultimum ordinatũ: ſed ordinabile. In bonum autem quod ducit in bonum perfectum ſiue merito congrui, ſiue merito condigni, non poteſt abſq; dei auxilio. Si uero liberum arbitrium in ſolis naturalibus ſuis relinquatur, adhuc remanebit ei rationis iudicium: per quod cognoſcet parentes eſſe honorandos. Et per hoc poteſt cognoſcere ſic cognitum: & cum habeat naturalem inſtinctum. i. uoluntatem: poteſt etiam uelle: & cum habeat exteriora organa ſibi ad hoc ſeruientia, poteſt opere implere: ſed prout illud facit iudicium rationis rectẽ abſq; munere gratiæ, nõ dirigit ad obtinendum finem, qui eſt deus, & mercedem æternæ beatitudinis, quam noſſe non põt, niſi deus reuelet. Et propterea dicũt ſancti, ꝙ nec cogitare, nec uelle, nec facere põt abſq; iuuamine diuinæ gratiæ: quia loquũtur de bono ſecundũ ꝙ eſt ordinatũ ad aſſequendã beatitudinẽ. ¶ Si aũt intelliguntur auctoritates de alio bono, tunc noĩe gratię, nõ eſt intelligendus aliquis habitus ſuperadditus naturalibus, ſed gratuita dei influentia per quam cętera conſeruat, & adiuuat, ut compleat operationes ſuas. Sic intelligitur illud Io. xv. Sine me nihil poteſtis facere. Et illud Eſa. xxvj. Omnia opera noſtra operatus es nobis domine, & ſimilia. ¶ Patet ergo ex prędictis quantum ſit neceſſaria libero arbitrio gratia gratum faciens: quia ſine ea nec poteſt a peccato reſurgere, nec aduerſarium uincere, nec mãdata dei adimplere quãtum ad intentionem mandãtis. Patet nihilominus quantum ſit neceſſaria gratia gratis data: quia ſine ea non poteſt liberum arbitrium ad gratiam gratũ facientem ſe diſponere. Non poteſt etiã omni tentationi reſiſtere, nec poteſt in aliquod bonum quantuncunq; modicũ ordinatum ad ſalutem. Et licet poſsit in aliquod bonum morale, uix aut nũquã faceret niſi malum propter peccati originalis corruptionem. Hęc ſanctus Bonauen. ¶ Ex quibus hoc breuiter colligitur ſecundum hunc doctorem: ꝙ liberum arbitrum non poteſt facere actũ meritorium ſine gratia gratum faciente: neq; actum non meritorium ordinatum tamen in finem ultimum, qui eſt deus, ſine gratia gratis data quę eſt habitus, uel bonum creatum. Actum uero moraliter bonum (non tamen in finẽ, qui dictus eſt, ordinatum, ſed ordinabilem) poteſt agere ex ſuis naturalibus ſine gratia, quę eſt donum creatum naturalibus ſuperadditum: non tamen ſine cooperatione diuina, eiuſq; generali influentia: quia tanquam cauſa prima cum quocunq; agente ſecundò cõcurrit ad



ſit ad omnẽ effectũ poſitiuũ. Et ex hoc patet, quantum & in quibus concordat cum opinionibus ſupradictis. Quas pro tanto recitare uolui ſub compendio: ut de materia tam neceſſaria aliorũ ſentẽtiæ non laterent. ¶ Quibus præmiſsis pro quęſtionis abſolutione: primò præmittentur aliqua notabilia: deinde concluſiones ſecundum opiniones Scot. & Ockam. Tertiò mouenda ſoluentur dubia.

Arti. 1. Not. 1. D

¶ Quantum ad primum notandũ, ꝙ differentia eſt inter actũ bonum meritoriẽ: & actũ bonũ moraliter. Actus meritorius (loquendo de merito uitæ ęternę) eſt actus a uolũtate elicitus liberè a deo ad præmium beatificum acceptatus: & hic ſecũdum legẽ dei ſtatutam requirit gratiam gratum facientem tanquam ſui partiale principium, de quo dictum eſt diſtinct. xxvij. & in præcedentibus. ¶ Actus moraliter bonus (quantum hic ſufficit) eſt actus a uoluntate liberè elicitus ſecundum dictamen rectę rationis, conformiter ad diffinitionẽ uirtutis philoſophi. ij. Ethicorum. Nam & actus moraliter bonus eſt actus moraliter uirtuoſus. Elicitur autem actus ſecundum dictamen rectæ rationis: qui elicitur propter hoc, ꝙ ratio ſic dictauit, ut infra diſtinct. xxiij. quæſt. j. in tertio amplius patebit. Vnde ſi actus aliquis eliceretur conformiter dictamini rationis quantum ad omnes circumſtãtias, quas ratio dictaſſet, non tamen qa rõ ſic dictaſſet, ſed caſu uel propter delectationem: uel quia elicuiſſet, etiam ſi ratio non dictaſſet: aut ſi aliter dictaſſet, non eſſet actus ille bonus moraliter, ſed bonus tantum ex genere. Vnde ut recitat Ockam in. j. par. dia. lib. vj. cap. lxxix. Actum aliquem contingit tripliciter exerceri. ſicut paſcere pauperem, dicere ueritatem, uel propter deum, uel quia dictatur a ratione recta, uel propter aliquod bonum utile, uel delectabile conſequendum, aut incommodum, uel periculum uitandum. Actus tertio modo eliciti ſeu producti dicuntur boni ſecundum genus, uel ex genere, pro quanto cadunt ſuper debitam

Actus aliquis tripliciter exercetur.

materiam, aut ſeruantur aliquæ circumſtantiæ loci, uel temporis: aut forte elicitur abſolutè ſine omni circumſtantia. Hi tamen actus non ſunt uirtuoſi, neq; perfectè, neque imperfectè: neq; ex eis generantur uirtutes: nec ipſi generantur ex uirtutibus: immo quandoque sũt uitioſi, ut quando ambitioſus dat elemoſynam, aut loquitur ueritatem, ut honoretur, & laudetur, uel auarus ponens euangelium in quæſtum: ſicut de hypocritis dominus loquitur, qui omnia ſua faciunt, ut honorentur ab hominibus, uel pecunias acquirant, aut infamiam uel confuſionem temporalẽ euadant. Actus uero primis duobus modis eliciti ſunt uerè uirtuoſi, & habitus eis correſpondentes ſunt uerę uirtutes, ſed primi perfecti, ſecundi imperfecti. Primum patet: quia uterq; elicitur ſecundum dictamen rectę rationis quantum ad finem, & omnes circumſtantias. Et propter hoc, quia dictatum eſt ſic a ratione: & quia habens eum non compatitur ſecum aliquem actum uitioſum, & culpabilem, habet etiam ſecundum cordis præparationem omnem actum uirtuoſum, & uirtutem. Secundum patet: quia actus primi ordinantur in finẽ perfectiorem, propter quem eliciũtur, quã ſecundi: multo enim perfectius eſt agere propter deum, qui eſt ſummum bonũ, & ęternam felicitatẽ, quã propter amorẽ uirtutis honeſtatis: aut propter cõmunẽ pacẽ naturę uel reipublicę conſeruationẽ temporalẽ, & perfectius eſt agere propter deũ, quã propter hoc, ꝙ recta ratio ſic dictat: ꝓ quãto deus perfectior eſt recta rõne: uterq; tamẽ finis honeſtus eſt, & bonus. Et ſecundũ hoc diſtinguit triplex bonum. ſ. bonum meritorium, bonũ morale, & bonũ ex genere. Primũ nunquã eſt ſine charitate, & gr̃a. Secundum nõ ſine uirtute, a qua procedit, uel quam generat. Tertium inuenitur ſine utroq;. ¶ Sed diceres. Actus ſecundus non eſt uirtuoſus, immo uitioſus. igitur. Aſſumptum probatur: quia deficit ibi circumſtantia debiti finis ultimi, quę ẽ principaliſsima. igitur

Triplex bonum.

E

non eſt bonus uirtuoſè. Tenet cōſequētia: quia bonum eſt ex cauſa integra, & defectus cuiuſcunq; circumſtantiæ reddit actum non bonum; ut uult philoſophus. ij. Ethic. Item, ꝙ ſit uitioſus probatur: quia ille actus elicitur propter aliquod citra deum amatum propter ſe p̄ciſè, & omne tale amatur, tanquam ultimus finis: & per conſequens ſic eliciēdo uoluntas fruitur creatura, quod eſt tota peruerſitas ſecūdum Beatum Auguſt. lib. lxxxiij. q. ¶ Reſpondetur ad primum, ꝙ non omnis defectus circumſtātiæ facit actum non bonum moraliter: ſed defectus circumſtantię neceſſariò requiſitę ad bonitatem moralē: nunc autem circūſtantia ultimi finis in actu nō requiritur ad bonitatem moralē, hoc ē non requiritur, ꝙ actus bonus moraliter ſemper referatur actualiter in deū, qui eſt finis ultimus: quia aliquid citra deum eſt eligibile propter ſe, & illud poteſt benè, & moraliter diligi: & propter ipſum aliquis actus elici: & non actualiter propter alium finem. Defectus ergo circumſtantię requiſitę ad bonitatem moralem facit actum elicitū nō bonū, non tñ neceſſariò malū: ſed ſi eliciens actū, tenetur ꝑ tunc ad aliquā circūſtantiā, tunc omiſsio eius reddit actū nō ſolū non bonū; ſed etiā malū, & uitioſum: ſicut cū tenetur mereri: uel ſe ad gratiā diſponere: tunc tenetur actum illū, quo mereri tenetur, uel ſe diſponere, elicere propter deum tanquam finem ultimum ſupra omne amatū: nō autē tenetur ad hoc in omni ſuo actu: alioquin nullus eſſet actus indifferens, & exiſtens in charitate, ſi proximum ſalutaret ex ciuili amicitia, ſi patrem honoraret ex naturali pietate, ſi pauperi benefaceret ex humana compaſsione, non actualiter cogitans de fine ultimo, uitioſè ageret, & mortaliter peccaret: ſemp enim deficeret circumſtātia finis ultimi. ¶ Ad ſc̄dm dicitur: negādo ꝙ omne, quod amatur propter ſe, amatur tanquā ultimus finis. Nā illud amatur propter ſe, ꝙ amaretur ſi nihil aliud oſtēderetur uoluntati, tūc autem amatur aliquid tanquam ultimus finis, quando acceptatur tanquam omni alio magis amādum. Poteſt ergo bonum honeſtum (puta uirtus) amari, nō cogitato ultimo fine: & ita amari & appeti propter ſe: & tamen non appeti tanquam aliquod ſummum; & quocunque alio magis appetendum. Et talis actus eſt medius inter uſum, & fruitionem: ut declarat Ockam. quæſt. j. diſtinct. j. lib. j. Hoc etiam oſtendit philoſophus. j. Ethic. ca. vij. ubi oſtendit aliqđ eligibile (haud dubium quin ſecundum rectā rationē) propter alia tantum, alia propter ſe tantum: & nullo modo propter aliud alia propter ſe: & etiā ꝓpter alia. unde exemplificans dicit. Honorem uero, & uoluptatem, & intellectū, & enim uirtutem eligimus quidem propter ſeipſa, nullo enim adueniēte, eligeremus utiq; unumquodq, ipſorum: eligimus autē et fęlicitatis gratia, per hoc ſuſpicantes fęlices fore: fęlicitatem nullus eligit horū gratia neq; omnino propter aliud. De hoc in primo diſtinct. j. ¶ Ex quo patet, ꝙ aliquid, ꝙ non eſt finis ultimus eſt diligibile propter ſe, & hoc ſecūdū rectā rationem: alioquin & fęlicitas ipſa, quę deus eſt, eligi poteſt ꝓpter aliud ſecūdum rationem peruerſā: ſicut de peccatoribus dicit propheta. Confitebitur tibi, cum benefeceris ei. pſal. xlviij. Diligens ergo uirtutem propter ſe, eligit conformiter rationi rectę, & propter hoc uirtuoſè agit.

*Not. 2, F*

¶ Secundò notandum, ꝙ cum loquimur de puris naturalibus, non excluditur generalis dei influentia, quę ut cauſa prima cōcurrit cum agente ſecundo ideſt agēte creato ad omnem actum poſitiuum. Siquidē nullus actus poſitiuus (immo nec peccatum quantum ad id, ꝙ in eo poſitiuum eſt puta actū licet deformē) perfici poteſt deo tāquam cauſa prima non coagente: plus enim influit cauſa prima in effectum, quā quæcunq; cauſa ſecunda: ut uult Proculus lib. de cauſis. Sed per pura naturalia intelligitur animæ natura ſeu ſubſtantia cum qualitatibus, & actionibus conſequentibus naturam, excluſis habitibus, ac donis ſupernaturaliter a ſolo deo infuſis. Vnde ſi deus infunderet donum aliquod naturaliter acquiſibile, ut puta ſcientiā alicuius propoſitionis naturaliter demonſtrās, iam anima ipſa ſic dotata nō eſſet in puris naturalibus, haberet enim ſcientiam ſupernaturaliter infuſam, licet eadem potuit naturaliter fuiſſe acquiſita.

*Not: 3. G*

¶ Tertiò notandum, ꝙ cum quæritur utrum liberum arbitriū poſsit ſine gratia peccata mortalia cauere: non eſt intelligendum de peccatis commiſsis, ſed tantum de committendis. Nam peccatum commiſſum, quantum ad maculam, & reatum permanet tranſeunte actu peccati, quouſque fuerit deletum per pœnitentiam: non autem poteſt deleri per pœnitentiam ſine infuſione gratię. Sic ergo reatus ille, qui deleri nō poteſt poſt peccatum commiſſum niſi per gratiam, caueri non poteſt ſine gratia: hoc tamen non eſt propter naturalem oppoſitionem gratiæ, & culpę. quia non erant immediatè oppoſita in ſtatu innocentiæ: tunc enim potuit homo eſſe in puris naturalibus ſine gratia, & ſine culpa. Nec etiam per comparationem ad potentiam facientis: quia qualem poteſt deus facere uoluntatem, talem poteſt eam reparare, poſtquam peccauit, & uoluntas de ſe poſſet eſſe ſine peccato, & gratia. Sed illa oppoſitio immediatè tantum eſt ex lege uniuerſali diuina: quia nullo modo remittitur inimicitia, niſi fiat non tantum non inimicus, ſed amicus per gratiam gratū faciētem acceptus: hoc eſt dictu: ꝙ deus ſtatuit nulli ignoſcere culpā, quin infundat ſibi gratiam, per quā reddatur amicus dei. Sed eſt ſenſus q̄ſtionis. Vtrum peccator carens gratia, poſsit ſine gratia cauere omnia, & ſingula mortalia ex ſuis naturalibus noua: ita ꝙ non incidat noua mortalia, niſi gratia adiuuetur.

*Not. 4. H — Impletio præceptorū duplex.*

¶ Quartò notandum, ꝙ impletio præceptorum dei dupliciter accipi poteſt. Vno modo quantum ad ſubſtantiā actus pręcepti: ſic audiēs miſſam in die dominica, ſubueniens parentibus, dans eleemoſinam in extrema neceſsitate conſtituto etiam quacunq; intentione hoc faciat, implet præceptum faciendi actum præcepti. Alio modo fit impletio præcepti, quantum ad intentionem præcipientis: intendit autem deus præcipiens in omni præcepto, ut illud obſeruando mereamur ad uitam ęternam ingredi: ſecundum illud Mat. xix. Si uis ad uitam ingredi, ſerua mādata.

*Arti. 2. Cōcl. 1. I*

¶ Quātum ad ſecundum articulum eſt hęc prima cōcluſio. Liberum hominis arbitriū ex ſuis naturalibus ſine gratia elicere poteſt actum moraliter bonum. Probatur: quia intellectus ex ſuis naturalibus poteſt cognoſcere, & iudicare bonum iuſtum, & honeſtum eſſe faciendum, ac malum fugiendum propter finem naturalem. ſ. uirtutis amorem, & honeſtatis. Et huic iudicio poteſt ſe uoluntas conformare eliciendo actum bonum propter naturalem honeſtatē, aut iuſtitiā: & actus ſic elicitus eſt bonus moraliter, ergo concluſio uera. Conſequentia nota. Maior patet: quia principia practica ita inſerta ſunt naturaliter intellectui, ſicut ſpeculatiua: ergo utriſq; intellectus naturaliter aſſentit tanquam per ſe notis, & euidentibus: ſed iuſtū, & honeſtū eſſe faciendū, oppoſitum fugiēdum ꝓpter finē naturalē, ſunt principia practica: igitur eis intellectus ſuis naturalibus poteſt aſſentire. Minor probatur: quia uoluntas ex ſua libertate poteſt ſe conformare dictamini rectæ rationis, & elicere actum cōformiter illi. Quòd autem actus ſic elicitus ſit moraliter bonus: patet ex notabili præmiſſo. ¶ Item uoluntas ex ſuis naturalibus poteſt ſe diſponere (faciendo quod in ſe eſt) ad gratiæ ſuſceptionem, non autem ſic diſponit ſe per actū difformē rationis dictamini: ergo ꝑ actū cōformē, ille autem erit moraliter bonus.

*Cōcl. 2.*

¶ Secunda cōcluſio. Liberum arbitrium ex ſuis naturalibus ſine dono gratię pōt quodlibet peccatum mortale nouum cauere. Probatur illa concluſio, & dependet ex priori: nam intellectus ex ſuis naturalibus poteſt rectè circa agenda deliberare, rectitudine morali, & uolun-

tas ſua libertate poteſt ſe illi conformare: conformando autem ſe dictamini rectę rationis, non peccat de nouo. Item circa quodlibet agibile uoluntas aut eſt libera, aut non. Si primum poteſt in utrũque oppoſitorum, & ita agere, uel non agere: & per conſequens illud oppoſitorum, quod peccatum eſt cauere. Si non eſt libera, & iam peccare non poteſt in eo, quod non eſt in ſua poteſtate ſecundum Beatum Auguſt. iij. de lib. arbi. dicentem: ꝙ peccatum eſt ita uolũtariũ: ꝙ ſi nõ eſſet uoluntarium, nõ eſſet peccatum. Et Beatus Hiero. in expoſitione fidei. Qui dicit deum prȩcepiſſe impoſſibilia: anathema ſit. Suo modo pro-

Cõcl. 3. batur de peccato omiſsionis. ¶ Tertia cõcluſio. Homo per liberum arbitrium ex ſuis naturalibus poteſt diuina præcepta quoad actus ſubſtantiam implere, ſed nõ ad intentionem præcipientis, quæ eſt conſecutio ſalutis noſtræ. Prima pars patet: quia poteſt honorare parentes, audire miſſam, dare eleemoſinam in articulo neceſsitatis ex naturali honeſtate, aut pietate non ordinando in deum tanquam in finem, & ita nõ ex gratia. Secunda pars patet: quia ad finem ſeu intentionem præcipientis nullus agere poteſt ſine gratia. Ad hunc enim finem nõ agitur niſi per opera meritoria, quæ

Arti. 3. Dub. 1. L præſupponunt gratiam. ¶ Quantum ad tertium articulum eſt primum dubium contra concluſionem ſecundam. Nam uidetur, ꝙ uoluntas non poteſt cauere quodlibet mortale ſine gratia. Quod ꝓbatur: quia tenetur aliquando diligere deum ſuper omnia, iuxta præceptũ primum, & maximum a quo pendet tota lex, & proph. Mat. xxij. Et ideo omiſsio huius actus non poteſt ſemper eſſe ſine mortali, quandocunq; autem uoluntas huius præcepti actum exequitur: licet informiter, diſponit ſe ad gratiam gratum facientem de congruo, quę ſtatim, & ſimul tempore infunditur, & ita nõ poteſt ſine gratia actum huius præcepti elicere, quo caueret peccatum omiſsionis. Reſpondetur ad hoc dubium poſt Sco. diſtinct. præſenti: ꝙ licet in cauſa dubii non cauetur peccatum ſine gratia, quia actus dilectionis dei ſuper omnia eſt diſpoſitio ultimata, & ſufficiens de congruo ad gratiæ infuſionem, qua exiſtente, ſimul tempore gratia infunditur: hoc tamen non eſt propter impotentiam liberi arbitrij abſolutė: poſſet enim actum dilectionis dei ſuper omnia elicere ex ſuis naturalibus etiã ſi gratia non infunderetur: ſed eſt ex liberalitate dei grãm liberaliter infundẽtis lib. arb. aliquater benė diſpoſito. Etiã actus ille tanquã diſpoſitio præcedit gratiæ infuſionem natura: etſi non tempore. Et ideo non requiritur gratia ad eliciendũ actum illum, quo diſponitur ad ſuſcipiendum gratiam ſimpliciter: ſed ſuperadditur actui tanquam præuiæ diſpoſitioni, qua ſubiectum diſponitur ad ſuſceptionem gratiæ. ¶ Dubitatur ſecun-

Dub. 2. M dò contra concluſiones ſimul. Nam ſi homo ex ſuis naturalibus poſſet moraliter benė agere, & ad gratiam ſe diſponere, peccata cauere, & præcepta implere, fruſtra & inanes eſſent præces eccleſiæ, quibus oratur pro uictoria in tentationibus, pro fuga uitiorum, pro continentia, pro temperantia, pro cęteris uirtutibus, pro peccatorum obedientia, pro periculorũ amotione, & ſimilibus. Fruſtra ergo docuiſſet nos orare ueritatis magiſter Chriſtus clauſulas illas. Sanctificetur nomen tuum: fiat uoluntas tua, panem noſtrum &c. Matt. vj. Et ne nos inducas, &c. Fruſta etiã oraſſent ꝓphetæ & Apoſtoli: inmo & Chriſtus ipſe pro diſcipulis ſuis Io. xvij. Pater ſancte ſerua eos in nomine tuo, quos dediſti mihi, ut ſint unum, ſicut & nos unũ ſumus, ſi ipſi ex naturalibus ſuis ſeruare ſe poterant. Similiter & propheta. Deduc me domine in ſe. mã. tu. Inclina cor meum in teſti. tua & non in aua. Auerte oculos meos, ne uideant uanita. & ſimilia innumera. Probatur tamen conſequentia per Beatum Aug. in de natura & gratia. c. xviij. Quid ſtultius, quam orare, ut facias, quod in poteſtate tua habes. Et in epiſtola contra Vitalem hęreticum epiſtola. cvij. Prorſus, inquit,

non



non oramus deum: ſed orare fingimus; ſi noſipſos non illum credimus facere, oramus: prorſus nõ deo gratias agimus: ſed agere nos fingimus. Si unde illi gratias agimus, ipſum facere non putamus. Et in de perfectione iuſtitiæ. cap. xxj. Præcepta, inquit, dei ut fierent, nec iuberentur: ſi nihil ibi noſtra uoluntas ageret, nec oraretur, ſi ſola ſufficeret.

¶ Ad hæc omnia poſſet planė reſponderi, ꝙ hæc omnia, quæ dicta ſunt, orat eccleſia. orant & prophetę fideles: nõ ut dentur ſimpliciter: ſed ut dentur eo modo, quo nobis proficiunt ad uitam æternam. Sic autem ea habere non poterit uolũtas ex naturalibus ſuis, ex quibus non poteſt mereri uitam æternam: nec pro alijs orare licet niſi ſub hac cõditione, & hoc fine. Et illo modo nihil habere poſſumus niſi a ſolo deo. ¶ Poteſt tamen & aliter reſponderi. Pro quo aduertendum, ꝙ multa operatur deus ſupernaturaliter, quę limites naturę nõ excedunt. Sic Apoſtolis ſcientiam multarum ueritatum naturalium, quam naturaliter acquirere potuiſſent, infudit. Sic nonnullos ſanauit ab infirmitatibus, a quibus naturaliter mederi potuiſſent. ſicut ſocrum Simonis a febribus. Matthei. viij. Mar. j. & Lucæ. iiij. Sic ſatiauit. 5000. de paucis panibus: qui etiã naturaliter cibo ſũpto ſatiari potuiſsẽt. Ioan. vj. Et ita de alijs multis. Vnde qui naturæ agendi uirtutem dedit, ſuam tñ operandi potentiã nõ minorauit. ¶ Se-

N cundò cõſiderandũ, ꝙ licet uolũtas humana ſit libera, ut cogi nõ poſsit: ut ſup. diſt. xxv. poteſt tamen modis uarijs ad uaria uolẽda, aut nolẽda inclinari, trahi & perſuaderi, quibus etſi non neceſsitatur: nonnunquam tamen non niſi cum magna difficultate reſiſtit. Licet enim naturaliter inclinatur ad bonum: tamen frequenter ſeducitur nunc errore intellectus operante malorum ſatore diabolo. nunc illecebra ſenſus, cui coniuncta naturaliter eſt inclinata: nunc terroribus, aut blandimentis ſeculi circumſtantibus, quæ omnia ad malum trahunt. Quis enim fraudes, & fallacias ſpiritualium nequitiarum diaboli ſcilicet mille artificis, eius quoque tentationes occultiſsimas deprehendere. Quis ſe de pugna ſenſualitatis continua ſuſtinere, & a carnis inclinatiõe ſẽper auertere. Quis totuplices mundi laqueos euadere poteſt. Huc accedit, ꝙ peccato originali uulnerata eſt uoluntas in ſua naturali potentia: ita, ꝙ licet ſimpliciter ſit libeta: tamen prona eſt ad malũ ab adoleſcentia. Gen. viij. Propter ſenſualitatis rebellionem, & rationis errorem: de quo. j. Ethi. prope finem. Rectė enim ad optima deprȩcatur ratio: uidetur autem aliquid præter rationem innatum: quod aduerſatur rationi, ipſa. ſ. ſenſualitas. De quo & Apoſtolus Roma. vij. Video aliam legẽ in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quę eſt in membris meis. Et ad Gal. v. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem: hęc enim ſibi inuicem aduerſantur, ut non quæcunq; uultis, illa faciatis. Propter hæc uoluntas mutabilis eſt, & inſtabilis: & ex peccati fomite infirma, ac uulnerata, prona ad malum, difficilis ad bonum. Vnde Beat. Bern. ſermo. vij. de aduẽtu domini, qui incipit. Si deuotė. Triplici, inquit, incõmodo miſerabiliter laboramus, nam faciles ſumus ad ſeducendum, debiles ad operandum, & fragiles ad reſiſtendum. Si diſcernere uolumus inter bonum, & malum, decipimur: ſi tentamus facere bonum, deficimus: ſi conamur reſiſtere malo, deijcimur, & ſuperamur. Ideoque in adiutorium uoluntatis, ut delectabiliter, & expeditė, ac faciliter uelit, cooperantur habitus infuſi, & acquiſiti. Ad hoc etiã ordinauit dominus angelicam cuſtodiam contra tot laqueos fraudes & inſidias: ut ſupra habitũ eſt diſtin. xij. Nec tamen ſuas deponit deus ſuper nos uigilias: quoniã ipſi cura eſt pro nobis. j. Petri. v. Propter quod, ut dicit ſanctus Bonauentu. & eſt ſupra allegatum. Vix enim aut nunquam liberum arbitrium deſtituitur omni gratia gratis data. Et ideo licet libera ſit ad uolendũ, ac nolẽ-

dum quodlibet ſibi præſentatum: rarò tamen bonum uellet: rarò ſe ad deum conuerteret: rarò ſe a delectationibus carnis, & mentis inordinatis abſtraheret: rarò ſe ſupra ſe in finẽ ultimũ eleuaret. Multò magis ad ſe recuruata ſuũ commodum quæreret: ſeq; finem ſuum in omnibus conſtitueret: tot difficultatibus, & laqueis conuoluta: niſi ſpecialiter dei fideli auxilio ſuſtentata. Fidelis enim deus, qui non permittit hominẽ tentari ſupra id, quod poteſt, ſed facit cum tentatione prouentum, ut poſſit ſuſtinere. j. Cor. x. Orandus igitur eſt deus in omnibus operibus noſtris: ut rationem illuminet, ne erret: uoluntatem refrenet, ne rationi diſſentiat: executiuas potentias confortet, ut imperata opere perficiant: inimicorum fraudes ſubmoueat, ne irretiant: feritatem coibeat, ne præualeant. Mala cuncta remoueat: cunctaq; tribuat bona. Nemo quippe ſua induſtria tot corporis pericula euaderet: quantò minus animæ. Ideoq; ab oratione ceſſandum non eſt: nec a gratiarum actione pro continuis beneficijs dei, quibus miſericorditer nos reſpicit fouet, & cuſtodit. ¶ Per hoc ad argumenta dicitur, ꝙ preces caſſę non ſunt, de quibus arguitur: quoniam etſi multa poteſt liberum arbitrium ſine gratia: rarò tamen uel nunquam operatur ſecundum ultimũ ſuę potentię propter difficultates, & impedimenta prętacta. ¶ Ad beatum Auguſtinum. Ad primam dicitur, ꝙ uerũ eſt, quando æquè eſt in poteſtate orantis ſine adiutorio eius, qui oratur, ſicut cum adiutorio. ¶ Sic ad ſecundam Auguſtini auctoritatem, quæ, ut iacet, uera eſt. Fictè enim orat, & gratias agit, qui non deum credit conferre: ſed a ſe habere, quod orat: & fictè gratias deo agit, qui id pro quo agit, a deo ſe recepiſſe non credit. ¶ Ad tertiam: prima pars eſt pro cõcluſione. Secunda pars intelligitur ut prima auctoritas: ſi ſola uoluntas æquè ſufficeret ſicut cum adiutorio diuino. Sic dicit Bonauen. ubi ſupra, ꝙ licet quędam poſſit ſimpliciter noſtra uoluntas ex ſuis naturalibus: tamen ut poſſit faciliter, expeditè, & delectabiliter requirit gratiæ alicuius donum, ſiue aſſiſtentiam dei ſpecialem. ¶ Tertiò dubitatur. Cum uoluntas ſit libera: habeatq; uelle, & nolle in plena ſui poteſtate: quomodo quoad illos actus interiores elicitos poteſt difficultari, ut minus liberè eliciat. Eſt enim libertas eſſentialis uoluntatis, ut nec poſſit intendi, nec remitti. Libertas dico a coactione: ut ſupra diſ. xxv. uiſum eſt: difficultas autẽ minuit libertatem. Reſpondetur, ꝙ difficultas in eliciendo actum ex pluribus cauſis prouenit. Quandoq; ex appetitu ſenſitiuo ad contrarium ei, quod ratio dictat inclinato, cui propter potentiarũ colligantiam uoluntas delectatur, concordat, & cum triſtitia ei ſe difformat: ut. ij. Ethi. c. ij. Difficile eſt conterere paſſionem concorporatam uitæ. Loquitur ibi philoſophus de paſſione delectationis, quę in nobis a puero connutritur, ad quod faciunt allegata pręcedenti dubio ex apoſtolo Et philoſophus de contrarietate ſenſus, & ſpiritus. ¶ Difficultat autem paſſio obuia uoluntatem dupliciter. Vno modo rationem obnubilando, ne rectè iudicet, qua errante uoluntas recta eſſe nõ poteſt. Vnde. ij. Rheto. dicit philoſophus. Non eadẽ uidentur amantibus, & odio habentibus: neq; iratis, & manſuetè habentibus. Vnde Boetius primo de conſola. met. vij. Nubila mens eſt, uinctaq; frenis, hæc ubi regnant. Loquitur de quatuor paſſionibus gaudio, dolore, ſpe, & timore. Alio modo delectationem, aut triſtitiã noxiam uolũtati ingerendo: nata eſt. n. uoluntas appetitui ſenſitiuo condelectare, & contriſtari: ut dictum eſt. Contrarieti autem inexiſtenti delectationi: & conari a triſtitia difficultatem facit: ſicut econuerſo conari ad delectabilia promptitudinem affert. Vnde. x. Eth. c. vij. Coauget enim ait philoſophus operatione propria, uel aliter in opere proprio delectatio: confirmat, & meliorem ac diuturniorem facit: alienæ uero officiũt. Corrũpunt autẽ operationẽ pro-

Dub. 3.
O

Paſſio obuia difficultat uolũtatẽ.



priæ triſtitię: & cętera, quæ ibi ſequuntur. Quandoq; difficultas oritur ex habitibus uoluntatis in cõtrariũ inclinationi: ut uoluntas habituata in uitio difficultet, elicit actum iuſtitię propter inclinationem contrariam habitus uirtuoſi. Quandoq; propter errorem intellectus. ut ſup. De his duobus dicitur. iij. Ethicorum. c. ij. Et difficile quãdoq; iudicare quale pro quali eligendum: & quid pro quo ſuſtinendum. hoc quoad intellectum. Sequitur. Adhuc difficilius immorari cognitis quoad uoluntatem. Quandoq; etiã oritur difficultas propter paſſionem uoluntatis. Difficile eſt enim odienti bene uelle inimico. & difficile eſt manſuetè agere iracũdo.

P ¶ Per hoc ad formam dubij reſpõdetur, ꝙ uoluntas non põt difficultari quantũ ad magis & minus liberè elicere. quoniam ut argutum eſt: libertas eſt eſſentialis uoluntati: & uolũtas omnes actus ſuos æquè liberè elicit. Difficultas itaq; non opponitur libertati in eliciendo: ſed facilitati. Poteſt enim uolũtas ſimpliciter impediri ne eliciat: ut in phræneticis: quãdo ſcilicet ratio ligatᷓ, cuius actum uoluntas præſupponit ſuo actui: non autem poteſt impediri ut eliciens non liberè eliciat. Difficultas igitur in eliciendo non minuit libertatem: quia ita elicit actum, ꝙ omnibus eodem modo ſe habẽtibus, habet in poteſtate ſua elicere, & non elicere: ad ſenſum ſupra expreſſũ diſt. xxv. ſed minuit delectationem in eliciendo, & promptitudinem. Et ideo quantũcũq; creſcit difficultas, nũquã aufert libertatem: ſed benè tollit delectationem, & promptitudinem: & per hoc frequenter mutat uoluntatẽ, ut deſinat uelle, quod uoluit ſublata delectatione: aut incipiat uelle, quod noluit accedente metu, uel triſtitia: ſemper tamen manet libertas in uolendo, & nolendo. Et tantum de quæſtione.

## DISTINCTIO. XXIX.

POSTQVAM magiſter determinauit de gratia quantum ad ſtatum naturę hominis lapſę: in hac diſt. xxix. agit de eadẽ gratia quantum ad ſtatum naturæ integræ inueſtigans an homo ante peccatũ eguerit gratia, ac uirtutibus: annectẽs de pœna expulſionis de paradiſo, quam incidit per peccatũ. Et poteſt ſententia textus in his tribus concluſionibus colligi. ¶ Prima concluſio. Homo in ſtatu innocentiæ gratia, & uirtutibus ad liberationem ſui a peccato non indiguit: ſed ad operis boni efficaciam, & meritorũ carere nõ potuit. ¶ Secunda concluſio. Homo peccati demerito eiectus de paradiſo ne indignus ſumeret de ligno uitę per angelicum miniſterium, & cuſtodiã igneam in ipſum prohibitus eſt redire. ¶ Tertia concluſio. Licet Adam in ſtatu innocentiæ comederit de ligno uitæ ſecundũ quorundam opinionẽ: quia tamen eius uſum non habuit, nõ obtinuit immortalitatem. Harum declaratio patet in textu.

## QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionẽ quæritur. Vtrum homo in ſtatu naturæ integræ gratiã habuit, qua æque efficaciter, ſicut poſt lapſum mereri potuit. A

¶ Pręmiſſis notabilibus ponenᷓ concluſiones cum ſuis ſolutionibus dubiorum. ¶ Quãtũ ad primũ aduertẽdũ, ꝙ dicẽda intelligi debẽt de gratia gratũ faciẽte. Arti. 1. Et licet ſecundũ potentiã dei abſolutã talis gratia nõ ſit ſimpliciter neceſſaria ad meritũ: ita ꝙ poſſe mereri ſine gratia includat contradictionem: ut oſtenditur in primo diſt. xvij. & ſupra tangitur diſtinct. xxvij. Tamen ſecundum legem ſtatutam impoſſibile eſt mereri ſine gratia in quocunq; ſtatu. Cuius rei congruitates quatuor aſſignat

ſanctus Bona.q.ij. huius diſt.quæ ſumũ
tur ex conditione retribuentis,& retri
butionis : operantis,& bonę operatio-
nis.Primę duæ reſpiciũt ſtatum naturæ
integræ. Omnes autem quatuor reſpi-
ciunt ſtatum naturæ lapſæ. ¶ Ex prima
conditione retribuentis:quoniam ipſe
deus bonorum noſtrorum nõ indiget,
ideo nec acceptat hominẽ propter opẽ
ra,tanquã aliquid ſibi conferentia: nec
aliquod meritum ipſum obligare poteſt
in ratione dati,& accepti,ideo ad hoc,
ꝙ aliquod bonum creaturę ſuę ad remu
nerandum deo complaceat: neceſſe eſt
ut ipſius gratuitæ bonitatis influentia
in operante pręcedat , per quam crea-
tura ipſi creatori grata exiſtat. ¶ Secun
dô propter conditionem retributionis.
Nam pręmium,quod meremur,eſt bea-
titudo æterna,quę conſiſtit in habendo
eum,qui eſt omne,& ſummum bonum,
qui eſt ſuper omnem creaturam exal-
tatus:& lucem habitat inacceſsibilem.
Et ideo ut homo ad illud ſummum bo-
num aſcendat , & perueniat, requiritur
adiutorium,quod ſit ultra naturã : hoc
adiutorium eſt gratia gratum faciens.
Et hę conditiones locum habent etiam
B in ſtatu naturæ integræ : ut patet. ¶ In
ſtatu autem naturę lapſæ non ſolum in
diget gratia ad merendum propter has
conditiones : ſed ultra has etiam pro-
pter conditionem operantis, & opera-
tionis meritoriæ. ¶ Tertiò operantis qui
dem:nam operans ſemper eſt in pecca-
to in ſtatu naturę lapſę non habens gra
tiam:& ita inimicus dei, niſi a peccato
releuetur per gratię donũ:& ideo quic-
quid facit: niſi uoluntas eius præuenia-
tur a gratia , quæ deo reconciliet: nihil
meretur merito condigni pro eo, ꝙ eſt
aduerſarius , & inimicus, deus autem
Cur pri- opera non acceptat : niſi prius acce-
us dñs ptaret perſonam . ſicut innuitur. Geñ.
reſpexit iiij. Reſpexit dominus ad Abel , & ad
ad Abel munera eius . prius ad Abel , & poſtea
& po- ad munera eius. Cuius ratio: quia mu-
ſtea ad nera cum nihil conferant deo , non
munera poſſunt ex ſe placere deo , ſicut homi-
eius. ni poſſunt placere munera, quę ſibi pro

ſunt : etiam ſi dantur ab eo , qui non
diligitur propter ipſa munera:quia pro-
ſunt accipienti. Sed dumtaxat placent
deo ex opere operante : quia operans
placet. ¶ Propter conditionem etiam
operationis:quia nulla eſt operatio me
ritoria niſi recta : & nulla eſt recta,niſi
fiat ex recta intentione.& nulla poteſt
eſſe recta intentio : niſi quę ſummum
bonum omni bono præponat. Hoc au-
tem nõ poteſt homo facere in ſtatu na
turæ lapſę ſine dono gratiæ. Non po-
teſt : id eſt uix,uel non niſi difficillime
poteſt propter recuruationem uolunta
tis ad ſeipſum,propter quam nihil ma-
gis ſe diligit.Indiget ergo gratia,qua ſe
eleuet ſupra ſe ad ſummum bonũ: ideo
quamcunq; faciat homo operationem
abſq; gratia nõ meretur:quia non pen-
ſat deus quantum,ſed ex quanto faciat.
Et hoc eſt quod dicit magiſter in litera,
ꝙ homo indigebat gratia operante , &
cooperante in ſtatu naturę inſtitutę:li
cet non ſecundum omnem modum gra
tię operantis. ¶ Secundô notandũ,ꝙ de Not. 2.
materia ſuppoſiti in quæſtione.ſ.an ho C
mo in ſtatu naturę inſtitutæ habuerit
gratiam. Apud doctores ſunt opiniones
contrarię ſicut etiam de angelis. Vtrum
habuerint gratiam ante confirmatio-
nem.ſupra.diſ.iiij. recitatę ſunt opinio
nes. Nam euidenter ſciri non pōt (cum
in facto cõſiſtat) niſi per reuelationem.
& auctoritates ſanctorũ hincinde expo
ni poſſunt: ideo nõ niſi probabiliter ac-
cipienda eſt reſponſio. ¶ Tertiò notãdũ Not. 3.
ꝙ efficacia meriti principaliter ex tri- D
bus colligitur ſecũdũ ſanctũ. Bona.q.vj. Effica-
huius diſt.ſcilicet ex difficultate operis, cia meri
promptitudine uolũtatis, & ex magni- ti ex tri
tudine charitatis. ¶ Difficultas operis bus.
multũ facit ad meritũ,& intãtũ, ut hõ,
qui eſt multò minoris charitatis,quã an
gelus,poſsit mereri,ut perueniat ad ſub
limitatẽ angelicã. Sed quod colligitur
ex eo,quod dicitur de Ioanne Baptiſta
Mat.xj. Qui minor eſt in regno cęlorũ,
maior eſt eo. Nec eſt dubitandũ, quin
beatus Ioãnes ſit exaltatus ad ordines
excellẽtiũ angelorũ , & tñ ſecũdũ ſtatũ



uię minoris charitatis erat, quã aliquis
eorum : quia minimus in regno cęlorũ
dicitur maior eo, quod intelligi poteſt
quantum ad effectũ charitatis,non quã
tum ad ſubſtantiã habitus. ¶ Etiã prom-
ptitudo uoluntatis plurimũ facit ad me
ritum:quantumcunq; enim in homine
ſit gratia: niſi ſit uoluntas gratiæ con-
ſentanea,nunquã elicit opera merito-
ria,& quantò magis uolũtas gratię ſubia
cet,& conformatur : tantò magis ho-
mo in operibus meritorijs exercetur.
¶ Magnitudo charitatis principaliter
inter omnia facit ad meritum: ꝙ ſecun
dũ illius quantitatem attenditur remu-
neratio pręmij ſubſtantialis. Pondus.n.
amoris dat ualorẽ operibus meritorijs.
Arti. 2. ¶ Quantũ ad articulum ſecũdũ,eſt hæc
Dub. 1. concluſio prima probabilis. Primus ho-
E mo ante lapſum gratiã gratũ facientem
habuit,per quã non ſolũ malo reſiſtere;
ſed etiã in bono proficere potuit. Hæc
cõcluſio probatur auctoritate magiſtri
in hac diſtinctione , & auctoritatũ per
eum allegatarum Auguſtini,& Ambro-
ſij:ut patet in textu. Itẽ gloſ. Luc.x.ſu-
per illud. Expoliauerunt eum plagis im
poſitis:dicit Expoliauerunt eum gratui
tis , & uulnerauerunt in naturalibus .
Quod intelligitur de primo homine.
Item Adę datum fuit pręceptum,ut per
meritũ obedientię mereretur cęlũ : ſed
ſine gratia mereri nõ potuit, ergo fru-
ſtra datum fuiſſet mandatũ, ſi non gra-
tia fuiſſet largita:quod de deo ſentien-
Cõcl.2. dum nõ eſt. ¶ Secunda concluſio. Ratio-
F ne difficultatis in operãdo gratia,& uir
tutes efficaciores ſunt ad merẽdũ in ſta
tu naturę lapſę,quã fuiſſent in ſtatu na-
turę conditę. Patet concluſio. quia nũc
in ſtatu naturę corruptæ magis impu-
gnatur : & impugnando probatur , &
examinatur uirtus , quam tunc : ſicut
patet in ſanctis martyribus. Item ij.ad
Timo.ij. Nemo coronabitur,niſi qui le
gitimè certauerit. Sed magis impugna-
tur ſecundum ſtatum naturę lapſæ,quã
ſecundum ſtatum naturę inſtitutę. Er-
go ſi has pugnas uicerit glorioſius triũ-
phat , & ſic maiorem meretur coro-

nam. Et per conſequens gratia, & uir-
tutes,quibus meretur , ſunt efficacio-
res. ¶ Item ſi homo ſtetiſſet, aut chriſtus
incarnatus non fuiſſet, aut non paſſus.
Paſsione autem ſua nõ meruit ſibi ; ſed
nobis. Et tam merita noſtra, quã ipſa ſa-
cramenta efficaciam habẽt a paſsione,
& eius fide,quę fuit hoſtia deo patri ac
ceptiſsima. Illam ergo efficaciam non
habuiſſent merita in ſtatu naturæ inſti-
tutæ: ergo nunc ſunt efficaciora. ¶ Itẽ
propter difficultatem magis indiget ho
mo adiutorio poſt lapſum , quàm ante.
ergo deus,qui in neceſſarijs nulli deeſt:
efficaciores dat gratiam ,& uirtutes in
ſtatu naturæ lapſę,quã ante. ¶ Tertia cõ Cõcl.3.
cluſio. Quãtum ad uoluntatis prompti
tudinẽ,gratia & uirtutes tunc,quã nũc,
fuiſſent efficaciores. Patet:quia uolun-
tas tunc quaſi continuè fuiſſet in bonis
operibus deo placentibus, ſine retarda-
tione uirium inferiorum: nunc autẽ ſi-
ue ex laſsitudine,ſiue ex ſurreptione fre
quenter ceſſat a bonis operibus. Et intẽ
dit etiam quandoq; inutilibus,aut no-
ciuis:tum propter difficultatem ad bo-
num, tum propter promptitudinem ad
malum. Item amor uiſibilium , & ſoli-
citatio circa terrena impediunt homi-
nem,ne perfectè iungatur deo:cum er-
go in ſtatu innocentię nulla uiguit cõ-
cupiſcentia: uidetur,ꝙ tunc promptius
adhærebat motioni gratię & uirtutum,
& ita ex hac parte efficacius erat diſpo
ſitus ad merendum. ¶ Quarta cõcluſio. Cõcl.4.
Comparando perſonam ſingularem ad G
perſonam ſtatus huius , & illius , gratia
& uirtutes quantum ad magnitudinem
charitatis , habent ſe in operatione me
ritoria ſicut excedentia, & exceſſa. Pa-
tet : quia ſatis probabiliter credi po-
teſt , ꝙ aliqui in ſtatu pręſenti habent
maiorem gratiam , & charitatem ali-
quibus , qui fuiſſent in ſtatu innocen-
tię : & aliqui minorem : ſicut dici ſo-
let cum comparatur ſtatus legis ſcriptæ
ad ſtatum legis euangelicę . ¶ Quinta Cõcl.5.
concluſio. Probabile eſt comparando
ſtatum ad ſtatum : ꝙ deus maiora mu-
nera gratię largitus eſt lapſo homini ,

quam dediſſet ei in ſtatu innocentiæ permanenti. Probatur tũ ex parte hominis lapſi, tum ex parte dei, tum ex parte mediatoris Chriſti. ¶ Ex parte hominis lapſi, quia homo maiori gratiæ adiutorio indiget in ſtatu naturæ corruptæ ex cauſis tactis: ergo maiorem deus tribuit: quia in neceſſarijs non deficit.

¶ Ex parte dei: quia decet deum de malo maius bonum elicere, quam ſit bonũ illud, quod malum nocendo ademit: alioquin malum fieri non permitteret ſecundũ Beatũ Aug. ¶ Ex parte mediatoris: quia mediator, & interceſſor interpellat pro nobis, quẽ decet exaudiri in omnibus pro ſua reuerentia. Heb. v. Vnde cum appareat uultui dei ſemper ad interpellandũ pro nobis. Heb. vij. Qui & in cruce pro nobis oblatus eſt, & quotidie offertur. Valde probabile uidetur, quòd maius munus gratiæ tribuatur nobis, quàm ſi ipſe non fuiſſet incarnatus, & paſſus. Quod innuitur Ioan. vij. cum dicitur, quòd ſpiritus nõdum erat datus: quia Ieſus nondum erat glorificatus. Vnde cum aſcendiſſet in altum, tunc dedit dona hominibus. Ex hac ergo triplici ratione, quarum una eſt in commendatione miſericordiæ. Secunda in commendatione ſapientiæ. Tertia in commendatione diuinæ iuſtitiæ, ſatis colligitur, quòd nunc magis ſunt efficacia dona gratuita ad merendum, quàm in ſtatu innocentiæ: non ſolum ratione difficultatis: ſed etiam ratione gratiæ, & charitatis: ſecus tamen ratione promptitudinis uoluntatis.

Dona gratuita magis ſunt efficacia ad merendũ, quã in ſtatu innocẽtiæ.

Arti. 3.

Dub. 1.
H

¶ Quantum ad tertium articulum dubitatur primò. Vtrum homo in ſtatu innocentiæ abſque dono gratiæ fuerit acceptus deo, & uidetur quod ſic: quia in ſtatu illo homo nihil habuit, quod fuit dignum odio: quia nullum peccatum, diligit autem deus omnia, & nihil odit eorum, quę fecit, ut innuitur Sap. xj. ¶ Item artifex complacet ſibi in ſuo opere, in quo defectus non eſt, talis fuit homo in ſtatu naturæ conditæ: ſecundum illud Gen. j. Vidit deus cuncta, quæ fecerat, & erant ualde bona.

¶ Ad hoc dubium reſpondet ſanctus Bonauen. q. j. huius diſt. præmittẽdo, ꝙ dupliciter cõtingit aliqd acceptari a deo. Vno modo acceptatione generali, quo modo idem eſt acceptare, & bonũ ęſtimare, & in bono cõſeruare: & hac acceptatione deus acceptat omne opus bonum. Alia eſt acceptatio ſpecialis, qua acceptat aliquid tanquam dignum uita æterna. quo modo acceptat ſolam rationalem creaturam, illa enim tantum capax eſt beatitudinis. De hoc latius Ockam in. j. diſtin. xvij. quæſt. j. Acceptat autẽ rationalem creaturã tũc: cũ conſecrat eam in templum, adoptat in filiũ, & aſſumit in coniugium. Animę quippe ſanctę, q̃ deo placent, dicũtur tẽplũ dei filię, & ſpõſę: ut patet ex ſcripturis utriuſq; teſtamẽti. Primũ acceptationis genus non requirit ſuperadditum donum gratiæ ultra ea, quæ ſunt de conditione naturæ. Secundum uero genus non poteſt nõ eſſe gratuitum, tum propter gratuitam dei condeſcẽſionem, tũ propter creaturę ſuper naturę terminos exaltationem. Cum enim deus immẽſus habitare uelit in anima, ut in templo, ſeruum reputare pro filio, ancillam aſſumere pro coniugio, dubitare nemo poteſt illud eſſe meræ gratiæ, & condeſcenſionis liberaliſsimę. Similiter, ꝙ creatura ſic conſecretur in dei templum, adoptetur in filium, aſſumatur in coniugium, eſt ſupernaturale complementum omnis creaturæ. Ideo nec cõſecratio: nec adoptio naturę: nec unio animę ad deũ fit per aliquam proprietatẽ naturę: ſed per aliquod donum gratię naturę ſuperadditum, quo anima conſecretur, ut ſit templum, aſſimiletur, ut ſit dei filia, decoretur, ut ſit dei ſponſa. Hęc aũt omnia facit gratia gratũ faciens, quæ quia eſt ſummum donum dei creatũ: animã cui infunditur ſanctificat, deo aſsimilat, ipſamque uenuſtat. Et per hoc eſt ratio acceptandi animam ſecundum has proprietates ſupradictas, quę conueniunt animę: non ſecundum tropum aut trãſſumptionem, ſed ſecundum ueritatem, & proprietatem. Hæc ratio, & con-

Dupliciter aliquid Deo acceptũ.



gruentia ſumpta eſt ex parte animę acceptatæ. ¶ Poteſt etiam ſumi congruentia ex parte dei acceptantis: deus. n. qui omnia fecit ad gloriam ſuam: ſecũdum illud Prouerb. xvj. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt dominus. Et cum nullius indiget potiſsimè requirit a creatura rationali honorem. Et quia honorem deo exhibemus, qñ omnia in ipſum referimus, tanquam in omniũ auctorem, & finẽ: decreuit deus homines non producere ad perfectionem gloriæ per aliqđ, quod haberet ortum ex principijs naturæ: ſed per munus additum naturalibus: ut ex hoc homo magis gratus exiſteret, & totius ſalutis ſuæ opus deo attribueret. Vnde patet reſponſio ad dubium negatiua: loquendo de acceptatione illa ſpeciali ad uitam beatificã. Sic enim nulla creatura acceptatur, ſiue angelica ſiue humana, ſine gratia gratũ faciente. Rationes uero in contrarium procedunt de complacentia primo modo dicta, quæ ſe extendit ad uniuerſa creata. ¶ Poſſet moueri dubium, Vtrũ Adam creatus eſſet in gratia. Sed quia ſimile tractatum eſt ſupra de angelis, & eodem modo erit dicendum hic ſicut ibi: ideo reſcinditur.

Dub. 2.
I

¶ Secundò dubitatur contra concluſionem primam: quia non uidetur, ꝙ deus gratiam dedit ei, quem ſciebat ſtatim lapſurum: & ita gratiam non fuiſſe ſibi utilem: ſed potius ei eſſe in nocumentum, & culpæ aggrauationem. ſimiliter cum Adam habuit optima naturalia, & nullam pronitatem ad malum, nec difficultatem ad bonũ, ſi habuiſſet gratiam, totaliter deo adhæſiſſet, & in peccatum non cecidiſſet. Solutio: deus in cõferendo gratiam nõ attendit futura peccata: ſed præſentem diſpoſitionem, & idoneitatem ad recipiendum gratiam, ſicut & modo cõfert gratiam ei, quem ſcit caſurum: immo quem ab æterno reprobauit, nec fruſtra. Nouit enim dominus etiam bonum ex lapſu elicere, & ex eo, quod gratiam confert caſuro. In utroque enim commendatur dei largitas, & ſapientia: & arguitur hominis ingratitudo, & iniuſtitia, qui a tã benefico, & benigno ſe auertit ſine cauſa. Hoc quoad primum. ¶ Quoad ſecundũ dicitur, ꝙ gratia non neceſsitat hoĩem ad bonũ: ſicut nec habitus acqſitus uirtuoſus neceſsitat hominẽ ad opus uirtutis, inclinat autẽ, ſed libertatem arbitrij nõ tollit. Ideo habẽs gratiã per li. ar. moueri poteſt, & frequẽter mouet, pręter gratię inclinationẽ: nihil conſiderans de eo, ad quod gratia inclinat. Vnde ſępe contingit habentẽ gratiam non ſemper actualiter ferri in illud ſummũ bonũ, ad ꝙ habet deſideriũ habituale. Quis enim homo habens charitatem peccaret: ſi ſemper actu conſideraret, quantum deus amabilis eſt, & quã nefas eſt offendere eũ. Vnde accipitur ſalubris regula, ꝙ homo per deuotas meditationes ſe cõuertat frequẽter ad dominum, conſiderãdo actualiter eius bonitatem: & peccati, inquantum contra tm̃ bonũ eſt, malitiã, ſic. n. nũquã peccaret.

Per deuotas meditationes conuertitur homo ad Deum.

Dub. 3.
K

¶ Tertiò dubitatur. Vtrum homo in ſtatu innocentię habuit omnes uirtutes & gratias, quas habet poſt lapſum. ¶ Reſpondetur loquẽdo de donis gratię gratis datæ, & cõparando ſtatũ ad ſtatũ, aliqua dona habuit Adã añ lapſum, q̃ non habuit ipſe, uel aliquis poſterior poſt lapſum, & econuerſo. Aliqua dona habuerunt poſteri, quę non habuit ipſe ante caſum. Primũ patet de originali iuſtitia, & de dono, quo potuit non mori. Secundum patet de gratia ſanitatũ operatione uirtutum, & gratia linguarum. Alia enim dona conueniebant illi tempori, alia iſti. Sed loquẽdo de gratia gratum faciente, & uirtutibus infuſis, illæ eędem fuerunt in utroque, ſtatu, quãtũ ad habitus, non quantum ad actus omnes: quia non fuiſſet ibi actus fortitudinis in perpeſsione terribilium, quæ ibi non fuiſſet: nec actus pęnitentię, qui cõſiſtit in deteſtatione peccatorum commiſſorũ. Et ſic de ſimilibus actibus, qui habent aliquam imperfectionem annexam. An autẽ illę uirtutes ibi habuiſſent aliquos actus, & quos, uidendum erit in tertio lib. quia eadem quæſtio, quæ eſt de actibus eorum in beatitudine.

## DISTINCTIO. XXX.

POSTQVAM magiſter egit de peccato actuali primo ſũparent, quo per ſona corrumpit naturã. Cõſequenter in quatuor diſtinctionibus ſequentibus agit de peccato originali paruulorũ, quo natura corrũpit perſonam. Et primò agit de peccati originalis quidditate diſt. præſenti. Secundò de eius traductione diſt xxxi. Tertiò de eius remiſsione diſt. xxxij. Quartò de eius augmentatione ſeu intenſione diſt. xxxiiij. Colligitur autem ſententia huius diſt. in tribus concluſionibus. ¶ Prima cõcluſio: Per primũ hominem peccatũ intrauit in mundũ, non imitationis exemplo: ſed propagationis, & originis uitio. ¶ Secunda cõcluſio: Peccatum originale, quod reatus eſt: nõ tantũ pœnæ; ſed culpæ eſt uitium concupiſcentiæ: & in omnes ab Adam concupiſcentialiter propagatos dimigrauit per culpam eius inobedientiæ. ¶ Tertia concluſio: Omne quod naturaliter eſt in humanis corporibus propagationis lege genitis, deſcendit a primo parente, & in ſe auctũ eſt, & multiplicatum: nulla exteriore ſubſtantia in id tranſeunte. Harum concluſionum deductio, & appoſitorum errorum reprobatio patet in textu.

## QVAESTIO. I.

A QVIA de peccato originali agitur, quod priuat iuſtitiã originalẽ: ideo primò quęritur. Vtrũ iuſtitia originalis in primo parente fuit donum ſupernaturale. ¶ Hanc quæſtionem tractat dilucidè doctor ſubtilis diſt. xxix. ſecundi, quẽ in hac materia imitatur Ockã: ideò breuiter eius dicta recitabo. Primò ponẽs notabilia, deinde cõcluſiones, &
Arti. 1. tertiò dubiorũ ſolutiones. ¶ Quãtũ ad
Not 1. primũ notãdũ primò, ꝙ cõmuniter ſecũdũ doct. iuſtitia originalis hũc ponitur habuiſſe effectũ. ſ. facere perfectã tranquillitatẽ in anima quantũ ad oẽs potẽtias: ita ꝙ natura inferior nõ inclinaret cõtra iudiciũ ſuperioris. Aut ſi inclinaret quãtũ eſt ex ſe: poſſet tñ ordinari, & regulari ſine difficultate ſupiorũ: & ſine triſtitia inferiorũ: & p hoc tollere rebellionẽ ſenſualitatis, quo aduerſat rationi ac uolũtati regulatę. ¶ Secundò Not. 2.
notãdũ, ꝙ naturale eſt unicuiq; appeti B
tui ferri in ſuũ appetibile: & ſi eſt appetitus nõ liberè tũc naturale eſt ei ſummè ferri quãtũ põt. Quia ſicut talis appetitus ſecũdũ Dam. ducit: & nõ eſt in ptãte ſua eius actus: ita nõ eſt in ptãte ſua intẽtio actus, quin agat, quãtũ põt. Igitur cũ appetitus ſenſitiuus exiſtens in puris naturalibus habeat ꝓpriũ appetibile, & delectabile: ſũmè haberet tẽdere in id, quãtũ eſt de ſe. Et illud tẽdere impediret actũ rationis: quia eſſent illæ potentię in eadẽ eſſentia ſicut modo. Propter quã unitatem impediunt ſe mutuò in ſuis actibus intenſis ſecũdũ Auicen. vj. naturalium. Ergo cũ ratio deberet conari ad impediendũ iſtã delectationem ſummã partis ſenſitiuæ: & nõ poſſet inferior potẽtia cohiberi ſine aliqua triſtitia, & difficultate in ipſa exiſtẽte. Nã ſicut ipſa ſummè inclinatur: ita ex parte ſui ſũmè renitiť ad oppoſitũ: & ſic eſſet rebellio. Quia inclinatio potentiæ inferioris ad delectãdũ contra iudiciũ rationis, & etiã difficultas ad refrenandũ illum appetitum. ¶ Tertiò notandũ, ꝙ Not. 3.
uoluntas coniuncta appetitui ſenſitiuo C
nata eſt cõdelectari ſibi, ſicut intellectus coniunctus ſenſui, natus eſt intelligere ſenſibilia. Et ſi uoluntas multis ſenſitiuis appetitibus coniũgitur, nata eſt cõdelectari illis omnibus: & ita non tantũ illũ appetitũ nõ põt retrahere a ſuo delectabili ſine contraria inclinatione, & difficultate ex parte illius appetitus ſenſitiui: ſed nec etiam uidetur ſeipſum poſſe retrahere ſine difficultate, & triſtitia, de non condelectando ſenſitiuo appetitui. Ad hoc autem ut ſe delectabiliter retrahat, oportet eum in aliud



aliud ferri ſibi delectabilius, quã ſit illud delectabile appetitus inferioris, cui cõdelectareť, ſi illud delectabilius nõ eſſet: ſicut & nũc: ſi uolũtas delectatur, debet ſe auertere a delectationibus inordinatis ſenſitiuis, indiget habitibus uirtuoſis intẽſis: uolũtatẽ plus ac delectabilius inclinantibus ad opus uirtutis quã inclinetur ad cõdelectandũ appetitui inferiori ſenſitiuo, uel naturali. Illud autem quicquid fuerit, quo ſe uolũtas delectabiliter retraheret a condelectando uiribus inferioribus, uocatur iuſtitia originalis: quia per tale uoluntas ſemper poſſet obedire rationi delectabiliter, & tollereť rebellio: ac poneretur trãquillitas potentiarũ, quę ſunt effectus attri
Arti. 2. buti iuſtitiæ originali. ¶ Quãtum ad ar
Cõcl. 1. ticulũ ſecundũ eſt hæc prima cõcluſio:
D Ad ſaluandum in primo parẽte trãquillitatem potentiarum: neceſſe eſt ponere aliquam qualitatem, uel donum uoluntatis ſuperadditum. Probatur: quia rebellio uirium inferiorum uoluntati rectæ eſt naturalis. i. ſequitur principia naturę: ideo non poteſt tolli niſi per aliquod naturę ſuperadditũ. Conſequẽtia nota. Antecedens patet: quia appetitus ſenſitiuus naturaliter delectatur a ſuo obiecto delectabili: etiã nõ obſtante, ꝙ ratio recta oppoſitum dictaret: ergo delectatur naturaliter contra uoluntatem rectę rationis dictamini ſe conformantẽ: & ita natura rebellat uolun-
Cõcl. 2. tati rectę. ¶ Secunda cõcluſio. Qualitas inducens trãquillitatem generaliter in potentijs ſuperiore, & inferiore, non eſt donum aliquod naturale. Probatur: quia nec eſt donum innatum, nec acquiſitum. Non primum: quia tunc rebellio illa non eſſet in puris naturalibus. Prohibetur enim per donum innatũ: ꝙ quia innatum eſſet naturale. conſequẽs falſum: quia tũc poſſet probari per rationem naturalem, hunc ſtatum non eſſe naturalem. Quia manifeſtum eſt nunc eſſe rebellionem in potentijs inferioribus, quæ rebellio ſi non ineſſet a natura potentiarũ: ſed ex peccato, præciſè cognoſci poſſet non eſſe ex natura, quod eſt inconueniẽs: quia prę̃clariſsimi philoſophi ad hoc pertingere nõ potuerũt.
¶ Tertia concluſio: Iuſtitia originalis Cõcl. 3.
eſt ſupernaturale donũ dei infuſum uoluntati parentis primi. Probatur: quia iuſtitia originalis eſt, quod facit trãquillitatẽ in potentijs: ut patet ex notabili tertio. Et illud eſt qualitas ſeu donũ naturę ſuperadditũ ex concluſione prima: & nõ naturale ex concluſione ſecunda, ergo ſupernaturale, quod eſt concluſio tertia. Itẽ ut ſupra dictũ eſt in notabili, ad hoc, ꝙ uoluntas ſe delectabiliter retrahat a condelectando inordinatè appetitui inferiori, oportet ipſum ferri in aliquod delectabilius: & cũ nihil tale ſit ex ſe delectabilius: quãtũ eſt ex parte uoluntatis: oportet aliquod ſupernaturale eſſe in uolũtate, per quod finis fiat ſibi delectabilior, quã quodcũq; delectabile appetitus inferioris. Illud ergo quo deus delectabilior erat uoluntati, quàm quodcũq, obiectũ inferioris appetitus
fuit donũ ſupernaturale. ¶ Quantum ad Arti. 3.
tertiũ articulũ eſt primũ dubium: Qua- Dub. 1.
le ſit hoc donum iuſtitiæ originalis: an E
ſubſtãtia: an accidens. Reſpondetur, ꝙ Quale
nõ eſt ſubſtantia, nec materia, nec for- donũ iu
ma ſubſtantialis, nec cõpoſitũ: quia in ſtitiæ
homine non eſt niſi una materia & una origina
ſubſtantialis forma ſecundum prædicta: lis.
& unum compoſitum, quod eſt ipſe homo. ¶ Secundò dicitur, ꝙ eſt quędam qualitas de ſecunda ſpecie qualitatis, ad modum habitus ſubiectiuè inhærens uoluntati diſponens ipſum ad melius ſcilicet ad delectabilius prõptiuſq; ad obediendum rectæ rationi, quã cuicũq; inferiori delectationi. Non tamen eſt qualitas acquiſita: ſed a deo immedia-
tè infuſa, ſicut & gratia. ¶ Dubitatur ſe Dub. 2.
cundò, quomodo ſe habeat originalis F
iuſtitia ad gratiã. Reſpõdetur ꝙ iuſtitia originalis non fuit principium meriti. Non enim poterat mereri Adã in ſtatu innocẽtiæ ſine gratia: licet habuerit iuſtitiã originalem: ſicut nec angeli ſine gratia, in quibus tamen nulla fuit rebellio: coniunxit tamen uoluntatem ultimo fini firmius, quã gratia. Ita enim

coniunxit ſecundum aliquos, ꝙ nō cōpatiebatur aliquod peccatum ueniale, charitas autem compatitur. ¶ Vel ſecundum prædicta, ſaltē ita cōiunxit, ꝙ facilius, & delectabilius erat ei pati ab aliqua triſtitia inferiori, quā alicui delectationi inferiori acquieſcenti recedendo a delectatione finis. Iſtam facilitatem non facit gratia, cum qua ſtat pronitas ad malum, & difficultas ad bonum niſi eſſet multum intenſa. Immo nec hoc operatur, ſi fuerit intenſiſsima: ut patet de Chriſto, qui habuit ſummam gratiam, & tamen magnam triſtitiā. Triſtis eſt anima mea uſq; ad mortem: inquit Matth. xxvj. Sed gratia excedit in hoc, ꝙ ipſa coniungit fini ut bono ſupernaturali, & ſupernaturaliter per meritum attingendo. Nō ſic iuſtitia originalis: ſed tantū coniungebat illi bono, ut conuenienti & delectabili. ¶ Ex quo patet, ꝙ gratia & originalis iuſtitia habent ſe ad inuicē ut excedens, & exceſſum. Tñ gratia ſimpliciter perfectior eſt originali iuſticia: quia coniungit fini ut ſummè honeſto propter ſe ſummè diligēdo.

Dub. 3. G

¶ Tertiò dubitatur, utrū iuſtitia originalis abſtulit omnē rebellionē appetitus inferioris. Hic dupliciter poteſt reſponderi. Vno modo, ꝙ licet uoluntas delectabiliter non condelectatur delectationi inferioris appetitus per donum iuſtitię originalis ſibi inhęrēs: inferior tamē appetitus nō auellitur a ſuo delectabili ſine triſtitia. Sed quia illud, quod cōuenit homini ſecundum potentiam ſuperiorem: ſimpliciter cōuenit homini: nec propter hoc negatur ab homine, ſi non cōueniat ei ſecūdum potentiā inferiorem. Ideo dicitur, ꝙ totus homo delectabiliter abſtinet a delectabili ſenſus inferioris: licet appetitus inferior cū triſtitia abſtineat. Secundū hunc modū dicitur, ꝙ iuſtitia originalis abſtulit omnem rebellionem a toto homine, non a parte inferiori, pro quanto omnem difficultatē abſtulit a uoluntate, & triſtitiam in non condelectando inferiori: licet adhuc manſit difficultas in appetitu inferiori: ipſa tamen non poterat diffinire uoluntatē. ¶ Alter dicitur, ꝙ omnis rebellio ablata eſt per iuſtitiam originalem, etiam in uiribus inferioribus: ita, ꝙ etiā potentiæ inferiores ex parte ſui delectabiliter obediebant rationi. Et ad hoc ſaluandum uidetur, ꝙ oportet aliquid ponere in potentia inferiori, quo ſic delectabiliter feratur in delectabile uoluntati. Non enim uidetur, ꝙ ex natura illius potētiæ poſſet delectabiliter auelli a ſuo delectabili: neq; etiā ex natura illius potentię, inquantum eſt inferior uoluntate. Nā iſte ordo eſſentialis potentiarum nūc manet: & tamen nūc nō eſt talis delectatio. Et oportet in ſingulis appetitiuis potētijs inferioribus ponere ſingula dona: ita ut quilibet per donum ſuū delectabiliter moueretur a uoluntate: & uoluntas ipſa per ſuū donum moueret ſe delectabiliter ad potentias inferiores. Inter talia autem plura dona, donum potiſsimum fuit iuſtitia originalis, quæ fuit in uoluntate. Per illud enim donum uolūtas quaſdā delectationes appetitus ſenſitiui pręueniret: ne unquam illę ineſſent, puta uoluntatē adulterandi cū aliena. Quaſdā imperaſſet, & bene eis uſa fuiſſet puta cognoſcendi ſuam obediendo illi præcepto diuino: Creſcite, & multiplicamini. Ita, ꝙ illas delectationes licitas quandoq́; habendas, pro tunc quando inerant, non habuiſſet pro fine, ſed ad finem debitum retuliſſet. A quibus etiā delectationibus licitis quandoq́; habēdis, quandoq́; ſe auertiſſet: ſicut ab illa, quę non erat habenda niſi pro tempore. Et quodcunq; illorum ſiue pręuenire, ſiue bene uti habitis, ſiue auertere ab habendis delectationibus uoluntas delectabiliter faceret per illud donum ſupernaturale, quo delectabilius ſibi fuiſſet fini ultimo inhærere: & omnibus ordinatis ad illum, quàm ab illo ſeparari: inhęrendo alicui delectabili non ordinato ad finem. ¶ Etiam forte non eſt neceſſe ponere, ꝙ nullus appetitus ſenſitiuus potuerit tunc triſtari, potuit enim uiſus tunc uidere



aliquod turpe uiſibile. Et auditus turpe audibile, & utrumq; potuit offendere appetitum ſenſitiuum: ſicut & conueniens ſenſibile delectare. Sed tunc uoluntas benè uſa illis fuiſſet triſtitijs, & delectabiliter, ita ꝙ nō fuiſſet cōtriſtata ab appetitibus inferioribus: ſicut benè fuiſſet uſa delectationibus eorum, non immoderatè condelectando.

Dub. 4. H

¶ Dubitatur quartò contra concluſionē tertiam. Nam uidetur, ꝙ iuſtitia originalis ſit donum naturale: quia uolūtas in ſuis naturalibus eſt recta, non autem eſt facta a deo curua. Nam deo auctore nihil fit deterius: ſecundum Aug. lib. lxxxiij. q. Et ita rectitudo uoluntatis eſt ab origine, & per conſequens iuſtitia: quia rectitudo uoluntatis eſt iuſtitia: igitur originalem iuſtitiam habet ex naturalibus. ¶ Item in ſtatu innocentię non fuiſſet aliqua pęna: etiam ſecluſo quocunq; ſupernaturali dono: quia pœna non pręcedit culpam: ergo non fuiſſet mors, neq; rebellio, quæ non eſt ſine pœna. Sed horū remotio effectus eſt originalis iuſtitiæ. Fuiſſet ergo originalis iuſtitia ſecluſo quocunq́; ſupernaturali dono. ¶ Ergo ſi iuſtitia originalis eſſet donum ſupernaturale, peccatum originale eſſet tantum carentia iſtius doni ſupernaturalis: ergo aliquis factus in puris naturalibus eſſet æqualis illi, qui per peccatum amiſiſſet iuſtitiam originalem: quia utrobiq; eſſet carentia iuſtitiæ originalis: & per conſequens ęqualiter eſſent puniendi, quod eſt inconueniens. ¶ Ad illa reſpondetur, ꝙ rectitudo naturalis uoluntatis eſt libertas uoluntatis, qua ſecundum propriam naturam a deo acceptam, poteſt ſe conformare rectę rationi. Hęc autem rectitudo ſecum compatitur rebellionem inferiorum potentiarum. Nec eā conſequuntur effectus ſupradicti: tranquillitas animæ, & potentiarū omnimoda concordia. Ideo præter uoluntatis libertatem oportet ponere iuſtitiā originalem, quę tollitur per peccatum. Rectitudo autem naturalis uoluntatis, eius .ſ. libertas non corrumpitur per peccatum: illa enim eſt realiter ipſa uoluntas: nec ab ea ſeparabilis. Et in illa rectitudine creata eſt a deo ſine curuitate, ſed non ſine potentia ſe incuruandi, ſeu peccandi: quę potentia bona eſt, & mala. Nec data eſt libertas uoluntati ad peccandum: ſed ad liberè ſe, & laudabiliter ad bonum conuertendum; & a malo ſe auertendum. Poteſt tamen ſua libertate abuti, non uitio creatoris, ſed culpa ſuę abuſionis. ¶ Ad ſecundū dicitur, ꝙ mors, & rebellio in ſtatu innocentię, ſi addita non fuiſſet iuſtitia originalis nō fuiſſet pęne: ſed conditiones naturę, ſicut & nunc mors brutorū, ut eorū infirmitas, aut corruptio, non ſunt pęnæ: quia pœna ſuppponit pro afflictione aliqua ꝓpter demeritū culpæ. ¶ Ad tertium patebit quęſtione ſequenti, ꝙ culpa originalis non eſt tantū carentia iuſtitiæ; ſed eſt carētia iuſtitię cū debito habēdi. Vnde Adam ſi fuit creatus in puris naturalibus, in inſtāti creationis caruit originali iuſtitia, & tamē non habuit tunc culpam originalē. Et ita non fuit ęqualis carenti originali per peccatum: quia iuſtitia originalis non fuit ſibi debita in inſtanti creationis. Sed qui ea caret per peccatum: ille eſt debitor eius. Et tantum de quęſtione.

## QVAESTIO. II.

QVAERITVR ſecundò utrū peccatum originale ſit aliquid poſitiuū in anima, uel in carne. Primò ponentur notabilia; ſecundò concluſiones; tertiò dubia.

Arti. Nor. 1.

¶ Quo ad primum notandum, ꝙ de materia originalis peccati, eius ſcilicet quidditate, cauſa, contractione, ac remisſione: & hęc concernentia ſunt duę opiniones extremę ſolēnes; quarum utraq; habet plurimos imitatores: & tertia quaſi media.

Duę opiniones de materia peccati originalis.

Vna magiſtri: altera beati Anſel. in libro de conceptu uirginali. i. de conceptu, qua uirgo concepit Chriſtum, quem edidit

Opinio magiſtri.

ad probandum Chriſtum originale peccatum non contraxiſſe. ¶ Opinio magiſtri hęc uidetur eſſe, ꝙ uolũtas Adæ peccans in carne ſua cauſauit quãdam qualitatem morbidam, conſequentem curuitate uoluntatis; quę uarijs nominibus nominatur. Dicitur enim fomes peccati, cõcupiſcentia, uel concupiſcibilitas; lex membrorum; languor naturę; tyrãnus in membris; lex carnis; & eſt ſicut pondus quoddam in carne; excitãs motus ſenſuales, & inclinans animam ad condelectãdum carni; & ita retardans, & reprimens a delectationibus ſpiritualibus: ſecundũ illud. Sap. ix. Corpus, qd corrumpitur, aggrauat animam. aggrauat propter iſtam qualitatem morbidã in carne. Et ſecundum quoſdã illa qualitas non remittitur in eſſentia ſua licet in effectu minuatur, hoc ẽ licet gratia tanta poſſit eſſe in anima, ꝙ magis inclinet ad ſuperiora, quàm fomes ad inferiora, non tamen remittit fomitem quo ad eſſentiam: quia non contrariatur fomiti, qui eſt in carne. Gratia autẽ eſt in anima: quemadmodum ſi lapillus alligaretur alis auis quantumcunq; creſceret uis motiua in ala: nunquam minueretur grauitas lapis: licet quantum ad effectum minus poſſet deprimere, & uolatum auis impedire: quia uirtus contraria uinceret in effectu. ¶ Conſequenter in ꝓpagatione prolis ex feruore ac libidine in ſeminatione inficitur ipſa caro ſeminata, cui carni ſeminatę, cũ anima ex ſua creatione mũda infunditur: in inſtanti creationis animæ & infuſionis, maculatur aĩa a carne infecta. Ita ꝙ licet infectio carnis non fuerit culpa formaliter: ſed ſequela culpę primi parẽtis, eſt tamẽ occaſio culpæ in anima carni unita, quæ per eius coniunctionem cum carne infecta, & maculata contrahit maculam, ſiue culpam. Exemplificatur de pomo mundo dato: & a manu recipientis fędato. Vnde ſecundum hæc ponuntur duæ qualitates morbidę. Vna in carne prolis libidinoſę ſeminata ex infecta carne parentum cauſata: quia infectum producit infectum. Et illa non eſt peccatum, aut culpa: quia non eſt in anima: ſed in ſemine priuſquam infundatur anima, quæ manet in carne prolis. Nec tollitur per quamcunque mutationem ſeminis, cuius multæ precedũt tranſmutationes etiam ſubſtantiales in fuſionem animę. Non igitur eſt peccatum: quia in ſola anima eſt peccatum. Ab illa autem morbida qualitate carnis in infuſione animæ cauſatur alia qualitas morbida in anima, quæ eſt uitium inclinans animam ad effrenatẽ concupiſcendum. De quo dicit Auguſt. ꝙ facit paruulum habilem ad concupiſcẽdum, adultum uero actu concupiſcentem: & utraq; qualitas uocatur concupiſcẽtia, ſeu concupiſcibilitas fomes &c. Et iſta concupiſcibilitas in anima eſt peccatũ originale: non illa qualitas morbida in carne, quę eſt effectus peccati ideſt pena, & peccati originalis cauſa. Et licet ſine qualitate ſua aut carnis uoluntas naturaliter eſſet prona ad concupiſcendum, & condelectãdum ſenſui: ut pręcedenti quæſtione probatum eſt: non tamen adeo effrenatẽ, & generaliter ſicut nũc. ¶ Et ita patet ſecundum hanc opinionem quid ſit peccatum originale ſecundum rem: quia eſt qualitas morbida animæ: uitium ſcilicet concupiſcẽtiæ. Et quomodo contrahitur a parentibus, qua cauſatur a qualitate morbida carnis, quam caro contraxit ex libidinoſa concupiſcentia ſiue ardore parentum coeuntium in prolis ſeminatione.

Quid peccatũ originale.

Opinio Anſel. B

¶ Alia eſt opinio Beati Anſel. quam proſequitur in allegato li. de conceptu uirginali, quam ſequitur Sco. diſtin. xxxij. & Ockam. quæſt. ix. tertij quodlibet. q. ulti. ſecundi ſententiarum. Grego. diſt. præſenti cum ſequacibus. Hæc tenet, ꝙ peccatum originale non dicit aliquod poſitiuum; ſed eſt carentia iuſtitiæ originalis debitæ, ut acceptæ in primo parente, & in ipſo amiſſę. Cum enim peccatum formaliter eſt iniuſtitia. Iniuſtitia autem non eſt niſi carentia iuſtitiæ debitæ: ut ibi declarat Anſel & in de caſu diaboli. c. xvj patet, ꝙ peccatum originale eſt carentia, & priuatio originalis iu-



lis iuſtitię debitę in eſſe. Sunt enim oẽs filij, & filiæ Adæ ſecundũ legẽ propagationis genitæ debitores originalis iuſtitię: quia Adã accepit iuſtitiã originalẽ ꝓ ſe, & tota natura, quæ tũc erat in eo. Adã. n. accipiente iuſtitiã originalẽ, data eſt ipſa filio eius, uolũtate dei antecedente. i. quantũ eſt ex parte dei: ſine ſpeciali gratia, & merito filij: dũmodo nõ eſſet impedimentũ hoc eſt, ſtatuit deus dãdo Adę iuſtitiã originalem, etiã uelle cuilibet filio Adæ dare iuſtitiã originalem; & ita accepit eã Adã pro ſe, & tota poſteritate ſua. Ex illa aũt collatione, & Adam, & tota poſteritas ſua facti ſunt debitores iuſtitiæ originalis, quã deus ſtatuit quaſi naturaliter dare propagatis: dum nõ poneretur obex. Nõ ſic, ꝙ pater eã trãsfunderet: quia eſt donũ ſupernaturale. Sed ꝙ deus naturæ cooperaretur regulariter dãdo iuſtitiã propagato. Sicut modo animã intellectiuã creat corpore perfectè organizato. Nã datio eiuſdem rationis ſufficit ad hoc, ꝙ uoluntas ſit debitrix, qualis ſufficit ad hoc, ꝙ donũ ſit debitum. Sed ad hoc, ꝙ donum ſit debitũ; ſufficit datio uoluntate antecedente, qua datur donũ uirtualiter: licet non formaliter. Sed quando data eſt uoluntati Adã formaliter, data eſt uirtualiter, & uoluntate antecedente toti poſteritati, ſi non poneretur obex: ergo omnes filij Adã, qui ſic acceperunt in Adam facti ſunt debitores eius: omnes autem ſic acceperunt. Cum autem pater Adam tranſgreſſus eſt præceptum peccato ſuo perſonali, nudauit ſe, & poſteritatem ſuam iuſtitia debita. Omnis ergo poſteritas rea tenetur ex iuſtitia originali, quam habere debet, & ea caret.

Iuſtitia debita dupliciter capitur.

¶ Ex quo elicitur, ꝙ dupliciter poteſt eſſe iuſtitia debita. Vno modo, quia in ſe accepta, & actione accipientis amiſſa. Alio modo, quia accepta in alio & actione alterius amiſſa. Primo modo peccatum actuale eſt carentia iuſtitiæ, ſecundo modo originale. Vnde magis comparatur peccato, quaſi quieſcenti in animo poſt actum tranſeuntẽ, quã peccato actuali, quod elicitur a uoluntate peccante. Et poteſt dari exemplum declaratiuum prædictorum, conformiter ad beatum Anſ. ponentẽ ſimile exemplum.

Exemplum.

Si princeps caſtrum daret militi pro ſe & pro ſuis hæredibus, ut illo uteretur, & cuſtodiret ad honorẽ ſuũ. Hac datione, & acceptatione caſtri a milite, ipſe & omnis ſua poſteritas debitor eſſet, ut conſeruaret caſtrũ ad propriã utilitatẽ, & ad honorem principis. Si miles ſua ſpõte traderet caſtrũ inimicis, nõ ſolũ miles, ſed & tota ſua poſteritas incideret in indignationem principis: & eſſet peccatrix in principem: non habendo caſtrum, quod habere tenerentur. Et ideo excludendi a curia principis: niſi recõciliarentur.

Opi. 3. C

¶ Tertia eſt opinio Alex. parte ij. q. cxxij. quæ eſt quaſi media inter illas, ſecundum quẽ poſſent aliquo modo concordari duæ prædictę opiniones magiſtri & Anſel. Hanc ſequitur beatus Thom. prima ſecundæ. q. lxxxij. Et ſanctus Bonauent. in ſecundo ſcripto pręſentis diſt. Hęc opinio tenet, ꝙ in originali peccato duo conſiderantur.

Duo in peccato originali ſunt.

Vnum tãquã materiale: ſ. concupiſcentia, quæ eſt qualitas quædã morbida, maximè illa, q̃ inhęret animæ. Aliud eſt formale, & eſt carentia iuſtitiæ originalis debitæ: ſicut in peccato actuali ſimiliter duo ſunt.

Exemplum.

Gratia exẽpli. In homicidio eſt aliquid poſitiuũ in anima: ſ. quidam actus elicitus a uoluntate, qui eſt uelle occidere. In exteriori uero ipſe actus occidendi. Formale eſt priuatio ſ. carentia iuſtitię debitę ineſſe illi actui, quę ſi ineſſet actui interiori ſiue exteriori, non eſſet peccatum. Hoc eſt dictum ſecundũ noſtrum modum loquẽdi: peccatum originale ſupponit pro uitio cõcupiſcentiæ: & cõnotat carentiam iuſtitiæ originalis debitę. Debitæ dico non ineſſe concupiſcentiæ: ſed debitę ineſſe animę lege propagationis a primo parente deſcendenti. Et hęc uidetur eſſe intentio Alex. loco allegato dicentis, ꝙ originale peccatum habet utrumq; culpã, & pœnã. Culpa eſt carentia iuſtitiæ ſeu deformitas quędam, qua ipſa ani

ma deformatur. Cōcupiſcentia eſt ipſa
pęna: & infra cum dicitur peccatū ori-
ginale eſt ipſa concupiſcentia materia-
lis eſt prædicatio. Formalis autem cum
dicitur macula, uel difformitas ex origi
ne primorū parentū contracta. Et ſequi
tur. originale ſecundum aliquid eſt pœ
na: ſecundū aliquid eſt culpa. Ratione
carentię iuſtitię eſt culpa, ratione con-
cupiſcentiæ eſt pœna. ¶ Beatus Tho. ubi
ſupra art. j. dicit. Peccatū originale ha
bet priuationē originalis iuſtitiæ: & cū
hoc inordinatā diſpoſitionē partiū ani-
mæ. Vnde nō eſt priuatio pura: ſed eſt
quidam habitus corruptus: nō tñ habi-
tus infuſus, aut acquiſitus: ſed habitus ꝑ
uitiorū originem innatus. Et articulo
iij. dicit. Peccatum originale materiali
ter quidem eſt cōcupiſcentia, formali-
ter aūt eſt defectus originalis iuſtitię.
D ¶ Videtur itaq;, ꝙ per hoc poſſunt opi
niones magiſtri, & Anſel. concordari, ꝙ
magiſter dicēdo peccatū originale eſſe
concupiſcentiā ſiue uitium concupiſci
bilitatis, loquitur de materiali, quod eſt
in peccato originali. Beatus Anſel. di-
cens ipſam eſſe carentiam iuſtitię origi-
nalis debitę ineſſe, loquitur de formali
in peccato originali. Et ita uidetur, ꝙ
in re nulla ſit repugnantia. Non. n. ex-
cludit magiſter priuationem iuſtitiæ ori
ginalis a peccato originali. Nec negat
beatus Anſel. qualitatē morbidā. ſ. cō-
cupiſcibilitatem contrahi in filijs a car
ne infecta parentis: licet ſub illis uoca-
bulis non exprimat. Dicit. n. ſtatim poſt
principium libri de conceptu uirginali.
Adā & Eua ſi iuſtitiā ſeruaſſent origina
lē, qui de illis naſcerentur, originaliter
ſicut illi iuſti eſſent. Quoniā autē perſo
naliter peccauerūt: cū originaliter in-
corrupti haberēt poteſtatem ſeruādi ſi-
ne difficultate iuſtitiā: totū qđ erat, in-
firmatū, & corruptū eſt. Corpus quidē:
quia tale poſt peccatū fuit, qualia ſunt
brutorū animaliū corruptioni & carna
libus appetitibus ſubiacentia. Anima ue
ro, qa ex corruptione corporis, & eiuſ-
dem appetitibus, atq; indigentia bo-
norum, quæ perdidit, carnalibus affecti
bus eſt inſerta. Et quia tota natura hu-
mana erat in illis, & extra illos: de illa
nihil erat, tota infirmata, & corrupta
eſt. Remanſit igitur in ea debitū iuſtitię
integræ ſine omni iuſtitia, quā accepit:
& debitum ſatisfaciēdi: quia eā deſeruit
cum ipſa corruptione, quāpropter pec
catum incurrit. Sicut itaq; ſi non pec-
caſſet, qualis facta eſt a deo: talis propa
garetur: ita poſt peccatū qualē ſe peccā
do fecit, talis propagatur. hęc Anſel.
Ecce ubi expreſſè Anſel. trium facit mē
tionem, ſcilicet infirmitatis, & corru-
ptionis corporis, carnalium affectuum
animæ ex corruptione corporis. Quod
intelligere oportet non de actuali eſſe
ctu: alioquin non eſſet in paruulis: ſed
aptitudinali. Et tertiò debitum iuſtitiæ
& ſatisfactionis pro eius deſertione. Po
nit ergo aliquid in corpore, aliquid in
anima: & cum hoc iuſtitiæ debitum, quę
tria dicit manere in propagato. Non
ergo negat poſitiuū aliquod ſequi pec-
catum primorum parentum, tam in cor
pore, quàm in ànima propagati. Nul-
lum autem horum dicit eſſe peccatum
originale, quia probat per longum iniu
ſtitiam non eſſe rem aliquam: ſed ſo-
lam abſentiam iuſtitiæ. Peccatum ue-
ro originale iniuſtitia eſt. Inde cōclu-
dit, ꝙ originale peccatū nihil aliud eſt,
niſi abſentia debitæ iuſtitiæ. Et prope
finem libri. Peccatum inquit, quod ori
ginale dico: aliud intelligere nequeo
in ipſis infantibus: niſi ipſam, quam ſup
poſui factam per inobedientiam Adæ
iuſtitiæ nuditatem, per quam omnes
ſunt filij iræ. Vnde uidetur, ꝙ magis
ſit diſputatio de nomine, quàm de re.
¶ Sed forte diceres contra opinionem E
primam, & tertiam. Si originale pec-
catum ſupponit pro uitio concupiſcen
tiæ, ſequeretur, ꝙ ſic in corpore paruu-
li non produceretur tale uitium concu
piſcentię ſiue fomes, neq; in mēte: quia
deus non concurret. Et tunc ſublato
debito originalis iuſtitiæ: quia caret,
non eſſet in eo peccatum originale. Cō
ſequens falſum: cum talis eſſet debitor
iuſtitię, quam non haberet: & ideo pec



cator, & non perſonali peccato, ergo
originali. Igitur uidetur, ꝙ peccatum
originale non importat niſi nudam pri
uationem iuſtitię originalis cum debito
habendi. ¶ Item ſi peccatum originale
ſupponit pro poſitiuo uitio cōcupiſcen
tiæ: in caſu non eſſet ibi peccatum ori-
ginale. Si ſupponit pro priuatione: tūc
falſum eſt, ꝙ concupiſcentia eſt pecca-
tum originale: cum non ſit nuda priua
tio. ¶ Ad illud poſſet dici, ꝙ opi. prima,
& tertia loquūtur ſecundum, ꝙ res nūc
ſe habent. Et ſecundum impoſitionem
terminorum communiter uſitatam. Et
quia ſecundum curſum rerum non ſepa
ratur carentia iuſtitię debitę a uitio cō-
cupiſcentię; licet bene è conuerſo. Ideo
ſaluatur illa impoſitio termini, qua ſub-
tractiuè ſignificat uitium concupiſcen-
tiæ, & formaliter importat carentiam
iuſtitiæ originalis. Si uero curſus rerū
mutaretur: ut ponit caſus: uſus termi-
ni conſequenter mutaretur. Vnde cum
forma importat priuationē iuſtitiæ ori-
ginalis cum debito habendi: ubicunq;
illud inuenitur, ibi eſt peccatum: ſiue ui
tium cōcupiſcentiæ adſit, ſiue non. Sed
quia ſecundum curſum rerum, priuatio
iuſtitię cum debito habendi non inue-
nitur ſine fomite: ideo ſuſtineri poteſt
ille uſus termini peccati originalis: ꝙ
ſ. ſupponit pro uitio concupiſcentiæ, &
cōnotat priuationē &c. Et ꝙ Anſel. di-
cit, ꝙ nihil aliud intelligit per peccatum
originale niſi nuditatē iuſtitiæ ſiue eius
abſentiam: intelligendum eſt quantum
ad eius formale: non quantum ad mate
Arti. 2. riale. ¶ Quantum ad ſecundum articu
Cōcl. 1. lum eſt prima concluſio. Omnis pro-
F pagatus ab Adam per ſeminum com-
mixtionem contrahit originale pecca-
tum generaliter, niſi fuerit ex priuile-
gio pręſeruatus ſpecialiter. Et debent
uerba in hac cōcluſione abſolui a tēpo
re. Prima pars cōcluſionis eſt omniū or
thodoxorū, & eccleſię eā determinātis
cōtra hęreſim pelagianorū: & ſufficien
ter eſt ꝓbata in textu. Et dicitꝰ notāter
in eadē parte ex ſeminū cōmixtione, ꝓ-
pter Chriſtū, quē impoſſibile fuit pctō
macularī tā originali quā actuali. Nam
& beatus Aug. infectionem illā nō attri
buit propagationi: ſed libidinis ardori
in ſeminū cōmixtione. Ex quo patet, ꝙ
ſi homo produceretꝰ miraculoſè de ali-
qua parte corporis humani ſine cōmix-
tione ſexuum: ſicut Eua de coſta Adę:
nō contraheret ſic productus peccatum
originale. Secunda pars probatur: quia
poteſt deus animæ gratiam concreare,
& eam corpori lege propagationis for-
mato infundere. Gratiam quoq; in ani
ma tali cōſeruare: ergo talis anima pec-
catū originale nō contraheret: ergo ſe
cunda pars uera. Cōſequētia nota. Añs
pro prima parte nullus fidelis, dubitat:
cum hoc nullam includat contradictio-
nē, aut impoſſibilitatē. Sicut. n. poſt in-
ſtans creationis, pōt gratiam infundere
animę peccatrici: & infundendo pecca-
tū remittere: ita multò magis pōt gra-
tiam ſimul cū anima creare: & per hoc
animam a peccato pręſeruare. Nulla. n.
hic eſt repugnantia nec ex parte dei,
nec animę, nec gratię. Secūda pars an-
tecedentis probatur. Quia gratia ita re
pugnat originali peccato ſicut actuali:
ergo neutrū ſtat cum gratia. Conſequē
tia nota. Añs patet. Quia gratia facit di
gnū beatitudine, & filiū regni. Pctū tā
originale quā actuale mortale facit indi
gnū, & filiū gehēne: illa autē repugnāt.
¶ Secūda cōcluſio. Originale pctū non Cōcl. 2.
tm̄ eſt pęna: ſed eſt iniuſtitia, iniqtas ſi-
ue culpa. Hāc cōcluſionē magiſter ꝓbat
aptis auctoritatibus bti Aug. in lib. de
eccl. dog. Probat ēt Anſel. reducēdo ad
incōueniēs. Nā cū paruulus nō baptiza
tus ꝓpter originale damnatꝰ: ſi nō eſſet
pctū & culpa: deus dānaret aliquē ſine
pctō & iniuſtitia. Hoc aūt eſt inconue-
niēs, ꝙ mundus a pctō dānaretꝰ. ¶ Itē ſe-
qtur, ꝙ nō ſolus filius uirginis inter ho
mines in utero matris & naſcens de ma
tre fuiſſet ſine pctō: qđ eſt incōueniens
ſaltē naturaliter & ſine ſpeciali priuile
gio: cū dicat ſcriptura. Nemo mūdus a
ſorde nec infans, cuius eſt uita unius
diei ſuper terrā. ¶ Item omnis carens
iuſtitiā, quā habere tenetꝰ, eſt peccator:

ſed omnis concupiſcibiliter genitus ab
Adā tenetur habere iuſtitiam origina-
lē:ut probatū eſt priori articulo,& ea ca
ret,ergo eſt peccator:ultra ergo habet
peccatū,non actualē,ut ſuppono: ergo
Cōcl:3. G originale. ¶ Tertia cōcluſio. Peccatum
originale nō dicit rem poſitiuam quan-
tū ad ſuū formale:ſed originalis iuſtitiæ
priuationē debitę ineſſe. Patet pars pri-
ma:quia id dicit formaliter quo circū-
ſcripto non dicitur aliquis peccator,&
poſito eo alijs circūſcriptis dicitur pec
cator. Sed nullū poſitiuum eſt tale,er-
go. Prima pars uera. Conſequentia no
ta cū maiore. Minor uero probatur ſi-
mul cum ſecunda parte concluſionis:
quia poſita priuatione iuſtitiæ origina
lis debitę eo modo,quo priuatio dici-
tur poni: alijs puta fomite ac qualitate
morbida,& quęcunq; talia ſunt circum
ſcriptis: priuatus originali iuſtitia eſt
peccator: quia debitor eius,quo caret.
Alijs autem poſitis, ſublata carentia de
biti talis non eſt peccator:ut patet poſt
baptiſmū:ubi manet quidem fomes, &
non manet peccator: quia iam non ca
ret iuſtitia debita:eo ꝙ per baptiſmum
Cōcl.4. ſublatū eſt debitū. ¶ Quarta concluſio.
Peccatū originale de facto non eſt ſine
fomite:quę eſt lex carnis, ad inordina-
tas cōcupiſcentias inclinante cōtra di-
ctamen rectę rationis. Probatur cōclu-
ſio per illud apoſt. Rom. vij. Video aliā
legē in mēbris meis repugnātē legi mē
tis meę:& captiuantē me in lege pecca
ti, quæ eſt in mēbris meis. Gloſ. interli.
Legem in mēbris .i. fomitē. Et gloſ. mar
ginalis. Rectè fomes peccati lex dicit̄,
quia legitimè factum eſt: ut qui nō obe
diuit ſuo ſuperiori: ei nō ſeruiat ſuū in-
ferius .i. caro. Ad idem adducit magiſter
auctoritates in textu. In his .iiij. cōclu-
ſionibus omnes doctores catholici con
cordāt. Sed an fomes ille ſit de ratione
peccati originalis,ſiue originale pecca
tū ibi diſſentiunt:ut patuit in opinioni
Cōcl.5. bus primo articulo recitatis. ¶ Eſt igitur
cōcluſio quinta. Vtrūq,& fomitē inclu-
di in ratione peccati originalis tāquā
materiale:& ipſum non includi;ſed eſſe

annexum de facto: eſt probabile. Patet
cōcluſio:quia utrāq; partē tenēt uiri ſā
cti,& doctores famoſiſsimi. Neutraq;
pars eſt ab eccleſia reprobata: ut patet:
arti. j. Quòd uero de facto ita ſit, ꝙ
fomes annexus ſit originali peccato:pa
tet: quia nuſquā inuenitur originale ſi-
ne fomite: licet fomes ſit in baptiza-
tis, ſine originali: & ita eſt de facto:ſe-
cus de poſsibili;ut articulo primo oſtē-
ſum eſt. ¶ Sexta cōcluſio: tenendo opi. Cōcl.6.
magiſtri: duę qualitates morbidę ſunt H
ponendę: una in anima: alia in car-
ne. Quòd una in anima magiſter pro-
bat:quia in ſola anima eſt peccatū. Qua
litas autē illa ſeu fomes eſt peccatū ori-
ginale ſecūdū magiſtrū:ergo erit in ani
ma. Quòd autē ſit in carne, probatur:
quia qualitas illa eſt in ſemine,& corpo
re ſeminato priuſquam infundatur ani-
ma. Alioquin quomodo cōtraheretur a
parente:cū omnis actio parentū ceſſa-
uit ante animę infuſionē. Et cum anima
infūditur: nihil de nouo a parētibus cō
trahitur. Itē planè dicit magiſter,ꝙ ex
carne infecta anima dum infunditur,in
ficitur,& maculatur. Ponens exēplū de
panno mūdo ex macula manus recipiē Cōcl.7.
tis maculato. ¶ Septima cōcluſio:tenen
do opi. beati Anſel. Vna qualitas morbi
da uidet̄ ſufficere, qua ſubiectatur in ip
ſa carne. Probat̄ cōcluſio:quia illa qua-
litas ponitur propter inclinationē uo-
luntatis effrœnatā ad cōcupiſcēdū quā
experimur. Sed ad hoc ſaluandū ſufficit
qualitas carnis abſq; hoc,ꝙ talis pona-
tur in anima, & eius parte. Et cauenda
eſt pluralitas:ubi non urget neceſsitas.
¶ Quòd illa in carne,quā debet ponere
ex concluſione præcedenti ſufficit:pro
bat̄:quia ita experimur,ꝙ qualitas cor-
poralis, ut grauitas corporis inclinat ap
petitū ſenſitiuū:& mediāte eo ēt uolun
tatē ad deſcenſum. Propter grauitatē .n.
corporis uolūtas craſsi magis uult deſcē
dere,quā aſcēdere: aut qeſcere,quā am
bulare. Sic calor incētiuus (qui eſt in mē
bris) ad libidinē,& humor coporis ſuper
fluꝰ inclināt uolūtatē mediāte actu appe
itus ſēſitiui ad actus incōtinētię. nec ui



detur neceſsitas ponendi ad hæc ſaluan
da, qualitatē in appetitu ſenſitiuo,aut
uoluntate: quia nec eſſet actus,nec ha-
bitus. Nō actus:quia fomes eſt in hoīe,
& manet etiam dum nullus fuerit actus
in appetitu ſenſitiuo,aut intellectiuo:
ut patet in homine dormiente. Nec ha
bitus:quia habitus non cauſatur natu-
raliter niſi ex actibus. Fomes autem pre
cedit actus. Nec poteſt dici, ꝙ ſit actus
infuſus:quia deus talem morbidam qua
Arti. 3. litatem non infundit. ¶ Quantum ad
Dub. 1. tertium articulum eſt dubium primum:
I quę illarum opi. ſit probabilior. Reſpon
detur,ꝙ omnes ſunt probabiles: nec ali
qua earum poteſt euidenter improbari.
Prima quidem magiſtri magis ſaluat cō
munes auctoritates in illa materia cur-
rētes. Sed non uideo quomodo ſaluet,
ꝙ peccatū originale eſſe, poteſt ſine fo
mite:quod tamen poſsibile eſt,quia in-
iuſtitia originalis carentia ſcilicet origi
nalis iuſtitię, poteſt ſtare abſq; fomite;
ut ſupra argutum eſt. Difficile etiā erit
ſaluare,ꝙ deus nō cauſet peccatū: quia
quicquid poſitiuum eſt in fomite, quē
ponit illa opinio eſſe peccatum origina
le:deus cauſat,qui eſt cauſa omnis effe-
ctus poſitiui. Et ſi non ponitur priuatio
eſſe de ratione peccati originalis: deus
cauſat originale peccatum,& quicquid
in eo eſt. Et poſſent applicari rationes
probantes peccatum actuale non eſſe
quid poſitiuū,quantum ad rationē pec-
cati formalē:de quo infra dicetur, Opi
nio beati Anſel. pauciores habet inſtan-
tias:quę licet etiam ponat fomitem ut
uiſum eſt:non tamen ponit eum eſſe de
ratione peccati originalis: uel aliquid
eius eſſe. ¶ Tertia opinio uidetur magis
tolerabilis ad hominem, quæ mediās in
ter primas duas facile ſoluit auctorita-
tes utriuſq; opinionis:quia quodāmodo
amplectitur ambas. Verum nō apparet,
quō ſaluet,ꝙ poſſet eſſe peccatū origi-
nale ſine fomite:quō & ſi deficiente cō
notato ꝑ terminū,deficit & ſuppoſitio:
nō tñ ecōuerſo exiſtēte cōnotato ne-
ceſſario,ponit̄ ſuppoſitio .i. materiale il
lud,cui inhęret diſpoſitio,ut argutū eſt.

¶ Secūdò dubitatur,quę ſit qualitas illa Dub. 2.
quæ dicitur fomes in carne: an ſit qua- K
litas prima,uel ſecunda: & unde cauſa-
tur. Ad hoc reſpōdet Ockā iij. quodl.
q. x. ꝙ fomes eſt qualitas carnis inordi-
nata:inclinās appetitū ſenſitiuū ad actū
deformem,& uitioſum in habente iudi-
cium rationis. Quòd ſit inordinata pa-
tet: quia nō inclinat niſi poſt peccatū:
non enim erat in primis parentibus an
te peccatū. Cæterę particulę patent ex
pręmiſsis. Quòd .n. non ſit ſubſtātia pa-
tet: quia nō eſt in beatis nec in chriſto,
in quibus tñ eſt:quicquid eſt de ſubſtan
tia humanę naturę. Quòd aūt ſit quali-
tas patet:quia eſt accidens cum non ſit
ſubſtantia diſponens ſubiectū ad peius:
ideo erit de prima uel ſecunda ſpecie
qualitatis. Quòd ſit in carne patet ex
præmiſsis,alioquin non contraheretur
a parētibus quorū actio p̄ſertim patris,
quę eſt principalior,ceſſat ante infuſio
nem animę. ¶ Quibus præmiſsis reſpon
det Ockā,ꝙ pōt dici de fomite ſicut de
infirmitate corporali: quia infirmitas
cauſat̄ qñq; ex improportione humo-
rū:immo eſt ipſa improportio humorū.
Aliqñ ex putrefactione ipſorū cauſat̄ ali
qua qualitas diſtincta ab humoribus. Eo
dē mō pōt dici,ꝙ ille fomes, ſiue quali-
tas eſt aliquis humor,uel humores,uel
qui cauſantur a cauſis naturalibus:puta
qñ deus propter peccatū relinquit ho-
minē ſuis naturalibus. Vel forte eſt im-
proportio humorū: uel aliqua qualitas
diſtincta ab humoribus. Sed nullum illo
rū pōt probari,uel improbari ꝑ rationē
euidentē. Hæc Ockam. Ex quo patet ad
primā dubij partem,ꝙ utrūq; pōt dici .ſ.
ꝙ ſit qualitas prima, uel qualitates pri-
mę. Pōt etiā dici,ꝙ eſt qualitas ſecunda
cauſata a qualitatibus primis,& earū cō
mixtione adinuicē. Et ſic patet rñſio ad
ſecūdā partē dubij:ꝙ cauſat̄ a cauſis na
turalibus,dum relinquūtur ſuę naturę a
deo,ꝓpter peccatū hominis. ¶ Sed Greg.
de arim. dicit,ꝙ in primis parētibus cau
ſata ſit a uenenoſo flatu ſerpētis in quo
eos diabolus tētauit. Ab illo inquit ſibi-
lo caro illorū deo ſe propter eorū in-

obediētiā ſeu peccatū ab eorū cuſtodia auertente:ſeu eos non prçſeruante qualiter ſi nō peccaſſent præſeruaſſet: tali mala qualitate infecta eſt. Nec mirum: cū etiam ex ſibilo quorundam ſerpentū aliquādo hoies afflati ſubito intereāt, ſeu ad interitū grauiter urgeātur. Allegat ad hoc beatū Aug. lib. iiij. contra Iulianum. c. xxxvj. dicentem. Sibilo uenenoſo ſerpentis, cuius callidis decepti ſunt blādimētis: hāc inquietā & mortiferā peſtē eorū corpora cōceperūt, & ꝑ legitimum uſum poſtea quā de paradiſo proiecti ſunt, in poſteros tranſmiſerunt. Reprobat ex eadē auctoritate opinionē Adæ: qui tenet, ꝙ cibus uetitus, quē comederunt, alterauit, & intoxicauit carnem eorum ad corruptionem miſeram, quā nūc ſentimus: allegans aliā auctoritatē Auguſtini. Cōſequenter dicit, ꝙ ab illa qualitate in corporibus Adæ, & Euæ cauſata, ſimilis cauſata in carne prolis ſiue ſemine concurrēte feruore coitus, & ardenti libidine, quæ per nullā tranſmutationem naturalē tollitur, aut

Dub. 3. L consummatur. ¶ Tertiò dubitatur quō qualitas illa in anima generatᷣ: & in parte illa aīę, in qua ſola eſt peccatū ſecūdū opi. magiſtri, & eorū qui ponūt fomitē eſſe peccatum originale: non .n. a deo infunditur, manifeſtum eſt: nec ab actibus proprijs, ſicut habitus acquiritur: qā præcedit oēs actus uoluntatis. Nec a qualitate morbida carnis: quia corporale non agit in ſpiritum. Reſpōdetur ad hoc dubium ſecūdū opinionē tenentiū originale peccatum eſſe fomitē in anima: ꝙ cauſatur a morbida qualitate carnis: ut dictū eſt arti. primo. Cōſequēter negatur, ꝙ corpus non agat in ſpiritū: nā obiectū producit ſui cognitionē intuitiuā in intellectu: ut dicit Aug. A cognoſcēte, & cognito paritur cognitio. ¶ Et ſi dicitur, ꝙ hoc ſit mediante ſenſu coagente. Reſpondetur, ꝙ licet nunc in ſtatu iſto anima cognoſcat mediante ſenſu: nō tamē ſic in ſtatu poſt reſurrectionē. ſimiliter & anima ſeparata. Talis .n. cognoſcit intelligibile præſens intuitiue nō cōcurrente miniſterio uiriū ſenſitiuarū. Sicut in propoſito dicitᷣ, ꝙ qualitas corporalis in carne generat qualitatem morbidam in anima immediatè. Et licet difficilè ſit ſic dare exēplū extra poſitū: nō tñ ideo negādū: cū & ſancti hæc dicāt: & oppoſitū nō poſſet ſufficiēter probari. ¶ Quartò dubitatᷣ. Vtrū qua- Dub. 4. M

litas illa ſit intenſibilis, & remiſsibilis. Et uidetᷣ, ꝙ ſic: nā per cauſas naturales pōt hō fieri pronior ad cōcupiſcētias carnales, etiā pōt pronitas illa minui. Cū autē ꝓnitas illa ſit ex fomite, ſequitᷣ, ꝙ ſit intēſibilis, & remiſsibilis in ſua eſſentia. Antecedēs pro prima parte patet: quia quibuſdā medicinis incitat hō ad libidinē, & quibuſdā medicinis infrigidātibus, remittitur ſtimulus carnis. Secūda pars antecedētis patet ex dictis: qa fomes eſt cōcupiſcibilitas, quæ nihil aliud ē, quā ꝓnitas ad cōcupiſcēdū. ¶ Reſpōdetur: ꝙ ſūt opiniones de dubitato. Ockā dicit loco allegato: ꝙ fomes ē qualitas carnis intēſibilis, & remiſsibilis: quoniā ſecundū eū cauſatᷣ a qualitatibus ſeu cauſis naturalibus ſuę naturę deo nō ꝓhibēte dimiſsis: & qa cauſæ huiuſmodi ſunt intēſibiles, & remiſsibiles: etiā fomes q eſt effectus eorū, pōt intēdi, & remitti. Et hęc opinio cōcordat cū ſentētia magiſtri diſtinctione ſequēti dicentis ex auctoritate Aug. ꝙ remitti pōt, & intendi. ¶ Alia eſt opi. q̄ ēt ſupra tacta ęſt, ꝙ nō intēditᷣ, uel remittitᷣ in ſua eſſentia: licet bene quo ad effectū. Cuius rationē aſſignat Greg. ꝙ qa fomes ille nō eſt ex naturali diſpoſitione carnis ꝓueniente ex cibis, aut alijs alterātibus rebus: ex qbus cōmuniter in hoibus & diſpoſitiones, & cōplexiones corporum uariātur. Cuius euidēs ꝓbatio eſt: quoniā cū qualibuslibet diſpoſitionibus corporis, & quantūcunq; diuerſis uel cōtrarijs ſtat ꝓnitas illa. Nā cum tali qlibet naturaliter cōceptus naſcitur: & in nullo donec in mortali uiuit corpore: niſi per gratuitū & ſingulare beneficiū cōſummatur. Sicut ergo qualitas illa in anima nō eſt generabilis ex aliquibus corporalibus qualitatibus: niſi ex his, quæ in ſemine ex feruore coitus & ardēti libidine cauſantur:



ſic nō eſt ex alijs augmētabilis: nec ex eorū cōtrarijs diminuibilis. ¶ Et cōſequēter ad rationē, quę arguit, ꝙ ꝓnitas illa ex medicinis, & naturalibus cauſis augetur. Reſpōdetur, ꝙ hoc nō eſt: qa ex illis immediatè intēdatur fomes: ſed qa ex eis intenduntur, uel cauſantur aliæ qualitates corporales, quibus etiam coadiuuantibus anima trahitur ad ſimiles paſsiones. Sic etiam per augmentū fellis, aut cholerę facilius, & uehementius homo iracundus excitatus ad iram: & tamen habitus iracundię non augetur immediatè per tales corporales qualitates & earū extrinſecas cauſas abſq; uitali animę actu. Pronitas ergo illa non ex ſolo fomite: ſed etiam ex complexionis qualitate. Et ideo licet corporales qualitates cooperantur pronitati: nō tamen ideo uel fomes ponendus nō eſt: uel ex eis augmētatur: alioquin etiā probaretur, ꝙ in anima non eſſet habitus iracundiæ, aut luxurię, aut accidię, temperātię: aut alius inclināſ ad paſsiones, ad quas etiam per corporalia alimēta experimur nos magis diſponi: quod eſt contra omnes. ¶ Verum ad motiua huius opinionis facile reſpondet opi. prima Ockam dicēs, ꝙ licet fomes manet a conceptione uſq; ad inſtans mortis nō ideo ſequitur, ꝙ non poſsit augmentari per qualitates, aut cauſas naturales, quia ita argueretur de calore naturali hominis, qui tamen conceditur poſſe intendi, & remitti per cauſas naturales, licet non poſſet extingui manente hominis uita: nā ſi extinguitur, homo moritur. Ita diceretur de fomite, ꝙ per nullam diſpoſitionem corporis ſtātem cum uita, poteſt extingui: ſed ſi extinguitur fomes, uita ſimul extinguitur. Nō .n. extinguitur, niſi totus calor naturalis extinguatur. Et per hęc patet, reſponſio ad formam argumentorum. Et tantum de quæſtione. ¶ Circa tertiā cōcluſionē textus, qui loquitur de his, quę ſunt de ueritate humanę naturę: poſſet moueri quæſtio, quæ diſſerēda eſt ad librum quartum ad materiam de reſurrectione: ubi pertinentius tractatur.

## DISTINCTIO. XXXI.

EGIT de peccati originalis quidditate: agit in hac diſtinctione xxxj. de eius traductione. Comprehēditur autem ſententia textus in tribus concluſionibus, quarum prima eſt hæc. ¶ Peccatum originale, quod nō carni inhęret, ſed animę, per carnē ſolā, nō ꝑ animā cōtrahitᷣ a prole. ¶ Secūda. Pollutio quędā, quā ex libidinoſa parētum concupiſcentia caro contrahit, dū concipitur, cauſa eſt peccati originalis in anima: quę uitium ſiue corruptio carnis appellatur. ¶ Tertia. Non fœcunditas naturę humanę facit hominem cum peccato naſci: ſed fœditas libidinis, quam homines habent ex iſtius iuſtiſsima condemnatione peccati. Harum probationes textus proſequitur.

## QVAESTIO. VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionē quęritur. Vtrum peccatum originale in anima prolis lege propagationis genitę, contrahatur ab anima uel a carne. ¶ Ad quæſtionem illā ſummarie & breuiter reſpondendum eſt: quia materia eius ſicut ſequentium duarum diſtinctionum condependet priori quæſtioni: & eius ſolutio ex prioris quæſtionis ſolutione. Et quia ut dictum eſt quæſtione præcedenti in originali peccato duo conſiderantur: fomes ſcilicet, & carentia iuſtitię originalis. De utraq; dictum eſt, unde cauſatur: & per hoc unde cōtrahitur: etiā quomodo ſe habeāt ad rationē peccati originalis ſecundū diuerſas opiniones ſupra recitatas. Nam de fomite habitum eſt, quomodo cauſatus eſt in primo parente, deinde quomodo ex infectione carnis, & generatiuæ uirtutis per concupiſcentiæ ardorem, ac libidinem infectum eſt ſemen. Et qualitas huiuſmodi cauſata in carne prolis:

& ſic a parentibus transfuſa in prolem: hoc eſt cauſata in prolem. Et ꝙ de qualitate illa morbida in carne prolis cauſata, fomes in anima cauſatus eſt: & ita a carne infecta eſt anima in eius coniunctione cum carne infecta. ¶ Verũ apud eos, qui ponunt plures animas in eodẽ homine ſcilicet uegetatiuam, & ſenſitiuam, quæ ſunt ex traduce: quia de potẽtia materię: ita in homine ſicut in cęteris animantibus genitę, & animam intellectiuam non genitam: ſed a ſolo deo creatam, & creando infuſam. Poſſet eſſe difficultas: utrum fomes animæ prolis contrahitur ab anima ſenſitiua, uel uegetatiua parentis: quia tamen oſtenſum eſt ſupra diſtinct. xvj. ꝙ in homine eſt tantum una forma ſubſtantialis ſcilicet anima intellectiua, quæ non eſt ex traduce, nec a parentibus genita: ſed a deo creata, ideo non habet hic locum. Cum enim anima non eſt ex traduce: ſed immediate a deo, qui finxit ſingillatim corda ideſt animas hominum, non habet anima prolis dependentiam ad animam parentis: & ideo nihil contrahit ab anima parentis. Quantum uero ad priuationem iuſtitiæ debitæ ineſſe etiam duo conſiderantur, ſcilicet nuda priuatio, quæ dicitur carentia iuſtitiæ originalis: & debitum habẽdi. Priuatio: quia quod nihil eſt, nõ contrahitur: ſed iſta priuatio eſt ex abſentia cauſæ producentis. Deus .n. quia non producit ſeu infundit donum originalis iuſtitiæ: ideo non eſt in anima prolis. Debitum uero, quo proles eſt debitrix iuſtitię qua caret, illud cõtrahit anima ſeu proles mediante carne. Non ita, ꝙ caro per qualitatem aliquam ſibi inhęrentẽ cauſet debitum illud, quaſi quandã qualitatẽ in anima ꝓlis: ſed ex hoc, ꝙ caro cõcupiſcibiliter ſeminat̃: & ex ea ſic ſeminata formatur corpus organicũ, cui infunditur anima cũ carne cõſtituens ꝑſonã, quę eſt filius, uel filia Adę. Iſta ꝑſona: quia naturalis proles Adę, eſt debitrix iuſtitiæ originalis a deo ipſi Adę, ac omnibus ſuis filijs ab eo propagationis

Cõcl. 1. lege genitis datæ. ¶ Ex his poſſunt elici duę cõcluſiones ad quæſtionis titulum reſponſiuæ. Prima. Fomes peccati originalis in anima contrahitur a carne morbida qualitate infecta. Probatur: quia inde contrahitur, unde cauſatur, ſed fomes in anima cauſatur a morbida qualitate carnis. ergo. Conſequentia nota cum maiore. Minor multipliciter eſt probata. ¶ Secunda concluſio. Pec- Cõcl. 2.
catum originale prolis quantum ad debitum iuſtitiæ originalis, eiuſq; carentiam contrahitur mediãte carne: & nõ mediante anima a primo parente. Probatur: quia mediante illo contrahitur a patre Adam mediante quo eſt naturalis filius Adę: ſed mediante carne eſt filius naturalis Adę, & non mediante anima: ergo concluſio uera. Conſequentia nota. Maior patet: quia ideo proles debitrix eſt iuſtitię originalis: quia filius naturalis Adæ: ut ſupra probatum eſt. Minor patet: quia caro prolis, ratio eſt, ꝙ ipſa eſt filius naturalis Adæ, ꝙ nõ anima: non enim deſcendit proles ab Adã, ſecundum animam, quam non habet ex Adã per traducẽ, ſed immediate a deo: ſed deſcendit ab eo ſecundum carnem: hanc naturam habet ab Adam per propagationem. Hac etiam iuſtitia caret per peccatum Adę: quia ſicut eam in Adam perdidit. Et tantum de illa quæſtione breuiſsima ſolutione.

## DISTINCTIO. XXXII.

EGIT de peccati originalis quidditate, & transfuſione, in hac diſtinctione xxxij. cõſequenter agit de eius remiſsione, ſoluens quaſdam quęſtiunculas breues circa peccatum originale incidentes. Et colligitur ſententia magiſtri in tribus concluſionibus, quæ ſequuntur. ¶ Prima concluſio. Per baptiſmum originale peccatum dimittitur, ita ꝙ ad culpam ſeu reatũ nõ imputatur: & quãtũ ad cõcupiſcẽtię uitium debilitatur. ¶ Secunda concluſio.



Concupiſcentia, quæ ante baptiſmum pœna eſt, & culpa: & poſt baptiſmũ tantum pœna, eſt a deo auctore inquantũ pœna, nõ inquantũ culpa. ¶ Tertia cõcluſio. Peccatum originale ex uoluntate primi hominis contractum eſt: quia dicitur uoluntarium. Et quia trãsfuſione factum eſt hæreditarium; dici poteſt neceſſariũ. Proſecutio patet in textu.

## QVAESTIO VNICA.

A CIRCA hanc diſtinctionẽ quæritur. Vtrum per ſacramẽtum baptiſmatis tollatur reatus culpæ originalis.

¶ Pro ſolutione aduertendum: licet peccatum quodcũq; poſſet dimitti ꝑ ſolã non imputationem dei de potẽtia eius abſoluta ſecũdũ illud. Beatus uir, cui nõ imputauit dñs peccatũ, ſine poſitione, aut infuſione cuiuſcunq; poſitiui. Deus tamen de potentia ſua ordinata nõ remittit, niſi illud reſtituat, quod peccatũ priuat: & hoc in ſe formaliter, uel ęquiualẽter uirtualiter ideo nõ remittit peccatum actuale, quod gratiam priuat niſi per infuſionem gratiæ: nam inter filium carceris, & regni nõ eſt mediũ ſecundũ ordinem inſtitutum. Sic & originale, quod tollit iuſtitiam originalem, nõ remittit niſi reſtituendo iuſtitiã originalem: aut gratiam gratum facientẽ, quæ eſt excellentior iuſtitia originali. Infundendo autem gratiam, tollit debitum habendi iuſtitiam originalem: & ipſum cõmutat in debitum habendi gratiam. Nec ſi perdiderit gratiam, reddit debitum habendi iuſtitiam originalem: ſed ſemper manet debitum habendi gratiam: in quod debitum iuſti-

Cõcl. 1. tiæ originalis eſt commutatum. ¶ Quo
B præmiſſo eſt prima concluſio. Per ſacramenti baptiſmatis ſuſceptionem dimittitur peccatum originale contractũ per libidinoſam propagationem. Probatur: quia per ſacramentum baptiſmi confertur gratia adoptionis, ſi non ponit obex: ergo tollitur omne repugnãs. Conſequentia nota: ſed carentia cuiuſcunq; ad conſequẽdum gloriam neceſſarij repugnat gratiæ adoptionis: & talis eſt carentia iuſtitię originalis debitæ. Antecedens principale eſt articu- Cõcl. 2.
lus fidei. ¶ Secunda cõcluſio. Dimiſsio originalis peccati nõ fit per iuſtitiæ perditæ reſtitutionẽ: ſed per debiti ipſam habendi commutationem. Patet: quia non reſtituitur originalis iuſtitia: cum etiam poſt baptiſmum manet uirium rebellio: ſed poſt baptiſmum non eſt iuſtitia illa debita ſicut ante: quia commutata eſt in debitum habendi gratiã. Ex illo uidetur ſequi, ꝙ peccatum originale poteſt dimitti ſine gratię infuſione. Patet: quia ſi quis adultus baptizatur ponens obicem gratię per peccatũ actuale, puta habens propoſitum peccãdi mortaliter, illi cõmutatur debitũ habendi iuſtitiam originalẽ, in debitũ habendi gratiam: & ita dimittitur peccatũ originale, quod eſt carentia iuſtitiæ originalis debitæ: quia amplius non eſt debitor eius. Quod autem fiat illa commutatio, patet: quia baptiſmus habet omnem effectum ſuum, niſi impediatur: nunc autẽ per peccatũ actuale baptizati, licet impediatur gratiæ infuſio, cui repugnat peccatum actuale: non tamẽ illa commutatio debiti iuſtitię originalis in debitum habendi gratiam impeditur, quod nõ repugnat peccato: manet enim in relapſu poſt baptiſmum: ſicut etiam in caſu, non impeditur effectus quantum ad impreſsionem characteris, pro eo, ꝙ character ſtat cum mortali: uerũ ſi non dimittit originale illi, ut nõ ſit peccator; ſed ut nõ ſit talis peccator. ¶ Et ſi diceres. Si non eſt peccator originali peccato, nec actuali: ergo eſt peccator ſine peccato, qđ eſt impoſsibile. Quòd nõ actuali patet: quia ſicut carentia iuſtitię originalis debitę nõ eſt peccatum actuale: ita nec carentia gratiæ debitæ: neutrum enim dicit actum. Reſpondetur, ꝙ talis eſt peccator actuali peccato: illo ſcilicet quo impedit gratiæ infuſionem. Ad probationem dicitur, ꝙ non eſt ſimile: quia carentia iuſtitię actualis debitæ accidit ſine quo

Quomodo dimittit̃ peccatũ originale.

cunq; ac̄tu pſonę, ſed carentia ꝓpagatę gratiæ debitæ poſt dictā cōmutationē nunquā accidit ſine actu proprio carentis gratia: ideo carentia gratię debitæ eſt peccatum actuale: quia per actum proprium peccatoris contingit: & ita per peccatum actuale, a cuius reatu nū-quam ſeparatur. ¶ Si non placet hoc, poſſet dici, ꝙ in caſu manet originale: nec fit commutatio niſi dum baptizatus incipit ſuum habere effectum ceſſante ſcilicet fictione baptizati: ſed tunc oporteret concedere, ꝙ aliquis uerè baptizatus maneret in peccato originali, quod uidetur inconueniens. De hoc in iiij. diſtinct. iiij. queſt. ij.

Cōcl. 3. C

Remiſſio peccati originalis, & actualis quomodo.

¶ Tertia concluſio. Aliter fit remiſſio peccati originalis: aliter peccati actualis. Probatur: quia originale dimittitur manente eius materiali ſcilicet fomite: ſed actuale nū-quam dimittitur manente eius materiali. Materiale enim in peccato actuali eſt actus peccati iniuſtus, quo manente non remittitur peccatum. Et hoc uerū eſt loquendo de actu interiori elicito: forte de exteriori non oportet. Ratio autem, in qua fundatur hæc concluſio, eſt formale in originali, non eſt carentia iuſtitiæ originalis debitę ineſſe actui ſeu fomiti, qui eſt eius materiale. Sed formale in actuali eſt priuatio iuſtitiæ debitę ineſſe actui. Nō poteſt autē actus elicitus deformis rectę rationis a priuatione rectitudinis purgari: niſi eliciatur conformiter rectę rōni: & ita erit alius actus numero a priori: de quo in. iij. lib. tractandum eſt.

D

Quomodo originale, baptiſmo remittitur.

¶ Sed hic eſt dubium, quomodo peccatum originale remittitur in baptiſmo: cum tamen baptizatus ipſum transfundat in poſteros: nam quomodo poteſt transfundere illud, quod non habet. Ad hoc reſpondet magiſter diſtinct. xxxj. huius aſsignans ad hoc ſimilitudines naturales: nam præputiū auferebatur in circunciſione, & tamen manet in prole, & cum palea granum naſcitur, a qua ſemen priuſquam ſeratur, diligentiſsimè purgatur. Sicut ergo manet in fructu, qui de purgato naſcitur tritico: ita peccatum, quod in parentibus per baptiſmum mundatur, manet in eis, quos genuerunt: ex hoc enim gignitur, quod adhuc uetuſtum traijciunt: non ex hoc, quod lex in nouitate promouit eos inter filios dei. Non enim generant parentes filios ſecundum illam generationem, qua denuo nati ſunt: ſed potius ſecundum eā, qua carnaliter, & ipſi primum ſunt generati. ¶ Sanctus Bonauent. dicit, quòd licet originale peccatum deleatur in ſe per baptiſmum: quantum ad cauſam, quo ad omnem illum, qui baptizatur: ita quòd in illo homine nunquam reuiuiſcit; ſed quantum ad cauſam transfundendi in poſteros ſic non deletur. Cuius rationem addit: quia corruptio, quæ eſt cauſa originalis peccati propagandi eſt corruptio naturę, ſiue conſiſtens penes uim generatiuam, quæ habet radicari in carne, unde originale, ut eſt uitium perſonæ, reſpicit uoluntatem: prout autem eſt uitium naturæ, reſpicit generatiuam uirtutem, & carnem. Gratia autem ſacramentalis propriè reſpicit, corruptionem perſonæ: nec habet rectè ordinari contra corruptionem naturæ: ideo cum infunditur gratia, deletur originalis culpa ſecundum, ꝙ erat peccatum animæ: remanet tamen aliquis languor in carne, qui eſt cauſa originalis peccati in prole. Sed rationes illæ non uidentur ſufficienter. Prima non ſoluit: ſed ad tollendum admirationem, quædam ſimilia naturalia affert. Nec ſecunda ſufficit: quia eſto etiam, quòd baptiſmus non ſolum formale in peccato originali: ſed etiam materiale ideſt fomitem in anima ſimpliciter, & in carne tolleret: adhuc proles a ſic purgato genita cum originali peccato naſceretur: quia cum carentia originalis iuſtitiæ; quam habere teneretur. ¶ Ideo dicitur, quòd licet per baptiſmum tollitur debitum habendi originalem iuſtitiam a perſona baptizata, non tamen ab alijs ſiue ab ea ſiue a cæteris propagatis. Cuius ratio non eſt alia niſi inſtitutio diuina, qui ita inſtituit baptiſmi ſacramentum: ut gratiam nō



niſi ſuſcipienti perſonæ. id eſt baptizato conferret: nec effectus eius ad alios tranſiret. Qui ſi uoluiſſet; potuiſſet gratiam baptiſmatis dediſſe baptizato: non tantum pro ſe, ſed pro tota ſua poſteritate: ſicut dedit iuſtitiam originalem Adæ: ſed ita non placuit. ¶ Et ſi dicitur: quomodo transfundit parens, quod non habet. Dicitur, quòd transfuſio illa non ſic intelligitur: ſicut transfuſio liquoris de uaſe uno in uas aliud, quaſi aliquod pertinens ad rationem peccati originalis formalem exiſtens in parente, transferatur in prolem. Sed in hoc transfundere dicitur: quia generando prolem producit filium Adæ: & per conſequens debitorem originalis iuſtitiæ, qua quia caret, peccator eſt debitor peccato originali: non autem eſſet debitor originalis iuſtitiæ, ſi non eſſet filius Adæ. Et quia hoc habet a parente, quod eſt filius Adæ, dicitur peccatum originale contrahere a parente. Tantum de quæſtione.

## DISTINCTIO. XXXIIII.

LEGIT magiſter de peccati originalis quidditate, transfuſione, remiſsione: nunc conſequenter agit de eius in poſteros augmentatione, & punitione. Vnde tres concluſiones principalem huius diſtinctionis ſententiam comprehendunt. Prima concluſio. Per peccata parentum poſteriorum Adæ non augmentatur in paruulis peccatum originale. ¶ Secunda concluſio. Primorum parentum transgreſsio, licet fuerit grauis, & non grauiſsima: originale tamen peccatum per eos transfuſum punitur in paruulis pœna mitiſsima. ¶ Tertia concluſio. Peccata actualia parentum in filijs uſque ad tertiam, & quartam generationem puniuntur: qui patrum exempla proprijs ſuis criminibus imitantur. Harum declaratio patet in textu.

## QVAESTIO VNICA.

A

CIRCA hanc diſtinctionē xxxiij. queritur. Vtrū ſicut in prolem non trāſeunt ꝓximorū parentū peccata: ita trāsfuſi peccati pœna in prole ſit leuiſſima. ¶ In quęſtione erunt tres articuli. Primus reſpicit ſuppoſitū. Secūdus quæſitū. Tertius dubia abſoluet.

Arti. 1. Not. 1.

Quantū ad primum eſt notandum, ꝙ peccatum trāſire in prolē poteſt intelligi tripliciter ſecundum ſanctum Bonauen. q. j. huius diſtinctonis. Aut punitione, aut imitatione, aut transfuſione.

Peccatū tranſire pōt tripliciter conſiderari

Punitione ita ꝙ proles puniatur pro peccato parētis, & hoc uel punitione tēporali, uel ęterna. Imitatione, ſiue exemplo: ut quando ad exemplar peccatorum prioris aliquis in ſimile peccatum labitur: ſic peccatum diaboli tranſiuit in genus humanum: ſecundum illud Sap. ij. Inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarum, imitantur autem illum, qui ſunt ex parte illius. Quod additur: quia ſic non tranſit peccatū niſi in eos, qui ſponte uoluerint imitari. Transfuſione, quando propter peccatum parentis ēt proles cōſtituitur debitrix apud deū: quo modo declaratū eſt de peccato originali.

Cōcl. 1. B

¶ Iſto notabili præmiſſo eſt cōcluſio prima ad primum articulum. Peccata proximorum parentum imitatione tranſeunt in prolem parentum uitia uoluntate propria iterantem. Patet concluſio: quia frequenter proles imitātur mores parentum: licet non ſemper nō-nunquam enim filij parētum uitia deteſtātur. Sic Ezechias ſanctus patris idololatrę Achab opera deteſtatus, toto corde domino ſeruiebat: ut habetur. iiij. Reg. xviij. & ſequentibus.

Cōcl. 2.

¶ Secunda concluſio. Parentum peccata quandoque puniuntur in filijs pęna temporali, nunquam tamen perpetua gehennali. Prima pars patet multipliciter ex ſcri-

ptura:nam.iij.Regum.xiiij.Ego inducã
malum ſuper domum Hieroboam &c.
Et ibi cõſequenter habetur,ꝙ tota eius
poſteritas propter peccatum patris fuit
conſumpta.Similiter habetur de Baaſa
rege Iſrael.iij.Regum.xvj. Sic & in di-
luuio,& in Sodomis infantes, & pueri
perierunt propter peccata parentum.
Sic Dauid punitus fuit in populo peſti-
lentia percuſſo propter peccatum nu-
merationis populi:& ſimilia multa. Sic
enim multa poſteris deus prę ſtat benefi
cia propter parentes bonos,ita paren-
tes malos temporaliter quandoq; puni
uit in poſteris. Secunda pars patet per
illud Ezechiel.xviij.Anima,quę pecca-
uerit,ipſa morietur: filius non portabit
iniquitatem patris, nec pater portabit
iniquitatem filij: quod intelligendum
eſt de morte æterna gehennali.Item ad
Gal.vj. Vnuſquiſque onus ſuum por-
tabit. Et ſecundum hanc diſtinctionem
pœnę multæ ſcripturę,quæ uidentur cõ
Cõcl.3 C trarię,concordantur. ❡ Concluſio ter-
tia.Pctã proximorũ parentũ non tran-
ſeunt transfuſione in prolem, inducen
do culpæ reatum.Probatur:nullum pec
catum parentum,in quibus filij non cõ
ſtituũtur debitores iuſtitię, tranſit trãſ
fuſione in prolem:ſed omne peccatum
parentum proximorum eſt huiuſmodi:
ergo nullum tranſit &c. Conſequentia
eſt in Celarent. Maior probatur: quia
peccatum eſt carentia iuſtitiæ debitæ:
ergo ut peccatum transfundatur a pa-
rente in prolem,requiritur, ꝙ utrumq;
habeat proles a parente ſcilicet caren-
tiam iuſtitiæ,& debitum habẽdi:hoc eſt
ꝙ proles conſtituta ſit debitrix haben-
di iuſtitiam in parente,quod tunc con-
tingit,quando parens accepit iuſtitiam
pro ſe,& ſua prole; & ꝙ parens hãc per
diderit:nam ſi alterum defuerit,pecca-
tum non contrahitur, nec transfundi-
tur.Nam ſi proles non eſſet debitrix iu
ſtitiæ:aut non careret ea, non eſſet in
ea peccatum:& ſi ſuo actu perderet iu-
ſtitiam,aut ſua receptione iuſtitiæ facta
fuiſſet debitrix:iam non eſſet peccatum
transfuſum,aut originale,ſed eſſet pec-
catum actuale,& perſonale: ſicut pecca
tũ Adæ nõ fuit originale, uel contractũ
in Adam,ſed actuale. Minor probatur:
quia in nullis parentibus poſterioribus
Adam filij conſtituti ſunt debitores iu
ſtitiæ:igitur. Antecedẽs patet: quia nul
li parentes poſteriores Adam acceperũt
iuſtitiam pro ſe,& prolibus. Nec enim
originalem:quia illam non receperunt.
Nec gratuitam:quia illam recipit qui-
libet per ſacramentum,uel aliquod pro
portionale:ſed ſacramentum nõ habet
efficaciam,niſi in recipiẽte:ſicut patet
de ſacramento baptiſmi,quod eſt effica
ciſsimum quantum ad remiſsionẽ cul-
pę,& infuſionem primę gratiæ. De hoc
dicit Chriſtus. Niſi quis renatus fuerit
ex aqua &c.quod reſpicit omnes ſingu-
lares perſonas.Similiter de circũſione.
Maſculus,cuius præputij caro circunci
ſa non fuerit,delebitur anima illa de po
pulo ſuo Gen.xvij.Et ideo gratiam ſa-
cramentalem quilibet recipit tantum
pro ſe,& non pro ſua poſteritate: alio-
quin ſi baptizatus non perderet gratiã,
& uitam finiret in innocentia baptiſma
li,filius eius generaretur in gratia, nec
egeret regeneratione: quod eſt contra
uerba Chriſti allegata, ſicut ſi Adã nõ
perdidiſſet iuſtitiam originalem, filium
genuiſſet iuſtum:quia animæ eius deus
concreaſſet iuſtitiam originalẽ. ❡ Quã Arti. 2.
tum ad ſecundum articulum,qui erit de Not. 1.
pęna originalis peccati inflicta prolibus D
ipſum contrahentibus. Notandum ſe-
cundum ſanctum Bonauen.quęſt.v.hu-
ius diſtinct.ꝙ de hac materia quantum
ad pęnam ignis,& dolorem ſenſibilem
exteriorẽ,duplex ẽ opinio.Quidam.n. Duplex
attendentes rigorem diuinæ iuſtitiæ, opinio
qua deus hominẽ pro uno modico pec- de pœ-
cato mortali,in quo momentanea, uel nis.
quaſi nulla fuit delectatio,cruciat ęter
naliter. Dicunt, ꝙ paruuli cremabũtur
igne materiali,longe tamẽ minus, quã
illi q peccarũt peccato actuali.Et hoc di
cunt ſenſiſſe Aug.in ench.cap. xcij. di-
centem.Mitiſsima ſanè omnium pœna
erit eorum,qui præter peccatum,quod
originale traxerũt,nullum inſuper ad-
diderunt



diderunt.Mitiſsimam illam uocant pœ
nam nõ abſolutè, ſed reſpectu aliorum.
Nec in hoc derogatur, ut dicunt diui-
næ miſericordiæ:quamuis plus manife-
ſtetur in hac paruulorũ punitione opus
diuinę iuſtitiæ, quàm miſericordię pro
eo, ꝙ minus malũ eſt in tali pęna eſſe,
Minus malũ eſt eſſe in pœna, quã non eſſe. quàm omnino non eſſe. Et hoc dicunt
eſſe cõueniẽs,ut ſicut in originali pec-
cato erat carentia debitę iuſtitię,& cõ
cupiſcentia: ſic & in pęna eſſet carẽtia
uiſiõis dei:& afflictio ignis ęterni. ❡ Sed
quia uidetur ualde durum illud dicere,
ꝙ deus tam aſperè agat cum paruulis ſic
decedentibus, qui omnino uitare non
potuerunt nec mortem culpæ,nec mor
tem naturę: præſertim cum uideamus
deum cum impijſsimis,& ſceleratiſsimis
peccatoribus ſępe in ultimis miſericor-
diter agere:ideo eſt alia opi.mitior ma-
gis concordans pietati dei, & iudicio
rationis, quam etiam ſequitur Sco. &
ſanctus Bona.& communiter doc. ſecũ-
dum quam ponentur concluſiones pro
Not. 2. babiliter ſuſtinendę. ❡ Secundò notan-
E dum,ꝙ de dolore interiore,puta triſti-
tia aut pęna uermis doctor pręfactus ſan
ctus Bonaue. tres opiniones recitat. q.
vj. huius diſt.dicens: quia de hac quæ-
ſtione nec expreſſè loquitur ſcriptura,
nec ſancti expreſſè determinat,ideo do
ctores theologi hic cõtraria opinantur.
Sunt enim qui uoluerunt dicere, ꝙ par
uuli carebunt cognitione, & dolore.
Cognitione quidem carebunt exigen-
te iuſtitia. Dolore carebunt exigente
miſericordia. Iuſtitia namq; exigit, ut
non detur eis poſt hanc uitam donum
aliquod cognitionis, quod in hac uita
non habuerunt. Vnde ſicut caruerunt
cognitione fidei, & omni genere co-
gnitionis intellectiui, qui mortui ſunt
ante uſum rationis: ſic etiam carebunt
poſt hanc uitam omni cognitione. Nec
diuturnitate temporis addiſcent: ſicut
nec maiores,qui nihil plus ſciunt, quan
do moriuntur, quàm quãdo naſcuntur.
Et ſi multo uixerũt tempore miſericor-
dia exigit: ut non habeant pænã actua
lis doloris, cum non habuerunt macu-
lam culpæ actualis:ideo iuſto ſuo iudi-
cio priuat eas omni cognitione, quæ
poſſet eis inferre dolorẽ. Melius.n. eſt
talia ignorare, quã ſcire: ſicut peccato
ri prono ad peccatũ, melius eſt ignora
re,quã noſſe ea,quę eũ inclinãt ad pec
catũ. ❡ Sed quia difficile eſt intelligere,
ꝙ anima ſeparata nõ habeat uſum ratio
nis, & non cognoſcat ea,ad quę poſſet
naturaliter attingere: cũ ex parte cor-
poris impedimẽtũ non habet. Ideo alij Animæ
opinãtur, ꝙ animæ paruulorũ habebũt paruulo
cognitionẽ,& dolorẽ:Scient.n.ſe bea- rum co
titudine (merito originalis peccati) eſ gnoſcẽt
ſe priuatos; & propterea dolorem habe & dole-
bunt,& affectiones doloris alternabun bunt.
tur.Non tamẽ habebunt dolorem uer-
mis: quia non habebunt remorſum, ꝙ
perdiderunt illud bonum per propriam
negligentiam,& cõtemptũ:& pro tan-
to dolor eorũ erit multò mitior, quàm
dolor adultorum. ❡ Tertia eſt opinio, ꝙ F
animę paruulorũ carebunt actuali do-
lore, & afflictione:non tamen carebũt
cognitione. Modum etiã intelligendi
ſubdit dicens. Decedẽtes n. in ſolo ori
ginali: quaſi mediũ tenent inter haben
tes culpam actualem, & gratiã. Et quia
ſtatus retributionis reſpondere debet
ſtatui uitæ prę ſentis,in tali ſtatu debẽt
animę paruulorum poni, ut quaſi me-
diũ teneant inter beatos,& ęternis igni
bus cruciatos.Quoniam ergo boni ca-
rent malo pœnę ſenſus,& cũ hoc habẽt
dei uiſionem,damnati econtrario ſunt
in tenebris, & puniuntur pęna ſenſibili:
paruuli ſecundum rectum ordinẽ diui-
næ æquitatis debent communicare in
uno cum damnatis,& in alijs cum bea-
tis:ſed non poſſunt cõmunicare cũ bea
tis in habendo diuinam prę ſentiã: quia
tunc in nullo cõmunicarent cum dam-
natis. Prę ſentia enim uiſionis dei, non
ſtat cum pęna ſenſibili:ideo cum beatis
cõmunicant in hoc, ꝙ carẽt omni affli Paruuli
ctione exteriori. Cum damnatis uero, ĩter bea
ꝙ carent uiſione dei, & luce corporali. tos &
Paruuli ergo ſe diuino iudicio iuſto in- dãnatos
ter beatos,& ſimpliciter miſeros con- & quo-
ſtitutos nouerunt: & cum ex una par- modo.

parte conſideratio generet deſolatio-
nem,ex altera conſolationē: ęqua lāce
eorū cognitio,& afflictio diuino iudi-
cio librant:ut nec triſtitia deijciat;nec
lætitia reficiat;& in tali ſtatu ꝑpetuanť.
Et in hoc mirabiliter oſtenditur ordo
diuinæ ſapientię:q̄ cuncta nouit ſuo lo-
co diſponere,& ad ſui gloriam ordina-
re. Nam ſicut in beatis potiſsimè ma-
nifeſtatur miſericordia : & in damnatis
potiſsimè claret iuſtitia: ſic in iſtis ma-
nifeſtatur ſimul iuſtitia , & miſericor-
dia. Et in hoc patet,ꝙ deus non fruſtra
facit animas,quas nouit de corpore an
te ſuſceptionē baptiſmatis egreſſuras ,
omnia enim facit deus ad gloriam ſuā
manifeſtandam. Hanc opinionem repro
bat ſanctus Bona.& reſpondet ad quę-
ſtionem,qua quæritur,quid paruuli fa-
ciant,utrum addiſcant , uel conferant,
uel aliquod aliud opus exerceant dicēs.
Diuinæ iuſtitiæ æquitas , & immutabi-
litas in eodem ſtatu quantum ad cor-
pus,& quantum ad animam ſiue quoad
cognitiuam,ſiue quoad effectiuam per
petualiter eos conſolidat:ut nec profi-
ciant,nec deficiant,nec lętētur,nec tri
ſtenť,ſed ſemꝑ ſic uniformiter maneāt,
ut ſint materia laudandi diuinū iudiciū.
Quod ſic eſt æquum,& iuſtum,ut nullū
bonū maneat irremuneratum, & nullū
malū maneat impunitum: & perfectiſsi-
mè teneat medium inter ſuperfluum,&
diminutum. Hæc ſanctus Bonauentu.
¶ His recitatis ponuntur concluſiones
ꝓbabiles de utraq; pœna ſenſus exterio
Cōcl. 1. ri,& uermis interiori. ¶ Prima. Damna-
G ti pro ſolo originali,& non pro actuali
crimine nullam habebunt pœnam ſen-
ſus in corpore,aut ſenſu exteriori. Pro
batur auctoritate magiſtri in textu .&
perſuadetur ratione. Iniuſtum eſt plus
exigere in pœna,quā commiſſum eſt in
culpa:ergo paruulus,qui nullo actu ſuo
diuinum contempſit imperium,nullum
debetur ei ęternale ſenſibile tormentū.
Acerbitas enim ſenſibilis pœnę reſpon
det quantitati delectationi : iuxta illud
Apocal. xviij. Quantum glorificauit ſe,
& in delicijs fuit,tantum date illi tor-
mentum,& luctū. Sed anima paruuli, an
te uſum rationis defuncti nullam inor-
dinatam delectationem percepit : ergo
nec debeť ſibi in pœna acerbitas ignis ,
uel alterius ſenſibiliter affligentis.
¶ Secunda concluſio. In damnatis pro Cōcl. 2.
ſola originali culpa nec eſt pœna uer-
mis,nec interior triſtitia. Patet conclu
ſio per magiſtrum. Nullam aliam pœnā
ignis materialis, uel uermis ꝓ originali
ſenſuri ſunt paruuli:niſi ꝙ dei uiſione
carebunt in perpetuum. Idem perſuade
tur ratione:quia ſi paruuli triſtarenť de
amiſsione beatitudinis : cum non ha-
beant uirtutē patientiæ , murmurarent
contra deum eos beatitudine priuantē,
& contra diuinam ordinationem:& ita
iniquè,& iniuſtè. Et ſic poſt egreſſum a
corporæ animę paruulorum efficeren-
tur magis iniquę,& iniuſtę ,quàm ante
egreſſum contra diuinam diſpoſitionē.
Eccl. xj. Lignū in quocūq; loco cecide
rit,ibi erit. Ergo cum nullā inordinatā
uolitionē hic uiuētes habuerunt, nullā
habebūt in futuro. ¶ Prętereа. ſi triſtanť
ex carētia btitudinis,cū eā nō expectēt,
eā hr̄e deſperāt:ergo habēt grauiſsimā
pœnā dānatorū: q̄a pœna deſꝑationis
adipiſcendæ beatitudinis omnium pęna
rū eſt grauiſsima. Cōſequēs autē falsū ,
& abſurdum : cū culpa eorum ſit minor
omnium culparum damnationē meren
tium. ¶ Tertia concluſio. Transfuſi ori- Cōcl. 3
ginalis peccati pœna inter cæteras dam H
natorum pœnas eſt leuiſsima. Patet cō- Pœna
cluſio auctoritate Beati Aug. in ench. peccati
ſupra allegata. Probatur etiam ratione: origina
quia minori peccato debetur minor pę lis eſt le
na:ſed inter peccata damnantia minus uiſsima.
eſt peccatum originale , quod non pro-
pria uoluntate,& actu committitur. nec
proprio contemptu ſicut omnia pecca-
ta actualia mortalia committuntur. er-
go minor ei pœna debetur. ¶ Quarta cō Cōcl. 4.
cluſio. ¶ Pœna decedentium tantum in Quę pę
originali,eſt diuinę uiſionis, fruitioniſ- na ſit
que carentia,& detentio in loco uili. paruulo
Primū probatur : quia paruuli in origi- rum &
nali decedentes carent gratia ſpirituſ- ubi.
ſancti,qui eſt pignus hæreditatis ęternę:



& ideo priuantur hæreditate æterna ,
quæ conſiſtit in dei uiſione,& fruitio-
ne. Secundum patet,quia detinentur in
limbo puerorū , qui eſt locus proximus
inferno damnatorum: ut determinant
doct. diſt. xlv. quarti. & ideo eſt locus ui
lis. Et detentio ſecundum Bona. reſpon
det infectioni carnis, quę ſecundū eum
Arti. 3. ē materiale in peccato originali. ¶ Quā
Dub. 1. tum ad articulum tertium , eſt primum
I dubium circa materiam primi articuli.
Vtrum in una prole ſit tantum unū pec
catum originale,an plura. Quòd plura
uidetur innuere propheta cum dicit
pſal. l. In iniquitatibus conceptus ſum.
ubi pluraliter loquitur. Ad hoc dubium
reſpōdet,cum peccatum originale quo
ad formale ſit quædam priuatio : & pri-
uatio dicitur una uel plures propter id,
quod priuat. Priuauit autem originale
peccatum iuſtitiam originalem, quæ in
omnibus hominibus una fuiſſet ſpecie:
& in quolibet indiuiduo una numero:
ut patet ex dictis diſtinct. xxx. q. j. Quia
etſi ponerentur plura dona in ſtatu in-
nocentiæ ad tranquillitatem potentia-
rum pertinentia,puta in ſingulis ſenſi-
bus dona ſingula : illud tamen potiſsi-
mè fuit iuſtitia originalis,quòd inhęſe-
rat uoluntati: & fuit unum numero in
una uoluntate:& unum ſpecie in pluri-
bus uoluntatibus humanis:quia in om-
nibus habuiſſet eundem effectum . Pa-
tet igitur,ꝙ peccatum originale quan-
tum ad ſuū formale eſt unū numero in
una prole : & unum ſpecie in omnibus
filijs Adę propagationis lege genitis eo
modo,quo priuatio dicitur una. Nec
impedit,ꝙ Adam pluribus peccatis pec
cauit ſecundum Aug. in ench.& tangit
magiſter in litera.ſ. peccato gulę,auari-
tię,ſuꝑbię,homicidij , occidēdo animā
ſuā,& poſterorū,& furti cōtrectādo rē
alienam cibum.ſ. uetitum &c. Siue ſic
peccaſſe dicatur ꝑ quandā appropriatio
nē:ſiue ꝓpriè actu uno,uel pluribus:ta-
men non perdidit niſi unam iuſtitiā ori
ginalē ſpecie debitam ſibi, & poſterita-
ti ſuæ,& ideo in poſteris eſt una priua-
tio illius iuſtitiæ ſiue ſit facta per unum
actuale peccatum,ſiue per plura. Plura-
litas enim cauſarum efficientium non
infert pluralitatem effectuum , cum ad
unius effectus productionem concur-
rere poſſunt plures efficientes cauſæ.
¶ Ex quo ſequitur, ꝙ originale peccatū Pecca-
nō eſt magis in una prole, quâm in alia tum ori
quantum ad formale:quia priuatio nō ginale
recipit intenſionem , licet poſſent etiā non ma
aſsignari gradus in priuatione . Secun- ius in
dum,ꝙ aliqua eſt temporalis:aliqua per uno q̄
petua:aliqua priuat actum , aliqua actū in alio.
ſimul,& potentiam , aliqua ſimpliciter
aliqua ſecundum quid,& ſi qua ſunt ſi-
milia. Et ſecundum hoc una maior di-
ci poteſt alia . Sed hæc nihil faciunt ad
propoſitum:quia in omnibus Adę filijs:
eſt ſimilis priuatio iuſtitiæ originalis
omnibus ſimiliter debitæ. Sed loquēdo
de fomite, quia multis ponitur mate-
riale in originali:an fomes ſit una qua
litas,uel plures: dictum eſt ſupra diſtin.
xxx. q. ij. Et ſi qualitas illa tantum,quæ
eſt in uoluntate , eſt materiale in pctō
originali,nō illa quæ eſt in carne. Patet
iterū:quia tantū una qualitas eſt in uo-
lūtate una:tantum unū eſt originale in
una prole. ¶ Ad auctoritates uero, q̄ lo-
quūtur pluraliter de pctō originali. Di-
cendū,ꝙ more ſcripturæ frequenter nu
merus pluralis ponitur pro ſingulari, &
econuerſo:ut oſtendit magiſter in tex-
tu. ¶ Secundò dubitatur circa articulum Dub. 2.
ſecundum. Nā concluſio prima uidetur K
directè contradicere beato Auguſtino,
qui in de fi. ad pe. c. xxiiij. ita ait. Firmiſ
ſimè tene,& nullatenus dubites paruu-
los,qui ſine baptiſmatis ſacramento de
hoc ſeculo tranſeuntes ignis æterni
ſempiterno ſupplicio puniendos : quia
etſi propriæ actionis pctm̄ nullū habue
rūt: originalis tn̄ peccati damnationē
carnali conceptione,& neceſsitate cō-
traxerūt. Et p̄miſit in eodē libro. Quiſ
quis in originalis peccati reatu uiuere
ita incipit:ut ante finiat uitā , quàm ab
eius obligatione ſaluatur ſi unius diei
uel huius horæ ſpatio anima illa uixit
in corpore,neceſſe eſt eam cum eodem
corpore interminabilia gehennæ ſuſti-

nere ſupplicia:ubi diabolus cum angelis ſuis in æternum arſurus eſt. Ex his expreſsè uidetur colligi poſſe, ꝙ originali peccato non tantum debetur carentia uiſionis:ſed etiã ſenſibilis pœna ignis. ¶ Ad hæc reſpondet ſanctus Bonauen. & poſt eum Scotus, ꝙ Beatus Augu. in uerbis illis non intendit dicere, ꝙ paruuli ſenſibiliter crucientur: ſed intendit eorum pœnam manifeſtare quantũ ad carentiam uiſionis dei, & etiam quãtum ad uilitatem loci continentis. Et ualde abundanter exprimit plus dicens, & minus uolens intelligi. Nec ſine cauſa ſic loquitur. Hoc etiam facit ad extirpandam illam hęreſim, quę dicebat paruulos nulla pœna puniri. Vnde ſicut in moralibus documentum eſt, ꝙ uolẽs ab uno extremorum peruenire ad medium, debet quaſi declinare ad alterum extremum, aliquãtulum ultra medium: ut docet philoſophus. ij. Ethic. Sic & Beatus Auguſt. ut illam hæreſim extirparet, quę dicebat paruulos ab omni pęna immunes, & eam ad medium reduceret, ſcilicet ad pœnam carentiæ uiſionis, ſimpliciter aſſeruit eos cũ alijs peccatoribus damnari. Illum autẽ ſuum intellectum explanat in ench. ubi dicit pęnam eorum eſſe mitiſsimam: & ſic ſępe ſancti extinguentes hęreſes pullulantes exceſsiuè locuti ſunt. Et ideo multum ponderandum eſt contra quos hęreticos ſancti locuti ſunt, ſicut ſanctus Auguſt. diſputans contra Arrium uidetur quaſi declinare ad Sabellium: & econuerſo. ¶ Vel poſſet dici, ꝙ uerba Beati Auguſt. intelligi debent in ſenſu diuiſo .i. diſiũctiuo: cũ dr̃ ignis ęterni ſupplicio .i. illo ſupplicio, quod eſt in ęterno igne. In igne autem ęterno eſt pęna dãni ſcilicet carentia uiſionis dei, & pœna ſenſus ſcilicet dolor ex igne: & pœna detentionis tanquam in carcere: & hunc ſenſum habent uerba de rigore logicæ: nam ſupplicio ibi ſupponit determinatè, nõ diſtributiuè. Non enim dicit omni ſupplicio ignis: ſed ſupplicio ſimpliciter aliquo ſcilicet illo, uel illo. Et hoc clarius innuũt præcedentia ſua uerba, ubi dicit. Interminabilia gehennę ſuſtinere ſupplicia. non determinãs quæ ſupplicia: cum multa ſint gehennæ ſupplicia. L
¶ Et ſi quis replicaret. Corpora puerorum ſunt paſsibilia: quia non ſunt dotata impaſsibilitate: ſicut cętera corpora damnatorum: ergo poſſunt ſenſibiliter pati ab igne, & alijs ibi agentibus. Dicendum, ꝙ corpora eorum ſunt impaſsibilia, non tamen ex dote impaſſibilitatis. Nõ pati contingit dupliciter.
¶ Vnde aliquid nõ pati ab actiuo approximato contingit dupliciter. Aut ex uirtute, quã habet in ſe: aut ex ordinatione diuinæ iuſtitiæ. Hoc ſecundo modo corpora paruulorum ſunt impaſsibilia, non per uirtutem aliquam reſiſtendi agenti ſibi communicatã. Sed & corpora damnatorum ſunt incorruptibilia, non ex uirtute ſua, ſed ordinatione diuinę iuſtitiæ, ne deficiant in pœna: ſed maneant, ut crucientur in ſecula ſeculorum: ut dicitur in Apocal. c. xx. Nam ignis, & cætera agentia in inferno inſtrumenta ſunt diuinę iuſtitiæ: id eſt ſecundum regulam eius cruciant: hinc eſt, ꝙ in eodẽ igne alius plus alio punitur ſcilicet plus, qui magis peccauit, neque ignis ille agit affligendo niſi peccatores actualia peccata habentes. unde ſi corpus paruuli uolueretur in illo infernali igne, non ſentiret pœnam: quia deficit materia, in quam agit ille ignis ſcilicet peccatum actuale: & hoc propter ordinẽ diuinæ iuſtitiæ: ſic neq; eſurient, neque ſitient, neq; patientur inordinatos motus, & concupiſcentias fomitis manentis, quos etiam, dum uixerunt, non ſenſerunt, nec alias patientur ab intra, uel ab extra ſenſibiliter agẽte hoc ordine iuſtitiæ dei. ¶ Vltimò du- Dub. 3.
bitatur. Vtrum paruuli habeant cogni- M
tionem beatitudinis, qua priuantur: ꝙ ſi habent, quomodo non triſtantur ex carẽtia eius, quod naturaliter appetũt, maximè cum pœna damni ſcilicet carẽtia uiſionis dei, eſt maior omni afflictione ſenſibili ſecundum Chryſoſtomum. ¶ Ad hoc aliter reſpõdet Scotus, aliter ſanctus Bonauentu. Scotus dicit: Probabiliter ſine aſſertione dici poteſt: ꝙ cum



ꝙ cum nõ habeant intellectum impeditum corpore carnali intantum, quantũ intellectus noſter impedit̃ iſto corpore: nec etiã erit impedimentũ p̃ tormẽta, ſicut habebũt dãnati. Poterũt habere naturalẽ cognitionẽ rerũ de nouo acquiſitã: quia hoc nõ repugnat immobilitati ſtatus eorũ: ſicut nec repugnat immobilitati ſtatus beatorũ, ꝙ aliquod de nouo ſciant, cõtingens, uel neceſſariũ. Videtur probabile cõcedere, ꝙ omniũ naturaliter cognoſcibiliũ poſſunt habere cognitionẽ excellentius, quã aliqui philoſophi habuerũt pro ſtatu iſto: & ſic ad aliquã beatitudinẽ naturalẽ de deo cognito in uniuerſali poterũt attingere. De beatitudine uero in particulari: quia illa eſt ſupernaturalis: nec ad eã cognoſcẽdã põt attingere homo, niſi ſupnaturaliter eleuetur: põt dici, ꝙ uel illa cognitio particularis beatitudinis eis datur: quia eis eſſet ad triſtitiã, quã habere non demeruerunt, ſicut paganus demeruit, ratione cuius hęc cognitio ſibi cedit in pęnã grauiſsimã, q̃ eſt cũ deſperatione habẽdi. ¶ Vel ſi paruuli hãc cognitionem beatitudinis in particulari habebũt, nõ triſtabuntur: q̃ erunt cõtenti de ſtatu ſuo, ſcientes ita hoc de ſe diſpoſuiſſe deum, nec actu ſuo demeruiſſe. Hæc Sco. ¶ Vel poſſet dici: ꝙ licet cognoſcãt particulariter beatitudinẽ, qua carent maximẽ poſt extremũ iudiciũ, qui oẽs reſurgẽtes aderunt, ſic & paruuli. Tũ ad triſtitiã affligẽtẽ, q̃ naturaliter ſequitur particularẽ beatitudinis cognitionẽ, & carentiã deus nõ cõcurrit: quia hac afflictione puniri nõ demeruerũt. ¶ Et per hoc ſolutũ eſt, q̃d additur in propoſitione dubij ſecũdum Chryſ. Verũ .n. eſt, ꝙ maxima pœna eſt carentia uiſionis cũ uolũtate cõtraria, & deſperatione nõ habendi: hęc aũt locũ nõ habent in paruulis. ¶ Quod dicit̃, ꝙ naturaliter appetunt beatitudinẽ: dicitur ꝙ naturalis appetitus non cauſat triſtitiã de eo quod nõ habetur: ſed appetitus electiuus, qui uel non eſt in huiuſmodi paruulis, uel ſi eſt: deus ſuſpẽdit triſtitiam uel melius actum appetendi ſine quo non eſt triſtitia. ¶ Aliter reſpondetur ad dubium ſecundum Bonauent. ut patet ex ſupradictis artic. ij. Et tantum de hac quæſtione.

## DISTINCTIO. XXXIIII.

EXPEDITVS de peccato primorũ parentũ, quo perſona corrumpit naturam, ac de peccato originali, quo natura corrumpit perſonam: conſequenter agit de peccato actuali, quo perſona corrumpit ſeipſam in xj. diſtinct. ſequentibus uſq; in finem libri hoc ordine. Nam agit de peccato actuali quantum ad cauſam originalem, & ſubiectiuam quidditatem diſt. xxxv. actum diſt. xxxviij. peccandi potentiam diſt. xliiij. & ulti. Quærit in hac diſt. xxxiiij. quæ ſit origo, & cauſa peccati. Secundò in qua re ſit peccatum. Cuius ſententia his tribus concluſionibus continetur. ¶ Prima. Primæ uoluntatis malæ origo fuit bona angeli, & hominis natura: ipſaq; uoluntas mala malarum operationum, & ſequentium uoluntatum fuit initium, atq; cauſa. ¶ Secunda. Malum, quod eſt boni corruptio, non poteſt exiſtere niſi in bona natura ab aliquo bono deficiente. ¶ Tertia concluſio. Fallit de contrarijs dialecticorum regulis, quoniam bonum, & malum ſunt ſimul in eadem natura. Vera eſt hæc concluſio ſecundum apparentiam: nam bonum eſſentiale, & malum morale, de quibus hic loquimur, non ſunt contraria: licet nomina hæc, bonum, malum minus intelligenti appareant contraria.

## QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionẽ quęritur. Vtrũ malũ, quod non eſt ab aliquo efficiente: ſit a bono ſicut a cauſa deficienti. ¶ Præmiſsis notabilibus pro A

Arti. 1. Not. 1. Hæreſis Manichęi de cauſa boni, & mali.

articulo primo inferentur cōcluſiones pro articulo ſecūdo. cū dubijs ꝑ articulo iij. ¶ Quoad primū notandū: ꝙ ut recitat ſanctus Bon. q. j. huius diſt. Circa materiā huius q̄ſtionis fuit hereſis impijſsimi manichęi ponentis primā cauſā mali eſſe malū, nō bonū. Vnde qa homo pōt utrūq; ſ. benè facere, & peccare, poſuit in homine duas animas, quarū una eſt a deo bono, q̄ ſemꝑ cupit bona. Alia a deo malo, quę ſemper cupit malum: & omnia mala in nobis oriuntur a malo principio, ſicut bona a bono: & hinc eſt in nobis continua pugna carnis contra ſpiritum. Ponit quoq; duo principia, ſiue duos deos, quorum unum eſt bonum, nihil habens de malo: & aliud malum, nihil habes de bono. ¶ Sed ponere malum eſſe, quod nihil habeat de bono, nō ſolum eſt peruerſitas hæreticæ, ſed etiā manifeſtę cæcitatis & ſtultitia: nā ipſa poſitio includit in ſe oppoſita: & ꝑ hoc deſtruit ſeipſam: implicat enim, ꝙ illud ſummum ſit, & non ſit: ꝙ poſsit, & non poſsit: ꝙ ſciat, & non ſciat: ꝙ ſit malū, & non malū: quæ ſunt manifeſta contradictoria reſpectu eiuſdem. ¶ Primum patet, quia ſi ponitur illud ſummum malum nihil habens de bono ipſum nō habet eſſe: quia eſſe, eſt aliquod bonum, ergo habet eſſe, quia ponitur: & nō habet eſſe, quia nihil boni habet: eſt ergo & nō eſt. ¶ Secundum probatur: omnis potentia ſecundum philoſophum eſt de genenere bonorum: ergo ſi aliquod eſt ſummè malum, nihil habens boni, non habet potentiam: & ſic nihil poteſt: & quia eſt ſummum, plus poteſt, quàm quodcunq; malum circa ſummum: ſed mala, non ſumma multa poſſunt: ſicut anima mala hominis ſecundum eos: ergo eoipſo, ꝙ ſummum multa mala poteſt, ergo poteſt, & non poteſt. ¶ Tertium oſtenditur: omnis ſcientia eſt de genere bonorum. j. de anima. non ſolum ſcientia bonorum: ſed etiam ſcientia mali: ſcire enim malum bonum eſt; ergo ſummum malum caret notitia boni, & mali: ergo nec ſcit facere malum nec lædere; ſed hoc ipſo, ꝙ eſt ſummè malum ſcit lędere bonum: ergo eo ipſo ꝙ ſummum malum eſt, ſcit, & neſcit bona, & mala. ¶ Quartum probatur: quia ſummè malum eſt malum per eſſentiam: & ita naturale eſt ei facere malum: & unumquodq; dū facit, quod eſt ſibi naturale, benè facit: & ꝙ benè facit, eſt bonum: ergo non malum, & ſummè malum. ¶ Item ut arguit Sco. ſi ponitur primum, & ſummum malum ex æquo ad primum bonum: hoc eſt tale, & tantum in malo: quale, & quantū primum bonum in bono: ipſum erit neceſſe eſſe, & omnino imparticipatū, & independens: eſſe autem neceſſe eſſe & imparticipatum, & indepēdens: non cōuenit niſi perfectiſsimo: & ita ſummè malum eſſe perfectiſsimum, & ita ſummum. ¶ Hanc etiam herеſim dementiſsimam quantum ad duas animas, quas ponit efficaciter reprobat beatus Augu. in lib. de duabus animabus. quem libellum Aug. edidit contra manichęos, rationibus ſumptis ab ipſa culpa peccati, & ab eius oppoſito ſcilicet pęnitentia fundās ibi duo principia. Primum, ꝙ peccatum eſt uoluntas retinendi, uel conſequendi, quod iuſtitia uetat: unde liberum eſt abſtinere. Secūdū uoluntas eſt animi motus nullo cogente ad aliquid nō admittendum, uel adipiſcendū. Si quis. n. has duas diffinitiones uoluntatis, atq; peccati ueras eſſe cōcedit, totā manichęorū hæreſim breuiſsimis, & pauciſsimis, ſed plane & inuictiſsimis munimentis ſine cūctatione cōdemnat. Nā ſi anima mala nō pōt bona facere, ut ponit hereſis: & tamen principium eſt peccati ſecundū propriā naturam, ſequitur ꝙ peccando nō peccat: nā agēdo ſecūdū propriā naturā, nō eſt ſibi liberum abſtinere: cogitur. n. a propria ſua natura, ex qua habet malū facere, & nō bene facere: ergo ſic faciendo nō peccat: ergo peccādo non peccat. Similiter manifeſtū eſt, ꝙ pęnitere de peccato bonū, & iuſtū eſt etiā poſsibile homini: nā ipſi manichęi hoc ſuadēt certū etiā eſt: ꝙ eius eſt pęnitere, qui facit malū: ergo idē ipſū, qđ fuit principiū mali, pōt eſſe principium boni: ſed eſſe



principium boni, bonū eſt: ergo malum eſt a bono: ſic ergo ſeipſam deſtruit.

Not. 2. B

¶ Secūdò notandū: ꝙ cū ſit malum culpæ, & malū pœnæ, nunc ſolū loquimur de malo culpę: non. n. dubium eſt malū pœnę eſſe, quid poſitiuū: & habere cauſam poſitiuā etiam ipſum deū: ſecundū illud Amos. iij. Si erit malū in ciuitate, quod dominus non fecerit, loquitur ibi propheta de malo pœnæ. ¶ Malū quoq; culpę dupliciter poteſt accipi ſecūdum beatū Bonauē. q. vj. huius diſt. Vno modo cōcretiuè: alio abſtractiuè. Cōcretiuè concernit duo ſubſtractū. ſ. ꝙ res illa eſt, quæ denominatur a malitia: puta homo malus, uel anima mala, aut actio mala. Et cōnotatum, hoc eſt malitia, a qua homo peccator dicitur malus. Alio modo abſtractiuè ut ſolū connotatum importat, a quo peccator dicitur malus. Et hoc modo malū idē eſt, quod malitia, & habet ſe ad ly malitioſus, ſicut peccatū ad ly peccator. ¶ Verum ꝙ & malitia, & peccatum poſſunt quādoq; accipi purè abſtractiuè: ut præciſè important illud, a quo res aliqua primò denominatᷣ mala, & nō rē ipſam denominatā. Alio modo ut actū aliquē importat ſubſtractiuè, quem in ſe habet peccator: uel quē faciendo dicitur peccator: & cōnotat illud, a quo dicitur formaliter peccatū: ut actū homicidij dicimus peccatū, & actū intemperātię: licet actus ille eſſe poſſet, & nō eſſe peccatum: non ergo actus homicidij gratia exēpli a ſe denominatur peccatum: ſed ab aliquo alio.

Malum culpę dupliciter.

Not. 3. C

¶ Supponitur etiā, ꝙ res quandoq; denominatur a re poſitiua, quā habet ut ab anima rōnali rationalis; ab albedine albus; a gratia gratus. Q̄nq; a re aliqua, qua caret. ut cęcus a carentia uiſus. iniuſtus a carētia iuſtitię. Et ſecundū hoc aliquę denominationes dicūtur poſitiuæ: aliquę priuatiuæ, uel negatiuę. ¶ Primarū denominationū abſtracta ſupponūt pro aliqua re ſeu entitate uel pro pluribus rebus. ¶ Secundarum uero abſtracta non ſupponunt pro re aliqua: ſed importāt carentiam rei, ut tenebra non ſupponit pro aliqua re: ſed dicit abſentiam lucis. ¶ Et propoſitiones affirmatiuę de talibus abſtractis, ut uerè ſint: accipiendæ ſunt negatiuè, ut ſi dicimus. Adſunt tenebræ, accipienda eſt pro illa: nō adeſt lux. cęcitas ineſt oculo. i. oculus caret, ſeu nō habet uiſum. Nam de rigore uerborum, omnes affirmatiuæ falſę ſunt, cuius alterum extremum eſt terminus non ſupponens, & ita omnes illę affirmatiuæ falſę ſunt, in quibus alterum extremum eſt abſtractum priuatiuum, ſaltem non ampliatiuè. Et hęc eſt intentio beati Auguſtini in lib. de uita beata. in diſputatione tertiæ diei. c. iij. ubi diſputans quid ſit miſeria, & egeſtas, ait. Habere egeſtatem, aut habere ſtultitiam, tale eſt, ac ſi locū aliquem, qui lumine caret, dicamus habere tenebras: quod nihil aliud eſt, quàm lumen non habere. Non enim tenebrę quaſi ueniūt, aut recedunt: ſed carere lumine hoc ipſum eſt iam tenebroſum eſſe: non enim ueſte accedente, ueluti aliqua res mobilis nuditas fugit. Sic ergo dicimus aliquem habere egeſtatē: quaſi dicamus habere nuditatem. Egeſtas enim uerbum eſt non habendi: quamobrem, ut quod uolo, explicem, ſicut poſſum: ita dicitur habere egeſtatem: quaſi dicatur, habet non habere. Hæc Aug. Idē ſuper Geñ. ad literam ſuper illo. Et tenebræ erāt ſuper faciem abiſsi, ait. Reuera, qui diligenter cōſiderat, quid ſunt tenebrę: nihil aliud inuenit, quàm lucis abſentiam: ita ergo dictum eſt. Tenebræ erant ſuper faciem abiſsi, ac ſi dictum eſſet, Non erat lux ſuper abiſſum. Omnes ergo locutiones, & auctoritates ſignificantes priuationem eſſe in rebus quibuſcunq; non ſunt accipiendæ in ſua proprietate: ſed ad ſenſum, quem auctoritates habebant, quæ non intendebant aliquam entitatem eſſe in rebus priuationis: ſed magis non ineſſe, quæ ineſſe debebant: & ideo cum malum aliquid dicitur eſſe in re aliqua nō aliud ſignificatur, niſi ꝙ aliquod bonum non habet, quod habere deberet: & ita omnes affirmatiuæ in negatiuas ſunt reſoluendæ. Hæc Grego. de arim.

in diſtin.præſenti. Similia habentur in
de ciui.dei lib.xj.c.x.de tenebra. Item
lib.xiiij.c.xj.de malo. Itē lib.xj.c.xxij.
D de malo uide ibi. ¶ Supponitur ult.ſe-
quent.diſt.probādū,ꝙ malū purè abſtra
ctiuè ſeu peccatū,nō eſt ens aliquod:ſed
priuatio boni : ut diſt. ſequenti patet.
Arti. 2. ¶ Quātum ad ſecundum articulū, eſt pri
Cōcl. 1. ma concluſio. Accipiendo malum cō-
cretiuè,aut abſtractiuè nō purè ſecun-
do modo dicto:ut importat rem aliquā
ſubſtractiuè: omne malū eſt a cauſa poſi
tiua efficiente. Probatur: quia omnis
res poſitiua,quæ non eſt creator, habet
cauſam poſitiuam efficientem:cum ni-
hil creatum ſit a ſe,uel ex ſe. Nec po-
teſt eſſe a nihilo:quia a nihilo nihil ſit:
ergo eſt ab aliquo exiſtēte. Et ita a cau
ſa poſitiua efficiente.Sed omne malum
dicto modo acceptum eſt res poſitiua:
quia peccator uel actus peccandi inte-
rior,uel exterior aut habitus & nō crea
tor:ergo omne peccatū habet cauſam
poſitiuam efficientem. Cōſequētia no
Corol- ta:& præmiſſæ probatæ ſunt. ¶ Corolla
larium. rium:omne malum hoc modo acceptū
eſt a cauſa bona efficiente. Patet: quia
tale malum eſt a cauſa poſitiua:& omne
ens poſitiuum eſt bonum: cum nihil ſit
Cōcl. 2. ſimpliciter malū:ut probatū eſt priori ar
ticulo contra manichæos. ¶ Secunda
concluſio. Malū acceptum purè abſtra-
ctiuè ſecundum ſermonis proprietatē,
non habet cauſam poſitiuam,neq; effi-
cientem,neq; deficientē. Probatur: qa
ſic accipiendo malum, malum nihil eſt.
Eius autē,qđ nihil eſt,non eſt cauſa ef-
ficiens,neq; cauſa alia: de termino .n.
non ſupponente nihil affirmari poteſt.
Item omne efficiens facit aliquid eſſe,
& aliquam entitatē:nec propriè dicitur
factū,qđ nihil eſt. Vnde vij. metaphy.
dicit philoſophus:ꝙ omnia, quę fiunt,
ab aliquo fiunt,& ex aliquo, & aliquid.
Cuius dictum quantū ad primam,& ul-
timā eius particulā utiq; uerū eſt:licet
non quoad ſecundam, propter creatio
nē,qua aliquid fit nō ex aliquo. Et cōfir
matur per beatum Aug. ſuper Gen. ad
literam dicentē. Non .n. deū tenebras
feciſſe dictū eſt in illa .ſ.ſcriptura Gen.
qua uniuerſorū creatio prima refertur:
quoniam ſpēs ipſas deus fecit: id eſt res
habentes ſpecies non priuationes, quæ
ad nihilum pertinēt . unde ab artifice
deo facta ſunt omnia. Et paulo poſt.
ſpecies,naturasq; ipſas,& deus facit, &
ordinat. Itē in reſpōſione prima Hippo
nē. circa mediū. Mors,inqt, priuatio ui
tæ eſt,nō tātum habens non eſſentiam:
& ideo deus eius auctor eē dici nō pōt.
Quicquid.n. deum feciſſe dicimus, ha-
bet eſſentiā.i.ſpecies eſt:eſſentia.n.dici
tur ab eo,qđ eſt. ¶ Tertia cōcluſio. Ma- Cōcl. 3.
lū habēs cauſam efficientē propriè quā- E
tum ad ſignificatum ſuū ſubſtractiuū, &
materiale,habet cauſam deficientē im-
propriè quātū ad priuationē boni, quæ
eſt ſignificatum ſuum formale. Prima
pars patet ex cōcluſione prima. Secūda
ꝓbatur auctoritate beati Aug. lib.xij.de
ciui.dei c.vij. ſic dicentis. Nemo quę-
rat efficientem cauſam malæ uolunta-
tis:non enim eſt efficiens, ſed deficiēs,
quia nec illa .ſ. uoluntas mala effectio
eſt, ſed defectio. Deficere namq; ab
eo,quod ſummum eſt ad id, quod mi-
nus eſt:hoc eſt incipere habere uolun-
tatem malam. Cauſas porro defectio-
num iſtarum:cum efficientes non ſint,
ſed deficientes,uelle inuenire tale eſt.
ac ſi quiſquam uelit uidere tenebras, &
audire ſilentium. Et in fine capituli. In
quantum deficiunt,malè faciunt,& qd
faciunt niſi uana,quę cauſas habent de-
ficientes. Et in principio c.ix. Nec ta
lem uoluntatem facit niſi defectio, qua
deſeritur deus, cuius etiam defectio -
nis cauſa deficit. Ex quibus uerbis, &
præcedentibus, & ſequentibus ſatis in-
nuit beatus Aug. ꝙ malum quantum ad
rationem formalem mali, ſicut nihil
eſt,qa priuatio boni ſic nō habet cauſā
efficientem, ſed deficientem. Hoc eſt
nō habet cauſam, per quam fit aliquid.
Sed quia deficit cauſa ipſum quoq; de-
ficit: hoc eſt quia bonum non eſt: ma- Cauſa
lum eſſe dicitur.i.priuatio boni. ¶ Et duplici-
ideo dictum eſt notanter in concluſio- ter acci
ne impropriè:nam cauſa dupliciter ac- pitur.
cipitur



cipitur ſcilicet propriè & impropriè. Pri
mo accipitur propriè pro illo, ad cuius
eſſe ſequitur aliud : quo ſcilicet poſito
aliud ponitur:& eo non poſito, nō pone
retur ad bonū intellectū ſupra.q.ij.diſt.
j.huius lib. poſitum. & ſic malū quantū
ad formale non habet cauſam deficien-
tē. Alio modo accipitur impropriè pro
poſitione aliqua habente aliquā prio -
ritatem ad aliam ſecūdū conſequentiā.
Sic antecedens,qn per ipſum cognoſci-
mus ueritatē conſequentis:dicitur cau-
ſa conſequentis:ſic dicimus Petrum nō
moueri eſſe cauſam manēdi in eodē lo
co,& ignem non approximari paſſo eſſe
cauſā non calefaciendi:quia ex hoc,ꝙ
cognoſcimus Petrū nō moueri , cogno
ſcimus eū manere in eodē loco. Et ſi co
gnoſcimus calefaciens non eſſe appro-
ximatū calefactibili, cognoſcimus non
fieri calefactionem. Et illo modo pri-
uatio habet cauſam deficientem : quia
ex propoſitione exprimente defectum,
ſeu abſentiam aliquorum,ſequitur pro-
poſitio importans priuationem aliorū:
ut in propoſito benè ſequitur. Volun-
tas in tali actu non conuertit ſe ad bo-
nū incōmutabile,cū debeat:ergo nō eſt
rectitudo debita in tali actu. Et ſic pri-
uatio illa rectitudinis debitę ineſſe ha-
bet cauſam defectiuam: quia ueritas il-
lius propoſitionis priuationē huiuſmo-
di ſignificantis,ſequitur ad aliā propoſi
tionē ſignificantē defectū alicuius: ꝙ ſi
non deficeret,propoſitio illa uera non
Arti. 3. eſſet. ¶ Quantū ad articulū tertium eſt
Dub. 1. dubiū primū. Vtrū malū ſit a bono ſecū
F dū intentionē uel præter intētionē. Re
ſpondetur ſecundū ſanctū Bona. Poſſu-
mus loqui de malo quātū ad ſubſtractū,
uel materiale,uel quantum ad formale.
Quantū ad materiale ſignificatū. i.rem
illā ſiue actū , qui denominatur malus,
qualis eſt actus intemperantiæ ſiue fur-
ti , contingit malum intendere,& tan-
quam finem,& tanquam medium ad fi-
nem. Sic aliquis finaliter intendere
poteſt actum intemperantiæ tanquam
delectabile : ut poteſt intendere fur-
tum, tanquam utile,ut poſsit uoluptuo
ſè uiuere : & mendacium , ut poſsit ua-
nè laudari. ¶ Quantum uerò ad forma-
le,poteſt dupliciter accipi:aut ita,ꝙ in-
tēdat hoc uolūtas ſub ratione mali ſim
pliciter,& mali ſibi. Sic nullus pōt intē
dere malū:quia ſub illa ratione non eſt
appetibile. bonū.n.eſt, quod ōmnia ap-
petunt. j.Ethico. Et beatus Dioñ. Ne-
mo operatur ad malum reſpiciens:nihil
ergo intenditur a uoluntate niſi tātum
bonū ſimpliciter, uel bonum ſibi. Aliter
poteſt accipi, ut intendat aliquod malū
ſimpliciter:ſed bonum ſibi, ſic malū po
teſt fieri,& fit quādoq; ex intentione:
licet non niſi a malitioſis. Sunt.n.quæ-
dam, quæ habent malitiā inſeparabili-
ter cōiunctā. Et qui talia intendūt , per
conſequens intendūt id,quod eſt eis in
ſeparabiliter coniunctū. ¶ Verū uidetur
aliter dici poſſe:ꝙ etiam malitioſis licet
placeat defectus circumſtantiæ propter
quem actus uolitus eſt malus:non tamē
ſub ratione mali:quia non placet eis pri
uatio,& defectio circūſtāntiæ ut debitę
ineſſe. Nemo enim , q operatur aliquid
cum carentia circūſtantiæ,quā uult nō
ineſſe,uult ſe eſſe debitorem illius cir-
cūſtantię. In hoc enim ꝙ uult non ineſ-
ſe illā circūſtantiā,non uult ſe eſſe debi
torem. Siquidem nemo uult ſe eſſe debi
torem rei eius,quam non uult:ſic ergo
nemo intendit malitiā , inquantum eſt
malitia,& ita nemo intendit malū. Hæc
enim de rigore uerborum eſt falſa pro-
pter appellationem rationis huius ter-
mini malum. Et ſecundum hoc intelligi
tur illud Diony. de diuinis nominibus.
Malum eſt præter intentionem , natu-
ram, & cauſam . Contingit enim ma-
lum præter intentionem, & naturam.i.
appetitum rationalem , & naturalem :
quia nullus appetitus fertur in ipſum
ſub ratione mali : nec ipſa priuatio,quę
eſt ratio mali, habet cauſam propriè:ut
iam dictum eſt. ¶ Secundum dubium: Dub. 2.
utrum concedendum ſit , ꝙ malum ſit G
in bono ſibi oppoſito : ſecundum illud
beati Augu. in Ench. c.xiij. ubi dicit
regulam dialecticorum deficere, cum
inquit. Bona , & mala nullus ambigit

eſſe contraria. nō ſolum ſimul eſſe poſſunt: ſed etiā mala omnino ſine bonis: & niſi in bonis eſſe non poſſunt: quāuis bona ſine malis eſſe poſſunt. ¶ Ad dubium dicitur ſecundum diſtinctionem præmiſſam, ꝙ malum quantum ad materiale ſuum, non eſt in bono .i. in natura bona ſibi oppoſita ſecundum rationem boni, & mali: quæ ſecundum idem ſunt oppoſita. Et in hoc deficit regula dialecticorum iſta, ꝙ cōtraria nō poſſunt eſſe ſimul. Deficit, non, ꝙ ſit falſa: ſed deficit .i. nō ſe extēdit ad huiuſmodi cōtraria. Intelligendo autem per malū priuationem, quam formaliter importat: tūc priuatio in nullo eſt neq; in bono, neq; in malo; cū ſimpliciter nihil ſit. Per illas aūt affirmatiuas intelligi debent negatiuæ ſecundū regulā beati Aug. ſupra poſitam. Malum eſt in bono .i. bono aliquo caret bonū, qđ habere deberet caret .i. tale non habet. ¶ Vel ſic malum cōcretiuè nō eſt niſi in bono: hoc eſt de nullo prędicatur, niſi de ſubiecto ſupponente pro aliquo bono ſecundum naturam. Et ſi nihil tale bonum eſſet ſecundū naturā, nihil poſſet eſſe malū, hoc eſt de nullo p̄dicaretr̄ malū. Sed malū abſtractiuè acceptū ꝑut eſt priuatio boni debiti: de nullo affirmatiuè prædicatur: quia cū priuatio nō dicit eſſe: ſed nō eſſe, nec eſt aliquid, nec eſt in aliquo, ꝑ hoc patet reſpōſio ad dubiū: nā malū eſſe in bono cōcretiuè uerū eſt: nō abſtractiuè: ſicut cęcus, & priuatū uiſu de aliquo .ſ. de homine prædicatur: cæcitas autem de nul-

H lo. ¶ Et per idem patet reſponſio ad dubium, quo quęritur: an malū ſit in bono tanquam habitus, uel tanquàm pura priuatio: nā aliquod malum concretiuè ſicut uitium eſt habitus inhærens animę, quæ eſt natura bona: ſ. capiendo malum abſtractiuè prout eſt pura priuatio, non eſt habitus. Dicitur autem priuatio eſſe in bono: quia bonum aliquod priuatur bono ineſſe debito: ſed illa ſecundū rigorē uerborū falſa eſt. in bono eſt priuatio mali: ſed cōcedit̄, ut ſępe dictū eſt ꝑ illa: bonū eſt priuatū .i. nō hēt bonū, qđ habere deberet. Tātū de illa quęſtione.

## DISTINCTIO. XXXV.

IN diſtinctiōe. xxxv. agit de peccato quātum ad eius quidditatem. Primò ſecundum opi. unam. Secundò ſecundū aliā opi. diſt. xxxvij. Et primò de quidditate peccati in diſt. præſenti. deinde in comparatione ad aliud diſtin. xxxvj. In hac ergo diſt. pręmittit diffinitionem peccati, deinde inquirit ſecundū diffinitiones pręmiſſas, ad quæ extendat ſe ratio peccati. Et colligitur ſententia textus in tribus ſubiectis concluſionibus. ¶ Prima Tres ſunt diffinitiones peccati, ex quibus de ipſo ortæ ſunt diuerſę opiniones. Harum prima eſt beati Augu. lib. xxij. contra Fauſtum. Peccatum eſt dictum, factum, uel concupitum contra legem dei. Secunda eſt eiuſdem in lib. de duabus animabus. Peccatum eſt uoluntas retinendi, uel conſequēdi, quod iuſtitia uetat. Tertia eſt beati Amb. in lib. de paradiſo. Peccatū eſt priuatio legis diuinæ, & cæleſtiū inobedientia pręceptorum. ¶ Secunda cōcluſio. Ex peccato cogitationis, quod in uoluntate conſiſtit, tāquam ex arbore mala procedūt locutiones prauę: & opera quæ & ipſa rectè dicuntur peccata. Tertia cōcluſio. Voluntas mala, & actus exteriores inquantū ſunt, ſunt boni: inquātum mali, ſunt peccata & uitioſi. Has latè proſequitur textus.

## QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionē quęritur. Vtrū peccatum ab Augu. & Amb. diffinitū ſufficienter ſit entitas poſitiua, uel tātum priuatio boni formaliter. A
In quęſtione erunt articuli tres. Primus tractabit diffinitiones peccati, quas ponit magiſter. Secundus reſpondebit ad quęſitū principaliter. Tertius dubia abſoluet ꝑbabiliter. ¶ Quātū ad primū, notādū, ꝙ nō loqmur hic de pctō, ut dicit Arti. 1. Not. 1.



defectum in operibus naturę: quo modo effectus monſtruoſus dicitur peccatū apud philoſophū: ſed loquimur de peccato moris, quod peccatori imputatur ad uituperiū. Sicut ecōuerſo opus iuſtū imputatur faciēti ad laudē, & pręmium. Sic ergo peccare actualiter nihil aliud eſt, quàm uoluntariè aliquid agere, uel omittere contra rectam rationem, hoc eſt non cōformiter ad rationem rectā. Nā peccat, qui aliter agit, quā debet propter quod rectè uituperatur: ille autē aliter agit, quā debet, qui cōtra rationē rectā agit, extendēdo agere ad omittere: quia ratio recta oſtēdit, quę agēda ſunt, & quæ fugięda: & ſic debēt accipi dictū, factū, uel cōcupitū, ut includunt ſuū oppoſitū, ut ualet tantū dictū .i. dictum uel nō dictū: & ſic de alijs. Sic dicit glo. ad Rom. ꝙ operor, & nō operor ſūt partes eius, quod eſt operor. Peccatū uero dicit illud, quo aliquis denominat̄ peccare. Per hoc cōſiderandę ſunt diffinitiones Aug. & Amb. ſupra in cōcluſionibus textualibus poſitę. Quæ omnes dant̄ de peccato actuali, & mortali: & prima, ac ſecūda reſpiciūt generaliter tā peccatū cordis, quā oris, & operis. Secunda uero ſpecialius cōcernit peccatū cordis: quia dicitur ibi. eſt uolūtas, quod accipit̄ pro actu uoluntatis. ¶ Prima ergo .ſ. peccatū eſt dictū, uel factū, uel cōcupitū cōtra legē dei. In illa hi termini dictū, factum, & cōcupitū: nō accipiūtur ꝑ re aliqua, quæ cogitatur: aut cōcupiſcitur, dicitur, uel fit. (Nā uxor proximi, quę ab adultero cōcupiſcit̄, aut cibus, uel aurū nō eſt peccatū. Sed nec illud, quod uerbis exprimitur: neq; ipſa uerba, nec res aliqua facta. Vt ſi aliquis rem aliquā peccādo facit, puta ſciphū in die feſto, uel ex alieno metallo, eſt peccatū.) Sed debēt accipi pro ipſa actione, ſiue pro actu interiore ſ. uelle, aut eius executiōe, cui cōcordat ſecūda diffinitio Aug. Peccatum eſt uoluntas conſequendi, uel retinēdi. Et ideo ſecūdū Greg. de ari. diſ. xxxiij. ſecundi arti. j. ubi plura ſcribit ad propoſitum. & arti. ij. illa nomina ponūtur loco infinitiui: ita ut tantum ualet. Pec-

Peccatū quomodo diffinitur.

catū eſt dictū &c. i. eſt dicere, facere, uel concupiſcere: & hoc accipiendo peccatū purè abſtractiuè pro illo, ꝑ quo quis primò denominatur peccās. Verū accipiendo peccatum non purè abſtractiuè, quo modo cōmuniter accipitur cū dicimus: adulteriū, furtū ebrietatē &c. eſſe peccatū cōuenientius uidetur poſſe dici, ꝙ accipiuntur termini illi dictū &c. pro actu dicēdi, faciendi, cōcupiſcendi: unde aptius exponūtur per ſua uerbalia ſic: pctū eſt dictio, factio uel cōcupitio ſeu cōcupiſcētia alicuius cōtra legē dei. B
¶ Et ſi q̄rit̄, quid ergo eſt pctū ſecūdū rē: an agens, uel res acta, uel motus medius inter agēs, & actum: & quodcunq; illud dicitur, non peccatū, quia illud eſſe pōt, & nō eſſe peccatū. Rn̄detur accipiendo peccatū nō purè abſtractiuè, ſic peccatū cōmiſſionis eſt actio aliqua interior uoluntatis elicita, uel exterior imperata. Cōſequenter diſputetur, quid ſit actio illa: an actus immanens: ipſum. ſ. uelle, quod eſt qualitas inhærens uoluntati: ſicut cognitio, qualitas inhærens intellectui: aut exterior ſit motus medius ſi ponitur. Sic ipſum, quod ſit in aliquo uel ſimul agēs, & effectus quicquid dicitur eſſe illa actio ſecundum diuerſas opiniones, illud eſt peccatū: ſit res una, uel plures illo modo accipiendo peccatū. nec impedit, quod dicitur quodcūq; illorū datur poteſt eſſe, & non eſſe peccatum: quia peccatum nō eſt terminus abſolutus: ideo poteſt non ſupponere pro re aliqua, pro qua ſuppoſuit ipſa remanente: ſicut album ſupponit pro pariete, & paries dicitur albus: & tamen paries poteſt manere, & non eſſe albus. & eſt ſimilis quęſtio, ſi queratur: quid eſt excęcatio. Aliud enim eſt cęcitas: aliud excęcatio: nā cæcitas pura eſt priuatio. Excęcatio uero eſt actio quędam poſitiua, qua tollitur uiſus. ¶ Notandum etiam circa hoc, quod ſequitur cōtra legem dei: ꝙ lex ęterna extendit ſe ad omnem rectam rationem, & non ſolum ad pręceptionem, uel prohibitionem propriè acceptam. Nam qui facit cōtra dictamen rectę rationis etiam C

ſi nullum pactum de conformando præ
ceſſerit: aut prohibitio de difformando
nihilominus peccat, ſicut dicit apoſto-
lus ad Rom.ij. Quicunq; ſine lege pec-
cauerunt, ſine lege peribūt: & quicunq;
in lege peccauerunt, per legem iudica-
buntur: ubi innuit aliquos ſine lege da-
ta peccaſſe. & hoc innuit beatus Aug.
ſtatim poſt datā diffinitionē, cū ſubdit.
Lex uero æterna eſt ratio diuina, uel
uoluntas dei ordinē naturalē conſerua
ri iubens, perturbari uetans. Tantum er
go ualet cōtra legē æternā, quantum ſi
dicatur cōtra diuinā rationē &c. Cū er
go diuina ratio rectiſsima ſemꝑ ſit: om-
ne quòd eſt cōtra æternā legē, eſt cōtra
rationē rectā. Et quicquid eſt cōtra ali
quā rationē rectā, eſt contra quālibet
rectam rationē deo. Nā circa idē quęli
bet ratio recta cuilibet rationi rectę
conſonat: & nulli alteri aduerſatur: ſi-
cut nec ueritas ueritati. Sequitur, ꝙ qc
quid eſt contra rectā rationē, eſt contra
æternam legem. Ac per hoc ſecundum
Aug. rectè dicitur peccatum eſſe dictū,
uel factū, uel concupitum contra rectā
rationē. Item quia æterna lex eſt ratio
diuina, uel uolūtas naturalē ordinē ſer
uari iubēs, & perturbari uetās. quiſquis
agit cōtra rationem rectā, turbat natu-
ralem ordinem, qui eſt ut omnes actio-
nes, moreſq; hominis ſint rationi ſubie
ctę. Vnde Aug. j. de lib. arb. c. vij. Animę
motibus cum ratio dominatur, ordina-
tus homo dicendus eſt. Non .n. ordo
rectus uel omnino ordo appellādus eſt:
ubi deterioribus meliora ſubijciuntur.
& paulo poſt. Ratio ergo iſta, uel mens,
uel ſpiritus cū irrationalis animæ mo-
tus regit illud. ſ. dominatur in homine,
cui dominatio lege debetur, ea quā ęter
nā eſſe cōperimus: & per cōſequēs agēs
cōtra rectā rationē, agit cōtra ęternā le
gē. Ad hoc etiā facit, qđ dicit Aug. in
epiſt. ad Hilarium ſyracuſanū: ubi diſtin
guēs inter legē naturā, & ſcriptā ait. Le
ge illa pręuaricata, q̄ eſt in uſu rationis
aię rationalis in ętate hominis iā rōne
utētis: ꝑuaricatores ſūt oēs peccatores
terrę. Pręuaricata uero etiā lege illa, q̄
data eſt ꝑ Moyſen, multo amplius abun
dat delictū. Ex quo patet, ꝙ ſi quis age
ret cōtra ſolā legē naturalē, ſiue rectū
iudiciū rationis, utiq; peccaret. Licet ſi
ſuꝑ hoc additū ꝑceptū haberet, amplius
peccaret. Huic cōſonat illud apoſtoli
Rom. v. Lex ſubintrauit, ut abūdaret de-
lictū. ❡Sed diceres, uidetur, ꝙ ceſſante
ꝓhibitione, ceſſat pctū, ad qđ ſonat dif- D
finitio Amb. ubi trāſgreſsionē legis di-
uinę copulatur inobedientia cœleſtium
præceptorū. Et ſubdit ibidē Amb. Nō .n.
cōſiſteret pctū, ſi interdictio nō fuiſſet.
❡Pro huius ſolutione notandum poſt
Greg. de arim. ꝙ prohibitio pōt multi-
pliciter accipi: ſimiliter & ꝑceptū, atq;
lex. Vno modo largè dicitur tā de lege
indicatiua, quā imperatiua. Indicatiua
eſt illa, qua tantūmodo ſignificatur ali
quid non eſſe agendum, ſeu aliquid, ex
quo ſequitur ipſum non eſſe agendum,
ſicut cum ſignificatur aliquid eſſe iniu-
ſtū prauum, aut uituperatione, uel pęna
dignū, qualia ſunt illa apoſtoli uerba
Rom. j. Qui talia agūt, digni ſunt mor
te. Eph. v. Omnis fornicator, aut im-
mundus, aut auarus &c. non habet hęre
ditatem in regno Chriſti, & dei. Ex qui
bus, & ſimilibus multis colligitur aliqua
illicita eſſe, & nō debitè fieri: & ſic dupli
citer aliquo modo prohiberi: & ſimili-
ter cū enunciātur aliqua eſſe agenda: ut
quia dicūtur iuſta, uel deo accepta, aut
retributione digna, talia dicuntur pręce-
cipi pręceptione indicatiua: quia expri
muntur uocaliter per uerba indicatiui
modi. & ſic loquitur Hug. lib. j. de ſacra.
parte vj. c. vij. Duo iſta præcepta data Duo ꝑ-
ſunt homini: præceptū naturæ & præce cepta
ptū diſciplinæ. Præceptum naturæ fuit, data ho
quòd intus aſpiratū eſt per naturā. Præ- mini.
ceptū uero diſciplinæ eſt, quod foris ap
poſitū ē ad diſciplinā intus ꝑſenſum, fo
ris per uerbū. In his duobus mandatis
totum continetur quicquid bonum uel
faciendum, uel cauendum præcipitur. Tria ſūt
In pręcepto etiam naturæ tria ſunt. ſ. cōſide-
pręceptio, prohibitio, conceſsio. Præ- rāda, in
ceptum autem naturæ nos nihil intel- ꝑcepto
ligimus aliud, quā ipſam diſcretionem naturæ.



naturalem, qua intrinſecus aſpirata eſt:
ut per eā homo erudiatur de his, quæ
ſibi, uel appetenda, uel fugiēda fuerāt.
Quaſi .n. quoddā præceptū dare erat di-
ſcretionem, & intelligentiā agēdi ho-
minis cordi aſpirare. Quid ergo cogni-
tio faciēdorū fuit, niſi quędā ad cor ho
minis facta pręceptio. Et quid rurſus
cognitio uitandorū fuit niſi quædā ꝓhi
bitio. Quid uero cognitio eorū, quę me
dia fuerunt, ęſtimanda eſt: niſi quædam
conceſsio in pręceptione: ut illic ho-
mo ſuo, arbitrio relinqueretur, ubi quā
cūq; partem elegiſſet, nō lęderetur. Deo
igiť pręcipere erat docere hominē, quę
ſibi erant neceſſaria. Prohibere autē de
mōſtrare noxia: cōcedere uero inſinua
re ad utrumlibet ſe habētia. Hęc Hug.
E ❡Lex autē imperatiua dicitur illa, qua
imperatur alicui agere, uel non agere:
& hæc exprimitur per uerbū imperatiui
modi: uel aliquod eius uice ad ſimiliter
ſignificādū ſumptū: ut eſt illud Pſal. No
lite loqui aduerſus deū iniquitatē. & il-
lud. Nō mechaberis, non furtū facies.
Et ſi ſtrictè, & propriè ſumitur: ea tantū
imperatiua dicitur, qua inferior a ſupe-
riore aliquid imperatiuè iubetur, uel
prohibetur. Lex ergo, & præceptum in
diffinitione peccati debet accipi largè,
ut legē tā indicatiuā, quā imperatiuam
contineat. Et illo modo omnia pecca-
ta ſunt prohibita: quia cōtra dictamē re
ctę rationis: quòd indicatiuè prohibet
quicquid noxiū eſt. Et ꝑ hęc patet intel
lectus diffinitionis Aug. & Amb. niſi ꝙ
ſecūda diffinitio Aug. ſolū datur de pec
cato mentis: ubi dicitur eſt uoluntas re
tinēdi, uel acquirēdi quod iuſtitia uetat.
❡Vnde poteſt ex illis elici illa diffinitio
breuis peccati. Pctū actuale eſt uolūta-
ria cōmiſsio uel omiſsio cōtra rectā ra
tionē. Et eſt generalis includēs pctū cor
dis, oris & operis, cōmiſsionē, & omiſsio
nem. Dicitur autem cōtra rectā ratio-
nem: & nō cōtra diuinā rationē: ne pu-
tetur peccatū eſſe pręciſè cōtra rationē
diuinā, & nō cōtra quālibet rationē re-
ctā de eodem. Aut ne æſtimetur aliquid
eſſe peccatū: nō quia eſt cōtra rationem
diuinā inquātū rectā: ſed quia eſt cōtra
eā inquātū eſt diuina. Nā ſi per impoſ-
ſibile deus non eſſet, qui eſt ratio diui-
na: aut ratio illa diuina eſſet errans, ad-
huc ſic quis ageret contra rectā ratio-
nē angelicam, uel humanam, aut aliam
aliquā, ſi qua eſſet, peccaret. Et ſi nulla
penitus eſſet recta ratio: adhuc ſi quis
ageret contra id, quod agendū dictaret
ratio recta, ſi aliqua eſſet, peccaret. Hęc
Grego. diſt. xxxiiij. arti. ij. ❡Peccatū au
tem acceptum purè abſtractiuè pro illo
præciſè: unde formaliter denominatur
quis peccans (puta pro ipſa nequitia,
uel iniuſtitia. Sic .n. importat purā priua
tionem: ut dicetur ſequenti articulo)
poſſet ſic deſcribi peccatū. Peccatū eſt
uolūtaria carentia conformitatis ad ra
tionem rectā debitę uolūtati. Carentia.
i. non obſeruatio peccatū partiale ex ſu
pradictis. Verū illa diffinitio, etſi eſt cō
uertibilis cum diffinito, nō tñ prædica-
tur affirmatiuè de ſuo diffinito mediā-
te copula eſt, dicente eſſe rei. hæc .n. eſt
falſa. Peccatū eſt carentia &c. eo ꝙ eſt
affirmatiua, cuius neutrū extremorū ſup
ponit. Cōcedit̃ aūt prout eſt, dicit actū
ſignatū: & hoc ſufficit in diffinitiōe ter
minorū negatiuorū, & fictorū. ❡His pręe- Cōcl. 1.
miſsis eſt hęc cōcluſio quoad primū art. F
Diffinitiones peccati pręmiſſę ſecundū
intellectū expreſsū ſunt conuertibiles,
& bonæ. & hoc extendendo nomen dif
finitionis ad quid nominis. Patet: quia
conuertibiliter exprimūt ſignificatio-
nem diffiniti: ut ex dictis patet, hęc au
tem ſufficit ad bonitatē quid nominis.
Et tantūdē illo articulo. ❡Quātū ad ſe- Arti. 2.
cundū articulū aduertēdū: ꝙ ſicut ex di Not. 1.
ctis in priori articulo patet: agens infe- G
rius tenetur ſe conformare in agendo
agenti ſuperiori. Siue agens dirigibile
tenetur ſe conformare ſuę regulæ, quę
eſt ratio recta tam diuina, quàm huma
na; hęc enim eſt dirigens ſuperius re-
ſpectu cuiuſcunq; dirigibilis. Si ergo in
poteſtate agentis dirigibilis ſit confor-
mari, & non conformari illi regulæ:
non conformari ei eſt peccatum. Lo-
quendo autem de peccato ſiue contra

legem diuinam, ſiue humanam peccatū
dicitur: quia peccans potuit concorda
re legi ſuperioris agentis,& regulę ſuæ,
& diſcordat. Iſte autem actus, qui eſt in
poteſtate diſcordantis: & per hoc uolū-
tarius non eſt formaliter peccatū: quia
ſi eſſet concors regulæ ſuperiori, non
eſſet peccatū p̄ciſé: eſt ergo in illo actu
ratio peccati priuatio iſtius concordię,
Cōcl. 1. ¶ Quo breuiter pręmiſſo eſt prima con
cluſio. Peccatū formaliter non eſt ali-
qua poſitiua entitas: ſed alicuius boni
corruptio, & defectibilitas. Probatur
auctoritate Auguſt. ſuper Ioan. j. Sine
ipſo factum eſt nihil, ait. Peccatum qui
dem non per peccatū factū eſt: & mani-
feſtū eſt, quia peccatū nihil eſt. Itē p̄bat
ex intenſione Bea. Anſ. c. viiij. & dein-
ceps. Item. xv. & xvj. in de caſu diaboli,
& in de conceptu uirginali c. v. Et pro-
bat rōne. Nā omne peccatū eſt formali
ter iniuſtitia, & tale peccatū, talis iniu-
ſtitia: & per cōſequens priuatio talis iu-
ſtitię: ergo pc̄tū actuale eſt formaliter
iniuſtitia actualis: ergo priuatio actua
lis iuſtitiæ. Tenet conſequentia, q̄a iniu
ſtitia priuatiuè opponiṯ iuſtitię, igitur
eſt priuatio iuſtitię, & oēs illę affirmati
uè intelligendę ſunt ſecūdū a͂cū ſigna-
Cōcl. 2. tū. ¶ Sc̄da cōcluſio: Peccatū, q̄d forma-
H liter eſt priuatio, non eſt priuatio boni
illius, in quo eſt corruptio. Fuerunt qui
dam, qui dicebant, ꝙ peccatū auferret
aliquid de eſſentia animæ, contra illos
ponitur hęc cōcluſio. Probatur, q̄a cum
illud bonū, in quo ē peccatū, ſit finitū:
per ablationem alicuius finiti ab eo ali
quoties facta poſſet totaliter conſumi:
& ita anima ſeu uoluntas poſſet pecca-
to ad non eſſe deduci. Nec ualet ſi quis
diceret: ꝙ illa corruptio ſit ſecundum
partes eiuſdem proportionis: & ita poſ
ſet procedi in infinitum. Nam ſecundū
malum poſſet eſſe æquale primo in ma-
litia, uel peius: ergo corrūpit bonū eiuſ-
dem quantitatis, uel maioris. Et ita pro
cedendo in peccatis ęqualibus, uel ma-
ioribus. ſequitur, ꝙ natura animæ aut
uoluntatis tandem cōſumeretur. ¶ Pre-
terea natura intellectualis a ſolo deo
eſt creabilis: & ex hoc ſimpliciter a crea
tura incorruptibilis: ergo peccans nihil
poteſt naturæ ſuæ corrumpere per pec-
catum: cum quicquid illius ſit eiusdem
rōnis, & incorruptibilitatis eſt cū aīa,
q̄a incorruptibile nō cōponitur ex cor
ruptibilibus. ¶ Itē quod repugnat effe-
ctui formaliter, non deſtruit cauſam nō
neceſſariam huius effectus. Peccatum di
cit formaliter obliquitatē ſeu deformi-
tatem repugnātem rectitudini in actu,
ergo non deſtruit uoluntatem, quæ eſt
cauſa non neceſſaria: ſed contingens, &
actus, & rectitudinis eius. Maior proba-
tur: q̄a cauſa contingens effectus pōt eſ
ſe, & nō cauſare effectum: ergo deſtruēs
effectum non deſtruit cauſā. ¶ Preterea
tūc peccata nō differrent ſpecie, cum eſ
ſent priuationes eiuſdem boni. ſ. uolun
tatis: priuationes aūt non diſtinguun-
tur ſpecie, niſi ab habitibus. ij. de anima.
¶ Tertia concluſio. Ratio peccati forma Cōcl. 3.
lis non eſt corruptio boni ſupernatura
lis puta gratiæ. Probatur: tum quia gra-
tia ſicut a ſolo deo infundendo crea-
tur: ita a ſolo deo deſtruitur, ejus enim
eſt eius annihilatio: ſicut eius produ-
ctio, eſt creatio. Tunc quia tunc omnia
peccata poſt primum non eſſent pecca-
ta: cum non corrūpāt bonū gratiæ: q̄a
illa per primū peccatum corrupta eſt. Tū
etiam quia tūc omnia peccata actualia
eſſent eiuſdem ſpeciei. ¶ Quarta con- Cōcl. 4.
cluſio. Rō formalis actualis peccati non I
eſt corruptio habitus acquiſiti. Probaṯ:
quia ſtat cū eo. Nam habēs habitum tē-
perantię pōt mortaliter peccare una ci
bi ſumptione intēperanter abſque cor-
ruptione habitus temperātię: quia poſt
peccatū ſentit ſe inclinatum ad actus tē
perantię. Sicut econuerſo uitioſus re-
ſurgens a peccato cōſequitur gratiam,
& tn̄ manet habitus uitioſus. Et ſi dici-
tur, licet peccatū non corrūpat totū ha
bitū uirtutis acquiſitum: tn̄ remittit eū.
Hoc nō ſufficit: quia nō pōt remittere,
niſi repugnet eius intenſioni. Ponamus
ergo, ꝙ hoc mortale repugnet habitui
intenſo, ut decē, & nō intenſo, ut nouē:
& ita remittat unū gradum habitus in



tenſi, ut decem: tunc non repugnat ha
bitui, ut nouem. Ibi nihil remittit: ergo
ſi committitur ab habente habitum, ut
nouem: ibi nihil remittit: quia illi ni-
Cōcl. 5. hil repugnat. ¶ Quinta concluſio. Pec-
K catum actuale non eſt corruptio alicu-
ius exiſtentis in uolūtate. Probatur, q̄a
non habitus, neq; actus, neque rectitu-
dinis, aut iuſtitiæ actui in exiſtentis: er-
go. Conſequentia tenet a ſufficienti di
uiſione. Nihil enim aliud aſsignari poſ-
ſet, quod corrūperetur. Antecedens pa
tet quo ad habitum p̄ tertiā, & quar-
tam concluſionem. Quo ad actū: quia
actus peccati pōt eſſe primus in uolun-
tate: ita, ꝙ non p̄cedat alia uolitio. Vt ſi
quis reſurgens a ſomno primum occur
rat in cogitatione inimicus, & eliciat
actum odij. Hunc nullus actus præceſsit
in uoluntate: ideo nullum corrumpit.
Quo ad rectitudinē patet in eodē caſu,
quia non pręceſsit aliqua rectitudo: q̄a
nullus actus rectus. Nihil enim quod nō
Cōcl. 6. pręfuit, corrumpi poteſt. ¶ Sexta conclu
ſio. Peccatum actuale mortale eſt for-
maliter corruptio rectitudinis moralis
in actu elicito: non quæ infuit: ſed quæ
eſſe debuit. Probatur: quia uoluntas li-
bera debitrix eſt: ut omnem actum ſuū
conformiter eliciat regulę ſuperiori ſe
cundum pręceptum diuinū. Et ideo qn̄
agit diſformiter ab illa regula: caret re-
ctitudine ſeu conformitate actuali de
bitæ. Hæc enim rectitudo, quę eſt con-
formitas actus ad regulam, deberet in
eſſe actui, ideſt actus deberet elici cōfor
miter regulę. Et carentiam huius con-
formitatis, ꝙ eſt actū non habere hanc
conformitatē formaliter importat pec
catum. Et ſic peccatū eſt corruptio re-
ctitudinis: ſeu corrumpit rectitudinem,
ideſt formaliter importat carentiā hu-
ius rectitudinis. Vel importat actum ſe-
cūdum elicitum uel imperatū cōnotās
eum habere pręcdictam cōformitatem:
hoc eſt non eſſe elicitum, aut imperatū
ſecundū regulā ſuperiorē. Q̄d autē hęc
importat peccatū: patet ex diffinitione
peccati in primo articulo expoſita. No
ta hic q̄ dicit Ockam. iiij. quodl. q. vj. ſe
cundū dicta moderanda eſt illa conclu-
ſio. Quia peccatum dicit priuationem
rectitudinis: non illius, quę deberet in-
eſſe actui: ſed uoluntati: ut ibi latè de-
clarat. Et ſimiliter. q. xiiij. quodl. tertij
in reſponſione ad ſecundum dubium.
¶ Quantum ad tertium articulum dubi Arti. 3.
tatur primò. Cum in omni peccato cō- Dub. 1.
currunt auerſio a bono incommutabi- L
li: & conuerſio ad bonum commutabi-
le. ut uult Auguſt. ij. de ciui. dei. c. vj. &
xj. de lib. arbi. in fine. Cum ſe uoluntas,
inquit, derelicto ſuperiori ad inferiora
conuertit, efficitur mala. Quid horū ſit
eſſentialius peccato, ideſt magis ſit de
ratiōe peccati. ¶ Pro ſolutione notādū
poſt Sco. diſt. xxxvij. ꝙ auerſio a fine ul Auerſio
timo, quę eſt bonum incommutabile a fine ul
pōt dupliciter intelligi: formaliter, & uir timo du
tualiter. ¶ Formaliter quando in auer- pliciter
tēdo habet ultimū finē pro obiecto po- intelli-
ſitiuè, uel priuatiuè. Poſitiuè. ut ſcilicet gitur.
uoluntas nolit illum finem actu poſiti-
uo: & hoc nolle eſt odire deum. Et nega
tiuè, ut ſcilicet non uelit, cum deberet
uelle ultimum finem. Et tale nō uelle ē
omittere illud præceptū. Diliges domi-
num deum tuum &c. In his formaliter
auertitur uoluntas a deo: quia non ha-
bet aliud obiectum a deo. ¶ Virtualiter
autem auertitur a deo quādo auertitur
ab aliquo neceſſario ad conſequendum
ultimum finem. ſicut intellectus negans
cōcluſionē uirtualiter auertitur a prin-
cipio. Sicut etiam infirmus dicitur ſe
auertere a ſanitate: quando ſe auertit a
potu amaro, ſine quo non poteſt habe-
ri ſanitas. ¶ Prima auerſio formalis, ſe-
cundum ſe eſt eiuſdē rationis: nec in-
cludit formaliter in quolibet peccato.
Eſt enim odium dei ſpeciale peccatum:
& omiſsio illius pręcepti. Diliges domi
num deum tuum &c. eſt aliud ſpeciale
pc̄tm̄. ¶ Auerſio ſecundo mō. ſ. uirtualis:
cōis eſt omni pc̄tō mortali: q̄a in omni
tali peccato uoluntas inordinatè ſe ha
bet reſpectu alicuius neceſſarij ad finē.
Neceſſarij dico ad finem ex uolunta-
te diuina præcipiente illud obſeruari.
Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata.

Et huiuſmodi auerſio uirtualis eſt eſſentialis omni peccato mortali: quia omne peccatum mortale eſt contra mãdatum, ſine cuius obſeruãtia finis aſſequi non poteſt. Sicut enim ratio formalis rectitudinis eſt uirtus propriè in actu finis, uel circa ens ad finem: hoc eſt integritas omnium circumſtantiarum requiſitarum, quibus actus ille ſecundum legem diuinã ordinatur ad finẽ. Ita carentia talis rectitudinis eſt carẽtia propriȩ uirtutis ordinantis ad finẽ: quia ꝓpria auerſio formalis ab eo, quod eſt neceſſarium ad finem. Et hoc modo nihil aliud eſt auerſio: niſi inordinatio uoluntatis circa aliquod ordinatum ad finem ex præcepto diuino, circa quod deberet ordinari. Hæc Sco. diſtinct. xxxvij.

¶ Et per hoc reſpondetur ad dubium: ꝙ auerſio ab incommutabili bono, quod eſt finis, ideſt deus, eſt eſſentialis peccato, hoc eſt de ratione formali peccati. Vnde Auguſt. xij. de ciui. cap. viij. Scio (inquit) in quo fit mala uoluntas, id in eo fieri, ꝙ ſi nollet, non fieret. Et ideo non neceſſarios, ſed uoluntarios defectus iuſta perſona conſequitur. Deficit enim non ad mala, ſed malè ideſt nõ ad malas naturas. Sed ideo malè: quia contra ordinem naturarum ab eo, quod sũmum eſt, ad id, quod minus eſt. Neque enim auri uitium eſt auaritia: ſed hominis peruerſè amantis aurum, iuſtitia derelicta, quæ incõparabiliter auro debuit anteponi. Et ſequitur cap. ix. Nec talem ſcilicet malam uoluntatem facit niſi defectio, qua deſeritur deus. quaſi diceret Auguſt. Iſte actus poſitiuus uolendi creaturam, non eſt formaliter malum, & peccatum: ſed carentia ordinis debiti in illo actu, quo illud amari debet propter ſummum bonum, quem ordinem deſeruit uoluntas quieſcens in bono creato: & ille defectus eſt formaliter peccatum. Vnde ſi quis deficeret a fine: formaliter cõtrariè nolens finem ſue odiens. non conuerſus ad creaturã peccaret: & grauiſsimè propter ſolam auerſionem. Sed forte impoſsibile eſt sũmum bonum in ſe nolle, & odire: & nõ in ordine ad creaturam.

Dub. 2. M

¶ Secũdum dubium. Cũ auerſio a bono incommutabili ſit eſſentialius in peccato: & iſta ſit eadẽ in omni peccato: ſicut unũ, & idẽ eſt bonum incommutabile, a quo auertitur omnis peccans: quomodo peccata diſtinguuntur ſpecie.

Quomodo peccata diſtinguuntur ſpecie.

¶ Ad hoc reſpõdetur: ꝙ peccata formaliter non diſtinguuntur per obiecta, ad quæ conuertuntur: cum obiecta non ſint mala: niſi materialiter, ideſt circa ea uoluntas ſe habet malè. Sed ſicut priuationes diſtinguuntur ſpecie, ex diſtinctione ſpeciuoca habituum oppoſitorum, quos priuãt: eo modo priuationes diſtinguuntur ſpecie: & ſimiliter numero ſecundum numerum habituum huiuſmodi. Ita peccata cum ſint formaliter carentia rectitudinum, in actibus, diſtinguuntur ſpecie ſecundum diſcretionem rectitudinum, quorum carentiam important. Et ita non per conuerſiones ad obiecta, quæ non ſunt mala: niſi materialiter diſtinguantur peccata, ſed formaliter: ideo diſtinguendum eſt in comparatione ad rectitudinem aliam: & aliam ſpecie, quȩ deberet ineſſe. Diſtinguuntur autẽ huiuſmodi rectitudines diuerſorũ actuũ, ſecundum diuerſitatem uirtutum propriorum actuum circa finem, uel alicuius ad finem. Regulatur enim actus circa delectationes corporales per temperantiam: circa bona exteriora per iuſtitiam, quæ ſunt propriȩ rectitudines actuum, & inter ſe diſtinctæ. Tantum ergo diſtinguitur peccatum auaritiȩ a peccato luxuriæ, quantum iuſtitia a temperantia, quorum carentiã important peccata auaritiæ, & luxuriȩ. &c. Et hoc uidetur eſſe de intentione Beati Auguſt. xij. de ciui. dei. cap. viij. ubi ait. Neque enim auri uitiũ eſt auaritia, uel cupiditas: ſed hominis peruerſè amantis aurum iuſtitia derelicta. Nec luxuria uitium eſt pulchrorum, ſuauiumq; corporum: ſed animæ peruerſè amãtis corporeas uoluptates neglecta temperantia. Nec iactantia uitium eſt laudis humanæ: ſed animæ peruerſè amantis laudes ab hominibus ſpreto teſtimonio cõſcientiæ.



ſcientiæ. Vbi Beatus Auguſt. diſtinguit auaritiam, luxuriam, iactantiam penes uirtutes, ſiue uirtutum rectitudines in actibus deficientibus. Et ſimiliter etiam poſſunt plura peccata eiuſdem ſpeciei ineſſe, quæ priuant plures rectitudines actuales numero, quæ ineſſe deberent diuerſis actibus ſucceſsiuis.

Dub. 3. N

¶ Dubitatur tertiò: unde attenditur grauitas in peccatis: cum formaliter dicunt auerſionẽ a fine, qui unus eſt. De hoc ſupra diſtin. xxij. in notabili. iij. q. j. Reſpondetur, ꝙ grauitas peccati ſumitur ex rectitudine quam priuat.

Vnde grauitas in peccatis

Vnde illud peccatum eſt grauius ex peccati genere, quod opponitur rectitudini meliori. Illa autem rectitudo eſt melior, quæ fini eſt immediatior cȩteris paribus. Loquendo autem in eodem genere peccati mortalis, illud eſt grauius, in quo uoluntas maiori libidine peccat: quia quantò magis conatur, tantò perfectiorem actum cauſat: & tantò magis tenetur ad rectitudinem proportionalem illi actui debitam, quã cum uolũtate negligit, grauius peccat. ¶ Sed diceres: ſi peccatũ nõ priuat niſi hmõi rectitudinem, quȩ deberet ineſſe: qũo tũc uulnerat naturalia: ſcd̃m euãgelicã parabolã hominis in latrones incidẽtis ſpoliati, & uulnerati. Lu. x. ubi glo. Peccatũ uulnerat in naturalibus. Reſpõdetur, ꝙ uulneratus nullam ſui partem amittit, licet cõtinuitas ſoluat: & ꝓ hoc reddatur minus habilis ad operationes ſuas: immo priuetur bono uſu ſui. Ita natura integra manens uulneratur, quando fit inhabilis ad rectũ uſum, quod fit per crebrã carentiã rectitudinis actualis Hȩc Sco. Tantũ de quȩſtione.

## DISTINCTIO. XXXVI.

EGIT de peccati q̃ditate, ac diffinitione in ſe. In hac diſt. xxxvj. agit de eodẽ in comparatione ad alia peccata prȩcedẽtia, & ſequentia. Inquirit enim, an peccatum ſit pœna peccati, & cauſa. Et colligitur ſententia magiſtri in his tribus concluſionibus.

¶ Prima quædam peccata præcedentiũ culparum ſunt pœnȩ, & demeritoriæ ſequentium cauſæ. ¶ Secunda concluſio. Peccata quædam neceſsitate commiſſa non tantum cauſaliter, ſed pœnȩ sũt aliorum eſſentialiter. ¶ Tertia concluſio. Licet quædam uenialia ſecundum Auguſt. fiunt ex neceſsitate: omnia tamen mortalia actualia ſecundum Hiero. uitari poſſunt libera hominis poteſtate: non tamen excludendo gratiam. Has latius proſequit̃ magiſter in textu.

## QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionẽ quȩritur. Vtrum omne peccatum, & omnis culpa ſit alicuius peccati pœna. A

¶ Præmiſsis terminorum declarationibus ponentur concluſiones cum dubiorũ ſolutionibus.

Arti. 1. Not. 1.

¶ Quoad primum notandum, ꝙ pœna dupliciter accipitur. Vno modo ut dicit damnum alicuius ſimpliciter ſine reſpectu ad aliud. Secundo mõ dicit ordinem ad prȩcedens demeritũ: & illo modo afflictio brutorũ, & mors eorũ, licet ſit dãnũ, & diſcõueniẽs brutis: nõ t̃n eſt pœna, quia non p̃ceſsit culpa. Primo mõ pœna formaliter eſt carẽtia boni conuenie̓tis uoluntati, uel uolẽti.

Duplex bonum pro duplici affectione.

¶ Diſtinguitur autẽ duplex bonum ſecundum duplicem affectionem. Eſt. n. affectio iuſti, & affectio commodi. Affectio iuſti eſt, quæ eſt conformis rectȩ rationi, qua ſcilicet uolũtas uult aliquid, quia iuſtum, quia rationi rectȩ conſentaneum. Affectio commodi eſt, qua uoluntas uult aliquid: q̃a ſibi cõueniẽs, aut delectabile, nõ habito reſpectu ad rõnẽ rectã. De quo latius ſupra diſt. vj. Affectio iuſti appetit bonũ ꝑ finẽ ultimũ, affectio cõmodi appetit bonũ propter ſeipſam. ¶ Eſt autem bonum ſecundum affectionem iuſtitiæ ſimpliciter magis cõueniens uolũtati, quã bonũ cõmodi. Quod patet: quia quãtò perfectibile eſt ꝑfectius, tãtò & ꝑfectio ſibi correſpõ-

dens perfectior:& per conſequens ſim-
pliciter conueniẽtior, & per oppoſitũ
eius priuatio peior. Voluntas enim in-
quantum habet affectionẽ iuſtitiæ( ue-
rius inquãtum eſt affectio iuſtitiæ, ideſt
inquantum eſt naturaliter libera, & ad
eliciendum actum ſuum ſecundum re-
gulam rationis inclinata) perfectior eſt
in ſeipſa inquantum habet rationem af
fectionis commodi, & per conſequens
bonum conueniens ſibi ſecundum affe
ctionem iuſtitiæ eſt ſibi ſimpliciter con
uenientius, quàm bonum conueniens
ſibi ſecundum affectionem commodi:
& priuatio illius ſimpliciter peior priua
tione iſtius. Ex quo ſequitur, ꝙ non ſo
lum priuatio boni commodi, ſed etiam
immo magis, priuatio boni iuſti eſt pœ-
Not. 2. B na. ¶ Secundò notandum, ꝙ duplex eſt
Duplex pœna. pœna. Quædam nuda( boni conuenien
tis naturæ intellectuali) carentia, ut pri
uatio uiſionis, & fruitionis diuinæ, quæ
dici ſolet pœna damni. Alia eſt quid po
ſitiuũ:& tamen diſcõueniens tali natu-
ræ, ſic calor excellens eſt aliquod poſi-
tiuum diſconueniens corpori, ſic & pœ
na ignis infernalis: & uermis carceris,
& fętoris, q̄ dicitur pœna ſenſus. ¶ Ter-
Not. 3. C tiò notandum, ꝙ pœna dicitur ordina-
tiua culpæ pro quanto per pœnam redu
citur uoluntas peccatrix ad diuinæ iu-
ſtitiæ ordinem: dum enim peccator per
pœnam reducitur ad ſtandum ſub ordi
ne diuinæ iuſtitiæ dicitur peccatum re
gulari per pœnam: peccator ſiquidem
difformat ſe uoluntati diuinæ, dum er-
go pœna coactus ſe conformat, dicitur
idem peccatum ordinari per pœnã. Eſt
enim hic ordo diuinę iuſtitiæ quantum
ad rationalem creaturam: ut omnis ta
lis, aut uolens ſubijciatur iuſtitiæ diui-
næ obedientia præmiante, aut inuitaſu
bijciatur iuſtitiæ punienti. Ideo pecca-
tor, qui ſua uoluntate ſe exemit iuſtitiæ
præmianti non conformando ſe regulę
ſibi a deo ſtatutæ per pœnam nolens re
ducitur ad regulam iuſtitiæ punientis:
& ſic ordinatur, quia cogitur ſubeſſe di
1 Arti. uinæ iuſtitiæ. ¶ Quantum ad ſecundum
Cõcl. 1. articulum eſt concluſio prima. ¶ Omne
peccatum eſt pœna. Probatur auctorita D
te Beati. Augu. l. j. confeſ. Iuſſiſti enim
domine, & ita eſt, ut pęna ſibi ſit omnis
inordinatus animus: neq; enim ad mo
mentũ eſt dedecus culpę ſine decore
iuſtitiæ. Et probatur rõne: nã uoluntas
priuãs ſeipſã iuſtitia, priuat ſe maximo
bono ſibi conueniente, cuius carentia
maior ſiue peior ẽ cuiuſcũq; cõmodi il-
lati ꝓpter talem culpã: ergo infert ſibi
pęnã. Tenet cõſequentia ex quid nõis
pęnę, priori articulo poſito. Et allegat
ad hoc ſctũs Bonauent. quatuor rõnes
dicens. Impoſſibile eſt culpã in aliquo
eſſe, quin ad eã ſequatur pęna inſepara-
biliter. Cuius ratio ſumi poteſt ex perfe
ctione diuinę ęquitatis, ex pulchritudi-
ne uniuerſitatis, ex inordinatione cul-
pæ:& ex conditione peccantis naturæ.
¶ Ex primo ratio ſumitur ſic. Tantę æ-
quitatis eſt deus, qui eſt iudex omniũ,
ut nõ patiatur deducus peccati ad modi Nõ poteſt eſſe dedecus peccati ſine decore iuſtitiæ.
cũ eſſe ſine decore iuſtitiæ; omni. n. mo
do debet iuſtitia iniuſtitiam ſuperare.
¶ Ex ſecundo arguit. Vniuerſum enim
ex ordine pulchritudinẽ habet: & talis
eſt pulchritudo, qualem decuit fieri ad
oſtenſionem ſummæ ſapientię: & ideo
nullo modo fędari põt: ac per hoc neq;
per momentum eſſe in ea aliquod inor
dinatum, & ita nec peccatum poteſt eſ
ſe a pęna ſeparatum. Ex tertio arguit.
Nunquam culpa committitur, quin mo
dus, ſpecies, & ordo circa actionem uo-
luntatis priuetur: & dum uolũtas uolũ
tariè ſe in ſuo actu deordinat, ſemetip
ſam incuruat:& dum incuruatur modo
ſpecie, & ordine priuatur quantum ad
habilitatem ad bonum modo ſibi ſtatu-
to. Modus enim uoluntatis eſt, ut ſit ſub
regula rectę rationis. Pulchritudine, ut
non excedat ordinem ſibi ſtatutum. Or
dine: homo enim conditus eſt ſecundũ
dignitatem ſupra oẽm rationalẽ creatu
rã, ſed ipſe hõ licet ſit cõditus tãquã in
medio per deum conditorem, tñ ſe lo-
cauit in imo per ſua demerita: talis autẽ
priuatio magna eſt in ipſa anima damni
ficatio, & lęſio. Ideo dicit Beatus Aug.
in quodam ſermo. de innocen. Nemo



habet iniuſtũ lucrũ ſine iuſto dãno: ubi
lucrum, ibi damnum: lucrum in arca, dã
num in conſcientia: tulit ueſtem, & per
didit fidem, acquirit pecuniam, & per-
dit iuſtitiam. ¶ Ex quarto .ſ. ex condi-
tione peccantis arguit: quia uoluntas
rationalis, q̄ eſt cauſa peccati: quaſi me
dia eſt inter ſenſualitatẽ, & ſyntereſim:
media eſt etiam inter deũ, & alias crea
turas. Et cum ſe conuertit ad hęc infe-
riora, ab eo recedit, qui ſurſum eſt: &
dum acquirit bonum paruum, perdit
Quanta damna affert peccatum. magnum bonũ: quia dũ acquirit bonũ,
ut nunc: amittit bonũ ſimpliciter: & q̄
erat media, facit ſeipſam infimam: ſimi
liter cum peccando cõcordat cum ſen
ſualitate, diſcordat cũ ſynterefi: & dũ
diſcordat cum ſynterefi, incurrit ex il-
la remorſum quendam, & afflictionem
internã:& ita dum peccat, perdit ma-
gnum bonũ: perdit honorẽ ꝓprium: ꝑ-
dit ſolatiũ. i. quietẽ, & incurrit remorſũ
Et ſic patet, ꝙ ad culpã inſeparabiliter
ſequitur pœna: ſiue dicatur pœna quę-
dam dãnificatio, ſiue dicatur pœna q̄-
dam afflictio, ſiue inuoluntaria paſſio:
Sed pœna quæ eſt damnificatio ſemper
ſequitur: quia nunquã eſt homo in cul
pa, quin ſemꝑ ſit in dãno. Afflictio ue-
ro ſiue remorſus ſequit in habitu, quã-
uis propter delectationem intenſã uel
incõſiderationem, uel diſtractionem
Cõcl. 2. animi nõ ſentiatur. Hæc Bonauen. ¶ Se
E cunda cõcluſio. Non omnis culpa pec
cati alterius eſt pęna. Hęc cõcluſio nõ
cõtradicit priori cõcluſioni: exprimit
. n. prima peccatum eſſe pęnã: hęc autẽ
dicit, ꝙ non oĩs culpa ſit pęna alterius
peccati. Patet de primo peccato: nã nõ
eſt pęna peccati pręcedẽtis: cũ ipſum ſit
primum. Nec ſequentis: quia pęna nõ
præcedit culpam, non enim deus prius
eſt ultor, quã aliqs ſit peccator: ut uult
Beat. Augu. ergo nec alterius peccati.
Cõcl. 3. ¶ Tertia cõcluſio. Omne peccatum po
ſterius pœna eſt prioris: & cauſa ( niſi
ultimũ fuerit) poſterioris. Illa cõcluſio
patet auctoritate magiſtri in textu alle
gãtis Aug. dicentem. Inter primũ pctm̃
apoſtaſię, & ultimã pęnã ignis æterni,
media q̄ ſunt, & pctã ſunt, & pęnę pcti.
Et quo ad ſecũdã partẽ dicit magiſter
colligẽs plures ſctõrum auctoritates.
Perſpicuũ ſit quędã pctã etiã pęnas, &
cauſas pcti eſſe: & illud pctm̃ pęnã eſſe,
ꝙ cãm ꝓcedentẽ habet peccatum: atq;
illud pctm̃ eſſe cãm pcti, ꝙ eſt meritum
ſequẽtis culpę. Itẽ rõne ꝓbatur. qa pec
cãs peccãdo demeret deſeri a deo, de-
ſertus aũt a deo nõ poteſt nõ cadere in
aliud pctm̃ ſecundũ illud Grego. in mo-
ral. Pctm̃, ꝙ non per pęnitentiã delet,
mox ſuo pondere trahit ad aliud: ergo
pcti ſequẽtis demeritũ eſt pctm̃ ꝓcedẽs:
ſicut eſt demeritum deſertionis a deo.
¶ Quãtũ ad articulũ tertiũ, eſt primũ du Arti. 3. Dub. 1.
bium. Quomodo peccatũ, quod forma
liter eſt carentia iuſtitiæ &c. idem & F
indiſtinctum poteſt eſſe formaliter, &
culpa, & pœna. ¶ Hic magiſter uidetur
reſpondere diſtinguendo carentiam:
uel inquantum eſt priuatio boni actiuè,
& ſic eſt culpa, uel paſſiuè: & ſic eſt
pęna. Quod ſecundum Sco. diſt. xxxvij.
iuxta fi. ſic põt exponi, ꝙ ipſa culpa eſt
a uolũtate, ut a cauſa actiua deficiente:
& ipſa culpa eſt in uolũtate, ut in ſubie-
cto nõ inhęſionis: ſed denominationis
ſupple, quę ꝑ culpã priuatur bono cõue
niente, quod quidẽ bonũ debitũ erat in
quantũ ipſa uolũtas potuit agere cũ re-
ctitudine debita ſibi, & nõ egit. Primo
mõ priuatio eſt culpa: & ſic eſt uolunta-
ria: quia in poteſtate uoluntatis, ut cau
ſę actiuę. Secundo modo formaliter eſt
pęna: quia priuatio boni debiti in uo-
luntate, & maximè ſibi cõuenĩetis. Et ut
ſic nõ eſt formaliter uoluntaria: qa uo
lũtas inquantũ ſubiectũ, nõ habet formã
ſibi inhęrentẽ in ſua ptãte. Et iſta priua
tio iuſtitię debitè inhęrens eſt contra
naturalẽ inclinationẽ uolũtatis magis,
quã quęcũq; carẽtia boni cõmodi non
iuſti, uel pſẽtia incõmodi. ¶ Hoc breuius
& clarius ſic põt dici: ꝙ nihil ĩpedit idẽ
omnino indiſtinctum in ſe denominari
diuerſis denominationibus, quibus in
mẽte correſpondent diuerſę rõnes ſiue
conceptus: ut in primo frequenter di-
ctũ eſt. & ſicut in poſitiuis, ita in priua-

tiuis. Sic ergo eadem priuatio iuſtitiæ ineſſe debitę poteſt denominari peccatũ, & pœna ſine omni diſtinctione imaginabili in ipſa priuatione. Alia tñ eſt rõ peccati, alia pęnę: nã rõ correſpõdẽs ad nomen peccatum cõnotat priuationem boni iuſtitiæ. iuſtitiæ ſcilicet debitæ uoluntarie omiſſæ non curando an obſit, uel proſit uoluntati peccantis. Pœna autem formaliter importat priuationẽ boni conuenientis priuato, non curando an bonum illud ſit iuſtum, uel cõmodum. Et quia idem bonum omnibus modis eſt iuſtũ, & conueniens ei, in quo eſt, eadem eſt priuatio illius boni iuſti, & conueniẽtis eo modo, quo priuatio dicitur eadem, uel diſtincta.

Dub. 2. G

Qũo peccatũ poſterius eſt pœna peccati prioris.

¶ Secundũ dubium eſt, quomodo peccatum poſterius eſt pœna prioris peccati. Reſpondetur, ꝙ eo modo peccatum poſterius eſt pœna prioris peccati, quo præcedẽs peccatum eſt cauſa ſequentis. Vnde dicit magiſter: pœna peccati eſt illud, cuius cauſa eſt aliud pręcedens peccatum. Sed quomodo hoc præcedens peccatum eſt cauſa ſequentis. Dicunt quidam, ut recitat Scot. diſt. xxxvij. iuxta fi. ꝙ ſicut ablatio gratię eſt pœna peccati ꝑ eo, ꝙ exiſtente primo defectu in uoluntate non agente ad rectitudinem debitam deus ex demerito defectus iſtius ſubſtrahit manutenentiam ſuam, ne gratia cõſeruetur; ita ex demerito unius defectus uoluntatis deus poteſt ſe ſubtrahere a uoluntate, ne agat ad rectitudinem in ſecundo actu: ſicut ageret, ſi nullũ præceſsiſſet demeritũ: & ſic ex hac ſubtractione, atq; carẽtia rectitudinis in actu ſecundo cauſatur pœna in uolũtate modo ſupradicto: quia illa carentia in actu ſecundo, eſt carentia conuenientis &c. ¶ Si dicis: ſi uoluntas poſt primum peccatum non poteſt in rectitudinem in ſecundo actu, non erit eius carentia peccatum: quia rectitudo in illo ſecundo actu non eſt debita: cum nihil impoſsibile ſit debitũ ei, cui eſt impoſsibile: ſed ſubtrahente deo ſuam coactionem, impoſsibile eſt uolũtati agere. Reſpondẽt illi, ꝙ illa rectitudo debita eſt uoluntati: quia licet non ſit nunc in eius poteſtate, fuit tamẽ in eius poteſtate prius. ſ. ante primum peccatum, quo priuauit ſe illa adſiſtentia diuina, qua deus paratus erat cooperari ei ad rectitudinem: & ideo imputatur ei ad peccatum: ſicut & imputatur ei, ꝙ non habet gratiam in ſecundo peccati actu: licet tunc nõ poſſit habere gratiam ex ſe, in hanc tamen impotentiam ex ſe, incidit: potuit enim cuſtodire eam, nec perdidit eam niſi uolens. ¶ Sed ex reſponſione illa ſequitur, ꝙ uoluntas in ſecundo actu non poſsit non deficere: & ita peccatum in ſecundo actu non eſſet in ſua poteſtate, quod uidetur inconueniẽs. Nec eſt ſimile de gratię priuatione, & rectitudinis in actu ſecundo: ita ꝙ deus nõ ſicut propter demeritum non adſiſtit ad cauſandum gratiam in anima, ita nec ad cauſandum rectitudinem in uoluntate: quia ipſe non dedit gratiam antecedenter ſicut rectitudinem: & ideo poteſt eã non dare cõſequenter. Carentia autem gratiæ non eſt alia, & alia propter aliud, & aliud peccatum: in actibus autem ſibi ſuccedẽtibus eſt ſemper nouum malum: ideo oportet quemlibet actum malum eſſe in poteſtate uolũtatis creatę: non ſit carentia gratiæ poſt inſtans annihilationis, quæ non eſt noua propter alium, & alium actum malum: ſed una carentia in omnibus actibus malis. unde deus in ſecundo actu quantum eſt ex ſe, adſiſtit uoluntati ſicut in primo: & in quolibet actu prima cauſa deficiens. i. non iuſtè, uel rectè agens eſt uoluntas creata: mali autem culpæ deus non eſt cauſa efficiens, neq; deficiens. Sed poſſet forte dici cauſa permittens deſerendo uoluntatem a ſe auerſam. Et uolens Sco. ubi ſupra declarare, quomodo peccatum ſit pœna peccati: dicit, ꝙ defectus ſecũdus eſt pœna peccati pro quanto priuat ſe bono maximè ſibi conueniente. ¶ Sed illa declaratio tantum oſtendit: quia ſecundum peccatum ſit pœna ſui ipſius, ſicut & primum peccatum: non autem quomodo ſit pœna prioris peccati.

¶ Ideo poſſet aliter dici, ꝙ ſic peccatũ



ſequens eſt pœna prioris. i. effectus cõſequens ſuam cauſam: ſicut præcedens eſt cauſa poſterioris, ut dictũ eſt. Eſt autẽ peccatum primũ cauſa omniũ poſteriorũ: pro quãto irretitus uno peccato, habet diſpoſitionẽ, uel principiũ inclinãs naturaliter ad omnia alia peccata: uel caret illo fræno, quod prohibet a quolibet peccato. Nam principiũ excludẽs omnẽ actũ uitioſũ eſt uelle in omnibus obedire rectę rationi propter deum, illa uolitione ſtante in uoluntate, non poteſt aliquod peccatũ eſſe in uoluntate, quo ſublato per actum primi peccati iá nihil ẽ in uolũtate prohibẽs quodcũq; peccatum. Et quia peccando efficaciter uult hunc actũ agere cõtra rectæ rationis dictamen, habet in ſe principiũ malũ inclinans eum ad quodcunq; peccatũ, quo tolleretur impedimentũ ab hoc peccati actu, quem uult efficaciter.

Superbus eſt etiã inuidus.

Sic ſuperbia eſt cauſa inuidiæ: quia cum ſuperbus deſiderat habere ſingulariter, uel excellenter bonum aliquod, inuidet alij habenti idem bonũ æquè excellenter, uel excellẽtius: quia per hoc impeditur ſuperbus ab eo, quod ipſe uult. Et hęc eſt ſententia Ockã in. j. par. dialo. lib. vj. c. lxxix. & in. iiij. quodlibe. q. vj. Sic igitur poſterius peccatũ eſt pœna peccati prioris: quia priuat uoluntatem bono conuenienti. ſ. rectitudine debita ineſſe: quæ eſt maius bonũ, quã bonum cõmodi tantũ. Hæc autẽ priuatio ſequitur ad pręcedẽs peccatum pro quãto aliquo modo dependet ab ipſo cauſaliter, ut dictum eſt: quia per peccatum præcedens uolũtas pronior facta eſt ad lapſum in peccatum ſequens. Et hęc reſponſio magis uidetur cõcordare dictis ſanctorum tractantium de peccatis capitalibus, & eorum filiabus.

Dub. 3. I

Qũo peccatũ ſit pœna.

¶ Tertiò dubitatur. Quomodo peccatũ, quod nec iuſtũ eſt, nec a deo eſt, ſit pœna: cum tamen omnis pœna iuſta ſit, & a deo. ¶ Dimiſsis opinionibus reſpondetur ſecũdũ Sco. ubi ſupra. ꝙ duplex eſt pœna. Quędam eſt nuda carentia boni conuenientis naturæ intelligibili. Alia eſt aliquod poſitiuum diſconueniens naturæ. i. afflictio quædam, quæ alicui infligitur: ut ſupra dictum eſt art. j. Nunc ergo omnes pœnæ ſecundo modo dictæ ſunt a deo, a quo eſt omnis entitas poſitiua. De quibus intelligendũ eſt illud. j. retractationũ. c. xxv. Et eſt magiſter. xxxvij. diſtin. prope finẽ. quo ait. In bonis operibus dei, bona opera ſunt iſta punitiua: licet ſint mala iſtis punitis: quia diſconueniunt eis. Sed pœnæ primo modo nõ ſunt a deo effectiuè: quia non ſunt effectibilia: nec ſunt a deo, ut a deficiente primo ſed tãtum ſunt a deo propter demeritũ uoluntatis in actu peccandi non coagente uoluntate: tũc ad iſtud bonũ habendũ, ad quod operatus fuiſſet quãtum eſt ex ſe. Talis ergo pœna eſt a deo nõ infligente, efficiente, uel deficiente primo: ſed a deo deſerente. i. naturã, quę deficit relinquente in ſuo defectu, & in omnibus defectibus conſequentibus ad illum defectum: ubi includuntur multæ carentiæ perfectionum conuenientium tali naturę. Sic ergo pœna illa, quæ formaliter eſt peccatũ: nõ eſt a deo niſi ut a deſerente: & hoc modo malũ culpę eſt a deo deſerente. Quod eſt dictu, ꝙ uoluntas deficiens a rectitudine iuſtitię in actu deſeritur a deo: ita ꝙ deus non coagit ſibi ad rectitudinem, a qua uoluntas ſua ſponte deficit. Et ſic patet ad formam dubij, ꝙ pœna poſitiua, quę eſt a deo effectiuè eſt bona: & non eſt peccatum formaliter: licet poſsit eſſe materiale in peccato. Pœna uero, quæ eſt formaliter peccatum: non eſt a deo tanquam a cauſa efficiente. Poſſet tamen dici, ꝙ eſſet a deo deſerente, & permittente: quo modo etiam peccatũ, & malum culpæ eſt a deo. Permittit enim peccatum, quod ſine dubio prohibere poſſet: nec tamen deus permittendo malum peccat, de quo ſequenti diſt.

Dub. 4. k

Qũo peccatũ ꝙ eſt pęna, ordinat peccatum.

¶ Dubitatur quartò. Quomodo peccatum poteſt eſſe pœna peccati, uel ſui ipſius: ut dicit concluſio prima: uel præcedentis peccati, ut dicit concluſio tertia: cũ omnis pœna eſt ordinatiua culpæ: & ſic laudabilis, & iuſta: peccatũ autẽ nõ ordinat, ſed deordinat: neq; peccatũ iuſtum

eſt,aut laudabile:nã malũ additum ma-
lo nõ facit aliquid melius,ſed peius.Re
ſpondet hic ſanctus Bonauen.q.j. huius
diſt.ꝙ peccatum eo modo ordinat,quo
punit:punit autem inquantũ eſt incon-
ueniens,& damnoſum peccatori:& etiã
deordinat inquantum eſt carentia iuſti
tiæ debitæ.Quod ſic poteſt intelligi: cũ
peccatũ formaliter loquẽdo nihil ſit:ut
puta pura priuatio ſimpliciter loquen-
do nihil facit:& de rigore uerborũ neq;
ordinat,neq; deordinat.Dicitur tamen
deordinare peccatorẽ,inquãtum pecca
tor peccando ponit ſe extra ordinẽ re-
ctitudinis, & obedientiæ ac ſubiectionẽ
uoluntariè a deo pręmiandæ. ¶ Dicitur
etiam peccatũ ordinare poſt dicta in no
tabili tertio,inquantũ peccator peccã-
do ſe ponit ſub ordine punientis iuſtitię
diuinę ordinantis: ut omnis peccans ſit
ſub pœna priuante cũ debito decore;
quod peccatori eſt magnũ malũ.Sic er-
go peccatũ ordinat,& de ordinat.i.pec
cator peccando ſe transfert de ordine
ad ordinẽ.Relinquẽdo autẽ primũ ordi
nẽ.ſ.rectitudinis uoluntarię, deordina-
tur ſubdendo ſe inuitis ſecundo ordini
punienti ordinatur.i.ſub ordine conſti-
tuitur:ſicut qui mouetur localiter,per-
dit,& acquirit. perdit locũ,in quo fuit,
ſiue terminum a quo: & acquirit aliũ lo
cũ,in quo nõ fuit:puta terminũ ad quẽ:
ita peccans peccãdo perdit ordinẽ præ
miantẽ bonũ, & acquirit ordinẽ puniẽ
tem malũ. Hoc innuit beatus Augu. in
de fi.ad pe.cap.xviij.Conſtat eſſe crea-
turę rationalis malum unũ, quo uolũta
riè ipſa deficit a ſummo bono creatore
ſuo,alterum quo inuita punietur ignis
æterni ſupplicio.Illud paſſura iuſtè:quia
hoc amiſit iniuſtè.Et ſequitur ad propo
ſitũ.Et qui ordinẽ in ſe nõ ſeruauit diui
nę inſtitutionis,ordinẽ diuinæ nõ effu
giet ultionis. Perdere aũt ordinem prę
miantẽ bonũ malũ eſt,& culpabile:pec-
catorem uero eſſe ſub ordine punientis
iuſtitię,bonũ eſt,& laudabile,nõ pecca-
tori punito:ſed deo deſerẽdo punienti.
ſ.peccatorẽ. ¶ Vnde dicit ſanctus Bona.
Quidam ordo eſt laudabilis.licet minus
manifeſtus,peccati ſubſequentis ad pec
catũ præcedens,& in hoc ordine lauda
tur diuina iuſtitia, quæ cõmittentẽ unũ
peccatũ, iuſto iudicio permittit labi in
aliud.Hæc ille. Et ad hunc ſenſum acci-
piendæ ſunt illæ.Peccatũ deordinat,pœ
na ordinat,loquẽdo de pœna priuatiua,
quę ualent illas :peccator peccãdo de-
ordinat.i.perdit ordinẽ rectitudinis.&
puniẽdo paſſiuè ordinat.i.acquirit ordi
nẽ iuſtitię puniẽtis. ¶ Et ꝑ hoc ad dubiũ,
ꝙ eadẽ priuatio,q̃ pctũm eſt ordinat,&
deordinat: eſt culpabilis & laudabilis.
Culpabilis quãtũ ad pctõrẽ uoluntariè
rectitudinẽ deſerẽtem. Laudabilis quo
ad deũ iuſtè cadere ꝑmittentẽ. Et ſicut
alia eſt ratio pcti:alia rõ pœnæ: quãuis
eadẽ carẽtia pctũm ſit, & pœna.i.ſigni
ficat nomine peccati,& pęnę:tamẽ una
ratione importatur, quod eſt culpabile
in peccatore : alia ratione ſignificatur,
quod eſt laudabile, & iuſtum in deo per
mittente.& ſic malũ additũ malo, facit
ipſum peius.ſ. peccatorẽ. Qui tantò di-
citur peior, quantò pluribus rectitu di-
nibus ſibi debitis caret: & nihilominus
inquãtum pœna ordinat peccatorẽ:nõ
tamen eum facit meliorẽ,ſed diuinã cõ
mendat iuſtitiã,non punitum peccato-
rẽ. ¶ Dubitatur ultimò: Vtrũ omnis pœ Dub. 5. L
na pręſupponat culpam. Dictũ.n.eſt,ꝙ Vtrum
oẽ peccatũ ſequẽs, pœna eſt prioris pec omnis
cati:& omne peccatũ prius,cauſa eſt põ pœna
ſterioris .ergo quęritur utrum omnis præſup-
pœna præſupponat culpã. Rñdetur: ſi ponit
pœna accipitur primo mõ, in primo no culpam.
tabili poſito,ꝑ qualibet afflictione: ſic
nõ omnis pœna pręſupponit culpã.Pa-
tet de pœna brutorũ. Itẽ de afflictione
iuſtorũ,ut martyrũ ac glorioſę uirginis,
quæ ordinãtur ad coronã. Si uero acci
pitur pœna propriè pro quadã uindicta:
ſic dicit ordinem ad culpã in ſe uel alio
pręcedentẽ:aut actu pręſentem: ſic om
nis,pœna aliquo mõ reſpicit culpã: uel i
ſe præſentẽ,ut pœna inferni: uel ut præ
teritũ in ſe: præſentẽ aũt in reatu ut pœ
na purgatorij. Quædã reſpicit culpã nõ
in ſe,ſed in alio ut mors Chriſto illata:
immo uoluntariè a Chriſto paſſa pro-



pter peccatũ hominis redimendi. Et ſe-
cundum hęc intelligendę ſunt auctori-
tes ſanctorum.illa ſcilicet Hiero.Quic-
quid patimur, peccata noſtra merue-
runt.Meruerunt tanquã cauſa,ſine qua
non,quia niſi fuiſſet in nobis peccatum
originale,non eſſet aliqua afflictio homi
nis:& noſtra nõ demonſtrat perſonam
aliquam,particularem: ſed quaſi confu-
ſam cuiuſcũq; hominis ſub diſiunctione
ad alia. Et illa Grego.in coll. Nulla no-
cebit aduerſitas:ſi nulla dominetur ini-
quitas. Quæ ſimpliciter uera eſt: quia
ſi non fuerit iniquitas in afflicto, non
nocebit aduerſitas pœnalis: quia erit ei
nõ ad nocumentũ, ſed magis ad profe-
ctũ, & gloriæ augmentũ: ſecundũ illud
apoſtoli ad Rom.viij. Diligentibus deũ
omnia cooperantur in bonum.

## DISTINCTIO. XXXVII.

EGIT ſupra de pecca
to actuali quantum
ad eius quidditatem
ſecundum opinionẽ
unam.In hac diſtin-
ctione agit de eodẽ
ſecundũ opinionem
aliam,neutram tamen determinãdo aſ-
ſerit:ſed iudicium earum lectoris iudi-
cio,ſiue arbitrio derelinquit. ¶ Senten-
tia ergo huius diſtinctionis in his tribus
concluſionibus ſummariè continetur.
¶ Prima concluſio. Aliorum opinio.
actus malos uoluntatis, locutionis &
operis peccata eſſe aſſerit, q̃ nullo mõ
a deo ſore: nec ulla ratione eſſe bona
contendit. ¶ Secunda concluſio ſecun-
dum eoſdem: Actus mali, & peccata
non ſunt ſubſtantiæ, uel naturæ: ſed
dicuntur nihil: non ꝙ non ſint res
aliquę: ſed quia ſeparant a uero eſſe
ſummi, ſcilicet boni participatione.
¶ Tertia concluſio. Cum ſecundum
omnes deus mali auctor eſſe negatur:
non de malo pœnę: ſed de malo culpæ
dictum intelligitur. Has concluſiones
magiſter proſequitur latius declaran-
do.

## QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionẽ
xxxvij. q̃ritur: Vtrũ deus
ſit cauſa efficiens immedia
ta actualis culpæ quãtũ ad
actũ importatũ ꝑ pctũm ſubiectiuè. ¶ In
quæſtionis reſpõſione ꝑ tribus articulis
ponẽtur notabilia,cõcluſiones,& dubia
¶ Quantum ad primũ notandũ,ꝙ huius Arti. 1. Not. 1.
quęſtionis ſolutio dependet ex hac quę
ſtione: Vtrum deus cuiuſlibet entitatis
poſitiuè ſit cauſa immediata. Et quidem
quæſtio illa quantum ad entia naturali-
ter producta, dubium non habet apud
catholicos:ſed de actibus liberè produ-
ctis:hoc eſt actibus uoluntatis ſunt duæ
opiniones contrariæ: ſecundũ quas ma
giſter materiã de peccato actuali proſe
cutus eſt:ut patet in textu. ¶ Vna ergo Opi. 1.
eſt opinio,quę tenet partem quęſtionis B
negatiuã.ſ. ꝙ deus non eſt cauſa imme Vtrum
diata effectiua actuum uoluntatis.quam Deꝰ ſit
magiſter tangit in hac diſt.xxxvij.Vn- cã effi-
de dicit hæc opinio, ꝙ uoluntas creata ciẽs im
eſt totalis cauſa,& immediata ſui uelle: media-
ita ꝙ deus reſpectu illius non habet ali- ta actua
quã efficientiã immediatã,ſed tantũ me li culpę.
diatã:puta reſpectu uoluntatis:& ita eũ
tantũ eſſe cauſam cauſæ,& non imme-
diatè cuiuslibet cauſati. ¶ Ad huius opi
nionis probationem arguitur multis
uiis.ſ.ex noſtræ uoluntatis libertate,ex
actuum ſuorum contingentia, ex eius
peccabilitate,ex eius actiuitate,ex com
paratione eius ad alias cauſas creatas.
¶ Ex prima uia arguitur ſic: quia ſi uolũ
tas ad eliciendũ actum ſuum requireret
coactionẽ dei immediatã,ſequeretur,ꝙ
uoluntas non eſſe libera. Cõſequens fal
ſum:ut nũc ſupponit. Probat cõſequen
tia:quia cã nõ habens effectũ ꝑfectè in
ptãte ſua quãtũ ad ꝑducere,& nõ ꝑdu-
cere nõ eſt libera:ſed ſi uolũtas requirit
ad eliciendũ actũ ſuũ cõcauſationẽ cau
ſæ primæ,nõ habet effectũ in ſua ptãte:
ergo. Cõſequentia nota cũ maiore. Mi
nor ꝑbatur:quia cã reqrẽs ad ꝑductio-
nem effectus aliã cauſam, quę nõ eſt in
ſua poteſtate quantum ad concauſandũ

non habet effectū in ſua poteſtate. ¶ Itē cauſa, quæ ab alia determinatur ad agēdū, nō habet effectum in ſua poteſtate: ſed ſi cū uolūtate cōcurrit deus, ut cauſa ſuperior deus nō determinat̃ a uolūtate ad agendū: quia tēporale nō determinat ęternū: ergo uolūtas nr̃a determinatur a diuina. Nā ſi neutra determinaret aliā, nō eſſet inter eas ordo eſſentialis: & neutra erit mouēs, nec mota. ¶ Itē ſi uolūtas diuina nō determinaret noſtrā, poſſet illa aliq̄d uelle, q̄d non fieret ꝑpter uolūtatē noſtrā, nō cōcordātem. ¶ Ex ſecūda uia arguitur: q̄a ſi cōcurreret uolūtas diuina, ut cauſa immediata, nihil cauſaret̃ cōtingenter. Probatur: quia cauſa ſuperior. ſ. uolūtas diuina eſt ęternaliter determinata ad alterū cōtradictoriorū; & illius cauſę determinationē neceſſariò ſequitur determinatio uolūtati noſtrę reſpectu eiuſdē, alioq̄n ſimul ſtaret deū uelle hoc, & hoc nō fore, q̄d eſt impoſsibile. ¶ Ex tertia uia arguitur, & probatur, ꝙ uolūtas eſſet impeccabilis. Probatur: quia ſi deus ſit cauſa immediata uolitionis; conſtat, ꝙ eſt cauſa ſupior noſtra uolūtate: ergo prius natura cauſat effectū, quā uolūtas creata. Accipio ergo illud ſignū naturæ, in quo deus cauſat uelle, inquātū eſt prius illo ſigno, aut in illo priori deus cauſat rectitudinē perfectā in illo uelle: & per cōſequēs uoluntas in ſecūdo ſigno nō peccat: q̄a nō cauſat effectū oppoſitum eius, q̄d cauſa prima cauſat: aut in illo ſigno deus non cauſat perfectā rectitudinē in ipſo uelle: ſequitur, ꝙ uoluntas in ſecundo ſigno non poteſt rectitudinē in ſuo uelle cauſare, q̄a nihil poteſt cauſare in ſecundo ſigno, q̄d nō ꝓducit cauſa prior in primo ſigno: & per cōſequens nō peccat: quia nemo peccat in eo, q̄d uitare nō poteſt. ¶ Ex quarta uia: q̄a ſi cōcauſaret deus uelle, uolūtas creata nullā haberet reſpectu eius cauſalitatē. Probatur: quia deus uolēdo cauſat, & ita uolēdo eſt totalis cauſa effectus, & per cōſequens nō cauſabit uolūtas creata: quia cū totali cā alicuius nihil aliud poteſt concauſare in eodem genere cauſæ. ¶ Ex quinta uia per cōparationē ad alias cauſas. nā ſi aliqua cauſa creata eſt totalis cauſa alicuius effectus: maximè hoc uerū eſt de uoluntate reſpectu ſui uelle: quia ipſa eſt ſuprema cauſarū creatarū actiuarū: ſed aliqua poteſt eſſet totalis. ergo. Minor probat̃: quia hoc nō repugnat creaturæ: cū nō ponat in ea perfectionē infinitā, nec perfectionem creaturę repugnātē: quia ſi fuerit cauſa uniuoca nō erit maioris perfectionis, quā effectus: ſi ęquiuoca nō oportet in infinitū excedere effectū, ſed in aliquo gradu determinato. ¶ Item illud eſt totalis cauſa alicuius, q̄d omni alio per impoſsibile circūſcripto, adhuc cauſaret illud: ſed ſi eſſet ſubiectū, omni alio circūſcripto, adhuc cauſaret ſuam propriam paſsionē: ergo ſubiectū eſt totalis cauſa ſuæ paſsionis, poteſt ergo uoluntas eſſe totalis cauſa ſuę uolitionis. Cū ergo præter totalē cauſam, nihil aliud cauſet in eodem genere cauſę: alioquin idē bis cauſaretur: & ita ſequitur, ꝙ deus nō immediatè cauſabit uolitionem. ¶ His rationibus per Sco. diſt. xxxvij. latius recitatis adduntur auctoritates. Vna Eccl. xv. Deus ab initio conſtituit hominem: & reliquit eum in manu cōſilij ſui. Adiecit mandata, & præcepta ei: ſi uolueris mādata cōſeruare, conſeruabunt te. Appoſui tibi aquam, & ignem, ad q̄d uolueris porrige manum tuam. Ante hominē uita, & mors: bonū, & malum, quod placuerit ei, dabitur illi. Item Auguſt. vij. de ciui. dei. c. xxx. Sic deus res, quas condidit, adminiſtrat: ut eas agere proprios motus ſinat. Anſelm. etiam de cōcordat. par. j. cap. viij. Deus facit omnes actiones, & omnes motus: quia ipſe facit res, a quibus, ex quibus, & in quibus fiunt: & nulla res habet ullam poteſtatē uolendi, aut faciendi, niſi ipſo dante. Et par. ij. idē ait. Nō deus, qui prædeſtinat, facit uoluntatem cogendo, aut uoluntati reſiſtendo: ſed in ſuo eſſe dimittendo. Et commentator. ix. Metaphy. commē. vij. Moderni ponunt unum agens omnia entia cauſare ſine medio ſcilicet deum:

C



& conuenit illis dicere, ut nullum ens habeat actionē propriā naturaliter: & cum entia non habuerint actiones proprias nō habebūt eſſentias proprias ſiue potētias. actiones. n. non diſtinguūtur niſi per eſſentias diuerſas. Et iſta opinio eſt ualde extranea a natura hominis. ¶ Si hęc opinio uera eſſet, faciliter aſsignari poſſet modus, quomodo deus nō eſſet cauſa peccati: quia totū, quod eſt in peccato, & materiale, & formale, eſſet cauſatū a uoluntate quodlibet ſuo modo tanquā a cauſa totali: & ita nullo modo a deo niſi mediatè: quia deus produxit uoluntatē, qui ſic & ſic poſſet uelle.

D

¶ Sed cōtra iſtā opinionē ſic arguit̃. Si deus nō eſt cauſa immediata actus demeritorij: eadē ratione nec erit cauſa immediata actus meritorij. Conſequēs falſum, & ſupra improbatū diſt. xxviij. Et patet conſequentia. Tanta eſt libertas uoluntatis reſpectu actus meritorij, ſicut reſpectu actus demeritorij. ęquè n. libera eſt uolūtas reſpectu cuiuſcūq; actus ſui eliciti. Nec impedit, ꝙ ad meritū requirit̃ gratia: quę eſt a ſolo deo, quæ naturaliter inclinat ad actū meritoriū: quia hoc nihil arguit: niſi ꝙ deus eſſet cauſa mediata actus meritorij, quia cauſa cauſæ. Et ſic etiā eſt cauſa actus demeritorij: quia eſt cauſa actus elicientis actū d̄meritoriè. ¶ Itē poſito, ꝙ deus nō infundat gratiā uolūtati eliciēti actū cū omnibus circūſtātijs etiā finis ultimi ſecūdū dictamē rectę rationis: tūc talis actus erit perfectè bonus moraliter: & tamē nō erit a deo. Et ſic nō oē bonum bonitate naturali, & morali eſſet a deo, contra beatū Aug. & cęteros in pleriſq; locis aſſerētes deū eſſe auctorē ois boni. unde de fi. ad pe. c. xx. ait. Firmiſsimè tene, & nullatenus dubites oēm creaturā mutabilē a deo incōmutabili factam.

E

Ad idē in ench. c. ix. & ſequēti. ¶ Cōtra eādē opinionē arguit Sco. ubi ſup. diſt. xxxvij. Si deus nō eſſet cauſa immediata uolitionis: deus nō eſſet p̄ſcius futurorū cōtingentiū. Conſequens falſum. Probat̃ cōſequētia: q̄a nullius eſt p̄ſcius, niſi q̄d certitudinaliter nouit: alioquin ſcientia eius eſſet fallibilis: ſed actū uoluntatis contingentē nō pōt certè, ſeu determinatè noſcere: quia quamcūq; partem contradictionis noſcet, poteſt uolūtas in oppoſitū, ſi fuerit totalis cauſa ſuæ uolitionis. Itē ſic non eſſet omnipotens. Conſequens eſt contra articulū fidei. Probat̃ cōſequentia: quia q̄cquid uult omnipotens, hoc fit: ſed ſi uelit uolitionem meā fore, & illa eſt in poteſtate uolūtatis meę tāquā totalis cauſæ cōtingenter ſe habentis ad illā, pōt eā nō elicere: & ita nō fiet, q̄d deus uult fieri. ergo nō eſt deus omnipotens. Similiter ſi uolitio mea eſt totaliter in poteſtate mea, nō pōt impediri a deo: & ſic poſſet eſſe deo nolente eā eſſe. ¶ Item uolūtas omnipotens ꝓducit uolitū in eſſe, q̄ſi uult ipſum eſſe, & ꝑ cōſequens uolēdo uolitionem meā eſſe ipſam producit in eſſe. igitur nō producit̃ a uolūtate creata, tāquā a cauſa totali. ¶ Et reſpōdet ad rationes ex quinq; uijs ſupra inductas. ¶ Ad primā negetur cōſequentia. Et ad probationem cauſa non habens effectū perfectè in poteſtate &c. Negetur illa: quia tunc etiā ſecundū opinionem illā, quæ ſic arguit. Voluntas creata nō eſſet libera: quia nō habet ſic effectum in ſua poteſtate, ꝙ circūſcriptis omnibus alijs poſsit producere, & non producere effectū. Requirit enim cognitionem obiecti uolibilis, ſine quo nō poteſt uelle cognitio, quę nō eſt in poteſtate ſua: ſed req̄rit ad cauſam ſimpliciter ſufficiētē, ꝙ omnibus circūſcriptis poſsit ꝓducere effectū: hoc autem nulli conuenit citra deū. Ad libertatem autem uolūtatis ſufficit, ꝙ omnibus ad productionem effectus requiſitis, eodem modo ſe habentibus, habet in poteſtate ſua ita non producere, ſicut producere: ut ſupra dictum eſt diſtin. xxv. Et hoc conuenit uolūtati creatæ. ¶ Et cum arguitur. Si requiritur concauſatio primæ cauſę non habet effectum in ſua poteſtate. Negetur conſequentia: & ratio eſt: quia primam cauſam concauſare habet uoluntas creata in ſua poteſtate: nā uoluntas diuina cuicunq; concedit an-

Ad libertatē uoluntatis nō req̄ritur, ꝙ habeat actū ſuū in ſua poteſtate ſimpliciter.

tecedentia, cõcederet, & conſequentia
quãtũ eſt ex ſe: niſi eſſet impedimentũ.
Dando autẽ uoluntati libertatẽ, dedit
ei omnia opera, quæ ſunt in eius pote-
ſtate: idéo deus ſemper coagit ad omnẽ
actũ, quem uult elicere: ergo ſemper eſt
uoluntas ante inſtãs, quo elicit actũ po
tens elicere, uel nõ elicere. ¶ Ad ſecun-
dũ in eadem uia dicitur, ꝙ utraq; uolun
tas & diuina, & creata liberè determi-
nat ſeipſam, & neutra neceſſariò aliã:
ita ꝙ ad alterius determinationem ne-
ceſsitaret ad agendũ: ſed uolũtas creata
liberè producit actum ſuũ, & diuina li-
berè coagit. Liberè enim deus ſe deter
minat producendo uoluntatem liberã
ſibi coagere ad producendũ quemcũq;
actum interiorem elicitum. ¶ Et cũ ar-
guitur. Tunc nõ eſſet ordo eſſentialis
inter cauſam primã, & uolũtatẽ creatã,
ſi neutra determinaret aliã. Negetur.
Nam in hoc eſt ordo eſſentialis, ꝙ uolũ
tas creata nõ poteſt elicere actũ nõ cõ-
currente prima coefficiendo, licet non
econuerſo: & in hoc ſubordinantur eſ-
ſentialiter primæ cauſę. Nec ſic moue
tur a prima cauſa, quaſi aliquid de no-
uo cauſet, uel influat in uoluntate, quo
uoluntas uelit: ſed quia produxit uolun
tatem liberam ponens actum ſuũ in ſua
poteſtate. ¶ Ad aliã ſi uoluntas diuina
non determinaret noſtrã &c. Dicitur,
ꝙ non ſequitur: quia nihil efficienter
uult diuina uoluntas uoluntatem crea-
tam uelle, niſi qđ uult uoluntas creata,
ad hoc enim determinat ſe diuina uo-
luntas dãdo uoluntati creatę libertatẽ.
Siquidẽ nihil aliud eſt dare libertatẽ uo
luntati, niſi dare ei facultatẽ eliciendi,
& non eliciẽdi: & ad quemlibet actum,
quem elicere uoluerit, uelle ſibi coage-
re. An autem uoluntas creata poſsit
cogi uel non: require ſupra diſtinct.
G xxv. ¶ Ad illud de ſecunda uia dicitur
negando conſequentiam. Ad proba-
tionem dicitur: licet ab ęterno uolun-
tas diuina ſit determinata ad alterum
quorumlibet condictoriorum: non ta-
men neceſſariò eſt determinata, ſed cõ-
tingenter: & ergo poteſt nõ determina

Volũtas tã diuina, quã creata liberè ſe-ipſã determinat ad agendũ.

Voluntas diuina noſtrã nõ determinat.

ri: ſicut de prędeſtinatione. Nam licet
prędeſtinatus ſit ab ęterno prędeſtina-
tus: quia tamen eſt cõtingenter pdeſti-
natus, põt nõ prædeſtinari, & põt nun-
quã prædeſtinatus fuiſſe. Neq; .n. præ-
deſtinatio æterna dicit aliquem actum
ſecũdum in deo ab ęterno additũ deo,
ſed dicit deũ. qui eſt daturus aliqui uitã
æternã: & ita uoluntatem determinari
ad effectum aliquem contingenter nõ
neceſsitat uoluntatem, neq; tollit ef-
fectus contingentiã. ¶ Ad argumẽtum
de tertia uia de ſigno priori, in quo cau
ſat cauſa ſuperior, ſiue poſteriori. Dici-
tur, ꝙ tale ſignum nõ eſt dabile: ſed in
quocunq; inſtanti cauſat una cauſa par
tialis: in eodem cauſant omnes cauſæ
partiales eundem effectum cauſantes:
nedum efficientes, ſed etiã materialis,
formalis, & finalis. Vt exempli gratia.
In quocunq; ſigno producitur forma
ſubſtantialis compoſiti, in eodem cau-
ſat ipſam deus cælum efficiens particu
lare in genere cauſæ efficientis. Simili-
ter materia in ſuo genere, & cauſa fina
lis: nec in aliquo priori temporis, uel
naturæ unum cauſat ſine alio: quamuis
unum poſsit eſſe perfectius alio. ¶ Ad
argumentum de quarta uia dicitur, ꝙ li
cet deus uolẽdo cauſat omnia, quæ cau
ſat, non tamen ideo eſt cauſa totalis: qa
uult etiam ſecum concurrere alias cau-
ſas, & utrumq; uult & effectum eſſe, &
cauſas ſecundas ſecum concurrere, nõ
diuerſis, ſed una uolitione: nec unum
plus alio, ſed ęquè utrũq: & ſimul. ¶ Ad
illud de quinta uia dicitur, ꝙ nulla crea
tura eſt cauſa totalis ſui effectus: quia
ſemper concurrit deus immediatè tan-
quã cauſa partialis: ſolus deus eſt cauſa
totalis efficiens effectuum creatorum.
Et quando arguitur, eſſe cauſam tota-
lem non repugnat creaturæ &c. Dici-
tur, ꝙ repugnat omnipotentiæ dei:
quia ſi creatura eſſet cauſa efficiens, &
totalis, poſſet efficere aliquid deo no-
lente: & ſic nõ eſſet omnipotens. ¶ Item
repugnat creaturæ, quæ eſt de nihilo, &
de ſe tendit in nihilum: & ideo ſicut
non poteſt eſſe ſine deo conſeruante,

Nulla creatura ẽ cauſa totalis ſui effectus.



ita multo magis non poteſt agere ni-
ſi deo coagente: cum enim agere prę
ſupponit eſſe, non minus dependet a
deo in agere, quã in eſſe. Quod etiam
arguitur, ꝙ ſubiectum eſt totalis cauſa
ſuæ paſsionis. Falſum eſt: quia ſiue acci-
piatur paſsio pro aliquo inhærẽte ſubie
cto, ſicut calor, dicitur paſsio calidi: ſi-
ue dicatur aliquod prædicabile de ſubie
cto, ſubiectum primo modo cauſat paſ
ſionem tanquam cauſa totalis: ſed con
currit deus, & influentiæ: Secundo mo
do omnino ſubiectum nõ cauſat paſsio
nem: quia unum prædicabile non cau-
ſat aliud. ¶ Ad auctoritates: ad primã
de Ockam uera eſt ſicut iacet: nec eſt
pro illa opinione. Nõ.n. dicit, ꝙ ſic re-
linquatur homo in manu conſilij ſui, ut
aliquid poſsit ſine deo: ſed ꝙ põt utrũq;
bonum, & malum eligere, quodcunq;
autẽ elegerit, concurrit deus ad eliciẽ
dũ, huiuſmodi uelle. ¶ Sic Augu. nõ di-
cit, ꝙ ſinat res agere proprios motus ſi
ne deo: ſic.n. deus in nulla actione na-
turali creaturæ concũrreret, & rediret
error dicẽtiũ. Circa cardines cęli ambu
lat, & noſtra nõ cõſiderat: ut recitat bea
tus Iob euſdem. xxij. ¶ Smiliter aucto-
ritas beati Anſel. non eſt pro illa opi-
nione, ſed magis pro oppoſita: ſicut au
ctoritas beati Aug. Nõ.n. negat deũ cõ
currere: quamuis dicat deũ cauſis ſecun
dis potentiã agendi dare; dat.n. cauſis
ſecũdis potentiã agendi deus, ſed nõ ſi
ne eo, ſed cũ eo. ¶ Ad auctoritatem cõ-
mẽ. ix. Metaphy. cõmẽ. vij. ꝙ cõmenta
tator repręhẽdẽdo eos, quos dixit ſuo
tẽpore modernos, errauit ſicut infide-
lis, quẽadmodũ in alijs multis: ideo in
hac parte auctoritas ſua recipienda nõ
eſt. Nec hoc ſequitur, quod infert. ſ. ꝙ
nullũ ens habeat actionẽ propriã natu-
raliter: ſed bene ſequitur, ſi deus ſolus ſi
ne concurſu ſecundarũ cauſarũ omnia
produceret. Nec ſequitur, quod conſe-
quenter infert: ꝙ ſi non habent actio-
nes proprias, ergo nec eſſentias pro-
prias: quia materia habet propriam eſ-
ſentiam diſtinctam a forma, & a com-
poſito. & tamen nullam habet actionẽ

propriã: neq; prius diſtinguitur forma-
liter, & intrinſecè per poſterius. Actio
autem eſt poſterior eſſentia: quia agere
pręſupponit eſſe. Et hoc ipſe ſubdit cum
dicit. Actiones nõ diſtinguũtur niſi per
eſſentias. ergo actiones diſtinctæ præſup
ponunt diſtinctionem eſſentiarũ: licet
hoc ipſum non ſit uerũ, cum ab eadem
eſſentia procedũt diuerſæ actiones ſpe
cie, & numero diſtinctæ. ¶ Quãtum ad
ſecundum articulum eſt hęc concluſio
j. Summa dei creatrix eſſentia omnium
effectuum poſitiuorum eſt cauſa imme
diata. Hæc concluſio poſt dicta in diſt.
j q. ij. probatur Io. j. Omnia per ipſum
facta ſunt, & ſine ipſo factũ eſt nihil. Itẽ
in ſymbolo Niceno. Fatemur deum fa-
ctorẽ cęli, & terræ, omnium uiſibilium,
& inuiſibilium. Et quid eſt factorem om
niũ &c. niſi omniũ eſſentiarum entita-
tum, & rerũ. Vnde Aug. cõtra Manich.
in lib de moribus eorundẽ ait. In catho
lica eccleſia dicitur omnium naturarũ,
atq; ſubſtantiarũ eſſe auctorẽ deũ. ubi
naturã, & ſubſtantiam generaliter pro
entitate accipit. Nam ante uerba al-
legata dicit. Ipſa natura nihil aliud eſt,
quã id, quod intelligitur in ſuo genere
aliqđ eſſe: ita ut nos iã nouo nomine ab
eo, qđ eſſe uocaꝛ eſſentia: quia plerũq;
ſubſtãtiã nominamus: ita ueteres, q hęc
nomina nõ habebãt p eſſentia, & ſub-
ſtãtia, naturã uocabãt. Ex quo patet, ꝙ
beatus Aug. p naturã intelligit oẽ qđ in
ſuo genere aliqđ eſt: & omne, qđ habet
eſſe, ſiue qđ eſt, & nos qđlibet tale uoca
mus eſſe ſiue eſſentiã. Et cõfirmatur ex
alio: nã ex hoc, ꝙ omniũ naturarũ, deus
eſt auctor: & tñ nõ eſt auctor mali, uult
ibi cõcludere malũ formaliter nihil eſſe.
Ait.n. ubi ſup. Idipſum ergo malũ, ſi pter
ptinaciã uelitis attenderẽ: eſt deficere
ab eſſẽtia, & tẽdere, ut nihil ſit. Quocir
ca cũ in catholica dr̃ eccleſia. Omniũ
naturarũ, atq; ſubſtãtiarũ auctorẽ eſſe
deũ: ſimul intelligiẽ ab his, quę poſsũt
intelligere nõ eſſe deũ auctorem mali.
Quid utiq; malũ, ſi nihil eſſe nõ cõclu-
deret: niſi nomine naturę generaliter
omnis entitas, & eſſe quod nõ eſt nihil

Arti. 2. Cõcl. 1. H
Deus ẽ cauſa immediata omniũ effectuum.

ſed aliquid in ſuo genere intelligeretur. ¶ Ex quo patet, ꝙ gloſ. & reſpõſio, quã tenentes partẽ queſtionis oppoſitã de prima opinione dant ad auctoritatem Aug. quibus aſſerit omnem naturã, & ſubſtantiam, quę deus nõ eſt, eſſe factã a deo: & ꝙ ipſe eſt cauſa omniũ, quę ſunt: dicentes eũ per natura intelligere ſubſtantiã non omnẽ eſſentiam, uel entitatem uniuerſaliter: ſed tantũ eã, quæ per ſe ſubſiſtit, & per ſe agere, uel pati põt. Et proprio nomine ſubſtantiæ appellantur ſecundum, ꝙ ſubſtantias ab accidentibus diſtinguimus: ut magiſter tãgit in littera: nõ eſt ad mentẽ ipſius. Hinc etiã in lib. de natura boni exponens illud Ioan. j. Omnia per ipſum facta ſunt, & ſine ipſo factum eſt nihil: dicit. i. ſine ipſo non eſt factum aliquid. ¶ Itẽ xij. de ciui. dei c. v. Deus ſummẽ eſt: & ab hoc, & ab illo facta eſt omnis eſſentia, quæ nõ ſummẽ eſt: quia neq; illi æqualis eſſe debet, quæ de nihilo facta eſt. Neq; ullo modo eſſe poſſet, ſi ab illo facta non eſſet. ergo actus malus cũ eſſentia quædã ſit, & nõ ſumma eſſentia nullo modo eſſe poſſet, niſi a deo facta eſſet. ¶ Itẽ ꝓbatur cõcluſio: quia omnis entitas cõſeruatur a deo: ergo & omnis entitas producitur a deo. Tenet conſequẽtia: quia conſeruatio rei eſt quędã productio, ut ex ſuperioribus patet. Antecedẽs patet per illud Heb. j. Portãs omnia uerbo uirtutis ſuæ. Loquitur de patre. ubi gloſ. Sicut ab eo creata ſunt omnia, ita per eum immutabilem cõſeruãtur. Itẽ Sap. xj. Quomodo poſſet aliquid permanere, niſi tu uoluiſſes: aut quod a te uocatum non eſſet, conſeruaretur. Vbi uult ſapiens nihil conſeruari niſi uocatum a deo: uocare dei eſt producere rem in eſſe.

Cõcl. 2. I

Actus malus, q eſt materiale in peccato eſt, eſſectiuẽ a Deo.

¶ Secunda concluſio, & reſpõſalis ad titulum queſtionis. Actus malus, qui eſt materiale in peccato, immediatẽ cauſatus a peccatore, ſimul eſt & ab efficiente deo. Probatur concluſio quoad illud, ꝙ eſt a deo, quia ꝙ quid ſit a peccatore, nullus uertit in dubium: quia omnis entitas poſitiua eſt a deo tanquã a cauſa efficiente immediata. oĩs actus malus, qui eſt materiale in pctõ, eſt entitas poſitiua: ergo eſt a deo tãquã a cauſa efficiẽte immediata. Cõſequentia nota. Maior eſt cõcluſio prima. Minor ꝓbaẽ: qa omnis talis actus eſt effectus uolũtatis. ergo eſt aliquid, & nõ nihil. ¶ Itẽ eſt actus uitalis. ergo eſt aliqđ poſitiuũ. ¶ Itẽ ſicut actus intelligendi eſt aliqua entitas in intellectu, ita actus uolendi eſt aliquid in uoluntate. ¶ Præterea omne bonum naturæ eſt a deo efficiente, & omnis actus peccatoris eſt bonum naturæ. ergo. Maior eſt Aug. ij. de libe. arb. cap. xxix. Tu pietatem. i. fidem inconcuſſam tene: ut nullũ tibi bonũ uel ſentiẽti, uel intelligẽti, uel quoquo modo cogitãti occurrat, qđ nõ ſit ex deo: ita. n. nulla natura occurrerit, quæ nõ ſit ex deo. Minor ꝓbatur: quia omne, qđ eſt, inquãtũ eſt, bonũ eſt: actus huiuſmodi eſt: ergo bonũ eſt, nõ bonũ moris, ſed naturę. ¶ Item omnis actus uoluntatis quantũcunq; malus eſt: eſt perfectior, & nobilior entitas quocunq; accidente corporali: ergo quilibet actus talis eſt quoddam bonũ: cũ omne accidens corporale eſt bonũ. Antecedens probatur: quia quilibet actus uitalis, & ſpiritualis eſt perfectior ſecundũ naturã quolibet actu corporali non uitali. Quod patet per beatũ Aug. ix. de tri. c. xj. qui ſpeciẽ rei exiſtentẽ in anima, probat eſſe meliorem ſpecie corporali, extra cuius eſt ſimilitudo: per hoc, ꝙ eſt in meliori natura. ſ. anima. Vnde ait: Melior tamẽ eſt imago corporis in animo, quã illa ſpecies corporis inquantum in meliori natura eſt. i. in ſubſtantia uitali ſicut eſt animus. ¶ Item ſicut omnis anima humana quantumcunq; praua fuerit, melior eſt, & nobilior ſecundum naturam quocunq; corpore: ſic omne accidens animæ eſt melius quocunq; accidente corporis. ¶ Præterea Anſel. in de caſu diaboli, cap. xix. diſcipulo dicenti, ꝙ quidem deus rerum naturas rerum omniũ faciat, fatendum eſt. Quòd uero ſingulas actiones peruerſarum uoluntatum uelut ipſum prauum motum uoluntatis, quo ipſa mala uoluntas ſe mo-

Actus malus uolũtatis eſt ꝑfectior ſecundũ naturã quocũq; accidẽte materiali.



uet, faciat, quis concedit. Reſpondit: quid mirũ, ſi dicimus deũ facere ſingulas actiones, quæ fiũt mala uolũtate, cũ eũ fateamur facere ſingulas ſubſtãtias, quę fiunt iniuſta uoluntate, & inhoneſta actione. &. infra. c. ulti. A deo neceſſe eſt eſſe omne, quod aliquid eſt. &. c. ulti. loquẽs de iniuſto uelle diaboli, quo peccauit, dicit. Velle autẽ ſecũdũ eſſentiam bonũ: ſed quoniã nõ iuſtẽ factum eſt, eſt malũ: & tamẽ a deo fuit, a quo eſt omne, quod aliquid eſt. Idẽ in de cõcordia præſcientię cum libero arbitrio aliquãtulum poſt principiũ. Omnis quippe qualitas, & omnis actio, & quicquid aliquã eſſentiã habet a deo eſt, a quo eſt omnis iuſtitia, & nulla iniuſtitia. Facit igiẽ deus omnia, q̃ iuſta, uel iniuſta uolũtate fiũt. i. bona opera, & mala. In bonis quidem facit, ꝙ ſunt: & ꝙ bona ſunt, in malis uero facit, ꝙ ſunt: ſed non ꝙ mala ſunt. Sequitur. Iuſtitia. n. aliquid eſt, iniuſtitia uero nihil, & poſt modicum. Et ſicut deus non facit iniuſtitiam, ita nõ facit aliquid iniuſtum eſſe, qui tamen facit omnes actiones, omnes motus: quia ipſe facit res, a quibus, & ex quibus, & per quas, & in quibus fiunt: & nulla res habet ullã poteſtatem uolendi, aut faciẽdi niſi illo dãte. ipſum quoq; uelle, quod aliquando iuſtũ eſt, aliqñ iniuſtũ a deo eſt: no eſſe uero rectum, nõ ęſt quid, nec a deo eſt.

Arti. 3. Dub. 1. K

¶ Quantũ ad tertium articulũ dubitatur primò, cũ ſecũdũ concluſionẽ ſecundã concedendũ eſt, ꝙ deus facit actum, qui eſt peccatũ ſiue materiale in peccato utrum concedendũ ſit, ꝙ deus cauſat, uel facit peccatũ.

Nullo modo concedendũ, qđ deus peccet.

¶ Et uidetur ꝙ ſic: quia qua ratione cõceditur, ꝙ uolũtas creata facit peccatũ, eadẽ ratione concedendum eſt de deo; nã deus effectiuẽ concurrit, & cauſat actũ peccati ſicut uoluntas, & liberẽ ſicut uolũtas, etiã concurrit defectiuẽ ad formale in peccato. i. ad priuationem rectitudinis, quæ eſſe deberet in actu, ut eſſet rectus, ſicut uolũtas creata nã uoluntas pro tãto eſt defectiua rectitudinis cauſa non inexiſtentis: quia eã nõ dat actui. i. eã nõ cauſat, quam cauſare poſſet: & ita deus nõ dat, ſeu cauſat eadẽ rectitudinẽ, quã tamẽ liberẽ cauſare poſſet: ergo eſt cauſa defectiua ſicut uoluntas formalis in peccato: & ꝑ cõſequens ita eſt cauſa peccati, ſicut uolũtas creata. ¶ Itẽ expoſitoriẽ: deus cauſat hoc demonſtrando actũ peccati, & ille actus eſt peccatum: ergo deus cauſat pctũ. ¶ In oppoſitũ: impoſſibile eſt deũ peccare: ergo impoſſibile eſt deũ facere peccatũ: quia peccare, & facere peccatũ idem ſunt. Antecedens probatur: quia peccare eſt malẽ agere, & iniuſtẽ, quod nõ conuenit, nec cõuenire põt ſummæ, ac infinitæ iuſtitiæ. Reſpõdetur, ꝙ deum impoſſibile eſt peccare. Cuius põt aſsignari triplex ratio.

Impoſſibile eſt Deum peccare.

¶ Prima: quia peccare eſt ſe auertere a deo: ſed deus non põt ſe a ſeipſo auertere, nec formaliter, nec uirtualiter. Non formaliter: quia nõ poteſt ſe nõ ſummẽ diligere: cũ diligere eſt actus eſſentialis adintra ſimpliciter neceſſarius, & æternus nihil reſpiciens adextra, ſicut cognoſcere ſeipſum. Nec uirtualiter: quia nihil aliud a ſe eſt ſibi neceſſariũ ad uolendum, ſeu diligendum ſe: cum nihil contingens, & temporale eſt neceſſariũ ad actũ eſſentialẽ, æternum, & neceſſariũ. ¶ Secunda ratio eſt: quia uoluntas dei eſt ſui ipſius regula, & ideo non poteſt eſſe non recta: nec quodcunq; extra ſe: ideo uult quia rectum: ſed quia uult, ideo eſt rectum: unde impoſſibile eſt uoluntatem diuinam diſcordare a recta ratione, ut dictum eſt. ¶ Tertia ratio eſt: quia deus nullius extra ſe eſt debitor: neq; enim habet ſuperiorem, cuius præcepto obedire non tenetur: quia autem peccare eſt a deo formaliter, uel uirtualiter auerti: & a ſua regula recta ſcilicet ratione diſcordare, & contra debitum & legem, cui ſubeſt tenetur liberẽ agere. patet: quia impoſsibile eſt deum peccare. ¶ Secundò aduertendum, ꝙ illa deus facit peccatum, duplicem poteſt habere ſenſum: ſiue de uirtute ſermonis, ſiue nõ. Vnus eſt. Deus facit peccatum. i. facit actum illum, qui eſt peccatum denominatiuẽ. Alio modo eſt ſenſus: facit pecca-

Deus facit peccatũ po

eſt du- plicē ſe ſū habe re.

rum, ideſt peccat: id eſt facit, quod nõ debet: uel omittit, ꝙ debet. Suo modo dicitur de illa: deus facit malū, & unde ſecundum primū intellectū ualde differunt: deus facit malum, deus facit malè: deus facit iniuſtum, & deus facit iniuſtè nã q facit malè, uel iniuſtè, peccator ē: non autē omnis, qui facit malum, uel iniuſtum: ſicut ſecundum philoſo. hū. Nõ eſt iuſtus, q facit opa iuſta, ſed q facit iuſtè ij. Ethi. ¶ Per hoc ad dubiū reſpõdetur, ꝙ illa, deus facit, uel cauſat peccatū in primo ſenſu cõcedenda eſt: nõ aūt in ſecundo ſenſu. Primum patet per cõcluſionem ſecūdam. Secundū patet in illo ſenſu hic. Deus facit peccatum, æquiualet illi: deus facit, ꝙ nõ debet: ſeu facit oppoſitū illius, ad ꝙ tenetur: ſiue deus peccat, q ſunt impoſsibiles, ut probatū eſt. ¶ Ad rõnes uero dubij: ad primam, quę nititur probare dubiū in ſcđo ſenſu, in quo cõceditur, ꝙ homo facit peccatū, & peccat: ideo negetur antecedens qua ratione &c. Ad probationē cõceditur, ꝙ cõcurrit effectiuè ad productionē actus pcti, & defectiuè ad priuationē rectitudinis, ut probat ratio: ſed non ſicut uoluntas creata: quoniam uoluntas ſic cõcurrit ad utrumq;, ꝙ tenetur ad oppoſitū utriuſq;: nõ autē deus, nam uoluntas tenetur dare illam rectitudinē actui ideſt tenetur actū elicere cū illis circūſtãtijs, quas lex dictat, cui ſubeſſe tenetur: deus autem cum nõ ſit ſub lege, ſed ſupra, ad illas circumſtantias non tenetur: non enim ſola priuatio rectitudinis in actu nominat pctm: ſed priuatio rectitudinis, ad quam eliciens actum tenetur. Aliter poteſt dici, ꝙ etſi deus eo modo eſt cauſa effectiua actus peccati, quo uoluntas, non tamen ſic eſt cauſa defectiua: qm̃ ita eſt deus cauſa defectiua rectitudinis: ꝙ quã ... um eſt de ſe, daret illam actui, ſi uolū... cooperaretur: uniuerſaliter. n. quic ... quid ... deus dedit antecedenter, daret & conſequ...enter, quantum eſt ex ſe: ſi non ...et impedimentum, ut dictum eſt: uo... autē quantū eſt ex ſe, non dat re... ...ē ſuo actui. ¶ Et ſi diceres: deus liberè non dat, poteſt ergo ſimpliciter dare, & nõ dare: dr̃, ꝙ põt: & in illo caſu defectus illius rectitudinis non inducit peccatum: non reſpectu uoluntatis diuinę manifeſtum eſt: nec ratione uoluntatis creatę: quia illa tunc non poſſet dare rectitudinem, ſi uoluntas diuina primò, & ſimpliciter dare nollet. Illa reſpõſio eſt Sco. diſtin. præſenti: ſed prima eſt Ockam lib. j. diſtinct. xlvij. ¶ Ad ſyllogiſmum expoſitoriū ſecundum rigorem logicæ ille differūt: deus facit peccatū, & deus peccatū facit, ſicut illæ. Buridanus papã percuſsit, & buridanus percuſſit papam: nam quando terminus cõnotatiuus ſequitur ly facit, tūc facit, appellat factionē adiacere ſignificato forma li termini connotatiui ſequentis: & ita importat factionem ſecundum quid. Si uero pręcedit, facit, appellat ſuū forma le adiacere materiali ſignificato termini, connotatiui præcedentis, & importat factionem ſimpliciter: ſic de incipit, deſinit, & ſimilibus. Vnde deus facit peccatum, ualet tãtum, deus facit illud formaliter, quo aliquis dicitur peccator, hoc eſt priuat rectitudinē, ad quã tenetur: ſed illa deus peccatum facit, ualet illam: deus facit actum, qui eſt peccatū: ſic igitur ſecunda conceditur, prima negatē. Per hoc patet, ꝙ ſyllogiſmus expoſitorius nõ ualet: cõmittitur. n. fallacia ęquiuocationis, nã facit in minori, importat factionē ſimpliciter: qa ipsū ſequitur terminus abſolutus hoc, ꝙ demonſtrat abſolutè realitatē actus, q eſt pctm̃: in concluſione importat factionē ſecū dū quid. Verum Ockam illam differentiam non attēdit, & pro eodem accipit illas: deus facit peccatum, & deus pctm̃ facit ſecūdum hūc dicitur, ꝙ de rigore uerborū cõſequens eſſet cõcedendū: & ſyllogiſmus eſt bonus: ſed ad sēſum illū, in quo ſancti eam accipiunt: falſum eſt cõſequēs, & malè cõcludit: ut patet ponendo loco eius ſynonymã ſuã. ſ. deus facit: ad cuius oppoſitum tenetur: & ita ly peccatū ęquiocat in minori, & cõcluſione: ut patet exponendo terminū. Ratio poſt oppoſitum procedit ſecūdū

Quo differat Deus facit peccatū, & Deus peccatū facit.

*(left margin, partly lost:)* ...e... literas ...ctitudi...



ſenſum propoſitionis: & uerum concludit. ¶ Secūdò. dubitatur contra concluſionem ſecundam: nam ſecundum Auguſt. lib. lxxxiij. quæſt. iij. Deo auctore nõ ſit homo deterior: ſed ſi deus facit actum peccati, quo hõ ſit deterior: iam deo auctore ſit deterior. Reſpondetur poſt Greg. de arim. diſt. xxxiij. ar. iij. ſe rè iuxta finem, ꝙ non quicunq; cauſat actum peccati, eo auctore ſit homo deterior: nam ſi plures homines ex æquo cõcurrãt ad idē opus malū: neuter dicitur altero auctore peccare, uel deterior fieri, ſimiliter ſi unus principaliter, alius inſtrumētaliter, uel ſecūdariò cõcurrit, q principaliter concurrit, nunquã dicitur reliquo auctore peccare: ſed quando aliquis eſt alij cauſa faciendi id unde deterior ſit: uel etiã unde melior erit, ille eſt auctor: ut puta mouens alium in ducendo ipsū cõſilio, uel pręcepto &c. ſic autem deus non mouet uoluntatem hominis ad faciendum malum: non. n. eſt ei cauſa, ut faciat malum: licet ſecū tanquam cauſa partialis producat actū malū, nec quantū eſt ex ſe concurrit, ut dictum eſt: ſed quia uolūtas liberè hunc producit, deus comproducit, eſt aūt homini auctor, ut fiat melior: quia ad hoc inducit, & mouet, cõſilio, promiſsione, & pręcepto. ¶ Vel poteſt breuius dici, ꝙ deus non eſt auctor huius formalis, quo aliquis ſit peccator: quia non eſſe iuſtitię ſeu rectitudinis non habet cauſam efficientē, quę propriè dicitur auctor. ¶ Tertiò dubitatur contra eandem cõcluſionē. Quicunq; cauſat actū, cui eſſentialiter annexa eſt deformitas, & malitia, cauſat malitiã, & deformitatem: deus nõ cauſat malitiã: ergo nec actū, cui eſſentialiter annexa eſt malitia. Cõſequētia eſt in baroco. Minor uidet̄ manifeſta, & ab oibus conceſſa. Maior ꝓbatur: qa quicunque cauſat aliquid, cui inſeparabiliter annexū eſt aliud, cauſat illud annexum, ſicut creãs animã, creat etiam potentias animę: ſecundū ponentes diſtinctionē potentiarū ab eſſentia animę. ſimiliter ſecundū alios producēs ſubiectū, ꝓducit etiã paſsionē propriã: & maximè qñ illud annexū cū eo, ꝙ ꝓducit, incipit, & deſinit eſſe, ꝓpter materiã primã, quã producit generãs con ceptum: licet materia ſit eſſentialis cõpoſito. Quædam autem ſunt poſitiua, quibus eſſentialiter annexa eſt malitia: ut latrocinium, furtum, adulterium. de quibus dicit philoſo. iij. Ethi ꝙ mox nominata conuoluta ſunt malitia: nam ſi malitia ab eis foret ſeparabilis, nominari poſſent abſq; malitia. ¶ Ad illud dubium reſpondetur, ꝙ nullus eſt actus poſitiuus, cui eſſentialiter annexa eſt malitia: nam deformitas, aut malitia nõ eſt aliquid, ſed priuatio iuſtitię debitę: & illa nulli poſitiuę entitati eſt inſeparabiliter annexa: quia nulla eſt entitas poſitiua, quam deus operatur cum ſecunda cauſa: quin eam efficere poſſet deus ſine cauſa ſecunda, quod ſi faceret, nulla annecteretur iniuſtitia: nec careret aliqua rectitudine debita ineſſe: cū nullius deus ſit debitor: & ita maior ſimiliter eſt falſa: quia ſubiectū pro nullo ſupponit. ¶ Et ad illud, ꝙ poſtea additur de latrocinio, adulterio &c. dicitur, ꝙ actus illi in ſpecie, & numero: & quicquid eſt poſitiuum in eis poſſunt fieri ſine deformitate: ut ly actus latrocinij (qui realiter non eſt niſi occiſi hominis) fieret a iudice, aut de mãdato dei, aut in furia, aut a uinolento, non eſſet peccatum: & ita ſublata eſſet deformitas: ſic de adulterio, furto &c. immo ſi deus qualitatem illam, quæ eſt odiū dei, crearet in uoluntate, quod non eſt impoſsibile, non eſſet peccatum: nec actus deformis. ¶ Ad philoſophum dicitur, ꝙ uerum eſt, ꝙ mox nominata his nominibus latrocinium, furtum &c. conuoluta ſunt malitijs: quia illa nomina connotant deformitatem: & in caſu propoſito homicidium non eſſet latrocinium: nec ablatio rei talis eſſet furtum: nec cõmixtio ſexuū eſſet adulterium: eſſet tamen idem actus, unde poſſent nominari alijs nominibus ſine malitia: ut occiſio hominis, contrectatio talis rei, commixtio ſexuum: etiã ſi ſub iectum maioris ſupponeret pro aliquo-

Dub. 2.

M Deo au ctor̄ hõ non ſit deterior & quomodo, cū deus actū peccati cauſet.

Dub. 3.

N Nulli actui eſſentiali ter annexa ē malitia.

adhuc maior nõ eſſet uera: niſi de annexis poſitiuis: quia non oportet, ꝙ cauſans effectum poſitiuum cauſet omnem priuationem illi actui conuenire potẽtem: eo modo, quo priuatio dicitur alicui cõuenire: ut ſi duo leuarent eundẽ lapidem, unus ex pręcepto, alius cõtra præceptum ſibi factum, ambo cauſarent eundem motum lapidis: & ſecũdus cauſat deformitatem, & non primus: poſito etiam ad imaginationem, ꝙ præceptum de non leuando neceſſariò conſtringeret ſecundum. Et tantum de quæſtione.

## DISCTINTIO. XXXVIII.

EGIT de peccato actuali quantum ad eius quidditatem. cõſequenter in diſtin. vj. ſequenti. agit de eodem quantum ad actũ interiorem, & exteriorem. Et primò quantum ad actũ interiorem: ſecundò quantum ad exteriorem diſtin. xl. ¶ Circa primum inquirit prauitatem in actu interiori uoluntatis. Secundò cauſam inueſtigat, cur magis peccati prauitas conſiſtit in actu uoluntatis, quàm intellectus, uel memoriæ diſtinct. xxxix. ¶ Colligitur autem ſententia huius diſtin. in cõcluſionibus. tribus. ¶ Prima. Ex fine bono, qui deus eſt, charitas, & beatitudo, cognoſcitur bonę uoluntatis rectitudo. ¶ Secunda concluſio. Omnes bonæ uoluntates unum habent finem principalem, & ultimum: licet finem alium, atq; aliũ habeant immediatum. ¶ Tertia concluſio. Quamuis finis diſtinguitur a uoluntate; utrumq; tamen quandoq; ſignificatur intentionis nomine. Has latius proſequitur magiſter in textu.

## QVAESTIO VNICA.

A

QVIA de cauſa bonitatis uoluntatis dicendum erit infra diſtinct. xl. Ideo tantum quęritur hic iuxta materiã tertiæ concluſionis. Vtrum uoluntatis finis, & intentionis ſit diſtinctio realis, aut tantum rationis. Poſitis pro articulo primo notabilibus terminorum declaratiuis: ponentur concluſiones pro articulo ſecundo cum dubijs pro tertio arti.

*Vtrum finis uoluntatis & intentionis ſit diſtinctio realis.*

*Arti. 1. Not. 1. Voluntas accipitur multipliciter.*

¶ Quantũ ad primum notandũ, ꝙ nomen uoluntas aliquãdo accipitur pro potentia appetitiua rationali, ideſt pro anima rationali nata obiectum ſibi per rationem oſtenſum appetere, uel refutare: & ſic poteſt accipi Luc. ij. Et in terra pax hominibus bonę uoluntatis. i. uoluntatis bene habituatę. Aliquando accipitur pro actu appetitiuo ſcilicet ꝑ ipſo uelle, aut nolle: ſic dicit̃. j. ad Theſſa. iiij. Voluntas dei eſt ſanctificatio ueſtra, ideſt hoc uult deus, ſiue hoc eſt uelle dei ſanctificatio ueſtra. & Lu. xij. Seruus, qui cognouit uoluntatem domini ſui, & non ſe præparauit, & non fecit ſecundum uoluntatẽ eius, uapulabit multis. Accipitur quandoque pro obiecto uolito: ut ibi. Non mea, ſed tua uoluntas fiat. Mat. xxvj. In propoſito accipitur pro potentia uolitiua, uel pro uolũtatis actu.

*Not. 2. B*

¶ Secundò notandum, ꝙ differentia eſt inter finem, & cauſam finalem, ut dictum eſt diſtin. j. quæſt. v. Nã finis eſt terminus rei, uel operationis. i. effectus productus. Sed cauſa finalis eſt aliquid amatum ab agente aliquid propter ipſum, ꝙ mouet agens ad agendũ producente. accipitur tamen frequenter finis, ut etiam ſe extendit ad cauſã finalem.

*Finis accipitur tripliciter.*

¶ Vnde ſic accipiendo finem: finis ſecundum Grego. de arim. capitur tripliciter: communiter, propriè, & magis propriè. Communiter quodlibet uolitum ſiue uolitionis obiectum dicitur finis. Sic accipit Aug. xj. de trini. c. vj. ubi dicit: ꝙ uoluntas uidendi non habet finem, niſi uiſionem: ſiue illud referat ad aliud, ſiue non referat: & uolũtas uidendi feneſtram, finem habet feneſtram. Finis propriè dicitur nõ quodcunq; uolitum, ſed uolitum propter, ꝙ aliud eſt uolitum. & ſic accipitur finis, ꝙ eſt cuius gratia ſcilicet aliud eſt uolitũ, & illos duos modos diſtinguit magiſter in litera



in litera cum dicit. Finis uoluntatis eſt uelle illud, qđ uolumus, per quod impletur ipſa uolũtas, uel potius aliud propter quod illud uolumus. Finis magis proprię, eſt id, propter quod aliud eſt uolitum, & ipſum propter ſe tãtum eſt uolitum, ſic dicitur ij. Metaphy. Finis eſt, quod non eſt alius cauſa: ſed alia illius. i. finis eſt, quod non eſt uolitum propter aliud: ſed propter ſe tantum, alia autem ſunt uolita propter ipſum. & commen. ibidem commẽ. viij. dicit: ꝙ deſcriptio cauſæ finalis eſt, non ut ſit propter aliã cauſam. pro eodem ergo capit finẽ ibi, & cauſam finalem.

*Not. 3. C Intẽtio multis modis accipit̃.*

¶ Tertiò notandũ circa illum terminum intentio: ꝙ ſecundum Bona. q. vj. huius diſ. Intentio multipliciter accipitur. Vno modo pro potentia intendente: alio modo pro habitu, quo intendit: tertio modo pro actu intendendi: quãdoq; pro obiecto, quod intenditur. Primo modo accipitur cum intentio dicitur oculus: cum uero dicitur lumen, accipitur pro habitu dirigente: cum dicitur ꝙ intentio eſt finis ipſe: ſicut dicit magiſter in litera, accipitur pro intento: cum uero dicitur, ꝙ intentio quędam eſt recta, quædam obliqua, accipitur pro actu: principalius tamen intentionis nomen impoſitum eſt actui: & ſic accipitur in propoſito, ſic autẽ generaliter acceptũ eſt actus potẽtiæ, quo actu fertur in aliquid ſiue moueatur a ſe, ſiue ab alio.

*Potẽtia dupliciter in aliquid.*

¶ Fertur autẽ potentia in aliquid dupliciter: uel tãquã in obiectũ, ſiue finẽ. Primo modo eſt cuiuslibet potẽtiæ. Secundo põt diſtingui. Aut potẽtia fertur in finẽ ducta ab alio, ſicut fertur potentia non cognoſcens, quo modo dicit cõmẽ. ꝙ natura nõ cognoſcẽs dirigitur ab agente infallibili. & ſic omne agẽs agit propter finẽ, ſiue per intẽtionẽ finis. Vel potentia fertur in finẽ nõ ducta ab alio, ſed ducens ſe in aliud: & ſic non poteſt eſſe alicuius potentiæ naturalis: ſed tantum liberę quia ſecundum Damaſ. Appetitus non liber ducitur, & nõ ducit: & hoc modo accipitur hic pro actu. ſ. potẽtiæ rationalis liberę, quo fertur in aliquid, tãquã in finẽ: nõ tanquã in obiectũ: & hoc eſt, quod uult beatus. Anſel. In oĩ (inquit) uolitione cõtingit accipere qđ, & cur. Intẽdere nõ reſpicit quid, ſed cur: hoc eſt finẽ ꝑ aliud tanquam per medium: eſt ergo intentio actus uoluntatis reſpectu finis. ¶ Et ſecũdum ꝙ finis accipitur tripliciter, communiter, propriè, & magis propriè: ſic intentio accipitur tripliciter. ſ. communiter: & ſic omnis uolitio eſt intentio: ſicut quodlibet uolitum dicitur finis communiter. Propriè: & ſic uolitio illius propter quod aliquid eſt uolitum, dicitur intentio. Magis propriè: uolitio eius, quod eſt propter ſe uolitũ, & aliud propter ipſum intentio appellatur. ¶ Ex quibus patet, ꝙ omnis his tribus modis intentio aliqua eſt uſus, aliqua fruitio, aliqua medium inter uſum, & fruitionẽ: ſi ponitur mediũ de quo diſ. j. primi ſemper tñ eſt finis medij, uel ultimi.

*Arti. 2. Cõcl. 1. D*

¶ Quantum ad ſecundũ articulum eſt cõcluſio prima. Accipiendo uoluntatem, & intentionem pro obiectis: & finem communiter pro omni uolito, inter uoluntatem, intentionem, & finem nulla eſt diſtinctio.

*Diffinitiones uolũtatis intẽtionis & finis.*

Probatur concluſio. quia nec eſt inter ea diſtinctio realis, nec rationis: ergo nulla. Tenet cõſequẽtia a ſufficienti diuiſione: non. n. pono diſtinctionem formalẽ in creaturis. Antecedens probatur: non realis, quia eadẽ res uolita eſt uoluntas: obiectum uoluntatis, finis & intentio, quia idem eſt obiectum uolitionis, & intẽtionis: & ipſum eſt finis communiter acceptus. Nec rationis: quia illa non eſt rerum: ſed tantum rationum, conceptuum. ſ. uel ſignorum.

*Cõcl. 2.*

¶ Secunda concluſio. Accipiendo uoluntatem, & intentionem pro potentia, uel actu uniformiter, finis diſtinguitur ab utroq; realiter, non tamen uniuerſaliter. Probatur. quia finis, qui eſt obiectum uolitũ, aut gratia cuius diſtinguitur realiter a potẽtia, & ab eius actu: ergo a uoluntate, uel intentione ſic acceptis. Conſequentia nota. Antecedẽs ꝓbatur. Quia frequẽter finis eſt extrinſecus, & diſtans a potentia, & actu: nam potentia dilectione tendens in deum,

uel aliud dilectum citra deum realiter
diſtinguitur a dilecto, ſimul & a dilectio
ne. ¶ Dicitur non tamen uniuerſaliter:
quia cum uoluntas ſit potentia refle-
xiua potens ſe amore reflectere ſuper
ſe, & amorē ſuū: ipſa potentia, uel actus
eſt ſuijpſius obiectū, & finis ut dū uult
Cōcl. 3. ſe, & actū ſuū propter ſeipſum. ¶ Tertia
concluſio. Accipiendo uoluntatem, &
intentionem pro actu: & finem cōiter,
uolūtas, & intenſio nō diſtinguūtur: ſed
magis adinuicem conuertuntur. Patet
cōcluſio: quia ſic accipiendo omnis uo
lūtas eſt intentio, & omnis intentio eſt
uoluntas, intētio enim eſt uolitio finis,
& loquēdo cōiter, omne uolitū eſt finis
ergo omnis uolitio eſt intentio: cū oīs
uolitio ē uolitio uoliti. & accipitur hic
uolitio gñaliter pro omni actu uolun-
tatis tam affirmatiuo, quā negatiuo. i.
pro uelle, & nolle: & ſic ecōuerſo omnis
Cōcl. 4 intentio eſt uolitio. ¶ Quarta conclu-
ſio. Accipiendo intentionē propriè ſiue
magis propriè: & uoluntatem pro actu:
aliqua uoluntas, & intentio diſtinguūt:
& aliqua uoluntas, & intentio non di-
ſtinguūtur. Primum patet de uoluntate
medij tantum uoliti non propter ſe, illa
uoluntas inquantum eſt medij, non eſt
intentio. Patet: quia intentio tantū eſt
uoluntas finis. Secundū patet de uolū-
tate finis propinqui, uel ultimi, q̄ eſt in
Cōcl. 5 tentio. ¶ Quinta concluſio. Voluntas,
& intentionis nomina re, & ratione sūt
diſtincta. Quòd re diſtinguuntur, patet
quia unū nomē nō eſt aliud: cū differūt
in literis, & ſyllabis. Quòd ratione: qa
non ſunt ſynonyma: & eis correſpondēt
diuerſi conceptus: ut patet ex illo arti-
Arti. 3. culo. ¶ Quantum ad tertium articulum
Dub. 1. dubitatur primò: utrū intētio ſit unius
E potentię, uel duarum: & uidetur, q̄ ſit
duarum potentiarum. Nam intentio eſt
actus lib. arbi. ſed libe. arbi compræhen-
dit rationem, & uoluntatem: nā ſcd̄m
Aug. eſt facultas rōnis, & facultatis, qua
bonū eligitur gratia aſsiſtente &c. ut pa
tet in tex. diſt. xxiiij. ergo eſt actus dua-
rū potentiarū. In oppoſitū: intentio eſt
unus actus: ſed unus actus eſt unius po-

tentię: igit̄. ¶ Hic tenet ſan. Bona. q̄ in
noīe intentionis clauditur ſimul actus
rōnis, & uolūtatis: quia ut dicit, inten-
tio dicit q̄ndā collationē unius ad aliud
& cū hoc quandā cōuerſionē cū quie-
tatiōe, primū ptinet ad intellectū: ſcd̄m
ad uolūtatem: ſed quia ſupra diſt. xxv.
oſtenſum eſt, q̄ libe. arbi. non eſt duæ po
tentiæ: ſed una potentia: ita & inten-
tio non eſt duo actus: ſed actus unus Vtrum
unius potētię: nā licet intēſio non ſit intētio
ſine actu intellectus, finē, & mediū oſtē ſit actus
dentis: ſicut ēt oīs actus uolūtatis p̄ſup unius
ponit actū intellectus pro quāto uolun potētię,
tas nō tendit in incognitū: nō t̄n ideo uel plu-
actus uoluntatis eſt duo actus, nec eſt rimum.
actus intellectus. Sic & intentio ꝓpriè
accepta eſt uolitio finis aſſequendi per
media: & illa uolitio eſt unus actus: li-
cet nomen intentio poſſet connotare
plures actus. ſ. actum medij relati in fi-
nem ſupponit tamen intentio pro uoli
tione finis, q̄ eſt unus actus. ¶ Et p̄ hoc
patet ad dubiū, q̄ intētio eſt actus unius
potentiæ tantum ſcilicet uoluntatis: &
cum arguitur de libe. arbitrio, dictū eſt
ſupra diſt. xxv. q̄ liberū arbitriū non eſt
duę; ſed una potentia. ſ. uoluntas: licet
nomen liberi arbitrij cōnotat rōnem,
uel intellectum, ut ibi oſtenſum eſt. Et
ad rationes Beati Bonau. dicendum, q̄
conferre p̄ modum iudicij eſt ſolius in-
tellectus, ſicut & intelligere: ſed referre
utendo, ſiue ordinando unum amabile
ad aliud eſt uoluntatis: ſicut enim uolū
tas eſt reflexiua, quia immaterialis: ita
& collatiua, uel potens referre ſuo mo-
dò. ¶ Secundò dubitatur: oſtenſo, & in Dub. 2.
tentio ſit unius potentię. ſ. uoluntatis: F
an ſit unus actus, uel duo eiuſdem po- Vtrum
tentię, & uidetur, q̄ ſint duo actus: qa intēſio
intentionis eſt referre media in finem: ſit unius
nam qui intendit, intendēdo refert, ſeu actus
ordinat unum in aliud: ergo complecti unius
tur duos actus, unū uoliti propter finē, uel duo
& unum ipſius finis. Reſpondetur ad du eiuſdem
bium, q̄ quia intentio, ut dictū eſt, eſt potētię.
uolitio finis: quia aūt finis eſt alicuius fi
nis. ſ. relati in ipſum: ideo intentio, quæ
eſt finis, ſimiliter connotat uolitionem



eius, q̄ eſt ad finem, ſiue cuius eſt finis.
Pōt etiā ſecundū aliquos uolūtas uno
actu uelle finem, & mediū propter finē:
uel diſtinctis: ut dictum eſt in. j. diſt. j. &
tunc ille actus eſt ſimul actus, & fruitio:
uſus pro quanto eſt medij propter finē:
fruitio inquantum eſt finis p̄p ſeipſum:
& tunc etiā actus ille ſimul eſt uſus, & in
tentio. Poteſt etiam uoluntas duobus
diſtinctis actibus ferri in medium, & in
finem, quorum primus eſt uſus, & non
fruitio. ſecundus fruitio, & non uſus: &
tūc intentio ſupponit ꝓ uolitione finis:
connotat tamen uolitionem eius, q̄
ordinatur in finem, & ſic patet, q̄ ſemp̄
intentio eſt unus actus, licet coexigat
Dub. 3. alium. ¶ Tertiò dubitatur: cū intētio ſit
G actus uoluntatis: quō dicitur oculus, &
Quo- lumē, hęc. n. pertinēt ad intellectū: nūc
modo autem Mat. vj. Si oculus tuus fuerit ſim
oculus plex, totū corpus lucidum erit, & ibidē.
& lumē Vide ergo ne lumen quod in te eſt &c.
dicitur Gloſ. exponit oculum, & lumē de inten
intētio. tione. Reſpondetur, q̄ intentio dicitur
oculus, & lumen metaphoricè: & ita nō
ſemper pertinent ad intellectū; ſed etiā
ad uoluntatem: unde intentio dr̄ ocu-
lus uoluntatis, pro quanto per intentio
nē diſcernit̄: q̄ uoluntatis operatio bo-
na, uel praua dicatur. Dicitur aūt lumē:
qa manifeſta ē intēdēti, nō ſic opus: ſcit
n. hō, q̄d intēdit: q̄d uero ex opere ſe-
quat̄, neſcit, ideo op̄a dicūtur tenebrę:
intentio, quę manifeſta eſt homini agē
ti lumen ſecūdum illud Apoſtoli Ephe.
v. Omne quod manifeſtatur, lumē eſt.

## DISCTINTIO. XXXIX.

IN hac diſtinctione
xxxix. poſt inueſtiga
tam actus interioris
prauitatem, cauſam
quærit magiſter, cur
prauitas plus uolun
tati, & actibus eius
attribuitur, quam alij potentiæ: aut a-
ctui eius. ¶ Colligitur autem ſententia
tex. in concluſionibus, quæ ſequuntur.

¶ Prima, q̄ uoluntas inquantum eſt bo
na, eſt natura; ſed inquantum inordi
nata: peccatum, eſt & mala. ¶ Secunda
concluſio. Solius uoluntatis actus in-
ordinatus peccatum eſt, & malus: licet
in aliarum potentiarum actibus etiam
contingat abuſus. ¶ Tertia concluſio: ſe
cundū ꝓbabilē ſnīam ſuperior ſcintilla
rōnis. i. ſyntereſis, quæ ſemper malū o-
dit, & delectatur in bonis: alia eſt a mo
tu mentis, quo mēs relicta ſuperiori le-
ge ſe ſubijcit peccatis oblectata in eis.
¶ Tamen pro intellectu primarum dua-
rum concluſionum hoc annectendum
eſt: q̄ ideo uoluntas eliciendo actum in
ordinatè mala eſt cum actu ſuo, & non
alia potentia: quia ſola uolūtas, quāuis
ſit bona natura, eſt tamen libera in eli-
ciendo actum ſuum, habens in ſua pote
ſtate elicere ſecūdum regulā rōnis, cui
ſe conformare tenetur: uel difformiter
regulę ſuę: ideo dum liberè recedit a re
gula rōnis imputatur ſibi ad culpā: ſe-
cus de alijs potentijs, quę non ſunt libe
rę: ſed oēs actus ſuos producunt neceſ-
ſitate naturali: nec tenentur ſe confor
mare alicui regulę: quia cęterę poten-
tię non habent actum ſuum in ſua pote
ſtate, quō uoluntas: ideo nō imputatur
eis peccatum: non enim intellectus in-
telligendo malum peccat: nec memo-
ria rememorādo malū: licet aliarū potē
tiarū actibus uoluntas abuti poſſet.

## QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionē A
quęritur de illa rationis ſu- Vtrum
perioris ſcintilla: q̄ ſyntere- ſyntere
ſis dr̄, & de cōſcientia. Vtrū ſis ſit in
ſynthereſis, q̄ rationis ſcintilla dicitur, & tellecti-
cōſcientia, ſint in intellectu, aut effecti ua, uel
ua potentia. ¶ Pręmiſsis notabilibus affecti-
pro articulo primo: ac concluſionibus ua po-
pro ſecundo: mouebuntur dubia pro ar tentia.
ticulo tertio. ¶ Quantū ad primū notā Arti. 1.
dum, q̄ licet potētia intellectiua, & uo Not. 1.
lūtas, q̄ eſt potētia affectiua, in nullo
differant, ſeu diſtinguantur: ut ſupra

habitum eſt diſt. xvj. Habitus tamen, & actus intellectiui, & affectiui realiter diſtinguuntur: unde ſcientia realiter diſtinguitur a uirtute, & cognitio a uolitione propter hoc frequēter loquimur de intellectu, & uoluntate: ac ſi eſſent realiter diſtinctę propter habituum, & actuum diſtinctionem. Vnde cum quæritur utrum ſynterеſis, & cōſcientia ſint in intellectu, aut uolūtate: nihil aliud eſt quærere: quàm utrum ſint actus, habitus, uel paſsiones intellectiui, uel affectiui: & ad hunc ſenſum retorquenda ſunt omnia, quæ dicentur.

Not. 2. B

In aīa sūt tria poten-tia, habitus, & paſsiōes

¶ Secundò aduertendum, ꝙ ſecundum philoſophū ij. Ethic. c. v. in anima ſunt tres potentiæ habitus, & paſsiones, & ſub habitu cōprehenditur actus ſcđm ſanct. Bona. Vel ſolū loquitur de his, quę ſunt principia operationis ſecundum Bea. Tho. Verius tamen paſsio ſecundum philoſophum eſt actus appetitus, aut delectatio, uel triſtitia conſequens: ut concupiſcentia, ira, timor, audacia &c. ut exēplificat philoſo. de hoc latius Ockam in iij. quæſt. xij. & ij. quodlibet. quæſt. xvij. Ergo cum ſynterеſis ſit aliquid in anima, ſimiliter & conſcientia: oportet, ꝙ ſint aut potentia, aut habitus, aut actus, aut paſsiones, quæ autem horum ſint utrum potentia, habitus, aut paſsiones id eſt actus, uariant doc. Nam be. Tho. tenet par. j. quæſt. lxxix. ꝙ ſynterеſis ſit habitus primorum principiorum practicorum nobis naturaliter inditus: unde ſecundum eum, hoc eſt ſynterеſis in practicis, ꝙ intellectus (ut diſtinguitur contra alios habitus intellectuales) eſt in ſpeculatiuis: & conſcientia actus eſt, quo ſcientia applicatur ad agenda.

C

Quid ſit ſynterеſis.

¶ Sed ſanctus Bona. de hoc tangit tres opi. in ſuo ſecundo diſt. xxxix. quęſt. iiij. ¶ Vna, ꝙ ſynterеſis eſt ſuperior pars rationis. Conſcientia autem eſt habitus eiuſdem, quo regit inferiora. ¶ Secunda opinio ponit differentiam inter conſciētiam, ſynterеſim, legem naturæ, & liberum arbitrium. Nam prima tria reſpiciunt potentias rationales, ſiue cognitiuas, ſiue appetitiuas inquantum mouentur motu naturę ad bonum: ſed liberum arbitrium reſpicit potentias rationales, inquantum mouentur deliberatiuè ad bonum, uel ad malum. Conſequēter dicit, ꝙ ſynterеſis dicit potentiā, conſcientia habitum, lex naturalis obiectum. Vel ſynterеſis eſt habitus uniuerſalis, conſcientia eſt habitus particularis, lex naturę extendit ſe ad utrumq;. ¶ Tertia opi. cui ipſe conſentit: dicit, ꝙ quemadmodum ab ipſa creatione animę intellectus habet lumen, quod ſibi eſt naturale iudicatorium dirigens ipsū in cognoſcendis: ita uoluntas ſeu affectus habet naturale quoddā pondus dirigens ipſum in appetendis. Sicut ergo conſcientia non nominat ipſum iudicatorium, niſi inquantum dirigit ad opera moralia: ſic ſynterеſis non nominat illud pondus uoluntatis ſiue uoluntatē cum pondere: niſi inquantum habet illā inclinare ad bonum honeſtum. Et quēadmodū nomen conſcientię poteſt accipi ꝓ potentia ſic habituata, uel pro tali habitu potentiæ: ſic etiam ſynterеſis. Vſitatiori tñ modo loquendi, ſynterеſis magis nominat potentiam habituatam, quā habitū: & conſcientia uſitatiori modi loquendi magis nominat habitum perficientem intellectum practicum, quàm potentiam. ¶ Scotus tenet, ꝙ tam ſynterеſis, quàm conſcientia ſint habitus: ſynterеſis principiorum practicorum: conſcientia ſit habitus concluſionis ex principijs deductę. ¶ Vt autem inueſtigetur, quæ harū opinionum ſit probabilior, attendere oportet conditiones ſeu proprietates, q̄ cōiter a ſanctis attribuūtur ſynterеſi, & cōſciētię.

Not. 3. D

Quę attribuuntur ſynterеſi, & quæ cōſcientię

¶ Pro quo notādū tertiò, ꝙ ſynterеſi attribuitur inſtigare ad bonū & remurmurare malo. Item, ꝙ deus eſt ſcintilla rationis non extinguibilis. Hęc innuuntur in gloſ. ſuper. c. i. Ezec. ubi dicit, ꝙ per faciem animalis ſimilem aquilæ deſuper ipſorum quatuor. intelligūt ſynterеſim: quę ſcintilla conſcientiæ in Cain quoq; non extinguitur. hoc quo ad tertium. Et quoad prima duo dicitur ibi, ꝙ animæ rationabilitatem, iraſcentiam, &



ciam, & concupiſcentiā ad hominem, & ad uitulum referūt: rationabilitatē in cerebri arce, feritatē atq; iracūdiam in felle, uoluptatum cupidinem in iecore. Primūq; per faciem hominis, ſecundum per faciem leonis, tertium per faciem uituli intelligentes. Et ſubdit de ſynterеſi, oſtendens eius differentiam a prædictis dicens. Victi uoluptatibus, uel furore, & ipſa interdū rationis decepti ſimilitudine nos peccare ſentimus: ſynterеſis, quā propriè aquilæ deputant non ſe miſcentem tribus: ſed ipſa errata corrigentē, hic eſt ſpiritus, qui interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Hæc gl. paucis pro clariori intellectu mutatis. Conſcientiæ autem attribuitur teſtificari, ligare, uel mitigare, uel etiā accuſare, remordere aut repræhendere: nā cum cognoſcimus nos aliquid feciſſe, uel nō feciſſe ſecundum illud Eccleſ. vij. Scit conſcientia tua, quia & tu crebrò maledixiſti alijs. cōſcientia noſtra teſtificatur. Dum uero iudicamus aliquid faciendum, uel non faciendum: dicitur conſcientia ligare, uel inſtigare. Cū etiam iudicamus factum aliquod benè, uel malè factum: dicitur conſcientia excuſare, uel accuſare, ſeu remordere. hęc Tho. ubi ſup. ar. xiij. ¶ Ex his colligi poteſt, ꝙ quia ſynterеſis in omnibus ponitur quoddā naturaliter inclinans ad bonum, ac remurmurans malo inextinguibile: nō poteſt eſſe actus rationis, uel uoluntatis: quia nullus talis eſt ſemper in homine, cum in principio creationis anima ſit tanquàm tabula raſa &c. iij. de anima. Nec eſt habitus aliquis acquiſitus eadem ratione. Sed erit uel habitus innatus inſeparabilis ab anima ſi ponitur: uel ipſamet potentia ad bonum neceſſariò, & naturaliter inclinata. ¶ Similiter conſcientia, quæ mutabilis eſt, & nunc recta, nunc erronea, nunc teſtificans, nūc ligans: nūc accuſans, uel excuſans circa operatiōes, & facta particulares, & particularia erit aliquod dictamen oſtendens aliquid faciendum, uel malè, aut bene factū. ¶ In proceſſu aūt noſtro ad operādū cōcurrit potētia intellectiua, & uolūtas, intellectus: ut oſtendēs operādū, & dictās. ſ. illud, quo fieri oſtēſum eſt ad operandū: uolūtas ut imperās, & eligens.

Quis proceſſus noſter in operando.

¶ Intellectus oſtēdēdo, & dictādo procedit a principijs per ſe notis, ad concluſiones immediatas, & mediatas, quæ ſignificant aliquid operandum, acceptādū, uel fugiendū. Principijs aūt apꝑhenſis terminis intellectus diſſentire nō pōt tam practicis, quā ſpeculatiuis: hoc aūt aſſentire cōuenit intellectui ex cōditione ſuæ naturæ: nec propter hoc oportet ponere habitum innatum: quia poſita anima intellectiua, & appræhenſione principij, omnibus alijs ſemotis, ſtatim aſſentit ſine quocunq; habitu. exempli cauſa. Intellectus practicus ex illo principio: omne honeſtum eſt faciēdū, cui naturaliter aſſentit appræhenſis, & intellectis terminis coaſſūpta illa minore. Honorare parentes eſt honeſtū. concludit, ꝙ parentes ſunt honorandi. Similiter ex illo principio, omne debitū eſt ſoluendum, obedientia deo eſt debita: cōcludit ergo obedientia deo eſt ſoluenda. Vnde dicit Alex. de hales par. ij. q. vij. ꝙ ſynterеſis eſt potentia naturaliter habituata intellectus natus aſſentire maiori illi, eſt ſynterеſis: & ſi ponitur habitus innatus hic ſimpliciter eſt ſynterеſis: quia eſt aliquid inextinguibile in homine inſtigans ad bonū, & remurmurans malo. In hoc enim inſtigat ad bonum, & malo remurmurat: qa dictat aſſenſiuè de bono faciendo, & malo fugiendo in uniuerſali: ſiquidem huic naturaliter aſſentit, bonū eſt faciendum. malum fugiendum: aſſenſus uero horū principio, & habitus acquiſitus ſunt effectus ſynterеſis: aſſenſus quidem immediatus, habitus autē mediatus. qui pro tanto non ſunt ſynterеſis: quia inextinguibiles ſunt: non enim ſunt coęuæ animę: ſed acquiruntur per animam, ſunt enim actus animæ: aſſenſus autem concluſionis illatæ, & habitus, derelictus ex aſſenſu eſt conſcientia actualis, & habitualis: hic enim aſſenſus dictando aliquid faciendum, aut fa-

ctum eſſe, aut accuſat, uel excuſat: dū fuerit concluſionis ſignificantis aliquid ſic faciendum: aut ſit bene, uel male factum: nō .n. aliter teſtificatur, ligat, accuſat, remordet, aut excuſat, niſi dictādo .ſ. quia eſt aſſenſus, aut habitus propoſitionis hmōi ſignificātis: ſeu q̄a aſſētit actu, uel habitu ꝓpoſitioni hmōi ſignificāti: & ſi ꝓpoſitio fuerit uera, eſt cōſciētia recta: ſi falſa, eſt conſciētia erronea. hoc ergo eſt cōſcientia in practicis, q̄d ſciētia in ſpeculatiuis: niſi ꝙ ſciētia fre-

E quētius accipitur pro habitu: & cōſcientia frequentius pro actu. ¶ Poſſet ergo

Diſfinitio ſyntereſis. ſyntereſis ſic deſcribi. Eſt potentia nata aſſentire naturaliter principio practico euidenti ex terminis dictāti .i. ſignificāti in uniuerſali aliq̄d operādū, appetendū, uel fugiēdū. Dicitur potentia: ꝑ hoc excludit̄ actus, & habitus acq̄ſitus. Dicitur nata aſſentire: quia nō oportet, ꝙ actu aſſentiat: q̄a etiā potentia dicitur ſyntereſis, dū actu nullū principiū appꝛ̄hendit. Dicitur naturaliter .i. ſtatim appꝛ̄henſis terminis: quia nō req̄rit ꝓbationē, uel diſcurſū ad hoc, ꝙ aſſentiat: ſed ex cōditione ſuę naturę ſtatim appꝛ̄hēſis terminis nō poteſt nō aſſentire. Dicitur principio non practico: quia non dicitur ſyntereſis reſpectu principij ſpeculatiui. Quod ſequitur dictanti &c. declarat hoc, ꝙ dicitur principium practicū. Dicitur euidēti ex terminis: quia reſpectu principij euidentis per experientia non dicitur ſyntereſis: eo ꝙ tale principium appræhenſum poteſt ignorari. Additur in uniuerſali: ad excludendum cōſcientiā, quę eſt cōcluſionis practicæ in

Cōſciētia. particulari dictantis &c. ¶ Conſcientia autem eſt notitia adhæſiua actualis, uel habitualis concluſionis dictantis .i. ſignificantis in particulari aliquid benè, & laudabiliter eſſe operandum, uel omittendum: aut enuntians operationē aliquā fieri, aut factam eſſe, omitti, uel omiſſam fuiſſe: enūtians .i. ſignificās. ¶ Particulę ſatis patēt ex premiſſis: niſi ꝙ hoc attendatur, ꝙ dicitur in particulari dictātis eſſe operandum &c. per quod patet, ꝙ nō quęlibet notitia concluſionis practicæ dicitur conſciētia, nō .n. illius, quę tantū oſtēdit modū agēdi: ſicut cōcluſiones artiū mechanicarū, quę oſtendūt modū agēdi: nō tñ dictāt aliquid eſſe agendum: ut dictum fuit .q. pen. prologi. Sed ſolum illa notitia, quę ad prudentiā, aut moralem ſcientiā pertinet, cui cōformiter uoluntas elicit, uel difformiter benè, uel malè operat̄: & ideo additū eſt etiam benè, & laudabiliter. Et tantum de illo articulo. ¶ Quantum

Arti. 2. Cōcl. 1. F ad ſecundum articulum eſt cōcluſio prima. Syntereſis, quæ eſt ſcintilla conſciētiæ, non eſt actus, uel habitus in uoluntate. Probatur: quia ſyntereſis eſt aliquid neceſſariò dirigens ſaltem in uniuerſali ad operationem iuſtam, & rectā: ſed nihil tale pertinet ad uoluntatem. Nihil enim, quod eſt in uolūtate, neceſſariò inclinat: ergo non eſt aliquid pertinēs ad uoluntatē. Cōſequētia nota. Maior patet ex cōditionibus ſynteresi attributis: nā inclinat ad bonum, & remurmurat malo: & hoc neceſſariò: quia ſcintilla inextinguibilis: igitur nō pōt nō inclinare ad bonū: & ita neceſſariò inclinat ad bonū. Minor ꝓbatur: q̄a cū uolūtas ſit pōtētia libera cōtingēter tēdēs in quodlibet obiectū etiā ultimū finē: ut patet diſt. j. lib. j. nihil ad ipſum ꝑtinēs neceſſariò inclinat ad hoc, uel ad

Cōcl. 2. aliud obiectū. ¶ Secunda cōcluſio. Syntereſis, quę eſt ſcintilla rationis pertinet ad partē intellectiuā hominis. Probat̄: q̄a ꝑtinet ad partē hominis rationalē, & nō ad uolūtatē ex cōcluſione p̄cedenti: ergo ad partem intellectiuā. Cōſequentia nota: quia pars rationalis hominis illas potentias tātum includit: intellectū ſ. & affectum, qui eſt uoluntas: Maior ab omnibus eſt cōceſſa: quia ſyntereſis pertinet ad partem ſuperiorē hominis, quæ eſt rationalis. Minor eſt concluſio præ-

Cōcl. 3. cedens. ¶ Tertia concluſio. Syntereſis, quę eſt aliquid intellectus: nō eſt actus, neq; habitus. Probatur: quia non eſt habitus acquiſitus: quia ſyntereſis eſt ſemper in homine: quia ſcintilla inextinguibilis: ſed nullus actus, uel habitus acquiſitus eſt ſemper in homine. Nec eſt habi-



tus innatus: quia talis nō eſt ponendus i. nomē ſyntereſis ſupponit pro potentia intellectiua connotans eam natam aſſentire principijs practicis: ut deductum eſt in notabili tertio: ergo conclu-

Cōcl. 4. G ſio uera. ¶ Quarta concluſio. Syntereſis eſt potentia intellectiua realiter principijs practicis ex terminis euidentibus nata aſſentire naturaliter. Probat̄: quia potentię intellectiuæ conueniunt conditiones, ſeu proprietates ſynteresi attributę: ipſa enim eſt, quæ aſſentiendo principijs practicis euidentibus, & neceſſarijs dictantibus aliquid operandū inſtigat ad bonū: & diſſentiendo contrarijs remurmurat malo. Nā cum principia practica dictantia, ſeu ſignificantia aliquid eſſe operandū ſemper cōcordēt rectę rationi: & intellectus eis appręhēſis, non pōt non aſſentire, ſtimulat ad bonū, inquantū totū liberū arbitriū habet unā cauſam partialē rectè diſpoſitā: quia rectè dictantē, cui ſi ſe conformauerit: uolūtas erit ſemper recta, ſi ſe diſformauerit, praua. Et hoc potentia intellectiua eſt naturale lumen, & naturalis ſcintilla, quę extingui non pōt: quia non pōt nō aſſentire principio ex terminis euidentibus. Ipſe quoq; intellectus eſt in omni anima rationali: uerius eſt ipſa anima rationalis. Itē ſyntereſis eſt in anima rationali, & non habitus, nec paſſio .i. actus: ergo potentia, & nō affectiua: q̄a illa nō neceſſitatur reſpectu cuiuſ-

Cōcl. 5. cūq; obiecti intellectualis. ¶ Quinta cōcluſio. Nō in uoluntate eſt conſcientia: ſed in intellectiua potētia. Probatur: q̄a cōſciētia eſt habitus, uel aſſenſus cōcluſionis practicę dictātis aliquid operādū eſſe, uel omittendū: aut teſtificās operatū eſſe, uel omiſſum: talis aūt eſt actus, uel habitus intellectus: ergo concluſio. uera. Cōſequentia nota cū minore. Ma-

Cōcl. 9. Cōſciētia eſt act⁹ uel habitus aſſenſiuus. ior patet ex dictis in j. art. ¶ Sexta cōcluſio. Cōſcientia eſt actus, uel habitus aſſenſiuus, nō appręhēſiuus. Probat̄: q̄a eiuſdē obiecti eodē mō appræhēſi poſſunt eſſe cōtrarię cōſciētię, ſtāte eadem appręhēſione: ergo appræhēſio obiecti nō eſt cōſciētia. Cōſequētia nota. Antecedēs patet: q̄a in diuerſis intellectibus ſimul: aut in eodē intellectu ſucceſſiuè ſtāte illo obiecto: grā exēpli. In illa ꝓpoſitione. in caſu licitè eſt iurādū, eodē mō appꝛ̄hēſio pñt eſſe cōſciētię cōtrarię, q̄a pōt unus aſſentire, alius diſſentire, q̄ ſūt actus cōtrarij: & ſimiliter habitus cōſequētes: & ꝑ cōñs cōſciētia nō eſt actus, aut habitus appręhēſiuus: cū idē nume-

Arti. 3. Dub. 1. H ro, uel ſpē ſibi ipſi nō cōtrariet̄. ¶ Quātū ad tertiū articulū dubitat̄ primò: Vtrū ſyntereſis poſſet ꝑ peccatū extingui: & uidet̄ ꝙ ſic: q̄a in dęmonibus, & obſtinatis pctōribus uiatoribus nihil eſt, quod inclinet ad bonū: igit̄ in eis nō eſt ſyntereſis. Tenet cōña: q̄a ꝓpriū eſt ſynteresi inſtigare, & inclinare ad bonū. Añs patet per illud glo. ſuper Ezech. c. j. loquētis de ſynteresi dicit. Hanc (cū ſicut in Prou. dr̄ Impius cū in ꝓfundū uenerit, contemnit) ſæpe pręcipitari uidemus, & ſuū locū amittere: cū q̄dam ſine pudore peccāt, q̄bus meritò dr̄. Facies meretricis facta ē tibi: noluiſti erubeſcere. ¶ Ad illud dubiū rñdet ſanctus Bonauent. q. v. huius diſt. ꝙ ſyntereſis quantum ad actū impediri pōt: ſed extingui nō pōt ideo aūt extigui nō pōt: q̄a cū dicat q̄d naturale, nō pōt omnino auferri. unde gloſ. Luc. x. ſup illud. Abierūt ſemiuiuo relicto. Immortalitatē exuere ſecūdū rationis uſū oīno abolere nō poſſūt. quin hō poſſit ſapere, & deū cognoſcere. Nec unq̄ uitiū delet extrema naturę ueſtigia q̄uis aūt actus eius omnino auferri, uel extingui nō poſſit: pōt tñ ad tēpus impediri, ſiue ꝓpter tenebrā obcęcationis, ſiue ꝓpter laſciuiā delectationis, ſiue ꝓpter duritiē obſtinationis. Propter tenebrā obcæcationis impedit̄, ne malo remurmuret: ꝓ eo, ꝙ malū creditur eſſe bonū. ſicut in hęreticis, qui moriētes ꝓ impietate erroris, credūt ſe mori pro pietate fidei: & ideo remorſum nō ſentiūt: ſed magis propter gaudium fictum, & uanū: propter laſciuiā delectationis: aliquādo .n. in peccatis carnalibus ita abſorbetur homo, ut remorſus non habeat locū: q̄a carnales homines tāto impetu delectationis ferūtur, ut rō tūc nō

habeat locum. Propter duriciã obſtina
tionis etiã impeditur ſyntereſis, ne ad
bonũ ſtimulet: ſicut in dãnatis: qa adeo
ſunt in malo obſtinati: ut nunquam poſ
ſint ad bonum inclinari. Et ita ſyntere
ſis quãtũ ad inſtigationẽ ad bonũ ſem-
piternũ habet impedimentũ: & propte-
rea quãtũ ad illũ actũ poteſt dici extin-
cta: nõ tamen eſt extincta ſimpliciter:
quia habet aliũ uſũ. ſ. remurmurationẽ:
nam ſecundum illũ uſum, ſecundũ quẽ
ſyntereſis habet pũgere, & remurmura
re cõtra malũ maximè uigebit in dãna-
tis, & hoc put remurmuratio tenet rõ-
nẽ pęnę: nõ put tenet rõnẽ iuſtitiæ: qa
illa remurmuratio erit ad cõmendandã
diuinã iuſtitiã, nõ ad eliciendã fructuo-
ſam pęnitentiã: hęc ille. ¶ Sed hęc reſpõ
ſio uidetur extẽdere nomen ſyntereſis
ad cõſciẽtiã, ſiue ad actũ rõnis delibera-
tiuũ: ſicut etiã glo. ſuper Ezechię. uide-
tur ſyntereſim extẽdere ad conſciẽtiã:
unde in auctoritate allegata ex glo. Eze
chię. dĩ. Hãc tñ cõſcientiã quamuis in
prima parte auctoritatis nominat ſyn-
tereſim, quam uocat ſcintillã conſcien
tiæ, quæ in Caim nõ extinguitur. ¶ Vn
de clarius rñdetur ad dubium, ꝙ de ſyn
tereſi poſſumus loqui quãtũ ad id, quod
eſt, uel quantum ad actum eius. Quan-
tum ad primum eſt ipſa potentia intel-
lectiua: & illa eſt ipſa natura rationalis,
quę manet in dęmonibus, & damnatis.
Quantum ad actum poſſumus duplici-
ter loqui; uel quãtum ad actũ immedia
tum: & hic eſt aſſenſus practicus princi-
pij euidentis ex terminis: & quantum
ad hunc extingui non poteſt: poteſt au
tem impediri; nõ poteſt extingui, quin
appręhenſis clarè terminis aſſentiat:
ſic enim dęmones, & damnati apprę-
henſis principijs aſſentiunt: alioquin
nõ remurmurarent: quia remurmurare
nihil aliud eſt, niſi certè, & euidenter
cognoſcere cõtrarium principij practi-
ci fieri non debere: ſicut inſtigare ad
bonum, nihil aliud eſt, quàm aſſentire,
& cognoſcere principium: oſtendens
aliquam operationẽ eſſe bonã, & iuſtã,
eamq; fieri debere: hoc autẽ nouerunt
dęmones, & dãnati. nouerũt. n. ſe prauẽ
uelle agere, & peccarẽ: uerũ impediri po
teſt: qa poteſt rõ turbari tantum pœnis
uel delectationibus, aut alia diſpoſitio-
ne neceſſaria, ꝙ terminos principij cla
re appręhendere non poteſt: aut ſe ad
ipm principiũ cõuertere ipm aduerten-
do: & ſic impeditur quãtũ ad aſſenſum.
¶ Poſſumus etiã loqui de ſyntereſi quã
tum ad actum mediatũ. ſ. quantum ad
actus deductos ex principijs delibera-
tione media: qui actus ſunt actus imme
diati conſcientiæ: & quãtũ ad illos im-
pediri põt, ſicut & cõſciẽtia põt errare.
¶ Et per hoc patet reſpõſio ad dubiũ, ꝙ
ſynteresis quãtum ad potentiam extin
gui non poteſt manente natura rõnali.
Quãtũ ad actũ immediatum non poteſt
extingui ſic, ꝙ diſſentiat principio: põt
non aſſentire principio: quia poteſt ip-
ſũ nõ appręhẽdere: quãtũ uero ad actũ
mediatum idem eſt dicendum, ꝙ dicĩt
de cõſcientia: quia actus mediatus ſyn-
tereſis eſt actus immediatus conſciẽtię.
¶ Ad rationẽ in propoſitione dubij mo
tam dicitur, ꝙ in uoluntate damnatorũ
nihil eſt. i. nullus habitus, uel actus, qui
ad bonum bene operandum inclinet: ſe
cus in intellectu: manet enim in eis co
gnitio boni, & mali: alias tolleretur ab
eis remorſus, & uermis. Et ſi inclinare
eſt oſtendere ſiue dictare bonum: con-
ceditur, quòd in eis intellectus inclina-
tur ad bonum: quia dictat bonum fa-
ciendum eſſe: ſed uoluntas non ſequi-
tur inclinationem. ¶ Ad auctorit. glo. pa
tet, ꝙ loquitur de actu uoluntatis, qui
eſt effectus remotus ſyntereſis, & con-
ſcientię. nam contẽnere, & peccare ad
uoluntatem pertinẽt. ſimiliter & obſti-
natio, ſynderesis, & conſcientia ad ra-
tionem. ¶ Secundò dubitatur: Vtrũ con Dub. 2.
ſcientia liget hominem ad faciendũ ea, I
quę dictat facienda, & omittendũ, q̃ di- Con-
ctat ommittenda. Pro ſolutione notã- ſciẽtia
dum, ꝙ dubium non quęrit de qualibet quõ, &
cõſcientia: non enim de illa, quæ ſolum quid li-
eſt teſtificatiua alicuius facti. Illa enim get.
non ligat niſi forte impropriè ad cre-
dendum ſuo teſtimonio. Impro-



priè dico: qa ipſa ęſtimet credulitas ſeu
aſſenſus propoſitionis teſtificãtis: nihil
autem propriè ligat ſeipſum, ut hic lo-
quimur de ligatione. Quærit autem de
cõſcientia, quæ eſt aſſenſus propoſitio-
nis dictantis aliqua faciẽda, uel omittẽ
da: in hoc autem cõſcientia dictat aliqd
faciendũ, uel omittendũ: quia eſt aſſen-
ſus propoſitionis ſignificantis tale ali-
quid eſſe lege conſtitutũ, uel ordinatũ.
Continet autem lex in ſcripturis nobis
tradita præcepta, prohibitiones, conſi-
lia, informationes, & exhortationes.
Præcepta obligant ad aliquid facien-
dum. Prohibitiones ad aliquid uitan-
dum. Conſilia ad aliquid perfectius
non tamen ſaluti neceſſarium perſua-
dent. Informationes modũ exequendi
cõſilia, & præcepta conuenientem tra-
dunt. Exhortationes uelut preces ami
cabiles ad prędicta hilariter perficienda
Sola p̃- inducunt. Sola ergo pręcepta, & prohi-
cepta, & bitiones obligãt ad exequendum, aut
prohibi omittendum præcepta, aut prohibita.
tiones Cætera nõ obligant niſi ad non con-
obligãt. temnendum. Cõſcientia uero eſt quaſi
præco legis. Oſtendit enim nobis legis
dictamina dictans aſſenſiuè hæc, uel illa
eſſe legis p̃cepta, prohibitiones, uel cõſi
lia: & ita ligat auctoritate legis, quã no-
bis inſinuat, aut inſinuare putatur. Opi
nio. n. noſtra nobis legem facit: ut di-
K cit beatus Ambr. lib. de paradiſo. ¶ Per
hoc ad dubiũ dicitur, ꝙ cõſcientia recta
ligat nos eo modo, quo dictat legẽ nos
ligare: hoc eſt, ſi dictat aliquid eſſe p̃ce
ptũ, ligat ut p̃ceptũ: ſi dictat eſſe cõſiliũ,
ligat, ut conſilium. Et breuiter ſicut
pręco iudicis ligat eum, cui inſinuat iu-
dicis mandatũ, non uirtute ſui, ſed uir-
tute mandati iudicis. Ita cõſciẽtia quę
Duplex eſt uere pręco, & nuntius legis. ¶ Verũ
cõſcien quia duplex eſt cõſcientia, recta, & erro
tia. nea. Recta, quæ eſt cõformis legi. Erro
nea, quæ eſt difformis legis. Recta obli-
gat, ut dictum eſt. Erronea etiam obli-
gat, ſed non ſicut recta: non enim obli
gat ad faciendum, quod contra legem
dictat credens ſe conformiter legi di-
ctare: quia tunc obligaret contra legẽ.
Et per conſequens teneretur quis face-
re contra legem, & cum lex obligat ad
ſui obſeruantiã, quis ſimul obligaretur
ad oppoſita incompoſsibilia, quod eſt
abſurdum. Obligat ergo conſcientia er
ronea ad deponendum eã, nõ uinculo
cõſcientię hoc dictãtis: quia creditur nõ
erronea: ſed uinculo diuini præcepti: qa
dicitur Eccl. xvii. Nõ demoreris in er-
rore. Itẽ quia lex diuina uetat cotem-
nere deum, qui autem agit contra con-
ſcientiã, qua credit deum aliquid pro-
hibuiſſe: licet erret, cõtemnit deũ: hoc
autem uitare nõ poteſt niſi deponendo
cõſcientiã: ergo tenetur deponere cõ-
ſcientiã. ¶ Ex illo duo inferuntur. ¶ Pri L
mũ, ꝙ omnis agens contra conſcientiã Agens
cõtrariũ p̃ceptiuè dictãtem, peccat mor contra
taliter. Patet per gloſ. Rom. xiiii. Om cõſcien
ne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. tiã pec-
Gloſ. Quod nõ eſt ex fide. i. quòd eſt cõ cat.
tra cõſcientiã pctũm eſt. Et patet ratio
ne: quia contemnit deum, contra cuius
præceptũ ſe facere credit. ¶ Secundum
eſt: ꝙ ſtante erronea conſcientia de ali-
quo neceſſario ad ſalutem, qd̃ ſaluti re-
pugnat. i. quod eſt contra legem dei: ta
lis eſt perplexus. Vt exempli cauſa. Si
conſcientia petri dictaret eum debere
adulterari, ut conuerteret adulterã ad
fidem. Manente illa conſcientia, petrus
eſt perplexus: quia nõ poteſt ſic manens
euadere peccatum mortale: ſi agit ſecũ
dum conſcientiam, agit contra legem
diuinam, quã tenetur ſcire: & ſic pec-
cat mortaliter: ſi omittit contra con-
ſcientiam, iterum ędificat in gehennã
contemnendo. Verum non eſt ſimplex
perplexus, quia patet ſibi uia euadendi
ſ. deponere conſcientiã erroneã: quod
ſi non facit, ex ſua culpa eſt perplexus.
¶ Sed diceres: quid ſi eſſet error inuinci
bilis Reſpondetur, dicendum eſt, ut ſup.
diſt. xxii. Nã in tali caſu tenetur ſe cõ-
formare conſcientiæ, & non legi diui-
næ oppoſitum præcipienti, quam igno
rat: non enim obligat lex niſi ſcientem
legem, uel ſcire debentem. Vult autem
deus, ꝙ uoluntas ſe conformet con-
ſcientiæ non culpabili. Talis autem eſt

conſcientia erronea errore inuincibili.

## DISTINCTIO XL.

EGIT de prauitate peccati quantum ad actum uolũtatis interiorem:conſequẽter in quatuor diſtinctionibus ſequentibus agit de eadem quantum ad actum exteriorem. Et primò de peccatis in generali. Secundò de quodam peccato.ſ. in ſpiritũ ſanctũ in ſpeciali diſtinctione xliii. ſeu penultima.¶ Circa primum primò agit de peccato actus exterioris quantum ad finis intentionẽ. Secundò quantum ad principium mouens fidem.ſ.& uoluntatẽ, diſtinctione xli. Tertiò quantum ad eius uariam diſtinctionẽ, diſt. xlii. Sententia huius diſtinctionis in ſequẽtibus tribus concluſionibus colligitur. ¶ Prima concluſio. Licet omnes actus inquantum natura quidam ſint boni, quidam tamẽ ſimpliciter non boni,ſed mali ſunt dicẽdi. ¶ Secunda cõcluſio. Nullus actus bonus eſſe poterit,ſi nõ cãm bonã,& finẽ bonũ habuerit. ¶ Tertia cõcluſio. Quędam conſtat eſſe peccata, quę nulla bona intentione ſunt faciẽda. Has in textu magiſter multipliciter deducit.

## QVAESTIO VNICA.

A
Vtrum ex ſola intẽtione attẽdatẽ operis bonitas.

CIRCA hanc diſtinctionẽ quęritur. Vtrum ex ſola intentione finis attẽdatur bonitas operis. ¶ Poſitis notabilibus, ac concluſionibus pro articulis primo, & ſecundo, mouebuntur dubia, & ſoluentur per articulum tertium.

Arti. 1. Not. 1.

¶ Quantum ad primum ſupponitur nũc ex dictis in tertio diſt. xxi.i.q.j. ꝙ opus bonum moraliter, eſt opus elicitum, aut imperatum conformiter ad dictamẽ rectæ.i. inculpabilis rationis. Et quoniam multa dictat ratio recta debere cõuenire actui, ut ſit rectus, ex pluribus dependet eius ratio bonitatis. ¶ Nam prima ratio bonitatis eius, eſt conuenientia eius ad efficiens: puta quia eſt ab efficiente libero. Commune enim eſt tam actui uirtuoſo, quàm uitioſo, ꝙ liberè eliciantur, ſeu producantur: neq; enim actus eſt laudabilis, neq; uituperabilis, niſi ſit a libera uoluntate. In inuoluntarijs enim neq; laudamur, neq; uituperamur. iii. Ethicorum. Secundò requiritur conuenientia actus ad obiectum: quod ſi eſt conueniens ſecundũ dictamen rationis .i. tale quale recta ratio dictat, actus dicitur bonus ex genere: quia eſt adhuc indifferens ad reliqua ad bonitatẽ actus requiſita: ſicut genus indifferẽs eſt ad differentias ipſum diuidentes .i. indifferenter de quolibet peccato. Et intelligendum eſt de obiecto primario, ſiue principali nõ de ſecundariis: quia etiam circumſtantiæ ſunt obiecta ſecũdaria ſaltem reſpectu actus interioris eliciti: ut in tertio quæſt. j. diſtinct. xxiiij. dicitur. Requiritur deinde conuenientia actus ad circumſtantias, ſiue obiecta ſecundaria, quorũ principalis eſt finis: ut.ſ. ille finis intendatur, quem ratio recta dictat eſſe intendendũ. Nec tñ finis ſufficit: ſed requiritur etiam circumſtantia formę.i. modi: ut fiat quomodo fieri debere ratio recta dictat. Deinde ſequuntur circumſtantiæ magis extrinſecę: puta loci, & temporis &c. Illa ſatis parent ex Ethic. & declarabuntur in tertio, ubi tractari ſolet de uirtutibus.

Not. 2. B

Intentio dupliciter accipitẽ.

¶ Secundò notandum, ꝙ nomen intentio apud ſanctos dupliciter accipitur, ut uult ſanctus Bonauent. q. j. huius diſt. Vno modo intentio dicit uolitionem finis ſimpliciter. Alio modo dicit uolitionem finis, ad quẽ aliquid mediũ ordinatẽ, & ita ſupponit pro uolitione finis: & cõnotat mediũ, ſeu aliquid in ipſum ordinatũ. ¶ Et ſecundũ hoc dupliciter attenditur bonitas intentionis. Vno modo dicitur intentio bona tantum ratione finis, quia eſt uolitio talis finis, quem recta ratio dictat uolendum, non curando de medijs, ſic omnis uolitio honeſtatis, pacis dilectionis dei, & proximi propter ſe, dicitur intentio bona. ¶ Secũdo modo dicitur intentio bona non tantum ratione ſubſtracti, ſed etiam ratione cõnotati: hoc eſt non tantũ ratione eius, quod uolitur propter ſe, ſed etiã ratione mediorũ, quę ordinantur in ſic uolitũ. Et ſic dicitur intentio bona, in quo eſt bona, & perfecta ordinatio operis ad finem intẽtum bonũ: & ita ad bonitatẽ intentionis requiritur utrumq;, & bonitas finis, & recta ordinatio mediorũ ad finẽ. Hęc n. duo neceſſariò requirũtur ad hoc, ꝙ oculus ſit ſimplex: ſicut dicit beatus Bern. ad Eugeniũ.ſ. ꝙ ueritas ſit in electione, & charitas in intẽtione: hoc eſt dicere, ꝙ tunc eſt oculus mentis ſimplex, ſiue intẽtio bona: quãdo hoc amat finaliter, quod eſt amãdũ: & eligit, quod eſt eligendũ. Et hoc modo ſimpliciter uerũ eſt, ſi oculus eſt ſimplex, totũ corpus lucidũ erit: quia intentione exiſtẽte hoc modo bona, opus eſt bonũ. Hæc de articulo primo.

Arti. 2. Cõcl. 1. C

Ad bonitatem opis nõ ſufficit bonitas intẽtionis.

¶ Quantum ad ſecundum articulum eſt cõcluſio prima Accipiendo intentionẽ primo modo, ad bonitatem operis non ſufficit bonitas intentionis. Probatur concluſio: quia ad bonitatem operis requiritur conueniẽtia obiecti, & integritas omniũ circumſtantiarũ, quas recta ratio adeſſe debere dictat actui. Sicut econuerſo, ad malitiã ſufficit defectus alicuius horũ, quæ recta ratio dictat adeſſe debere: ſed ſtat intentionẽ finis eſſe bonã: & tamen deficere uel obiectũ debitum, uel alias circumſtantias unam uel plures: ergo ſtat intentionem eſſe bonam, & opus eſſe malũ. Conſequentia manifeſta. Et maior patet: quia bonum eſt ex cauſa integra, malum autem omnifariam. ut dicit Diony. & conſonat Philoſophus. ij. Ethicorum. Minor probatur: quia ſi quis furatẽ diuiti, ut ſubueniat pauperi: intentio quidem bona eſt: quia finis ſcilicet ſubuenire pauperi bonus eſt: & tamẽ deficiunt ibi rectitudo obiecti: quia dat de non ſuo, & modi, & circumſtantiarum cęterarum: & ſic de multis alijs. Vt ſi quis mentitur, ut liberet innocentem, aut interficit perſequentem non interueniente legitimę auctoritatis poteſtate, in quibus finis bonus eſt: electio autẽ contra dictamen rationis mala.

Coroll.

¶ Corollarium, ꝙ bonitas finis non excuſat malè eligentẽ. Patet per illud apoſtoli ad Rom. iij. condemnantis dicentes. Faciamus mala, ut eueniant bona.

Cõcl. 2. D

¶ Secunda concluſio. Ad malitiam operis ſufficit malitia intentionis. Probatur ex probatione primę concluſionis: nam ad hoc, ut opus aliquod ſit malum, ſufficit defectus uniuſcuiuſque requiſitorum ad operis bonitatem: ſed ad operis bonitatẽ requiritur bonitas intentionis: ut patet ex notabili ſecundo. ergo eius defectus ſufficit ad malitiam operis: ſed ubicunq; eſt intentio mala, deficit intentio bona: quia contraria ſimul ſtare non poſſunt: & per conſequens intentio mala ſufficit ad malitiam operis Non tamen requiritur ſemper intentio mala: quia poteſt operatio eſſe mala intentione exiſtente bona propter defectum alterius circumſtantię.

Cõcl. 3. Bonitas intẽtionis ſufficit ad bonitatẽ opis.

¶ Tertia concluſio. Bonitas intentionis dicta ſecundo modo ſufficit, & requiritur. ut bona ſit operatio. Probatur: quia iſta bonitas includit integritatem omnium requiſitorum: quia finis, & mediorum Talis autem integritas requiritur, & ſufficit ad bonitatem cuiuſlibet operis, ut dictum eſt. ergo concluſio uera. Et de intentione bona illo modo accepta, intelligendę ſunt auctoritates ſanctorum innuentium, ꝙ ex intentione dicitur opus bonũ, uel malũ, ut illa Ambr. Affectus tuus operi tuo nomẽ imponit. Et illa ſaluatoris. Non poteſt arbor bona fructus malos facere. ubi ſecundum Ambro. per affectum, & arborem bonam ſecundum ſaluatorem intelligitur intentio bona ſecundo modo dicta.

Arti. 3. Dub. 1. E

Vtrum quantitas bonitatis opis mẽſuretẽ ſecundum quantitatem bonitatis intẽtionis.

¶ Quãtũ ad tertiũ articulũ eſt primũ dubium. Vtrum quantitas boni operis cõmenſuretur quãtitati bonæ intentionis. quod eſt quærere. Vtrum opus bonum ſit tantũ bonum, quanta eſt bonitas intẽtionis. ¶ Reſpõdet hic ſanctus. Bonauẽ. per diſtinctionem intentionis

ſimilem ei, quæ dicta eſt in primo articulo. ſ. ꝙ quantitas intentionis poteſt dupliciter attendi. Aut ratione actus intendendi: aut ratione obiecti intenti, quod eſt finis tantũ, & conformiter tantũ, & quantum poſſunt accipi nominaliter: & ſic reſpiciunt intentum: uel aduerbialiter: tunc reſpiciunt actum intendendi. Primo modo quantitas operis non cõmenſuratur quantitati intentionis, quã tum ad bonitatem, & malitiã: quia opus exterius factum non ſemper commenſuratur ei, quod intentio intendit. i. fini. Frequenter. n. homo intendit facere magnũ bonũ, & facit paruũ, quia modicã habet charitatem: ſic etiã in malis. Non ſemper qui intendit parũ peccare, parũ peccat: licet q intẽdat multũ peccare, multũ peccet: etſi actus ſit modicus. Secũdo aũt mõ accipiẽdo ſic quantitas operis attenditur ex quantitate intentionis, quãtũ ad bonitatem, & malitiã: quia quantus eſt actus intendendi in bonitate, & malitia intenſus ex omnibus circumſtantijs, tantus eſt actus exterior bonus, aut malus. Omne. n. meritũ, & demeritum actus exterioris reducitur ad actũ uoluntatis interiorem: & ideo ſecũdũ intentionem bonitatis actus interioris menſuratur bonitas actus exterioris. Sic de malitia.

Dub. 2. F

Vtrũ intentio bona abſque ope exteriori ſufficiat ad uitã æternã merendam.

¶ Secundò dubitatur. Vtrũ intentio bona abſq; opere exteriori ſufficiat ad merendum uitam ęterna. Rñdetur ſanctus Bonauen. q. iij. huius diſt. diſtinguendo: quia aut habẽs bonã intentionem habet facultatem bñ operãdi, aut nõ. Si nõ habet facultatem, cũ nemo obligatur ad impoſsibile: ſola plenitudo uoluntatis, internę ſufficit ad meritũ ſine opere exteriori. Si aũt adſit facultas, & offert ſe opportunitas, intẽtio nõ põt ad meritũ ſufficere abſq; exteriori operatione. Cuius ratio eſt triplex. ſ. diuini mãdati obligatio, uirtutis perfectio, & bonitatis plenitudo. Diuini mandati obligatio: quia mandata nõ ſolum obligant ad uolendum, ſed etiã ad faciendum: & ideo qui non implet mandatum, cum poſsit, & adſit opportunitas, potius meretur iram, quam gratiam. Virtutis perfectio; quia uirtus eſt ultimum potentiæ: & ideo eleuat potentiam ad aliquod magnum, in quod poteſt potentia, & ad arduũ. Potẽtiæ autem animæ ordinantur ad opera etiam exteriora: ideo uirtus non eſt perfecta, nec ultimũ potẽtiæ: niſi extendat ſe ad opera exteriora ultra, quę nõ ſunt alia (& ita ſunt ultima, in quę poteſt potentia) dum adeſt facultas, & operandi opportunitas. Extendit ſe ergo uirtus ad opera exteriora, ſi fuerit perfecta uoluntatis plenitudo: quia non eſt plena, nec efficax uoluntas: niſi ponat in effectu, quod poteſt: alias dicitur ſemiplena, & pigra: ſicut piger uult, & nõ uult: ſicut qui appetit ſcire, & non laborat in ſtudio, uult ſcientiam imperfectè: qui uero uult ſcientiam perfectè, & efficaciter hęc operatur, & nihil negligit requiſitũ ad ſcientiæ acquiſitionẽ: quia ergo dum adeſt facultas, & ſe offert opportunitas abſq; operibus exterioribus non eſt mandatorum dei impletio: nec uirtutis perfecta ratio: nec uolũtatis plenitudo: & abſq; his non eſt ſufficientia meriti. Hinc eſt, ꝙ ad meritũ uitæ æternę, nõ ſufficit bonitas intẽtionis abſq; bonitate operis exterioris. Hęc ſanctus Bonauẽ. Quę intelligenda ſunt, dum & quando recta ratio dictat ſic eſſe operãdũ aliqua operatione exteriori, & ſecũdũ hoc intelligendæ ſunt auctoritates ſanctorum, quorũ aliquæ uidentur ſonare, quaſi ſola uolũtas ſufficiat: quę intelligendæ ſunt, dũ deeſt facultas: aut non eſt operandi opportunitas. Alię ꝙ non ſufficit uolũtas ſine operibus, quę uerę ſunt, dũ adeſt facultas, & opportunitas.

## DISTINCTIO. XXXXI.

EGIT de peccato actus exterioris quãtum ad intentionẽ finis: agit conſequẽter de eiſdem quantum ad principium fidei, & uoluntatis: inueſtigans an omne opus, quod non



eſt ex fide ſit peccatum: an etiam omne peccatum ſit uoluntarium. Colligitur autem ſentẽtia textus in tribus cõcluſionibus, quæ ſequuntur. ¶ Prima cõcluſio. Quamuis quorundam opinio omnem actum non ex fide & charitate procedẽtem peccatum eſſe aſtruat: aliorum tamen ſententia quoſdam infidelium actus bonus fore, non autem meritorios: probabiliter affirmat. ¶ Secunda cõcluſio. Nullum eſt peccatum, quod non ſit modo quodam uoluntarium. ¶ Tertia concluſio. Cum uoluntas mala peccatum ſit mortale, conſtat uoluntatem ipſam mortale peccatum eſſe. Declaratio patet in textu.

## QVAESTIO VNICA.

A

Vtrũ inter actus humanos aliquis indifferens ſit dicendus.

CIRCA diſtinctionem quęritur. Vtrũ inter humanos actus, aliquis indifferens ſit dicẽdus. ¶ Notabilibus pręmiſsis: concluſiones ſubiungentur cum dubijs.

Arti. 1.

Not. 1.

¶ Quantum ad primum notandum, ꝙ per actum humanum intelligitur actus hominis deliberatiuus. i. actus liberè productus cum certa appræhenſione obiecti. Vnde caſualis fricatio barbæ: aut motus manus, aut pedis factus non a propoſito non dicitur humanus.

Not. 2.

¶ Secundò notandum. Suppoſitis his quæ habet Ockam q. x. & xiij. tertij ſententiarum. Itẽ quæ tanguntur diſt. xxiij. q. j. collecto. huius tertij. Item in iij. quodlibet. Ocham in diuerſis quæſtionibus: utputa. q. xiij. xiiii. xv. Item quodlibet iiii. q. vi. in quęſtione de connexione uirtutũ, & alibi:

Actus Indifferens dupliciter accipitũ.

ꝙ actus indifferẽs dupliciter accipitur. Vno modo pro actu humano, qui nec eſt uirtuoſus nec uitioſus: puta qui nõ eſt elicitus, uel imperatus conformiter rectę rationi; & propter hoc ꝙ ratio ſic dictauit fiendum. Neq; difformiter contrariè: licet difformiter cõdictoriè, ut ſi aliquis actum aliquem elicit, uel imperat: non quia ſic fieri debere recta ratio dictauit, nec oppoſitum; ſed quia ita facere placuit, ut operari aliquid pro delectatione: quod recta ratio neq; dictauit: neq; eius cõtrariũ. Secundo modo accipitur actus indifferẽs, ut eſt actus primò indifferẽs nec bonus, nec malus moraliter: potẽs idẽ numero fieri bon⁹, & malus: nõ ſimul ſed ſucceſsiuè: ut eſt actus primò nõ ordinatus in finẽ aliquẽ, ordinabilis tamẽ in finẽ bonũ, & etiã in finẽ malũ: ut ire ad eccleſiã, qđ primò nõ ordinatur in finẽ uirtutis, & poſt fieri põt propter finem laudabilẽ, uel uituperabilem.

Not: 3. B

¶ Tertiò notandum, ꝙ actus humanus bonus eſt duplex. Quidam eſt intrinſecè bonus, & uirtuoſus: quidam extrinſecè. Intrinſecè uirtuoſus ſeu bonus eſt, qui eſt bonus neceſſariò: ita ꝙ non poteſt eſſe actus humanus, & non eſſe bonus. Extrinſecè uirtuoſus eſt, qui eſt uirtuoſus per coexiſtẽtiã alicuius alterius actus, ſine quo eſſe poteſt. Et ita eſt cõtingenter bonus: quia poſſet eſſe idem numero, & eſſe nõ bonus. De hoc j. diſtinct. xxiii. q. j. in tertio.

Actus bonus intrinſecè, & extrinſecè.

Arti. 2. Cõcl. 1. C

¶ Quantũ ad ſecundum articulum eſt concluſio prima. Aliquis actus uoluntatis tam elicitus, quam imperatus poteſt eſſe indifferens primo modo. i. nec bonus, neq; malus. Illa concluſio probatur primò de actu elicito: illo enim probato patet de actu imperato. Nam uolũtas poteſt aliquẽ actũ elicere propter finem a ſe pſtitutũ. & nõ tãquã dictatũ a recta ratione, cuius contrarium etiã nõ dictat ratio. Et talis nec eſt bonus moraliter, neq; malus, ergo indifferens. Conſequẽtia nota ex quid nominis actus indifferentis primo modo accepti. Maior pbatur: quia poteſt uolũtas alicui uelle bene facere ex ſua libertate, abſq; hoc, ꝙ ratio dictet illi benefaciendũ, uel eius oppoſitum: quia cũ uoluntas poteſt ſibi præſtituere finẽ cõtra rectam rationẽ, ut delectationem noxiam: ergo multo magis poteſt præſtituere ſibi finem, qui non eſt contrarius rectæ rationi. Conſequẽtia nota: quia ſi põt cõtra rationẽ, põt etiã pter rationẽ. Antecedẽs patet: qa uolũtas põt frui ſeipſa, aut creatura, quo caſu pſtituit ſibi finẽ contra rectã rationẽ. Minor principalis pbatur: qa talis actus ſic elicitus nõ ẽ elicitus ſecũdũ

Actus aliqs uoluntatis eſt indifferẽs, ut qđ nec bonus nec malus.

dictamen rectę rationis: ergo nõ eſt uirtuoſus, nec contra dictamen rationis: ergo nec uitioſus. Confirmatur. Volũtas poteſt elicere actum conformẽ rõni. Vt gratia exempli. Velle reficere eſurientem pauperem, ꝙ ratio dictat eſſe faciendum, & tñ non elicere propter hoc, ꝙ rõ recta dictauit eſſe uolendum. In quo caſu actus ille non eſt uitioſus, qui eſt conformis dictamini rectæ rationis. Nec uirtuoſus: quia nõ elicitur propter hoc: quia ſic dictatum eſt: ꝙ tamen requiritur ad hoc, ut actus ſit uirtuoſus. Probatur etiã concluſio de actu imperato: qa qualis eſt actus elicitus, talis eſt imperatus: cum bonitas actus imperati dependet a bonitate actus eliciti: ſimiliter & eius malitia, & indifferentia, igitur cũ elicitus poteſt eſſe indifferẽs etiam imperatus poterit eſſe indifferens.

Cõcl. 2. D

¶ Secunda concluſio. Omnis actus imperatus a uoluntate, ſiue intellectus, ſiue alterius potentiæ eſt indifferens ſecundo modo, & extrinſecè. Probatur concluſio: quia omnis talis manens idẽ numero poteſt primo eſſe nec bonus, nec malus: & poſt fieri bonus, ac deinde malus, & econuerſo. ergo omnis talis eſt indifferens extrinſecè. Tenet cõquentia: quia ille actus dicitur indifferens extrinſecè, qui poteſt fieri bonus, & malus: ac mutari de oppoſito in oppoſitum. Ille uero intrinſecè indifferens, qui nec eſt bonus, nec malus: nec poteſt fieri bonus, neque malus, manens naturaliter idem numero. Antecedens patet: quia omnis talis actus manens idem in ſe, uel in eſſe naturæ, poteſt fieri diuerſa intentione. Poteſt enim ordinari in diuerſos fines; & ſecundum hoc mutari de bonitate in malitiam moralem. & econuerſo. Poteſt enim quis ſpeculari propter deum primò: & continuare eundem ſpeculationis actum propter uanam gloriam, & ſicut eſt de actu intellectus, & ſimiliter de actibus exterioribus.

Quis actus dicitur extrinſecè uel intrinſecè bonus.

Cõcl. 3. E

¶ Tertia concluſio. Aliquis actus elicitus a uoluntate non eſt indifferens: ſed uirtuoſus neceſſariò, & intrinſecè. Probatur illa concluſio: quia aliquis actus eſt contingenter uirtuoſus: ergo aliquis eſt neceſſariò uirtuoſus. Tenet conſequentia: quia omnis actus uirtuoſus contingenter eſt de ſe indifferens ad eſſe uitioſum, & uirtuoſum. Si ergo ſit determinatè uirtuoſus: hoc erit per conformitatem eius ad alium actum interiorem uirtuoſum: aut ergo ille actus interior eſt contingenter uirtuoſus, aut neceſſariò. Si ſecundum, habetur propoſitum. Si primum, quæro ſimiliter de illo ſecũdo actu, ſicut de primo. Et oportet dare tertium, propter quem ſecundus ſit determinatè uirtuoſus: & ita fieret proceſſus in infinitum, qui eſt impoſsibilis: tunc enim nullus actus eſſet uirtuoſus: quia non poſſet deueniri ad primum, propter quem alij dicerentur uirtuoſi. ¶ Quòd autem omnis actus cõtingenter uirtuoſus, fiat uirtuoſus determinatè per alium actum uirtuoſum nouum, probatur: quia non poteſt fieri actus nõ uirtuoſus de nouo uirtuoſus, niſi per mutationem aliquã, ſ. productionem alicuius noui: aut per deſtructionem alicuius pręexiſtentis: quia nõ poteſt fieri tranſitus ſine mutatione: nõ autem in propoſito fit illa mutatio, ſiue tranſitus per deſtructionem. Manifeſtũ eſt: ergo aliquod nouum producitur. Illud autem non poteſt eſſe niſi actus nouus uirtuoſus liberè a uoluntate elicitus. Probatur: quia impoſsibile eſt actum non uirtuoſum fieri uirtuoſum ꝑ actum naturalem, & non liberum, qui non eſt in poteſtate uoluntatis: quia propter actum naturalem nihil eſt laudabile, uel uituperabile: omnis actus autem pręter actum uoluntatis eſt naturalis, & nõ in poteſtate uolũtatis. ergo neceſſe eſt actum illum nouum, per cuius conformitatem actus non uirtuoſus fit uirtuoſus, eſſe actum liberum, & in poteſtate uoluntatis. ¶ Ex quo ſequitur, ꝙ actus non poteſt fieri uirtuoſus, qui prius fuit non uirtuoſus per ſolam coexiſtentiam nouã rectæ rationis: quia niſi interueniat actus uoluntatis, quẽ liberè elicit ſecundũ dictamẽ rõnis: & propter



hoc nullus actus fit de nouo uirtuoſus. Patet de actu interiori elicito: quia ſi fuerit in uoluntate actus elicitus, quo uult uoluntas aliquid uolibile conueniens propter debitum finem cum ceteris circumſtantijs omnibus requiſitis, excepto, ꝙ non elicuit propter hoc, quia ſic ratio dictauit, ille actus non eſt uirtuoſus: quia quamuis uoluntas ſic eliciendo elicuit, ꝙ iuſtũ eſt: ſed non quomodo iuſtè operatur. id eſt non quia iuſtũ eſt. ſic enim iuſti operantur, q iuſta ſunt: ut patet. ij. Ethic. Ergo tali actu in uoluntate iam exiſtente, quantũcunq; coexiſtat ratio recta, nõ erit uirtuoſus, quia non eſt elicitus propter hoc. Sed ſi debeat fieri uirtuoſus, oportet, ꝙ continuetur propter hoc: & id non poteſt fieri niſi ꝑ nouũ actum uoluntatis, quo uoluntas actũ (quem non elicuit: quia ſic dictatũ eſt a rõne recta) continuet: quia ſic dictatum eſt a ratione recta. ¶ Nec poteſt ſaluari per nouũ reſpectũ actus iam eliciti ad rationẽ rectã de nouo ſibi coexiſtentem: qa ſi poneretur ille reſpectus, eẽt quid merè naturale, & nõ in poteſtate uoluntatis: & ideo per ipſum nihil erit uirtuoſum de nouo ſine nouo actu uoluntatis liberè elicito. ¶ Item propter illum reſpectum nõ eſt aliquis actus in uoluntate elicitus propter hoc: ergo nec actus uirtuoſus. Antecedens probatur nõ actus pręexiſtẽs: quia ante poſitionem reſpectus eſt elicitus: & ita reſpectu eius ratio recta nõ habet aliquã cauſalitatẽ: oportet ergo ponere nouum actum uoluntatis. ¶ Itẽ tunc non poſſet eſſe actus conformis rationi in alijs circumſtantijs in uoluntate, & ratio in intellectu, quin eſſet uirtuoſus. quia illis poſitis, ponitur reſpectus: quia eſt intrinſecus, per quem actus eſt uirtuoſus. Conſequens falſũ: quia ſi dictauerit ratio nunc eſſe ſubueniendũ huic pauperi: quia eſt homo in neceſsitate extrema poſitus, et uoluntas uelit ſic ſubuenire: ſed non, quia rõ hoc dictauit, ſed ex mera libertate: actus ille non eſt uirtuoſus: ut probatum eſt: & tamen ibi ortus eſt reſpectus illius actus ad rectam rationem.

Cõcl. 4. F

¶ Quarta concluſio. Omnis actus uoluntatis ſecundũ dictamen rectæ rationis, & propter hoc elicitus, eſt neceſſariò, & intrinſecè uirtuoſus. Probatur: quia omnis talis eſt uirtuoſus, & non poteſt eſſe uitioſus manens naturaliter idem numero: ut dicetur infra in tertio diſtinct. xxiij. quæſt. j. ſeu manens actus humanus: ergo eſt intrinſecè uirtuoſus. Conſequentia nota ex deſcriptione actus intrinſecè uirtuoſi. Antecedens probatur pro prima parte: quia ſi poſset fieri uitioſus maximè propter uariationem alicuius circumſtantiæ finis, uel alterius, ut ſi primò uolo intrare eccleſiam propter deum: poſtea uolo idem propter lucrum. Sed hoc non probatur, mutato fine in intentione, mutatur ipſa uolitio. Et diſtinguitur ſecundus actus ſiue ſecundum uelle quo uolo intrare eccleſiã propter lucrum, a primo uelle, quo uolo intrare eccleſiam propter deum: ſecus eſt de actibus imperatis, qui manent ijdem in eſſe naturę: ergo non eſt idem actus primò uirtuoſus, & ſecundò uitioſus. Quòd autẽ mutata circumſtãtia mutatur actus elicitus, probatur: quia mutato obiecto, mutatur actus elicitus tam uoluntatis, quàm intellectus: quia penes obiecta diſtinguuntur actus: ſed circumſtantię ſunt obiecta partialia actus eliciti uoluntatis ſimul cum recta ratione: ergo horum aliqua mutata, mutatur actus elicitus. ¶ Quòd ſint obiecta probatur: obiectum eſt ſuper quo actus fertur. Et ad propoſitum: illud eſt obiectũ uolitionis, quod uoluntas uult ipſa uolitione: ſicut obiectum intellectionis eſt, quod intellectus intelligit ipſa intellectione: ſi uoluntas uolens aliquid cum certis circũſtantijs, uult etiã illas circũſtantias: ut uolens aliquid propter deum: & quia ſic dictatũ ẽ, & in tali loco, & tẽpore: uult etiam deus rationes, tempus, & locũ: & omnia illa ſimul una uolitione: ergo ſingula ſunt partialia obiecta: quamuis unum ſit principalius alio. ¶ Præterea niſi ſic ſequitur, ꝙ nullus actus eſ-

ſet intrinſecè uirtuoſus,cuius oppoſitũ
probatum eſt.¶Secundò ſequitur, ꝙ de
actu uirtuoſo,& non meritorio fieret
actus uirtuoſus, & meritorius per aliqđ
merè naturale,quod non eſt in poteſta
te uoluntatis, utrumq; eſt incõueniẽs.
Primum probatur:quia cum actus uolũ
tatis mutatur ad mutationem obiecti,
& non circumſtantiarum:tunc quicũq;
actus uoluntatis elicitus cum certis cir
cũſtantijs per rationem dictatis:& ita
uirtuoſus poteſt manere idem uariatis
circumſtantijs, manente eodem obie-
cto,& ita fieri uitioſus: & per cõſequẽs
non erit intrinſecè uirtuoſus.Secundũ
probatur: quia ſi recta ratio non eſſet
obiectum uolitionis: eadem uolitio, q̃
prius non fuit uirtuoſa, & meritoria:ꝑ
ſolã aſsiſtentiam dictaminis rectę rõnis
fieret uirtuoſus,& meritorius:& ſic per
aliquod merè naturale,quod non eſt in
poteſtate uoluntatis: fieret de non me-
ritorio meritorium,& de non uirtuoſo
uirtuoſum:dictamen enim rationis nõ
eſt liberum, nec in poteſtate uolũtatis:
ſiquidem nõ eſt in poteſtate uolũtatis,
quod ratio dictat.¶Et dicitur notãter,
ꝙ actus neceſſariò,& intrinſecè uirtuo
ſus eſt,qui non poteſt fieri uitioſus ma
nens actus humanus:quia quicũq; actus
uirtuoſus uoluntatis elicitus poteſt per
potentiam dei fieri non uirtuoſus per
diuinum miraculum. Nam ſi actum talẽ
deus ſolus in uoluntate conſeruaret ſu
ſpendendo cauſalitatem prudentię,uel
rectæ rationis in conſeruando, iam ille
actus non eſſet uirtuoſus: quia iam nul-
lum haberet ordinem ad prudentiam:
quia non depẽderet ab ea in aliquo ge
nere cauſę:& eſſet perinde ac ſi nullum
eſſet dictamen rationis Sed tunc nõ eſ-
ſet actus humanus:quia non eſſet actus
deliberatiuus,neq; obiecti ut cogniti-
uè apprehenſi:& licet in caſu prędicto
actus ille non eſſet uirtuoſus, non tamẽ
uitioſus: quia non contra rectã rõnem.
Cõcl.5. ¶Quinta concluſio probabilis. Nullus
G actus indifferens elicitus poteſt fieri bo
nus,aut uitioſus. Probatur: quia talis
actus nec poteſt fieri bonus,aut malus
intrinſecè, nec extrinſecè:ergo nullo
modo.Conſequentia tenet ex ſufficiẽ
ti diuiſione.Antecedens patet: ꝙ non
intrinſecè patet. Nec extrinſecè: quia
hoc eſſet per cõformitatem eius ad a-
ctum nouum uoluntatis reſpectu eiuſ-
dem obiecti intrinſecè bonum, aut ma-
lum. Sed hoc non,quia reſpectu eiuſdẽ
obiecti principalis non poſſunt eſſe plu
res actus ſimul:ſi enim primò uoluero.a.
non propter finem uirtutis erit actus
indifferens elicitus:ſed ſi poſtea uolue-
ro.a.propter deum elicito ſecũdò actu
primus deſtruitur: alias haberem ſimul
duos actus reſpectu eiuſdem obiecti, ꝙ
uidetur inconueniens. De hoc uide O-
ckam in tertio quæſt. x.iuxta finem:&
in collectorio tertio diſtinctione.xxiij.
quæſt. j.plura de hoc dicentur,quę hic
ommittuntur de bonitate actuum uir-
tuoſorum &c. ¶ Ex illa concluſione ſe-
quitur, ꝙ actus elicitus indifferens eſt
eſſentialiter ſiue intrinſecè indifferens.
ita ꝙ non poteſt eſſe bonus, neq; ma-
lus: & ſic erit indifferẽs primo modo,&
non ſecundo modo dicto in primo ar-
ticulo.Verum ſi teneretur,uoluntas po
teſt habere duplex uelle eiuſdem obie-
cti principalis: concluſio illa cum ſuo
corollario non eſſet uera. ¶ Quantũ ad
articulum tertium dubitatur primò.
Vtrum ſit aliquis actus indifferens cõpa Vtrũ ſit aliquis actus indifferẽs
rando actum ad meritum, & demeritũ.
Reſpondetur primò de actu exteriori,
uel interiori imperato. Secũdò de actu
interiori elicito.¶ De primo per omnia Arti. 3.
dicendũ de actu imperato reſpectu bo- Dub. 1.
ni meritorij,ſicut reſpectu boni mora- H
lis.Nam actus imperatus bonus mora-
liter poteſt eſſe indifferens ad meritũ,
& non meritũ. Actus enim bonus mo
raliter imperatus, ut comedere come-
denda pro loco,& tempore pro ſuſten-
tatione naturæ,eſt actus moraliter bo-
nus:& manens idem poteſt eſſe merito
rius:ut ſi manente actu comeſtionis,or
dinem ipſum in deum per charitatem
inexiſtentem. Similiter ſi primò incipiã
propter deum, ſecundum illud Apoſto
li. Siue manducatis, ſiue bibitis, ſiue qđ
aliud



Omnia in glo- riã Dei facien- da. aliud facitis:oĩa in gloriam dei facite. j.
Corin.x.Et poſtea continuè ꝑpter na
turalem ſuſtentationem ibi ſiſtendo, &
non ultra in deum ordinando:actus co
medendi primò eſt meritorius: & idem
manens in eſſe moris,& naturę deſinit
eſſe meritorius:non tamen manens bo
nus moraliter poteſt eſſe demeritorius:
quia cum actu peccati mortalis, non
poteſt ſtare, ꝙ ipſe idem ſit bonus mora
liter:quia ſi fuerit demeritorius,aut de
ficit aliqua circumſtantia, quam recta
ratio dictat ineſſe, aut adeſt aliqua,quã
dictat non ineſſe debere: & ita ſemper
actus erit difformis contrariè rectę ra-
tioni:& ita moraliter malus. Actus ta-
men indifferens moraliter poteſt fieri
meritorius,& poſt demeritorius, & ecõ
uerſo:ut ſi intro eccleſiam propter finẽ
indifferentem. gratia exempli propter
recreationem,uel etiam finem morali-
ter bonum:non tamen quia ratio ſic di
ctauit:ſed ex mera libertate uolũtatis,
tunc eſt actus moraliter indifferens: ſi
poſtea muto intentionem continuan-
do actum intrandi eccleſiã propter deũ
erit meritorius:aut propter uanam glo
riam erit demeritorius. ¶ Secundò dici
tur, ꝙ loquendo de actu illicito indif-
ferenti ſecundo modo:quia nullus talis
eſt indifferens moraliter:ſic etiã nullus
talis eſt indifferens quo ad meritũ, &
demeritũ.Patet:q̃a manens idẽ natura-
liter non põt mutari de oppoſito in op
poſitum: hoc enim fieri nõ põt niſi per
mutationem alicuius circũſtantiæ: ſed
mutata circũſtantia mutatur actus elici
tus:ut patet ex ſecundo articulo,& ita
non manet idẽ. Vide pro intellectu cla
riori dicta in diſt.xxiij.q.j.tertij.¶ Sed
loquẽdo de actu indifferenti primo mo
do,ideſt nec meritorio,nec demerito-
rio,præſuppoſitis his,quæ dicta ſunt ſu-
pra diſtinct. xxviij.recitat ſanctus Bona
I uent. tres opiniones.¶Prima, ꝙ nullus
actus humanus deliberatiuus ſit indif-
ferens:quia nihil facit homo ex delibe
ratione,quod non imputat deus ad præ
mium,uel ad demeritum.Nam dicit A-
poſtolus.j. Corint.x. Omnia in gloriã
dei facite. Et ad Coloſſ.iij.Omnia quę
cunque facitis ſiue in uerbo, ſiue in o-
pere, omnia in nomine domini noſtri
Ieſu Chriſti facite.Aut ergo actio no-
ſtra eſt in gloriam dei,aut non.Si ſic:er
go bona,ſi non ergo mala: quia omit-
titur id, quod mandat Apoſtolus. unde
in die iudicij de omni actu deliberati-
uo rationem reddemus, ut dicunt. Et ſi
cut non peribit capillus de capite, ita
nec momentum ideſt minimum de ope
re.ut dicit Bernar.& Anſelmus. Quòd
exigetur a nobis omne tempus impen-
ſum qualiter fuerit expenſum. Cui ui-
detur illud uerbum ſaluatoris alludere.
Omne uerbum ocioſum, quod locuti
fuerint homines,de eo reddent ratio-
nem in die iudicij. Mat.xij.Cuius opi-
nionis uidetur fuiſſe Grego. de arim.
ut ſupra tactum eſt diſtinct. xxviij. qui
omnem actionem noſtram,quę non or
dinatur in finem ultimum:pro eo, ꝙ ca
ret circumſtantia finis, dicit eſſe uitio-
ſam.¶Alia eſt opinio,q̃ dicit, ꝙ actio,
quæ non eſt propria uoluntati ſiue ho-
mini rationali:ut comedere,ambulare,
& cętera,quæ & brutis conueniunt, po
teſt eſſe indifferens.Actiones uero,quæ
propriè ſunt homini:ut loqui, aut ſunt
bonę aut malę: nec eſt reperire mediũ.
Omnis enim (ut inquiunt) locutio bo-
na eſt,aut mala:quia utilis,uel ocioſa.
Si ocioſa,tunc eſt mala:ſecundum uer-
bum domini de uerbo ocioſo allegatũ:
propter quod Beatus Iaco. in canonica
ſua.c.iij.dicit. Qui in uerbo non offen
dit,hic perfectus eſt uir. Ideo dicit qui-
dam.Quòd uerbum prius debet uenire
ad limam,quàm ad linguam. ¶ Sed utra
que dictarum opinionum nimis arctat
uiam ad regnum, nam ſic cogitatio de
ueritate non propter deum eſſet pec-
catum.Similiter ſi quis ex naturali pie-
tate,uel ciuili urbanitate ſalutaret oc-
currentem in uia,peccaret: quod nimis
eſt durum dicere. ¶ Tertia eſt opinio, K
quam ipſe approbat.quæ ponit, ꝙ non
omnis actio non ordinata in finem ul-
timum ſcilicet deum,eſt mala,& deme-
ritoria. Quędam enim eſt inordinata

propter inordinatam conuerſionē uoluntatis ad creaturā. Quędā non ordinata ꝑpter operātis negligētiā. Quædam propter operātis infirmitatē. Prima mala eſt malitia cōmiſsionis. Secunda mala eſt malitia omiſsionis. Tertia indifferens eſt. Et illa eſt, quando aliquis circa creaturam nō afficitur inordinatè: nec tamen actum circa illam comparat ad deum: hoc eſt ordinat in deū: ſed facit propter aliquem finem, qui reſpicit indigentiam naturæ: ut cum quis ambulat, ut recreetur: aut comedit, ut reficiatur. talis actio eſt indifferens: quia deus nec illā remunerat, nec imputat in culpam; & hoc quia in tali actione non eſt malitia commiſsionis: quia nō eſt inordinata delectatio. Nec etiā omiſsionis, non enim ſemper omittit hō. i. omiſsionis pctō, quando actiones ſuas non refert in deum. Indulgetur enim naturę fragili, & infirmę, ut multa talia poſsit facere: nec deus requirit in tali ſtatu diſtractionis, & miſeriæ, ꝙ omnia dum facit, referat ad ſe: requirit tñ aliquando, qñ eſt locus & tēpus: & tunc ſi homo non referat, omittēdo peccat. ¶ Secūdū hāc igitur opinionem, quę eſt tēperatior, & communior: dicitur, ꝙ nō omnis actus elicitus eſt meritorius, uel demeritorius ſed aliquis eſt indifferens tam in habente grām, quàm non habente: non enim omnis actus pctōris pctūm eſt. Nā peccator honorando parentes, benè faciēdo indigenti, credendo uerum, nec peccat, licet hęc agēdo nō mereat. Similiter exiſtēs in grā, & hęc faciēs propter naturalē honeſtatē, compaſsionē & ueritatis apparentiam non meret: eo ꝙ nō per gratiam hęc refert in deū. Sed nec demeretur: quia a deo non obligat omnem actum ſuum referre in deū. Nō enim præcepta, quę ad certos actus certo modo agēdos obligāt, pro ſemꝑ obligant: ſed pro certo tēpore, loco, uel cā: cū quibus exiſtētibus ſi nō referret, peccaret. Poſſet quidem deus ſecūdū iuſtitię rigorē oēm noſtram uitā, & actionem exigere, ut in eum referremus: ſed nō exigit ꝑ miam. Hinc ſumpſiſſe cācellarium Parien. æſtimo, ꝙ in ſuo tripartito. cap. iiij. ſcribit. Gognoſcens (inquit ipſe) pijſsimus pater noſtrā fragilitatē, & exiguam potentiam, non requirit a nobis omne ſeruitium, ꝙ ſecundum iuſtitiæ rigorē exigere poſſet: dedit quin potius certum numerum præceptorū, quorum obſeruatio ſibi ſufficiens eſſet: quæ etiam legis decalogo cōtinentur. Sic & gratię diuinæ, ac miæ deputat, ꝙ non omnem offenſam uult de facto imputare ad mortem ęternam: cum id iuſtiſsimè poſſet: quia omnis dei offenſa de ſua indignitate eſt mortifera: & ſecundū ſtrictā dei iuſtitiā a uita gloriæ excluſiua: immo de facto excluderet, niſi remitteret; ut idē Gerſon probat in de uita ſpirituali animę lectione prima.

L ¶ Per hoc ad motiua primę opinionis dicitur, ꝙ uerbū Apoſtoli cōſiliū eſt oē præceptū: ſicut multę alię monitiones eiuſdem Apoſtoli, & ſapientis in prouerbijs, & cęteris ſapientię libris. Vel ſecundum aliquos intelligitur negatiuè. i. nihil contra gloriā dei facite: & ſic eſt prçceptum. Aliter etiā alij exponūt. ¶ Ad aliud de uerbo ocioſo. Reſpondet ſanctus Bonauē. ꝙ uerbum ocioſum cū dicitur illud, ꝙ non ordinatur in finē: ſed illud, ꝙ caret omni utilitate, dū tñ aliquam deberet habere. Et ſic intelligendum eſt illud Greg. Verbum ocioſum eſt, ꝙ caret ratione iuſtæ neceſsitatis, & intentione piæ utilitatis. Et inter tale ocioſum, & meritorium cadit medium, qñ aliquis aliquid loquitur, quod non eſt omnimoda utilitate priuatum: nec tamē eſt ordinatum in deū tanquā in finē ultimum. Frequēter aūt uerba, quę uidentur inutilia, utilia ſūt, dum ordinantur ad recreationem aliquā ſpiritus, & ad excluſionem accidiæ: ſecundū, ꝙ refertur Beatū Ber. dixiſſe, cum quædam fecit ceſpitare. Otioſum inquit fuit factum: ſed non otioſè factū, fecerat enim hoc lętificandum, illum quem uiderat męſtum. ¶ Quòd addit, Sicut non peribit capillus &c. ita nec momentum de tempore: quia ſecundū Bern. in uia dei ſtare retrocedere eſt.

Quod ſit uerbū ocioſum.



Dicitur, ꝙ uerū eſt, quando debet ambulare, tunc ſtare, eſt regredi: & ſic non peribit momentū de tēpore, quo hō debet opari, quin reſpondere habeat in iudicio. Vel regredi eſt quantū ad meritū, quod illo tempore poſſet acquirere, ſi operaretur ad gloriā dei. Et uenit in iudicium quātū ad priuationē huius gradus glorię, qui rñderet merito, ſi operatus fuiſſet.

Dub. 2. M ¶ Dubitatur ſecundò. Vtrū ſolus actus qui nō refertur in ultimū finē: ſit indifferens quantum ad meritum, & demeritū: an etiā aliquis relatus ad hūc finem ſit indifferens.

De actibus relatis ad finē, quādo ſunt meritorij.

¶ Pro ſolutione notandum ſecundū ſanctum Bonauen. quem imitatur Sco. diſt. pręſenti, clarioribus tamen uerbis, ꝙ tripliciter poſsūt intelligi actus referri in ultimū finem ſcilicet actualiter, uirtualiter, & habitualiter. ¶ Actualiter, dum actu cogitans de fine diligit illum, & uult aliquid propter iſtum. Virtualiter; quando ex cognitione, & dilectione finis, deuentum eſt ad uolitionē huius entis ad finem: licet tunc cū actū producit, non cogitat de fine. Exemplum ponit Sco. Si ex dilectione, & cognitione dei pertinente ad portionem ſuperiorem, portio inferior conſiderat talem actum, puta pœnitentiæ aſſumendum: & poſtea illum exequatur uolendo, nō tamē tūc referendo in finem: quia nec tūc actualiter finis cognoſcitur, nec diligitur: actus ille pœnitentiæ uirtualiter refertur in finem. Aliud exemplū ponit ſanctus Bonauen. Si aliquis intendit propter deum dare decem marchas, & incipit dare, & cogitat de deo in prima marcha: in alijs uero non cogitat de deo: nihilominus omnes illæ dationes aliæ uirtualiter referuntur in deum: quia conſequenter ſe habent, ſiue conſequuntur ad illam operationem, quæ actualiter fuerat relata in deum. Si tamē, inquit, opus alterius generis. i. impertinens, ad primam intentionem inciperet: oportet ꝙ intentio renouaretur ad hoc, ꝙ hoc opus ordinaretur in finem. ¶ Habitualiter, omnis actus refertur in finem, qui ſimul manens cum charitate eſt referibilis in finem. Quod additur propter peccatum ueniale, ꝙ ſtat cum charitate, ſeu gratia: & tamē nō refertur habitualiter in deū. Sic aliquis actus dicitur nō referri negatiuè: qa nec uirtualiter, nec actualiter refertur. Priuatiuè: quia non eſt natus referri, ut actus peccati uenialis. Cōtrariè, ut peccatum mortale, quod corrumpit principium referendi. Veniale uero etſi ſtet cū gratia, non tamē eſt natū referri in deum. Vide in Sco. diſtin. xlj. ¶ Per hoc dicitur ad dubium. Nullus actus habens charitatem relatus in finem ultimum uirtualiter, ac actualiter eſt indifferens. Patet: quia omnis talis eſt meritorius: ergo non indifferens. Antecedens de primo eſt manifeſtum: quia ſucceſsiuè non eſſet meritorius: immo nullus omnino eſt meritorius: quia nullus magis ordinatur in finem. De ſecundo eſt ualde probabile: quia cum ille dependet a charitate, & actu eius meritorio: & eſt uelut effectus eius: ideo & ipſe eſt meritorius. Ex quo infert ſanctus Bonauent. ualde conſolatorium uiris religioſis ſcilicet, ꝙ qui in principio ex charitate deo uouerunt portare religionis pondus, quicquid faciunt, quod ad ſuę religionis obſeruantiam ſpectat, ex prima intentione eſt eis meritorium ad ſalutem: niſi forte (quod abſit) contraria intentio ſuperuenerit. In alijs autem, quæ ad religionem non ſpectāt, ſecus eſt: quia illa intentio ſe non extēdit ad alia uirtualiter. Ex quo infero, quòd quicquid facit religioſus ex obedientia ſui pręlati, etiam ſi fuerit labor corporalis pertinens ad uitæ ſuſtentationem: ſi fuerit in gratia, eſt ſibi meritorium: licet tunc nō ordinet in deum ex prima intentione, qua ſe propter deum ſubdidit obedientiæ: propter quod non eſt paruæ ſecuritatis religionem introire. ¶ Intelligo autē per religioſum non ſolum eum, qui profitetur regulā factitiam: ſed omnes, qui alicui pręlato ſecundū eccleſię ordinationē ſe ſubdiderint: immo eadē rōne quicūq; ſtatū aliquē a Chriſto, aut eccleſia app-

pulchrū de religioſis.

batum propter deum ſuſcipiunt, quod
extendi poteſt uſque ad ſtatum naturæ
matrimonialem. Et æſtimo illud potiſsi
mum fore intelligendum ſuo modo de
religione Chriſtiana, quæ utique eſt ma
ior factitia: quia ſine ea factitia non ſuf
ficeret ad ſalutem. Addit tamen ſanctus
Bonauentu. magis ſpecificando pri-
us dictum ab eo. Relationem uero ha-
bitualem, hoc eſt uirtualem (hanc enim
intelligit per habitualem: & habitualē
ſupra deſcriptam ipſe nominat habitu-
dinalem) Relationem ergo uirtualem,
inquit, uoco: non qua quis refert in
generali ad deum omnia opera diei,
uel anni: ſed qua quis refert aliquod
opus certum ad deum: ita ut opus ſe-
quens directam habeat ad opus primū
ordinationem, & conſequentiam: ſicut
eſt in illo, qui dat centum marchas,
uel qui intendit ire ad ſanctum Iacobū.
In alijs autem non habet locum. ¶ Qđ
ſic intelligo, ꝙ opus illud uirtualiter re
fertur in deum, cuius præcedens opus
actualiter in deum relatum eſt aliquo
modo cauſa: ita, ꝙ illud opus non fie-
ret, niſi aliud præceſsiſſet. Et facile ſciri
poteſt de opere, an uirtualiter referatur
in deū, & an cōſequatur ad opus actua
liter relatum. Si quæras. Cur hoc facis,
ut in præmiſsis exemplis. Si quæro: cur
das tertiam, uel ſecundam marchā: aut
cur paras peram, & calceos. Si uerè re-
ſponderi poteſt per actum actualiter re
latum: ut quia uolo dare centum mar-
chas: aut quia uolo ire ad ſanctum Iaco
bum, ſignum eſt, ꝙ uirtualiter refertur
in deum, & per conſequens eſt opus me
ritorium. ¶ Secundò dicitur ad dubium,
ꝙ actus, qui habitualiter tātum, & non
actualiter, nec uirtualiter refert̄ ad deū
in habente charitatem: non eſt merito
rius, nec demeritorius, ſed indifferens.
Patet, ꝙ non ſit meritorius: quia non
dependet a charitate talis actus, nec eli
citur ſecundum inclinationem gratiæ:
æquè enim fieret, ſi gratia non coexi-
ſteret: & ita gratia non habet ſe ad ta-
lem actum in ratione principij media-
tè, uel immediatè. Nullus autem actus
eſt meritorius: niſi reſpectu cuius gratia
habet aliquo modo rationem principij:
ut ſupra dictum eſt. Nec eſt demeri-
torius: quia non habet ſufficientem ra
tionem malitiæ pertinentem ad pec-
catum ueniale, quia poſsibile eſt nul-
lam deordinationem eſſe in eis, quę
ſufficiat ad rationem peccati: non enim
tenetur homo nec tentione neceſsita-
tis, contra quam ſit mortale peccatum:
nec tentione minori, contra quam ſit
peccatum ueniale, referre ſemper actum
ſuum in deum actualiter, uel uirtualiter
quia deus ad hoc nos non obligauit.
¶ Et dicitur frequenter in præmiſsis re-
fertur, uel referibilis, ad excludendum
peccatū ueniale: qa licet coexiſtat gra-
tiæ, non tñ eſt referibile in finē ultimū.
Siquidem nullum peccatū referibile eſt
in deum ratione non errante: & ideo
peccatum etiam ueniale non eſt actus
indifferens: ſed eſt actus demeritorius
licet non pœnæ ęternæ. ¶ Tertiò dubi-
tatur iuxta ſecundam concluſionē tex-
tus. Vtrum omne peccatum ſit uolunta
rium. Et uidetur, ꝙ non. Nam peccatū
omiſsionis, quod ignoranter committi
tur (gratia exempli) non intrans eccle
ſiam die feſto, & ignorans eſſe feſtum:
aut non cogitans illud, non eſt uolūta
rium: quia nihil uoluntarium, niſi co-
gnitum: hic autem non præcedit cogni
tio, ſed ignorantia. ¶ Item nihil eſt uo-
luntarium niſi per actū uoluntatis: ſed
ſtat uoluntatem nullum habere actum
reſpectu omiſsionis: ergo non erit uo-
luntaria: & tamen omiſsio pręcepti af-
firmatiui pro tēpore, & loco, quo obli
gat, eſt peccatū. ergo &c. ¶ Item uenia-
lia peccata sūt pctā: & tñ non ſunt uolū
taria. ergo. Minor probat̄. quod uitari
non poteſt, non eſt uoluntarium: uenia
lia autem uitari non poſſunt. Vnde Au-
guſt in lib. retractationum. Sunt quæ-
dam neceſsitate facta improbanda, ut
qui uult rectè facere, & non poteſt. un
de Apoſtolus ad Roma. vij. Non quod
uolo bonum, hoc facio: ſed quod nolo
malum, hoc ago. Talia autem ſunt ue-
nialia. Primò dicetur de peccato
omiſ-

Dub. 3.
N
peccatum an ſit uoluntarium.



peccato omiſsionis Secundò de uenia
li. ¶ Quo ad primum aduertendum, ꝙ
peccatū omiſsionis dupliciter dicitur.
Vno modo impropriè ꝓ peccato, quo
aliquis non omittit, quod tenetur omit
tere: & ſic omiſsio ſemper coniuncta eſt
peccato commiſsionis. Qui enim non
omittit aliquid, qđ omittere tenetur: fa
cit, qđ prohibitum eſt. ergo non omit-
tēdo cōmittit: & ſic non accipitur hic:
quia ſic nō dicitur a pctō cōmiſsionis ſe
cundū rē, & nō eſt dubium, omne pecca
tum commiſsionis eſſe uoluntarium. Se
cundo modo accipitur propriè: & eſt,
dū aliquis omittit actū, quē tenetur fa-
cere: & ita contrariatur præcepto affir
matiuo. ¶ Conſequenter notādū, ꝙ ut
recitat beatus Thom. j. ij. q. lxxi. art. 5.
De hoc an peccatū dimiſsionis eſſe poſ
ſit ſine actu poſitiuo uolūtatis: duę re-
periuntur opiniones. Vna, ꝙ in omni
peccato omiſsionis eſt actus aliquis in-
terior uoluntatis elicitus: uel exterior
imperatus. Interior, ut uelle omittere,
ſiuę uelle nō facere, qđ præceptum eſt:
aut uelle ſuſpēdere actū, quē tenetur fa
cere: aut uelle facere actū incōpoſsibilē
actui, ad quē tenet̄: & per conſequens
uelle carere actu, ad quē tenetur. Exte-
rior, ut operatio alicuius ea hora, qua
tenetur aliquid facere, quo impeditur
ab eo, quod tenetur. Alia opinio dicen
tiū, ꝙ licet, in pctō omiſsionis frequēter
concurrat talis actus poſitiuus: non tñ
oportet, nec requiritur ad pctūm omiſ-
ſionis aliquis actus poſitiuus. Ipſum .n.
nō facere, qđ præceptū eſt, eſt peccatū
omiſsionis: ſecluſo omni actu poſitiuo.
Huic opinioni fauet ſanctus Tho. fauet
& Guil. Ockā in ſuo tertio. q. x. & pro-
bat ſic: quia ponamus, ꝙ aliquis tenetur
diligere Deū actualiter die Dñico ſemo
to impedimento: talis ſublato omni im
pedimento, pōt ꝑ totū diē nō diligere
deū: nō .n. neceſsitatur ad diligēdū deū:
& per cōſequēs pōt peccare nō diligēdo
pctō omiſsionis. Si ergo ad hoc, ꝙ pec-
cet pctō omiſsionis, requiritur etiā pec
catū cōmiſsionis ſiue actus poſitiuus uo
luntatis. Quæro de illo actu uolunta-
tis, ſiue ſit actus nolendi diligere deū:
ſiue ſit actus uolendi contrarius dile-
ctioni dei: aut eſt in poteſtate uolunta-
tis: ſic ꝙ uolūtas ſtāte pctō omiſsionis,
pōt illū actū cōmiſsionis omittere, elice
re, uel nō elicere: uel nō pōt nō elicere:
ſed neceſſariò elicit ſtāte peccato omiſ
ſionis. Si primū: pōt uolūtas illum actū
non elicere: & per cōſequēs poteſt pec-
care peccato omiſsionis nō peccando
peccato commiſsionis. Si detur ſecun-
dum: ergo in eliciendo illum ſecundum
actum non peccabit: quia nullus peccat
in eo, qđ uitare non poteſt. ¶ Sed cōtra
iſtā opinionē arguitur. Nā pono, ꝙ ali-
quis ꝑ hora, qua tenetur audire miſſam,
nō cogitet de miſſa audienda: & ita nō
uadat, ſed omittat audire miſsā. Quęro,
an peccet peccato omiſsionis in eo ꝑci
ſè, ꝙ non audit miſſam: uel non. Si dicis
ſecundū, ꝙ non peccat, quāuis omittat,
nulla alia aſsignari poterit cauſa: niſi qa
reſpectu actus omiſsi, non habuit aliquē
actum uoluntatis, ſine quo nullum eſt
peccatum actuale: & ſic requiritur actus
uoluntatis poſitiuus, ut omiſsio illa ſit
peccatum. ¶ Si dicis, ꝙ peccat non eūdo
ad miſſam audiendā. Cōtra. Nemo pec
cat in eo, qđ uitari non poteſt: ſed talis
non potuit uitare illā omiſsionem: er-
go omittendo non peccat. Minor pro
batur: quia non potuit ille ire ad audien
dum miſſam non cogitans de miſſa: co-
gitatio autem de miſſa non eſt in ſua
poteſtate: poteſt enim diſtrahi, aut obli
uiſci contra ſuā uoluntatem. ¶ Si dicis,
ꝙ poterat ceſſare ab illo opere, quo di-
ſtractus eſt, & ita cauere diſtractionem,
& per aliquod monitorium cauere obli
uionem: & ita non faciendo, quod in
ſe eſt: ne obliuiſceretur uirtualiter, uo-
lūtariè omiſit: & ita uitare potuit omiſ-
ſionē. ¶ Contra ad excludendum om-
nia talia, uolo, ꝙ obliuio, aut diſtractio
accidat ſine omni ſua culpa, ꝙ fieri
non poteſt. Poteſt enim ante horam
audiendi miſſam utili, & laudabili ope
ri intendere (gratia exempli) deuo-
tæ orationi, & eam continuare uſq;
ad horam: & ipſa deuotione diſtrahi, aut

O
Peccatū omiſſionis dupliciter.

Nullus peccat i eo, qđ uitare nō pōt.
P

ob audire pulſum, uel monitorē ſuum eſſe negligētem, quem ordinauit ad ſe uocādū: tunc incidit diſtractionē: & ita impotentiā eundi ad miſſā ſine ſua culpa: & ita peccabit in eo, ꝙ ſine ſui culpa uitare nō potuit. ¶ Itē non plus peccat ille, quā hora illa dormiēs: ſed dormiēs illa hora, ēt ſi ex culpa ſua obdormiuit ut puta, quia prius inordinatè uigilauit non peccat. ergo. Conſequentia nota. Maior patet: quia ita non eſt in poteſtate illius audire miſſam in caſu, ſicut dormientis. Minor ꝓbatur: quia ratione, qua ebrius in ebrietate, qua priuatur rationis uſu occidens aliquē, uel furioſus in furia non peccat: eadem ratione nec dormiens: quia utrobique non eſt uſus rationis, ſine quo non peccatur: licet poterat ex ſua culpa incidere ebrietatem, & furiam. ¶ Durum etiam uidetur, ꝙ is qui nulla malignitate, aut contemptu omittit actum ſibi debitum: ſed ex nuda obliuione, uel diſtractione nō omiſſurus ſi cogitaret: quòd ille peccet mortaliter. Et ſi obliuio ipſa non fuerit culpabilis, nullus omnino erit in omiſsione cōtemptus: nec uerus, nec interpretatiuus. ergo nec peccatū mortale: q̄a nō peccatur mortaliter ſine contemptu. ¶ Propter iſtas rationes declinare uidetur Alex. ad primā opinionem. ſ. ꝙ pctūm omiſsionis non eſt ſine actu poſitiuo interiori ſcilicet nolle facere, aut uelle nō facere: & utrunq; eſt actus poſitiuus uoluntatis. Poteſt tñ eſſe peccatum omiſsionis ſine actu exteriori: quo aliq̄d operatur etiā ſine interiori contrario actui, quē omittit: ut quis poteſt peccare non diligendo deum abſq; hoc ꝙ odiat deum: non autem pōt peccare omittendo diligere deum ſine actu uoluntatis, quo uult non diligere deum formaliter, uel uirtualiter. unde ait Alexan. par. ij. q. cxxx. mē. x. In omiſſione actus uoluntatis: interioris quieſcit ſuper ipſum non facere, unde dicit omittens uolo non facere: aut nō uolo facere: uelle autem, & non uelle ſunt actus uoluntatis: accipit non uelle pro nolle. Sequitur: ideo dicimus, quòd peccatum ipſius omiſsionis in actu ꝑpetratur: hoc eſt in actu uolūtatis interioris: & nō in ipſo defectu, aut carētia boni.

Q

¶ Et tenendo hāc opinionē pōt rñderi ad rōnes oppoſitę opinionis admittēdo caſum: ꝙ pōt non diligendo dñm deū per totā d ē dominicā peccare peccato omiſsionis: ſed nō niſi concurrēte actu noluntatis, quo uult non diligere deum: aut quo uult aliquid repugnans dilectioni dei: ut q̄ uult tota die dormire, aut laboribus intendere, cum quibus nō ſtat dilectio accidentalis dei: nam circūſcripto illo actu uoluntatis: ſola omiſsio nō erit pctūm. ¶ Ad probationē cū q̄ritur de illo actu uoluntatis, an ſit in ptāte uolūtatis &c. Dicitur, ꝙ actus ille ſimpliciter eſt in ptāte uolūtatis ſtante omiſsione: ſed nō eſt in ptāte uolūtatis ſtāte pctō omiſsionis. i. actus quidem ille eſt in poteſtate uoluntatis ad eliciendum, uel non eliciendum: ſed ſi nō elicitur iam omiſsio manens, non erit pctūm: ſicut in ſimili actus faciendi opus ſeruile in die feſto eſt in ptāte uoluntatis ſtante pręcepto de feriando, ſed facere ſeruile opus nō peccando ſtāre pręcepto nō eſt in uoluntatis poteſtate. Nō enim omiſsio peccatū niſi per actū uolūtatis omiſsionē acceptantis, ſeu in omiſsionē conſentientis formaliter: q̄a uult omittere. Aut uirtualiter: q̄a uult aliquid, ad ꝙ ſequitur talis commiſsio. Vnde ſi nullum actū habet uoluntas reſpectu omiſsionis formaliter: uel uirtualiter: non uidetur quomodo omiſsio ſit uoluntaria: & per cōſequēs quō ſit peccatū. ¶ Et ſi diceres cōtra illā ſecundā opinionē, ſequitur, ꝙ nullum eſſet pctūm omiſsionis: q̄a pura omiſsio. ſ. nō currente actu uoluntatis non eſt pctūm: ideo non omiſsio, ſed actus ille uoluntatis, quo uult omittere formaliter, uel uirtualiter, eſt pctūm, ille aūt eſt actus poſitiuus: & ſic eſt pctūm commiſſionis. Reſpondetur, cōcedendo, ꝙ pura omiſsio non eſt peccatū: ſed omiſsio cū actu uolūtatis. Dicitur autem ille actus uoluntatis peccatum omiſsionis: quia eo uult uoluntas omittere, quod facere tenetur.

Pura omiſsio non eſt peccatum, ſed eſt actu uoluntatis.

Vnde diceretur conſequenter, ꝙ peccatum commiſsionis eſt uelle facere, quod prohibitum eſt: peccatum omiſsionis eſt uelle omittere, quod pręceptum eſt: utrumq; ergo peccatum eſt actus poſitiuus interior uoluntatis, uel nō ſine tali. Nec dicitur omiſsionis: quia ſit ſine actu uolūtatis interiori poſitiuo: ſed dicitur peccatum omiſsionis ex cauſa tacta. ¶ Illa opinio uidetur ſatis rationabilis, & fallibilis: quia ſatis apertè patet, quomodo peccatum omiſsionis ſit uoluntarium: quia non ſit ſine actu uoluntatis formaliter, uel uirtualiter. ¶ Sed contra opinionem illam eſt una ratio probans, ꝙ pura omiſsio ſine actu uoluntatis reſpectu omiſsionis eſt peccatum: illa ſcilicet. Nam pono, ꝙ Ioannes appræhēdat ſe nunc debere audire miſſam, pōt ſuſpēdere actum uoluntatis reſpectu omiſsionis miſſę. Suſpendere dico non actu poſitiuo: ſed non eliciendo uelle, neq; nolle audire miſſam: quia quacunq; appręhenſione ſtante in intellectu, non neceſſitatur uoluntas ad eliciendum actum circa appræhenſum: alioquin non eſſet libera. Pono ergo, ꝙ ita faciat: tunc peccat peccato omiſsionis: quia omittit actum pręcepti, quem poſſet non omittere: & tamen nullum habet actum poſitiuum reſpectu omiſsionis.

R

¶ Propter hanc rationem uideatur opinio Ockam q. x. tertij ſententiarū: ubi latè hanc materiam proſequitur. Et ſecundū Tho. uerior: licet rarò contingat obiectum aliquod appręhendere, & uolūtatem nullū actū circa ipſum elicere: & ideo uix aut rarò contingit cogitare, ꝙ nunc audiēda eſt miſſa: & ſtante cogitatione nec uelle, nec nolle audire miſſam: & tamen poſsibile eſt: poteſt enim uolūtas fluctuare circa hāc cogitationē, donec tēpus audiendi miſſam trāſijt. ¶ Et per hoc ad rationē factā cōtra ſecūdā opinionē admiſſo caſu, dicitur, ꝙ peccat præciſè peccato omiſsionis non audiendo miſſam: niſi ſua culpa incideret non appręhenſionem, ſeu cogitationē de miſſa audienda: quia tūc nō peccaret. ¶ Et cū arguitur: nemo peccat in eo, quod uitare non poteſt. Dicitur, ſecundū ſanctū Tho. ꝙ uerū eſt, quādo illā impoſsibilitatem non incidit ex ſua culpa: ut ſi quis uolūtariè ſe præcipitaret in foueam, unde exire non poſſet, nō excuſatur a peccato omiſsionis propter impoſsibilitatem faciendi: quia ipſa impoſsibilitas fuit uoluntaria. Si uero impoſsibilitas non eſt uoluntaria: aut ſi incidit ſine ſui culpa: puta fecit, quod in ſe eſt: dicitur ꝙ tunc nō audiendo miſſam non peccat. Et huius cauſa eſt, non quia nō habuit actum uoluntatis reſpectu omiſsionis: ſed q̄a impoſsibilitas eſt culpabilis audiendi miſſam: ideo excuſat omiſsionē a peccato. Illa autem impoſsibilitas cōtingit ex defectu actus intellectus, ſcilicet appræhēſionis, quæ nō eſt in poteſtate omittentis. ¶ Sed contra hāc ſolutionē procedit alia ratio de dormiente. Ideo aliter uidetur dicēdū, ꝙ ex quacunq; cauſa aliquis incidat impoſsibilitatem nō omittendi actū pręcepti ſiue ex culpa, ſiue non ex culpa ſua omittendi pręciſè nō peccat: ſicut de furioſo etiā ſi ſua culpa furiā inciderit. Vnde ſi ex diſtractione, uel obliuione non cogitat de miſſa hora illa, qua tenetur ad miſſam, non peccat nō audiendo miſſam: peccat tamen ſi ex culpa ſua obliuionē, ſeu diſtractionē incidit. Vnde dicit beatus Iacob. c. iiij. Sciēti, & nō facienti peccatū eſt illi nō cogitans aūt, non eſt ſciens ſaltem actualiter. Et huic conſonat, quod Alexander dicit, dum quęrit. Si quis obdormit matutinas, ad quas tenetur: qñ dicitur omiſsio perpetrari. Ait. n. ꝙ non debet dici omittere, quando non ſurgit: quia tunc dormit, nullum autē peccatum ſit a dormiente: ergo nec omiſsio, quæ eſt peccatum. Nec quando ſe ordinat dormitioni: quia poteſt adhuc contingere, ꝙ euigilet, & ſurgat hora debita. Sed tūc debet dici omiſsionem perpetrare: quādo aliquis applicat ſe ad actum illicitum incompoſsibilem cum illo actu, ad quē tenetur: ut ſi iſte tenetur ire ad matutinas, & inebriet ſe, uel ſit in collo-

quio infructuoſo:& ſic de alijs,propter quod nõ ſurgat ad matutinas: tũc omittit,cũ ſe inebriat:aut dũ infructuoſa fabulatur. Si uero applicat ſe alicui actui bono,ad quem tenetur: & ex illo feſſus dormiat,& nõ ſurgat, nõ omittit. Si uero fuerit actus indifferens:& tamẽ impeditiuus actus,ad quẽ tenetur illi intendendo,omittit. Sed poſito, ꝙ teneatur ſurgere,& nõ ſurgat:nec hoc eſt ex aliqua cauſa præcedente, quę in ipſo ſit: ſed tantum ligata eſt uis ſenſibilis,quęritur,nunquid omittit dormiendo. Reſpondetur,dicendum eſt,ꝙ non:ſub intelligendũ eſt.n.ꝙ tenetur ſurgere,cum audierit ſignũ ſurgendi: ſed ſi nõ ſurrexerit ex cauſa,quę fuit in ipſo:tũc omittit,cũ cauſam perpetrat. Hæc Alexãder. ¶ Sic dici põt,ꝙ qui hora audiendi miſſam nõ cogitat de miſſa,nõ peccat omittendo,ſi ipſe nõ eſt in cauſa nõ cogitãdi:ſi uero eſt in cauſa,quia,aliquid uolẽs fecit,uel omiſit ad quod ſequebatur nõ cogitare,tunc peccat peccato omiſsionis:nõ tũc quãdo nõ cogitat: ſed qñ id uolẽs egit,ad quod ſequebatur illud nõ cogitare.¶ Ex illo inferẽ,ꝙ aliquod peccatum omiſsionis non fit ſine actu ſeu peccato commiſsionis: quando ſcilicet omiſsio habet cauſam pręcedentem uoluntariam:ut in caſibus poſitis.Sed quãdo nõ habet cauſam pręcedẽtem: ut qñ tempore,quo tenetur ad actum perficiẽdum,& poteſt perficere : non cogitat actum iam eſſe faciendum poteſt non perficere actum debitum abſq; omni actu poſitiuo uoluntatis: & tunc eſt

Omne peccatũ actuale eſt mortale.

omiſsio pura ſine commiſsione. ¶ Et per hoc ad dubium dicitur,ꝙ omne peccatum actuale eſt uoluntarium. ita ꝙ in poteſtate uoluntatis eſt, peccare tali peccato,& nõ peccare:quia omne peccatum, aut eſt peccatum commiſsionis, uel omiſsionis. Si primum:poteſt actum illum non elicere. Si omiſsionis tunc aut poteſt elicere actum uolendi, quem omittit: & ita ſi non elicit uoluntariè omittit: aut tunc non poteſt, quando tenetur,aut propter impetũ, quod fuit in poteſtate uoluntatis: aut quod non fuit in poteſtate uoluntatis. Si ſecũdũ: non peccat dimittendo. Si primum:uolens non amouit impedimentum:& ita uolẽs uirtualiter omiſit. Quiſquis enim uult antecedens, uirtualiter uult:& conſequens ergo.¶ Et per hoc ſoluta eſt prima ratio in principio dubij de peccato omiſsionis,quod ignoranter committitur:quia tale quandoq; eſt uoluntariũ. Et incognitum poteſt eſſe uoluntarium uirtualiter: licet non formaliter:& hoc ſufficit ad rationẽ peccati. Similiter licet ſtet uoluntatem non habere actum reſpectu omiſsionis peccati formaliter: nunquam tamen omiſsio eſt peccatum, quin uoluntas habeat circa ipſum actũ aliquem uirtualiter ad minus uolendo, uel nolendo,ſcilicet aliquid,ad quod ſequitur omiſsio.

Omne peccatũ ueniale eſt uolũtarium.

¶ De ſecundo.ſ.peccato ueniali dicitur,ꝙ omne peccatũ ueniale eſt uolũtarium: quia nemo peccat uenialiter:niſi iam habeat uolũtatis uſum, nemo etiã peccat uenialiter in eo,quod nullo modo poteſt prohiberi:aut etiam non potuit cauere. Venialia enim peccata etſi non omnia poſsint pręcaueri,uel prohiberi:nullũ tamen eſt ſingulare peccatũ,quod non poſsit,nec potuerit præcaueri. ¶ Et per hoc ad rationẽ dicitur, ꝙ quodlibet uenialium uitari poteſt,licet forte non omnia:ſicut nunquã peccare uenialiter.¶ Ad Augu. quędam de neceſsitate facta ſunt improbanda: dicitur,ꝙ loquitur de neceſsitate uenialiũ: non quantum ad hoc, uel illud:ſed generaliter quantum ad peccata uenialia: quia non poſſumus omnia ſimul uitare. ¶ Ad apoſtolum dicit ſanctus Bonauen. ꝙ nolo,non priuat omnimodam uoluntatem:ſed uoluntatem principaliter mouentem:quia in peccato ueniali (maximè quod excitat concupiſcẽtia carnis) uoluntas nõ pręuenit mouendo:ſed motioni accedit complacendo, uel non reprimendo: & ideo uenialia non ſunt ſimpliciter inuoluntaria,



## DISTINCTIO. XXXXII.

IN hac diſtinctione xlij.agit de peccato actuali quantũ ad uariã eius diſtinctionẽ, tam actus exterioris ab interiori, quàm utrorumq; in diuerſas ſpecies,& membra. Et ſumatur ſententia textus in tribus concluſionibus, quarũ prima. ¶ Quamuis uolũtas actus, & actio exterior in eodem,& reſpectu eiuſdem ſint res duæ numero diſtinctæ: unum tamẽ ſunt peccatum diuerſis mãdatis prohibitę. ¶ Secunda:Tranſeunte actu peccati interiori, & exteriori ab anima, manet ipſa reatu pœnæ obligata: ¶ Tertia concluſio. Varię ſunt diſtinctiones peccatorũ,quorũ ſuperbia,ſeu cupiditas radix eſt,& initium omniũ malorum. ¶ Ponit autem magiſter ſextuplicem peccati diuiſionem:quibus præmiſit ſupra diſt.xxx.aliam. Accipiuntur autẽ illę peccatorũ diſtinctiones penes aliam,& aliam peccati comparationẽ, ſiue conſiderationẽ. Nã ſi peccatũ cõſideratur in ordine ad cauſam:tunc diuiditur in originale,& actuale. Ad pœnã: & ſic diuiditur in mortale, & ueniale. Ad motiuum: & ſic diuiditur in peccatum ex amore, & peccatum ex timore. Ad actum ſubſtractum:& ſic diuiditur in peccatum cogitationis, oris, operis,& additur conſuetudinis. Ad obiectum, contra quod peccatur: & ſic diuiditur in peccatum in deum, ſeipſum, & proximum. Ad mandatum,cui opponitur: & ſic diuiditur in peccatum, & delictũ. i.in peccatũ cõmiſsionis,& omiſsionis. Ad uitia.a quibus oritur:& ſic diuiditur in ſeptẽ uitia capitalia. Sũt tñ & alię diuiſiones ad illas reducibiles, quas magiſter nõ ponit: quęre in ſancto Bonauẽ.in dubijs literalibus.

## QVAESTIO VNICA.

A Vtrum actus exterior habeat bonitatem uel malitiã propriã.

Arti. I. Not. I. Declaratur titulus quęſtionis.

CIRCA hanc diſtinctionẽ quęritur. Vtrum actus exterior, qui a uoluntate imperatur, habet bonitatem uel malitiam propriam, propter quam magis,quàm ſolus interior uoluntati imputatur. ¶ Pręmiſsis notabilibus reſpondebitur ad q. ſubditis dubiorũ ſolutionibus.¶ Quantũ ad primũ notãdũ,quęſtio non quærit de bonitate naturali actus interioris,& exterioris:quia cum manifeſtum eſt,ꝙ realiter differunt actus interior uoluntatis elicitus, & actus exterior imperatus: bonitas,q̃ cõſequit̃ ſubſtantiã actus ẽt eſt alia actus interioris, & alia exterioris. Hęc nãq; bonitas naturalis conuenit actui ſcd̃m ſe, non in ordine ad aliũ:nec diſtinguitur a ſubſtãtia actus,hac enim bonitate actus exterior eſt bonus circumſcripto omni actu interiori uoluntatis: nam omnis actus exterior poteſt elici a phrenetico,à furioſo, qui tamen pro tunc non habet liberũ uſum uoluntatis: intelligitur ergo quęſtio de bonitate,& malitia morali,& etiam meritoria. ¶ Neq; intelligitur.q. de actu exteriori,& interiori in diuerſis ſuppoſitis,ſed in eodem ſuppoſito: nec pro diuerſis temporibus, ſed pro eodem tempore. Non enim quærit de actu uoluntatis, quo uult actum aliquem : nec tamen procedit ad opus,cũ poſsit qui eſt actus remiſſus,& inefficax: nec de actu uolũtatis reſpectu eiuſdẽ, qui nõ procedit: ſed procederet ſi poſſet,qui eſt uelle efficax, quantum eſt ex parte ſui:quia ibi ſunt duo actus interiores, & nullus exterior: ſed intelligitur de actu interiori, & exteriori ſibi coniuncto: ut ſit ſenſus. Quando actus interior elicitur a uoluntate: & actus exterior conformiter producitur. Vtrum tunc actus exterior habeat propriã bonitatem:hoc eſt aliquid recipiat, uel acquirat præter actum elicitum. ¶ Poteſt etiã ſic intelligi. Vtrũ plus imputetur uoluntati actus uolẽdi, quẽ ſequitur actus exterior, q̃ actus nolẽdi, quẽ nõ ſequit̃ actus exterior propter aliquod impedimentum:poſito ꝙ actus interiores ſint quantum ad omnia alia ęquales: quod eſt dictu. Vtrum peccans actu interiori, & exteriori plus peccat, quàm qui peccat ſolo actu interiori cæteris pari-

bus: & ille ſecundus ſenſus dependet ex
priori. Si enim actus exterior nõ habet
propriam bonitatẽ, non plus peccat uo
luntas cum exteriori, quã ſine: & poteſt
hoc plus peccare intelligi extẽſiuè, uel
Not: 2. B intenſiuè. ¶ Secundò notãdũ, ꝙ de hac
q. ſunt uariæ opiniones. Nam Sco. in
quodli. xviij. tenet partem affirmatiuã:
ſcilicet, ꝙ actus exterior, uel imperatus
habet bonitatẽ moralẽ propriam aliã,
Proſequitur de bonitate morali. quã actus interior elicitus. ¶ Probat pri-
mò: quę diſtinctis pręceptis negatiuis
prohibentur, habent propriã, & diſtin
ctã rationẽ illiciti: ſic eſt de actu interio
ri, & exteriori: quia fornicatio, & fur-
tũ actus prohibẽtur. vj. & vij. pręceptis.
actus interior prohibetur. ix. & x. ¶ Secũ
dò Aug. xiij. de tri. c. v. Mala uoluntate
quilibet miſer efficitur, miſer. i. pecca-
tor. Sed miſerior poteſtate, qua deſide-
rium malæ uoluntatis adimpletur. Pro-
fecto quamuis & ſic malè uolẽdo miſer
eſſet: minus tamen eſſet, ſi nihil eorum,
quæ perperam uoluiſſet, habere potuiſ-
ſet: hoc autẽ non poteſt intelligi de mi
ſeria pœnę: ſed culpę. ¶ Itẽ bonitas actus
moralis eſt ex integritate eorum, quę ſe
cũdũ rectã rationẽ operantis dicũtur de
bere cõuenire ipſi actui. Ex autẽ alia in
tegritas eorũ, quę ſecundũ dictamen re
ctę rationis debẽt conuenire actui inte-
riori, & eorum, quæ actui exteriori. Igi-
tur alia bonitas moralis, alia malitia: &
hoc ſiue priuatione tantũ: quia alia carẽ
tia eorũ, quæ debent cõuenire, ſiue con
trariè: quia alia diſconuenientia repu-
gnans illis, quæ deberẽt cõuenire. ¶ Itẽ
plus punitur actus interior, & exterior
ſimul, quàm unus per ſe immo exterior
plus punitur p ſe, quã interior: puta ho-
micidiũ plus punitur, quã uolũtas homi
cidij. ¶ Sed rationes illę nõ concludũt:
ideo eſt alia opinio Guilielmi Ockã. j.
quodlib. q. xx. Itẽ in quodlib. iij. q. xiij.
xiiij. & xv. Item in tertio ſententiarum
Ockã. q. x. & Greg. de arim. ſecũdũ quã
reſpõdebitur ad q. hęc opinio rñdet ad
rationes Sco. ¶ Ad primã dicit. Vno mõ,
ꝙ ſunt diſtincta pręcepta propter diſtin
ctionẽ actuũ: quãuis unus actus ſcilicet
exterior non ſit malus: niſi quia cauſa-
tur ab alio actu ſcilicet interiori malo:
unde per unũ pręceptũ prohibetur actus
interior: per aliud prohibetur tã actus in
terior, quã exterior: etiam frequenter
per actum exteriorem intenditur actus
interior: ac magis homo delectatur: un
de conceditur, ꝙ ſint diſtincta peccata
ſicut ſunt diſtincti actus mali. Vel põt di
ci, ꝙ ſunt diſtincta pręcepta, ne detur
ſimplicibus occaſio errãdi: ne credat, ꝙ
nõ ſit peccatũ, niſi in ſolo actu exterio
ri. ¶ Ad ſecundũ ſcilicet ad auctoritatem
beati Aug. dicitur, ꝙ loquitur forte de
miſeria quoad homines, qui uident ex-
teriora tãtũ, & non interiora; & de ex-
terioribus ſcandalizantur: & ſic implen
do opus facit multa peccata, quæ nõ fa
ceret, ſi ſola uoluntate non opere pec-
caret: quia facit peccatũ ſuum actu inte
riori in deũ: ſecũdò ſcãdalizat per opus
exterius proximum. Vel dicitur, ꝙ actus
interior ſemper, uel frequenter intendi
tur: quando actus exterior interiori cõ-
iungitur: & ſic miſerior eſt: quia uolun-
tas mala, qua miſer eſt, magis ſua inten-
ſione firmatur, uel miſerior extẽſiuè nõ
intenſiuè. ¶ Ad tertiũ dicitur, ꝙ actui ex
teriori nõ debetur ſecũdum rectam ra-
tionem aliqua integritas circumſtantia
rũ: ſed tantum actui interiori: non qui-
dem, ꝙ integritas illa ſit aliquid ſuper-
additum actui interiori: ſed eſt actus ip
ſe a uoluntate elicitus cõformiter per-
fectè dictamini rectæ rationis: ſed om-
nia obiecta partialia, quę circũſtãtiæ ap
pellãtur, actui interiori cõueniũt exte-
riori uero tantũ debẽ (ut ſit bonus) ut
effectiuè producatur ab actu bono inte
riore, & aliã integritatẽ nõ habet: nihil
n. aliud eſt actũ exteriorẽ eſſe bonũ mo
raliter, uel meritoriè, quã ipſum impera
ri ab actu bono, & meritorio interiori
elicito. Hæc ẽ tota ratio bonitatis actus
exterioris: & ſic præter actũ interiorem
bonũ, nullã aliã habet bonitatẽ: quia nõ
eſt bonus propria ſua bonitate intrinſe
ca, ſicut actus interior: ſed ſolum eſt bo
nus quadã denominatione extrinſeca:
ut ſupra dictũ eſt. ¶ Ad quartũ dr̃, ꝙ ale-



ge diuina nõ plus punit actus interior,
& exterior ſimul, quã interior per ſe, ni
ſi intendatur interior, dum adiungitur
exterior: ſed a lege humana actus exte-
riores plus puniuntur: quæ iudicat ſecũ
dum ea, quę foris apparent: non quę in
corde latent: etiã lex humana frequen-
ter plus punit peccata minora, quando
ſunt maior occaſio deſtructionis reipu-
blicæ: ſicut plus punitur apud homines,
ſi quis furatur ouem, quã ſi fornicetur
fornicatione ſimplici: aut quã ſi diffa-
mat hominem: quãuis furtũ tale minus
peccatũ ſit, quã fornicatio, aut diffama
tio: non autẽ ſic apud deũ. ſic in multis
Arti. 2. alijs. ¶ Quãtum ad ſecundũ articulum,
Cõcl. 1. eſt concluſio prima. Nullã propriã bo-
D nitatẽ moralem habet actus exterior,
Actũ exteriorẽ eſſe moraliter bonum qd eſt. propter quã magis imputatur uolũtati,
quã ſolus actus interior. Secũdũ Ockã
ubi ſup. probatur illa concluſio: quia ſi
actus exterior haberet bonitatem mora
lem propriam pręter bonitatẽ actus in-
terioris: aut bonitas illa eſſet ipſe actus
exterior, aut aliquid ſuperadditũ actui.
Non primum: quia idem actus exterior
poteſt, primò eſſe bonus & poſtea ma-
lus: ut actus ambulandi ad eccleſiã: ſi pri
mò fiat propter deũ, & poſt cõtinuatur
propter uanam gloriam: ergo bonitas
eius eſt aliquid pręter actum: ſi. n. nihil
diceret pręter actum exteriorẽ, exiſten
te actu exteriore eodẽ: ſemper eſſet bo
nus, aut ſemper malus. Non ſecundũ:
quia aut illud ſuperadditum eſt ſubiecti
uè in actu exteriore, aut non. Si non:
quæro ubi erat, & non poteſt aſsignari
niſi in actu interiori: & ſic non erit
propria bonitas actus exterioris. Si ſic:
non erit niſi accidens inhęrens actui
exteriori: ſed hoc non, quia nec abſo-
lutum: cum nullum tale ſit dabile: nec
reſpectiuum, quia talis non eſt ponen-
dus: ut uiſum eſt in primo diſt. xxxviij.
Etiã ſi ponatur talis reſpectus, non erit
niſi reſpectus conformitatis, & depen-
dentię actus exterioris ad actũ interio
rem: quia .ſ. elicitur conformiter actui
interiori: ſed iſte reſpectus cõuenit etiã
actui cauſarum, naturalium approxima
tarum paſsiuis per imperium uolũtatis:
ut ſi uoluntas imperet appropiationem
ignis ad candelas, ut accendantur: tunc
actus, quo ignis accendit candelas, qui
eſt merè naturalis, eſſet moraliter bo-
nus: quia eſt ibi reſpectus conformitatis
eius ad actum interiorem, uel etiam ad
rectã rationem: & nullam conformita-
tem habet actus exterior ad actum in-
teriorẽ: quin ſimilẽ habere poſsit actus
ignis, uel iumenti ad eundem. ut ſi quis
uelit, ut iumentum comedat pabulum,
ut confortetur ad laborandum, & appli
cet pabulum: tunc comeſtio aſini eſſet
actus moraliter bonus: quod eſt abſur-
dum. Alias rationes adducit. Ockam
ubi ſup. j. quodlibet. q xx. ¶ Addo tamẽ
hãc rationem: ꝙ non eſt bonũ, neq; ma
lũ, niſi ad poſitionẽ alterius non habet
ppriã uoluntatẽ: talis eſt actus exterior
imperatus: ergo non habet propriã uo
luntatẽ. Cõſequentia nota. Maior ui-
detur manifeſta: quia quod habet pro-
priam bonitatem, uel malitiam, habet
eã omni alio circumſcripto. Minor pro
batur: quia actus exterior imperatus,
nec bonus eſt, nec malus: niſi ponatur
actus elicitus bonus, aut malus: gratia
exempli. Si aliquis uoluntariè ſe mittat
in præcipitium: actus ille deſcenſus non
eſt uitioſus: niſi quatenus actus præcipi
tãdi elicitus fuerit in uoluntate: nam ſi
pęniteat in caſu, ſeu pcipitio, & eliciat
actũ contrariũ, quo uellet ſeſe nõ pcipi
taſſe: iã deſcẽſus præcipitij nõ eſt uitio
ſus: alioquin talis cadens ſimul eſſet uir
tuoſus, & uitioſus. uirtuoſus propter
actum pœnitentiæ: & uitioſus propter
motum deorſum. ¶ Item actus ille nõ
habet propriam bonitatem, uel mali-
tiam, qui non imputatur agenti ad ſpe
cialẽ laudẽ, uel improperiũ, meritũ, uel
demeritũ: talis eſt actus exterior: ergo.
Conſequentia nota. Maior patet: cuili
bet bonitati debetur laus propria. ſic
& malitię ſpeciale improperium. Mi-
nor probatur: quia actus interior cum
exteriori non imputatur ad maius me-
ritum, uel demeritum, quàm ſine ex-
teriori: ut declarabitur in ſequen-

Cõcl. 2. E ti concluſione: ergo. ¶ Secunda concluſio. Non eſt operatio interior uoluntatis cum exteriore magis meritoria, uel demeritoria: quàm ſit ſola interior ſine exteriori imperata. Quod intelligendũ eſt ſtante ſemper æqualitate actus interioris: dũ fuerit cũ exteriore, & ſine exteriore. Probatur. & pro clariori intellectu pono, ꝙ ſit homo uolẽs occidere, & occidat: ille non eſt maiori pœna dignus apud deũ, quã ſi uellet occidere, & non occideret: ſuppoſito ꝙ æquẽ plenã, & in omnibus ſimilẽ uoluntatẽ occidendi haberet. Et pariformiter dico de diuerſis hominibus habẽtibus ęquẽ plenã, ac intenſam uoluntatẽ occidendi, quorum unus occideret, alius impeditus nõ occideret: nã unus nõ plus demeretur, quã alius. Probatũ primò auctoritate beati Aug. lib. j. de libero arbitrio. c. iij. dicẽtis. Si cui non cõtingit facultas concubendi cum uxore aliena, planum tamen aliquo modo ſit eũ cupere: & ſi poteſtas non detur ſibi eſſe cum ea, non minus reus eſt, quàm ſi in ipſo facto deprehenderetur: non autem minus quidẽ reus eſt, niſi ꝙ non minori pœna dignus eſt. ¶ Item Aug. in epiſtola. xlix. de ſex queſtionibus ad presbyterum Deo gratias: quę plurimũ facit ad propoſitũ. q. iiij. exponens illud Matth. vij. Qua menſura menſi fueritis &c. ait: In qua uoluntate benefeceritis, in ipſa libramini. Et iterũ. In ipſo animo ubi appetitus uoluntatis hominum eſt humanorum menſura factorum, continuo pœna ſequitur culpam. & infra. Affectus uoluntatis omnium factorum, meritorumq; menſura eſt. & ſequitur. Ex qualitatibus quippe uoluntatum, non ex temporum ſpatijs ſiue recta facta, ſiue peccata metimur alioquin maius peccatum haberetur arborem ſuccidere, quàm hominem occidere: illud enim fit longa mora multis ictibus: hoc uno ictu, breuiſsimo tempore, & concludit. Menſura peccatorum non in productione temporum eſt: ſed in uoluntate peccantium. ¶ Et probatur ratione: non maius præmium meretur homo propter uolũtatem, & opus, quàm alius propter equalem uoluntatem ſine opere, ubi cętera ſunt paria: ergo. Conſequentia nota. Antecedens probatur: quia alias homo inuitus poſſet per alium hominẽ fieri maioris, & minoris meriti apud deũ & fraudari premio, & grauari ſupplicio: quod eſt abſurdum. Et probatur conſequentia: quia in actu exteriori poteſt homo inuitus impediri: ſicut clarũ eſt. Item probatur antecedens per glo. ij. Cor. viij. Qui multũ dat, ut diues, & qui parũ dat, ut pauper: ſi ęqua uolũtas eſt æqualem mercedẽ habebit. ¶ Ad idẽ ex intentione propoſitum oſtendit Hugo libro. ij. de ſacramentis parte. xiiij. cap. vj. unde ait: Vbi plus datur, & ubi minus, dans meritũ nõ eſt, ſi equalis uoluntas habeatur. Et multa ibi ad propoſitum: inter quæ & hoc addit. Et ſi forte contingeret tantam eſſe uoluntatem in eo, qui nõ operatur, quanta eſt in eo, qui opus exercet: ubi uoluntas eadẽ eſt, meritum diſsimile eſſe non poteſt.

Actus interior non eſt magis meritorius, q̃ exterior.

Cõcl. 3. F ¶ Tertia concluſio. Homo plus peccat extenſiuè concomitante exteriori operatione, quàm ſola interiori uoluntate. Probatur: quia peccat pluribus peccatis: nã tam uoluntas interior mala peccatũ eſt, quàm etiam operatio exterior imperata: & hoc ſunt duo realiter diſtincta: et ab inuicem ſeparabilia: & utrũq; eſt peccatum. ergo diſtincta peccata. Conſequentia reducibilis eſt ad ſyllogiſmum expoſitoriũ. Minor patet ex primo notabili: ſed maior patet per diffinitionem peccati beati Aug. Peccatũ eſt dictũ, factũ, uel concupitum cõtra legem dei. ¶ Ex quo patet, ꝙ non ſolum actus interior uoluntatis, qui intelligitur per concupitũ, ſed actus exterior dictum, uel factum, dicitur eſſe peccatũ: quãuis actus interior peccatum eſt intrinſecè: exterior uero tãtũ denominatiuè. Et ſic uidetur poſſe intelligi, quod magiſter uult: ꝙ licet interior, & exterior actus ſint diſtincti, actus tñ ſunt unũ peccatũ quãtũ ad imputabilitatẽ: quia nõ plus imputatũ actus interior cũ exteriore, quã interior ſine exteriore. Et tãtũ de illo articulo.

Plus peccat extenſiuè q̃ interiori peccato addit exteriorẽ actum.



Arti. 2. Dubiũ. G ¶ Quantũ ad ſecundũ articulum, dubitatur iuxta primam cõcluſionem textus. Vtrum actus peccati interior, & exterior ſint unum peccatũ, uel duo. & uidetur, ꝙ ſint unũ peccatũ per magiſtrũ in textu. In oppoſitum ſuperius, & inferius quãtũ ad eſſe unũ, uel multa non diuerſificatur. nã de quocunq; genus prædicatur pluraliter, etiam ſpecies, & econuerſo. Si enim aliqua ſunt duo animalia: erunt duo homines, uel aſini: ſic ſi duo homines erũt duo animalia: ergo ſi actus uoluntatis, & operis ſunt unum peccatum: erunt unus actus, & una res: ſi autem duæ res, erunt & duo peccata. ¶ Reſpondetur, ꝙ beatus Bonauẽt. diſtinguit: quia uel põt dubiũ intelligi de actu interiori, & exteriori coniunctis, uel diuiſis ſeu ſeparatis: ita ꝙ in uno ſit tantum actus interior peccati, & in alio actus exterior ſimul cum interiori: & ſic non eſt dubium, quin actus interior in uno, & exterior in alio ſunt duo peccata. Sed primo modo intelligendo dicit actum interiorem uoluntatis, & exteriorem eſſe unum peccatum: eo ꝙ ibi eſt unus contemptus, uel una auerſio, & una conuerſio. Voluntas enim eſt, quę contemnendo auertitur, dum ad bonũ commutabile conuertitur: non ſolum quantum ad actum proprium: ſed etiam quantum ad actum inferioris potentię, quę ei ſubijcitur: quia ergo peccatum ſecũdũ ꝙ huiuſmodi dicit deordinationem per contemptum, quo auertitur a deo, & conuertitur ad creaturam: ideo cum ibi ſit una deordinatio prima: ſequitur, ꝙ peccatum uoluntatis, & operis unum eſt: loquẽdo formaliter prout illa coniuncta ſunt: licet ibi ſint plura deordinata: & ideo licet peccatum ſit unum formaliter, plura tamen eſt materialiter: ſed illa reſpõſio nõ eſt propria: nam eſto, ꝙ peccatum diceret aliquod idem formaliter, in utroque actu tamen propter hoc nõ prędicaretur peccatũ in ſingulari de utroq;: ſicut ſi eadem albedo eſſet in duobus ſubiectis, ſiue una ſcientia numero in duobus: non ideo dicerentur illa ſubiecta unum album, aut unus ſciẽs. Ideo ſimpliciter, & ſecundum ſermonis proprietatem ſunt duo peccata: quamuis unum ſit peccatum per aliud, ſiue unum peccatum primò, aliud quaſi ſecũdariò propter aliud: & hoc modo intelligendus eſt magiſter, ꝙ ſunt unum peccatum: id eſt, ꝙ eſt unũ peccatum principale uel per ſe, ratione cuius ſiue per quod aliud eſt peccatum: ſicut ignis, & calor ſunt duo calefacientia: ſed ignis non calefacit per ſe, ſed per calorem, uel ut ſupradictum eſt: ꝙ ſunt unum peccatum quantum ad imputabilitatem. Tantum de queſtione.

Vtrum actus interior, & exterior poſſint dici unũ peccatum.

## DISTINCTIO. XLIII.

EGIT magiſter de peccato actuali in generali: hic de peccato in ſpiritũſanctũ, ꝙ grauiſsimum eſt, determinat in ſpeciali. Cuius diſtinctionis ſententia tribus concluſionibus ſequentibus explicatur. ¶ Prima cõcluſio. Peccatum in ſpiritumſanctũ eſt grauius omni peccato, quod nec in præſenti remittitur ſeculo, nec in futuro. ¶ Secũda cõcluſio. Peccatum in ſpiritumſanctum ſecundum, ꝙ aſsignatur uariè, aliter, & aliter dicitur irremiſsibile. ¶ Tertia cõcluſio. Peccato ex malitia obſtinationis, deſperationis, impenitentię, & fraternę oppugnationis gratię, non ſolũ peccatur in ſpiritumſanctum: ſed etiam in patrem, & filium.

## QVAESTIO VNICA.

CIRCA hanc diſtinctionem quæritur, utrum omne peccatum ex malitia commiſſum, ſit peccatum in ſpiritũ ſanctum. ¶ Præmiſsis notabilibus ponentur reſponſiuæ concluſiones: & tertio dubiorum ſolutiones. ¶ Quantum Not. 1.
ad primum notandum, ꝙ uoluntatem peccare ex malitia, dupliciter accipi po

Vtrum omne peccatum, & malitia cōmiſſum ſit peccatum in ſpiritū ſanctū.

teſt. Vno modo, quia tendit in obiectū contra dictamen rationis preſentantis illud ſub ratione mali, & non boni ueri, uel apparentis, gratia exempli. Odium dei, quod ratio non errans non poteſt oſtendere niſi ſub ratione mali. Sed utrum uoluntas ex ſua libertate poſsit ſic uelle obiectum ſibi præſentatum ſine ratione boni ueri, uel apparentis: de hoc ſunt opiniones quorundam dicentium: ꝙ obiectum uoluntatis ſit bonum uerum, uel apparens. & ita non poteſt uelle aliquid niſi ſub obiecto ſuo cōtentum: hoc eſt niſi illud, in quo apparet ratio boni, innitentes illi dicto Diony. de diuinis nominibus. Nullus operat̄ ad malum aſpiciens. Alij tenēt oppoſitum, dicentes, ꝙ obiectum uoluntatis non eſt bonum: ſed ens in genere: ſicut & intellectus, unde dicunt, ꝙ circa omne ens ſibi ſub quacunq; ratione præſentatum uoluntas eſt libera: & poteſt elicere uelle, & nolle, quarum opinionum diſcuſsio magis ad quartū, & etiā primū (ubi quæritur utrum uoluntas neceſſariò fruatur ultimo fine) pertinet. Alio modo peccat quis ex malitia: quādo ex mera ſua libertate ſine aliqua occaſione extrinſeca ſcilicet nec ex paſsione in ſenſu, nec errore in intellectu eligit uelle contra dictamen rectæ rationis: etiā ſi nō tendāt in ipſum ſub rōne mali.

Not. 2. B

¶ Secundò notandum, ꝙ uoluntas, quia coniuncta eſt appetitui ſenſitiuo: nata eſt condelectari ſibi: & ideo peccans occaſionaliter ex inclinatione appetitus ſenſitiui ad ſuū delectabile, peccat ex paſsione: quod dicitur peccatū ex infirmitate ſeu impotentia, quę conſurgit ex amiſsione originalis iuſtitię; & illud peccatū eſt appropriatè in patrem cui attribuitur potentia. ¶ Item quia uoluntas agit per cognitionem intellectiuam. hoc eſt præſupponit cognitionem intellectus illius obiecti, circa ꝙ elicit ſuum actū, ideo ratione errāte ipſa conformiter eliciente nō rectè eliciti: niſi error eſſet inuincibilis: & ſic peccat ex ignorantia: & illud peccatū appropriatè dicitur eſſe contra filium, cui appropriatur ſapientia. ¶ Peccat quandoq; etiam ex libertate propria: nō condelectando appetitui ſenſitiuo, nec ex errore rationis: & tūc dicit̄ peccare ex malitia: quia nō ex paſsiōe, ſiue odio, neq; ex errore in rōne peccat: ibi. n. eſt pleniſsima rō peccati qa pleniſsima rō uolūtarij: qa nihil eſt aliud a uolūtate alliciens eū ad malū: neq; in ſenſu, neq; in intellectu: ſed ex mera libertate ſua ſine aliqua occaſione extrinſeca eligit uelle contra dictamē rōnis, etiā ſi nō tendat in ipſū malū ſub rōne mali: & illud pctūm dicitur cōmitti in ſpm̄ ſanctum, cui attribuitur bonitas.

Not. 3. C

¶ Tertiò notandū, ꝙ pctūm in ſpm̄ ſanctū non dicitur, qa eſt offenſiuū. S. S. & nō patris, aut filij: nam harū perſonarū trium ſicut una eſt eſſentia, ita una uoluntas, una bonitas, unus honor, & dignitas: & per hoc quiſqs offendit, aut inhonorat ſpm̄ ſanctū, oſtendit, & inhonorat patrem, & filiū: nec ideo quia actus illius peccati terminatur obiectiuè ad ſpm̄ ſanctū, & non ad filiū, uel patrē. An aūt actus aliquis intellectus, uel uolūtatis poſsit obiectiuè terminari ad unā perſonā, & nō ad aliā patuit. q. v. diſt. j. primi. lib. Sed ideo dicitur in ſpiritū ſanctū: ut dictū ē: quia fit ex malitia primo, uel ſecundo modo ſupra tactis.

Not. 4. D

Duo attribuūtur peccato in ſpiritū ſanctū.

¶ Quartò notandum, ꝙ peccato in ſpiritū ſanctū duo attribuuntur: ſcilicet, ꝙ eſt grauiſsimum, & ꝙ eſt irremiſsibile. ¶ Circa primum notandum, ꝙ aliquod peccatū grauiſsimum dici non poteſt, niſi ſit cōtra præceptū primę tabulę. Nā peccata contra pręcepta ſecūdę tabulæ ſolum uirtualiter auertunt a deo: ſola peccata primæ tabulæ formaliter, & actualiter auertunt ab obiecto perfectiſsimo ſcilicet deo. & ſicut ſolus actus charitatis, puta amor dei, amicitiæ, eſt actus perfectiſsimè cōuerſiuus in deum propter ſeipſum ſine relatione ad aliud extra ſe, ita ſolus actus huic contrariè, oppoſitus, ſcilicet odium dei in ſeipſo (ſi eſſet poſsibile) eſſet grauiſsimum peccatum. Sed apud plurimos dubium eſt, an actus odiēdi deum ſit poſsibilis: cum deus ſecundum ſe ſimpliciter



optimus non poſsit odiri. ¶ Poſt actum uero charitatis, pfectiſsimus actus, quo tēdit uolūtas in deū, eſt actus ſpei, cuius oppoſitū erit pctm̄ grauiſsimū: & hoc ē pctm̄ deſperatiōis, ſeu obſtinationis cū deſperatione: nō tn̄ quilibet leuis motus deſperationis, ſed actus deſperationis procedens ex certa malitia, dicitur peccatum in ſpiritum ſanctum: de qua in perſona deſperatorum loquitur Hierem. cap. xviij. Deſperauimus: poſt cogitationes noſtras ibimus: & unuſquiſq; prauitatē cordis ſui mali faciemus. Vide Sco. in hac diſt. quęſt. j. quia clarius, & præciſius uidetur loqui &c. ut in aliquibus libris eſt. quæſt. ij.

Quæ requirantur ad ad peccatum in ſpiritum ſanctum.

¶ Et ſecundū hoc ad peccatum in ſpiritum ſanctum tria requiruntur: ut ponit Scotus. Primū, ꝙ ſit contra præcepta primæ tabulę. Secundum, ꝙ ſit ex certa malitia nō ex paſsione, aut errore ſeu turbulentia rationis, aut uoluntatis. Tertium, quod ſit oppoſitum perfectiſsimo actui conuerſiuo in deum poſt actum amoris amicitiæ, ideſt actui ſpei: huius enim ſcilicet amoris dei (ſecundum plures) actus oppoſitus non eſt poſsibilis.

E

¶ Quo ad ſecundum notandum, ꝙ peccatum dupliciter dicitur irremiſsibile: hic & in futuro. Vno modo ſimpliciter: quod non remittetur: qualis eſt ſola finalis impenitentia: hoc enim non remittitur in præſenti ſeculo: ſic enim non eſſet finalis: quia ſi remitteretur, nō duraret in finē, nec in futuro: qa nihil nō remiſſum in hoc ſeculo, remittitur in futuro ſtante immutabiliter illa ſententia. Ignū ubi ceciderit ſiue ad auſtrū, ſiue ad aquilonem, ibi erit Eccleſ xj. Non aūt omnis finalis impenitētia dicitur pctm̄ in ſpm̄ ſanctū: non enim illa, qua hō decedit morte præuentus ſine pęnitentia: ſed illa qua homo habet propoſitū nunquam pęnitendi; quæ oritur ex deſperata obſtinatione. De quo Augu. ait de fide ad petrum. Quòd peſsimi homines incidūt in hoc peccatum: ut Cain, qui dixit. Maior eſt iniquitas mea, quàm ut ueniam merear. Credidit enim miſericordiam dei eſſe minorem ſuo delicto: ſed miſericordia dei eſt bonitas, q̄ appropriatur ſpiritui ſācto. Alio modo dicitur peccatū irremiſsibile, non quin remitti poſsit, & ſæpe remittatur: ſed qa opponitur principio remiſsionis, & hoc uel in remittente, uel in peccante, uel in dono ad remiſsionē diſponēte. ¶ In deo remittente principiū remiſsionis eſt dei miſericordia, & iuſtitia. Principium remiſsionis in dono diſponente ad remiſsionem, eſt ueritatis cognitio, & gratiæ collatio. ¶ In peccante eſt illa, quæ ſunt retractiua a pctō: quę duo ſunt ſcilicet turpitudinis peccati conſideratio, & delectationis abbreuiatio: & ſecundum hæc diſtinguuntur ſex peccata in ſpiritū ſanctū. Vide Bonau. in breuiloquio parte. iij. cap. fina. Tho. ij. ij. q. xiiij. quæ præciſè ſunt contra illa principia, ſcilicet. Deſperatio contra dei miſericordiam, præſumptio contra dei iuſtitiā: impugnatio agnitæ ueritatis contra ueritatis agnitionē: inuidentia fraternę charitatis contra gratię collationem: impenitentia, qua non conſideratur turpitudo peccati: & ita eligit hō nūquā de eo pęnitere: obſtinatio, qua uult peccati delectatiōi ppetuò inhęrere.

Peccata in ſpiritū ſanctū ſunt ſex.

Primis duobus modis peccat̄ cōtra deum, duobus alijs cōtra proximū, duobus ultimis cōtra ſeipſum.

F

peccatū in ſpiritum ſanctum accipitur large, & ſtrictè.

¶ Ex quibus patet, ꝙ dupliciter cōtingit loq; de peccato in ſpiritū ſanctū. Strictè, prout includit tres conditiones pdictas: & ſic ſola deſperatio, & præſumptio adiuncta ſemp finali impenitentia: & dum procedunt ex certa malitia ſunt peccata in ſpiritū ſanctū: quia directè ſunt contra pfectiones diuinas, ex quibus oritur remiſsio peccatorum. Et ita dicit Iſid. ſup Leui. Hoc ſancti patres irremiſsibile peccatū, & blaſphemiā in ſpiritū ſanctū dixerunt in ſceleribus uſq; ad finem uitæ perſeuerare, de ſalute ſua deſperare, de miſericordia, & potentia redemptoris diffider̄. Alio modo largius: ut dicit peccatum difficile remiſsibile: non ſolum contra principium remiſsionis in deo: ſed etiam, quòd tollit diſpoſitionem remiſsionis peccati in peccatore, quæ

ſunt ueritatis adheſio, deſideriũ grę: diſplicẽtia de pctõ: & eleuatio mentis a malo: hec autem ſunt impugnationes ueritatis agnitę, inuidentia fraternę gratiæ: impęnitentia, & obſtinatio, inquantũ tamen illa procedunt ex certa malitia.

Arti. 2. Cõcl. 1. G ¶ Quantũ ad ſecundũ articulum eſt prima cõcluſio. Loquendo de peccato in ſpm̃ſanctũ proprie, & ſtricte, pctũm in ſpiritumſanctum eſt ſimpliciter grauiſſimum pctũm contra preceptũ primę tabulę, & oppoſitũ actui perfectiſsimo potenti habere oppoſitum, & ita grauiſſimũ. Tenet cõſequentia: quia perfectiſſimo opponitur peſsimũ. Scda pars patet: quia ſic peccatũ i ſpiritũſanctũ includit finalem impęnitentiam, & hoc eſt peccatũ ad mortem, p quo uult Bea. Ioannes, ut non oretur: iſtud enim nõ remittitur neq; hic, neq; in futuro ſeculo.

Cõcl. 2 ¶ Secunda concluſio. Capiendo peccatum in ſpiritũ ſanctum largius ſecundo modo eſt peccatum grauiſsimum: exponendo ſuperlatiuum per ualde, & difficulter remiſsibile. Prima pars patet: qa licet non omne peccatum in ſpiritum ſanctum ſit immediate in deum, habet tñ ordinẽ immediatiorẽ, uerius deordinationem contra deum: ut puta contra donum dei, habet & maiorem contemptum: quia ex certa malitia, & per hoc cęteris peccatis grauius eſt: & ita ualde, & multum graue. ¶ Secunda pars patet: quia peccatum in ſpiritumſanctum, aut eſt contra principium remiſsionis in deo: aut tollit diſpoſitionem requiſitam in peccatore ad peccati remiſsionem: ſublatis autem principijs alicuius effectus difficulter poteſt poni effectus: immo non poteſt poni niſi reſtitutis principijs: quia tamen poteſt diſpoſitio reddi peccatori, & principium remiſsionis ſimpliciter non poteſt tolli: ideo non ſunt ſimpliciter irremiſsibilia: ſed minus, quàm cętera: quia plus requirunt.

Arti. 3. Dub. 1. H ¶ Quantum ad tertium articulum primum dubium. Vtrum de aliquo poteſt dici, q peccat in ſpiritum ſanctum dum uiuit temporaliter, aut poſt mortem.

Vtrum dici poſſit de aliquo qui peccat in S.S.

Et uidetur, q neutrum dici poteſt. non primum: quia donec moritur nullũ peccatum eſt irremiſsibile: ſecundum illud Ezech. Quacunq; hora &c. hõ &c. Nec ſecundũ, quia poſt mortẽ nõ eſt in uia merẽdi, aut demerẽdi: ergo nec peccãdi omne pctũm eſt demeritũ. ¶ Rñdetur loquendo de pctõ in ſpiritũſanctũ ſtricte, põt aliquis in preſenti uita peccare in ſpm̃ ſanctũ: & ita de tali dicitur, q eſt peccator in ſpiritũ ſanctũ. Patet: qa peccãs pctõ deſperationis cõtinuãs uſq; ad inſtans mortis, peccat in ſpiritũ ſanctũ: & hoc pctũm in preſenti uita committitur: licet nõ dicatur in ſpm̃ ſanctũ, niſi uſq; ad mortẽ cõtinuet: ſicut aliqs nũc eſt pdicaturus, ſi pdicabit: quamuis poſsit predicare. ¶ Scdõ dr̃, q de nullo certe põt ſciri a uiatore, an pctũm ſuum ſit pctũm in ſpm̃ ſanctũ niſi per reuelationẽ. Patet: qa nullus uiator hoc ſcire põt de alio manifeſtũ eſt: ſed nec de ſeipſo: qa cũ dependeat a futuro contingenti quantumcunq; aliquis iam deſperauit, nõ tamen põt ſciri immutabiliter an tali deſperatione, uel nõ: põt. n. mutari: qa põt deus de lapidibus ſuſcitare filios Abrae. Et ita loquit Salomõ Eccleſ. ix. Neſcit hõ an odio, uel amore dignus ſit: qa omnia in futurũ ſeruãtur incerta.

Dub. 2. I ¶ Scdõ dubitatur de deſperatiõe: nã nõ uidetur, q pcedat ex malitia: ſed ex ignorantia, quã quis credit, q maior eſt ſua iniqtas, quã dei miſericordia: ſicut Cain, q dixit. Maior ẽ iniqtas mea, quã ut ueniã merear: & ita magis eſt in filium, quã in ſpiritũ ſanctũ. ¶ Itẽ præſumptio eſt ſpecies ſuperbię: igitur non eſt pctũm in ſpm̃ ſanctũ. Tenet cõſequẽtia qa pctũm in ſpm̃ ſanctũ diſtinguit a cęteris pctis. ¶ Itẽ præſumptio eſt cõtra iuſtitiã dei, ſimiliter impugnatio agnitę ueritatis eſt cõtra ueritatẽ: ſed iuſtitia, & ueritas attribuuntur filio, ideo magis dicunt pctũm in filiũ, quã in ſpm̃ſanctũ. ¶ Itẽ inuidentia fraternę grã eſt ſpecies inuidię: ergo: Item frequenter contingit ex corruptiõe naturę: & ita ex infirmitate: & p cõſequens eſt magis pctũm in patrem. ¶ Item obſtinatio, & finalis impęnitentia nõ diſtinguunt: qa utrũq;



eſt uoluntas permanendi in peccato. ¶ Reſpondetur ad omnia ſimul: quia omnia poſſunt quandoq; accidere ex infirmitate, quãdoq; ex ignorantia: ſed tũc non ſunt peccata in ſpiritũſanctum: ſed tunc tantũ, quãdo procedunt ex certa malitia: unde ſicut charitas dat formã operi meritorio: quia a charitate nominatur opus meritorium: ita malitia dat nomen peccato: ut dicatur in ſpiritũſanctum: unde nihil horum dicitur peccatũ in ſpiritumſanctũ. niſi procedat ex certa malitia.

Non dicit peccatũ in S.S. niſi ſit ex malitia.

¶ Per hoc dicitur ad primũ, q non omnis deſperatio eſt peccatũ in ſpiritumſanctũ non. n. illa, quæ uenit ex puſillanimitate: ſed illa, q̃ orit ex certa, & diffinita malitia, in qua uult uitã finire, & preferens iniquitatem ſuam diuinæ miſericordię contemnens miſericordiã dei: ſecundũ q dicit ſapiens. Impius cum in profundum uenerit, contemnit: quãdo tanta profunditate malitiæ abſorbetur, ut non uelit dei miſericordiã ſibi ſubuenire: unde tales deſperatiſsimi homines frequẽter ſibi ipſi inferũt mortẽ. ¶ Ad illud de prẽſumptione dicitur, q eſt prẽſumptio de meritis: & illa eſt ſpes, aut filia ſupbię: & eſt pſumptio de impunitate: auferẽs omnino rigorẽ iuſtitię: & p hoc claudit uiã ad gratiã: & ampliat uiã ad peccatũ: & hoc eſt peccatũ in ſpiritumſanctũ. Ad tertium de eo, quod eſt cõtra iuſtitiã, & de impugnatione agnitæ ueritatis dicitur, ut ſupra, q quando non procedũt ex malitia nõ ſunt peccata in ſpiritũ ſanctũ: qñ uero ex malitia, ſunt peccata in ſpiritũſanctũ: licet et ſint cõtra iuſtitiã, & ueritatẽ: nõ tñ dicũtur in filiũ: quia nõ procedunt ex infirmitate, ſed ex malitia. Nõ. n. dicit peccatũ in patrẽ, uel in filiũ, aut in ſpiritũſanctum obiectiue: quia ut dictũ eſt: quicquid eſt contra unã perſonã in diuinis eſt cõtra omnes: ſed dicitur tale ex origine: quia orit ex infirmitate ignorantia, aut malitia, ut dictũ eſt.

Inuidẽtia charitatis fraternæ ẽ duplex.

¶ De inuidẽtia fraternę charitatis, ſeu gratię dicitur q duplex eſt: aut. n. ex hoc oritur, quia per gratiã fratris putat aliquod bonum in ſe uel in alio, quod appetit, minui: & ſic pertinet ad inuidiam. Alio modo: quia tanta malitia deprauatus eſt talis inuidens, q bonum, quod in ſe non uidet, nulli alij ineſſe uelit: licet nihil ſibi ex hoc incommodi accidat. De obſtinatione, & finali impœnitentia dicitur, q hæc eſt differentia: nam obſtinatio, ut eſt peccatum in ſpiritumſanctum: ut dicit ſanctus Bonauen. eſt uolũtas complacens ſibi in culpa perpetranda, priorem culpam nõ deteſtans; ſed approbans: & ita eſt actus procedens ex malitia reſpectu culpę futurę. Impęnitentia autem ut eſt peccatum in ſpiritumſanctum, non accipitur priuatiue, ſed poſitiue contrarie: & eſt uoluntas non pœnitendi de peccatis commiſsis, procedens ex plena deliberatione, & ita ex malitia. ſic ergo obſtinatio eſt reſpectu peccati futuri, impœnitentia reſpectu preteriti. Et tãtum de illa queſtione.

## DISTINCTIO. XLIIII. & ultima.

DETERminauit magiſter de peccati actuali cauſa originali, & ſubiectiua. eius quidditate, & actu in præcedẽtibus. x. diſt. In hac diſtin. ultima agit de peccandi potentia, querens unde ſit, an a deo, an ab homine, aut diabolo. ¶ Et colligitur ſentẽtia textus in tribus concluſionibus, quarum prima eſt. ¶ Non obſtante contraria quorundam opinione: a deo eſt omnis poteſtas operandi benẽ, & malẽ. ¶ Secunda: quamuis poteſtati benẽ adminiſtratę ſit parẽdũ, abuſui tamen eius eſt uiriliter reſiſtendũ. ¶ Tertia cõcluſio. Dũ cõtra ſuperiorẽ aliquid precipit poteſtas inferior, ipſa contẽpta, eſt poteſtas audiẽda ſuperior.

## QVAESTIO VNICA

A Vtrum peccãdi potentia ſit a

CIRCA hanc diſtinctionem mouetur quæſtio ultima huius ſecundi. Vtrũ peccandi potentia ſit a deo creaturæ

ſit adeo creaturæ rationali cõceſſa.

rationali conceſſa. Iſta queſtio depen-
det ex dictis ſupra. diſt. xxxvij. ubi tra-
ctatum eſt, utrum deus ſit cauſa pecca-
ti: ideo breuius tranſeundum. ¶ Notan-
dum primò, ꝙ potẽtia peccandi eſt po-
Arti. 1. tentia, qua uolũtas poteſt aliquid uel-
Not. 1. le, uel nolle: aut etiã non uelle contra
legem, cui tenetur obedire. Hæc autẽ
potentia nihil aliud eſt ſecundũ rẽ, quã
lib. arbi. ſeu libertas uoluntatis, qua põt
in utroq; contradictoriorũ: & illa liber
Potentia peccãdi qd ſit. tas nõ diſtinguitur a uoluntate: ſed eſt
ipſamet uoluntas: nihil enim dicit uolũ
tas libertatis, quàm uoluntatem in ſub-
ſtracto: & connotat eam circa obiectũ
ſibi ab intellectu oſtenſum poſſe elice-
re, & non elicere: uelle, aut nolle: nulla
mutatione facta circa obiectũ, aut uo-
luntatem: hoc ergo poſſe nihil addit uo
luntati: neq; abſolutum, neq; reſpecti-
uum: ſed dicit uoluntatis naturã ſic a
deo conditam: de quo latius ſupra diſt.
Not. 2. xxv. ¶ Secundò notandũ, ꝙ libertas ſẽ-
B per bona eſt: licet abuſus malus: nõ ta-
men libertas, ſiue potẽtia faciendi ma
lum, aut peccatũ mala eſt: ſed bona: &
(ut ita loquar) radix honoris, & laudis
humanę: unde in commendationẽ uiri
iuſti dicitur. Eccleſ. xxxj. qui potuit trãſ
gredi &c. & facere mala, & non fecit.
Nec laudabile eſt facere bonum: ubi nõ
eſt poſſe facere malũ. Vnde pulchrè lo-
quitur btũs Hier. in epiſtola ad Deme-
triadẽ uirginẽ ſtatim poſt primũ. Nec
ideo non uerè bonum hominẽ factum
putes: quia is facere malum poteſt: nec
ipſa naturę uiolentia aſtringatur ad im
mutabilis boni neceſſitatem: nã in hac
utriuſq; libertate partis rationalis ani-
mæ decus poſitũ eſt: hic, inquam, totus
naturę noſtrę honor conſiſtit, hinc di-
gnitas, hinc deniq; optimi quiq; laudẽ
merentur, hinc pręmium, nec eſſet om-
nino ulla uirtus in bono perſeuerãtis: ſi
is ad malũ tranſire non potuiſſet. & in
fra. Neq; enim aliter ſpontaneũ habe-
re poterat bonum: niſi æquè etiã malũ
habere potuiſſet, utrũq; nos poſſe uo-
luit optimus creator: ſed unum facere
bonũ. ſ. quod & imperauit. maliq; facul
tatem ad hoc tantũ dedit: ut uolunta-
tẽ eius ex noſtra uolũtate faceremus,
quod cũ ita ſit, hoc quoq; ipſum, quòd
etiã malũ facere poſſumus, bonum eſt:
bonũ inquã: quia bonã partẽ meliorẽ,
meliorem facit. & ſeqtur. Nec eſt, quo
magis rationalis creatura cęteris præfe
ratur: niſi, ꝙ cum omnia alia conditio
nis tantũ, ac neceſſitatis bonũ habeãt:
hęc ſola habet etiã uoluntatis. Hęc Hie
ronymus. ¶ Tertiò notandũ, ꝙ licet poſ Not. 3. C
ſe peccare arguit libertatem, non tamẽ
eſt de ratione libertatis. Primũ patet:
quia nullum carens libertate habet po
tentiam peccandi: cũ enim omne pecca
tũ ſaltẽ actuale eſt uolũtariũ, carens uo
lũtate, quę ſola eſt libera, caret peccãdi
potẽtia. Secundũ patet: quia in deo, &
beatis eſt libertas: & tñ non eſt in eis po
tentia peccandi: ſi quidẽ implicat deũ
poſſe peccare. Beati quoq; ſtãte cõfirma
tione, ſimiliter peccare nõ poſſunt. Et
ſecundũ hoc uerũ eſt illud Bea. Anſel. ꝙ
poſſe peccare nec eſt libertas, nec pars
libertatis: nõ enim eſt de ratione liber
tatis. hinc libertas poſſet eẽ ſine illa po-
tentia: licet non ecõuerſo. & ita nõ eſt
pars integrans rationẽ libertatis, neq;
auget libertatẽ: quia propter potentiã
peccãdi uolũtas non eſt liberior, quàm
ſine ea: ut oſtendit Ockam diſt. x. q. ij.
primi. Eſt tñ pars ſubiectiua: quia infe-
rius ſicut rationale non eſt ratio anima
lis, nec pars eius: & tñ nihil eſt rationa-
le, quin ſit animalis: capiẽdo rationale,
ut eſt differentia eſſentialis. Quantum Arti. 2.
ad ſecundum articulum, eſt concluſio Cõcl. 1
prima, & reſponſiua. Peccandi potẽtia D
a deo rationali creaturę eſt collata. Pa
tet per magiſtrũ in textu: & auctorita-
tes per eum allegatas. Et probatur ra-
tione. Quia omnis libertas eſt creatu-
rę a deo collata: & omnis potentia pec
candi eſt libertas: ergo &c. Conſequẽ-
tia nota: & minor patet ex notabilibus.
Maior probatur, qa omnis natura eſt a
deo: libertas eſt natura: ergo. ¶ Secũda Cõcl. 2.
concluſio: quamuis peccandi uoluntas
culpabilis ſit, & mala: potentia tamen
peccãdi commendabilis eſt, atq; bona.

Pecca-re poſſe non eſt de ratione libertatis.



Prima pars probatur: quia omne pecca
tũ culpabile eſt, & malũ: uolũtas peccã-
di eſt peccatũ: ergo. Cõſequentia nota
cũ maiore. Et minor patet, quia in uo-
luntate peccandi primò inuenitur ratio
peccandi: quia prior ratio libertatis, &
uoluntarij. Nam ſecundum Bea. Aug.
Nihil ita eſt in poteſtate uoluntatis, ſi-
cut uoluntas ipſa: & accipitur hic uolũ-
tas pro actu uoluntatis, non pro potẽ-
tia. Secunda pars patet ex auctoritate
Bea. Hie. in ſecundo notabili allegata.
Et probatur ratione, quia natura uolũ-
tatis eſt commendabilis, & bona: qa in
eminenti ſpecie creaturę cõſtituta: ſed
potentia peccandi eſt natura uolunta-
tis, quia libertas: ut patet ex concluſio
Cõcl. 3 ne prima: ergo. ¶ Tertia concluſio. Po-
E tentia peccandi, quę extollit naturam
ſublimiter, non eſt perfectio ſimpliciter
Prima pars patet: quia hinc omnis natu
rę noſtrę honor conſiſtit, ut dicit Hie.
Etiam potentia peccãdi eſt libertas uo
luntatis, quę non eſt niſi in creatura ra
tionali, quæ ſublimiter excedit omnẽ
creaturam irrationalẽ. Secunda pars ꝓ-
batur: quia non eſt melius in quolibet
ipſa, quam non ipſa: igitur non eſt per-
fectio ſimpliciter. Tenet conſequen-
tia per quid nominis perfectionis ſim-
pliciter; Beati Anſelmi. Antecedens pa
tet: quia in deo, & beatis melius eſt nõ
ipſum, quàm ipſum: nam quicquid in
deo non eſt, melius eſt non ipſum,
quàm ipſum: alioquin deus careret ali-
qua perfectione: & ita non eſſet ſimpli
citer perfectus. ¶ Item quicquid dicit
perfectionem, ſimpliciter conuenit
deo: ſed potentia peccandi non conue
nit deo: ergo &c. Conſequentia nota
in quarto ſecundæ. Antecedens proba
tur: quia deus non poteſt peccare, im-
mo deum poſſe peccare implicat cõtra
dictionem: quia implicat eum poſſe fa-
cere contra propriam uoluntatem, qđ
eſt contradictio: nam contradictio eſt
uelle contra propriam uoluntatem: eſt
enim uelle, & non uelle idem. Quòd au
tem deum peccare hoc implicat, pa-
tet: quia peccare eſt facere contra re-
gulam uoluntatis: ſed ipſa dei uoluntas
eſt ſuamet regula: cum ſit eſſentialiter
recta. ergo deum poſſe peccare, eſt ip-
ſum poſſe facere contra propriam uolũ
tatem: & ita facere, & non facere quod
implicat. Sic implicat beatos poſſe pec-
care ſtante eorum confirmatione: licet
ſimpliciter eos peccare non ſit impoſſi
bile: ut habitum eſt ſupra de confirma-
tione angelorum diſt. vij. ¶ Quantum Arti. 3.
ad articulum tertium dubitatur circa Dub. 1.
concluſionem primã rationibus ſancti F
Bonauent. Nam poſſe peccare eſt poſſe
deficere, ſed poſſe deficere nõ eſt poten
tia: ſed impotentia, ſicut poſſe mori.
¶ Item a deo non eſt actus peccandi: er
go nec potentia peccandi. Tenet con-
ſequentia: quia ab eodem ſunt actus, &
potentia. ¶ Tertiò: gloria eſt ſanatiua
naturę: per gloriam autem aufertur po
tentia peccandi, ergo non eſt a deo: qa
gloria non aufert a natura, quæ ſunt a
deo. ¶ Item quartò: potentia peccandi
eſt potentia faciendi contra deum, er-
go non a deo: quia deus ſibi ipſi ſummè
concordans, nihil agit contra ſe: ideo
ab eo non eſt potentia agendi contra
ſe. ¶ Itẽ omne, ꝙ eſt in homine, habet
exemplar in deo, cui aſſimilatur: ſed ꝑ
potentiã peccandi homo nõ aſſimilat
deo: ſed magis diabolo: ergo. ¶ Has rõ-
nes arguit ſanctus Bonauen. nec eas ſol
uit: quia aſſumit eas ad probandum, ꝙ
potentia peccandi licet cõſiderata quo
ad ſubſtractũ ſit a deo: tamen conſide-
rata quoad deformitatem, quę eſt for-
male in peccato, ſic nõ eſt a deo: immo
ſic poſſe peccare, nõ eſt poſſe, ſed eſt nõ
poſſe. Verũ quia potentia peccandi, eſt
res aliqua abſoluta in homine ſcilicet
ipſa libertas, quę non uariatur propter
noſtram conſiderationem: unde ꝓpter
aliã, & aliã conſiderationem noſtram,
res non eſt alia: nec aliter ſe habet ad
quodcũq; per nos conſideratum. Ideo
propter noſtram conſiderationem nõ
uariantur de re prædicata: niſi importa
rent etiam ipſam conſiderationem. Vn
de ſimpliciter concedendum, ꝙ poten-
tia peccandi eſt a deo, ſiue ſic, ſiue ſic

Licet potẽtia peccandi extollat naturã, tamen non eſt perfectior ſimpliciter.

conſideretur. Verum, ꝙ deordinatio, ut dicit puram priuationem, quia non eſt ens aliquod, non eſt a deo, neq; ab aliqua cauſa poſitiua: ſed illa priuatio non eſt potentia peccandi. Per hoc ad formam argumentorum: ad primum dicitur, ꝙ poſſe deficere aliquando capitur pure priuatiue, ut nihil poſitiuum importat: uerius negatiue: & ſic attribuitur rei non exiſtenti: & tunc nõ eſt poſſe: quia nihil poſitiuum importat. Alio modo capitur, ut dicit priuationẽ in ſubiecto apto nato: ſicut cæcus dicit priuationem uiſus in ſubiecto nato: & poſſe eſſe cecũ, eſt poſſe eſſe aial carẽs uiſu, & ita eſt aliquid poſſe; quia eſt poſſe eſſe aial. Sic poſſe peccare dicit priuationem in ſubiecto ſecundum ſic loquẽtes: quia dicit uoluntatem liberam potentẽ deficere: & iſta eſt aliquid, & eſt poſſe: quia eſt poſſe eſſe talem uoluntatem: ſic de poſſe mori. ¶ Et ſic dicitur, tunc deus non eſt omnipotens: quia nõ eſt omne poſſe. Reſpondetur, ꝙ non dicitur omnipotens, quia eſt omnia poſſe, non enim poteſt eſſe natura lapidis, aut natura non uitalis: ſed eſt omnipotens: quia poteſt facere omne factibile, hoc eſt omne poſitiuum aliud a ſe, & ſic facere poteſt omne poſitiuum in peccato. ¶ Ad ſecũdum negetur aſſumptum: a deo enim eſt actus peccandi: non tamen propter hoc deus eſt peccator: ut ſupra diſtinct. xxxvij. ¶ Ad tertium negetur, quod gloria non aufert a natura, quod non eſt de deo: aufert enim a natura corruptibilitatem, quæ tamen naturaliter conſequitur naturam creatam: quia eſt a nihilo. Item aufert a beato fidem, & ſpem, quæ tamen ſunt dona dei. ¶ Ad quartum diſtinguitur antecedens ratione illius complexi cõtra deum, quia aut ualet, ideſt contra quãtum ad uoluntatem beneplaciti cõſequentem: & ſic in nulla creatura eſt potentia faciendi contra deum, uel cõtra deum quantũ ad uoluntatem antecedentem, uel ſigni precepti, uel conſilij, & ſic antecedens eſt uerum: quia potentia peccandi eſt potentia faciendi contra uoluntatem preceptiuã: & probatio procedit de facere contra primo modo. ¶ Ad quintum dicitur, ꝙ res creata non habet exemplar in deo aliud a diuina cognitione, quę non eſt realiter ſimul cuicunq; creaturæ: cum infinitẽ diſtat a qualibet. Sed dici poteſt ſimilis, pro quanto eſt diſtincta cognitio omnium: ſic & conceptus mentis dicitur ſimilitudo rerum, quarum eſt repreſentatiuus. Neq; aliter intelligendũ eſt exemplaria, uel ideas eſſe in deo: immo ſi idea dicit aliquod exemplar, ad quod agens per intellectum reſpiciens producit ideatum: ut in primo diſtinct. xxxv. patuit: iã nõ eſt aliquid realiter in deo; ſed eſt obiectum cognitũ: ut dictum eſt ubi ſupra. Etiam homo per potentiam peccandi aſsimilatur deo: quoniam potentia peccandi eſt uoluntatis libertas, ſecundum quam libertatem aſſimilatur deo, qui liberrimus eſt: cuius uoluntati quantò homo per uoluntatem ſuam magis ſe cõformat, ac ſubijcitur, tantò liberior eſt, & perfectior. Eius enim agi frenis, & obtemperare iuſtitię, ſumma libertas eſt ſecundũ Boetium. Quam nobis concedere dignetur qui uniuerſę ſuę creaturæ eſt alpha, & o: principium, & finis: deus unus, & trinus, ſuper omnia in ſeculorum ſeculis benedictus. Amen.

G

Cur Deus ẽ omnipotens.

¶ Explicit collectorium reſolutiſsimi uiri Gabrielis Biel ſacre theologiæ licentiati ſuper ſecundò ſententiarum.

REGISTRVM SECVNDI.

† †† ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ Aa.

Omnes ſunt Quaterniones.